F. LVDOVICI YSTELLA
VALENTINI ORD. PRAED.
SACRAEQVE THEOLOGIAE PROFESSORIS

COMMENTARIA IN EXODVM

IN PARENGRAPHAM EXPOSITIONEM ET SCHOLIA COMPACTA.

ADDITVS EST ELENCHVS IN EVANGELIA quæ per anni circulum in Ecclesia decantari solent.

AD PHILIPPVM III. HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM



ROMAE,
Apud Stephanum Paulinum. M D C I.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPO TERTIO

HISPANIARVM REGI CATHOLICO,

POTENTISSIMO ET INVICTISSIMO.

FR. LVDOVICVS YSTELLA VALENTINVS ORD. S. P. DOMINICI.

MAIESTATIS Vestræ iussu, à trium Brachiorum Regni Valentiæ integerrimo Senatu legatus, ad Sedem Apostolicam, pro Beati Bertrandi sacra apotheosi impetranda, missus, Commentariorum meorum volumen vnum in Exodum, cum hic Romæ degens typis mandare decreuerim, sub M.V. Regio nomine illud prodire volui: sincerissimæ fidei meæ in Te, & parentes inclytos Tuos omni laude superiores signum, & munus, licet tanta Maiestati impar. Tu vero, Rex Potentissime, incredibili qua soles benignitate Valentinum Prædicatorum cœnobium Regio Tuo patrocinio foue, in quo, tamquam in diuino quodam viridario, veluti frugiferæ arbores, secus diuinarum gratiarum fluenta plantatæ, effulsere multi: inter quos Sanctus Vincentius Ferrer, post Apostolos vir fere in omnibus eis persimilis, & in Sanctorum numerum à Callisto Papa III. Valentino relatus. B. F. Michael Fabra, qui domum illam à fundamentis erexit, in æthere visus apud Maioricas, pro Catholico exercitu contra fidei hostes dimicans. B. F. Ioannes à Podio, cuius memoria in benedictione est: Gloriosi maryres F. Dominicus de Monte Maior, & F. Amator Spi, qui ob promouendam regularem obseruantiam, sanguine fuso, in Domino occubuerunt: B. F. Ioannes Mico, vir Deo dilectus & hominibus, cuius memoria, apud eos, qui illum in humanis degentem agnouerunt, veluti alterius Iosiæ, quasi mel indulcabitur, et vt musica in conuiuio vini est: B.F. Michael de S. Dominico, singulare regularis obseruantiæ, et feruidæ charitatis exemplar: B.F. Ludouicus Bertran, inter monasticæ disciplinæ sectatores in omnibus admirandus, & nostri sæculi decus, ob miraculorum frequentiam apud omnes nationes celebris. Quorum omnium corpora eleuata fideles pia deuotione venerantur. Horum prædicatione quot Iudæi, Hæretici, Agareni, ad Christi Domini fidem; quot peccatores in veram suorum delictorum veniam venerint; quot infirmi, claudi, & varijs laboribus vexati, sanitati pristinæ restituti, quinimmo & mortui, in hanc vitam eorum patrocinio reuocati fuerint, quis enumerare poterit? Virtutum flores, & earum miram fragrantiam Tu ipse, Rex Potentissime, es intuitus, et miraculorum vim es expertus: nunc studiorum literarios hos, etsi tenues, eiusdem conuentus nomine, Tibi Regio patrono, & vnico illius domus munificentissimo benefactori dico. Vale, Rex inclyte, & quem ardentissimo studio, Catholicam fidem, & Christi Ecclesiam strenue protegentem mundus totus admiratur & colit, diu superstitem & incolumem conseruet Deus, ac demum inter Principes gloriæ suæ feliciter collocet & constituat.

Digitized by Google

LIBER EXODVS HEBRAICE

VEELLE SEMOTH.

CAPVT PRIMVM.

a b c
Anacephalæosis.
a b c d e f g h i K l m n
Hæc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Aegyptum cum Iacob : singuli

b
.i. familijs.
a b c d e f g h i K
cum domibus suis introierunt : Ruben , Simeon , Leui , Iudas , Issachar , Zabulon

b — *quod filius vxoris, alij verò ancillarum, illis præponitur.*
m — *.i. homines.*
a b c d e f g h i K l m n
& Beniamin , Dan & Nepthali , Gad & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum ,

d e — *.i. de femore suo filijs.*
f g — *de quo supra Gen. 46.*
h i K l m — *q.d. hæc fuit causa ingressus Iacob in Aegyptum, cum filijs.*
a b c d e f g h i K l m n
qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta : Ioseph autem in Aegypto erat . Quo

g — *.i. Hebræis illius sæculi, iuxta Hebr. Chald. & Septuaginta: generatione, .i. illius ætatis hominibus.*
l — *numero*
a b c d e f g h i K l
mortuo, & vniuersis fratribus eius , omnique cognatione illa , filij Israel creuerunt ,

b — *quasi ex vno grano multa, vel ad modum piscium, iuxta Hebræum, qui multiplicem fœturam edunt.*
d e — *iuxta Dei promissionem Genes. 22.*
i K — *per hyperbole dicuntur sic multiplicati, & terram replere.*
K — *.s. Gessen.*
a b c d e f g h i K
& quasi germinantes multiplicati sunt : ac roborati nimis , impleuerunt terram .

a — *.i. Successit.*
c — *.s. Thothmoses.*
d — *quia de alia domo aut familia, & nouiter successit.*
g h i — *.i. beneficia quæ Ioseph in Aegyptios contulerat.*
a b c d e f g h i K l
Surrexit interea Rex nouus super Aegyptum , qui ignorabat Ioseph : & ait

a b c e f g K l
.i. ad maiores Aegyptiorum. *.i. filij Israel.* *per hyperbole dictum.*
a b c d e f g h i K l m
ad populum suum : Ecce populus filiorum Israel multus , & fortior nobis est.

a b c d
.i. ale. *.i. astute & callide.* *.s. multis, quæ apud Iosephum, 2. antiq. c. 14.*
a b c d e f g h i k l m
Venite , sapienter opprimamus eum , ne forte multiplicetur : & si ingruerit contra nos

e f g
iuxta Hebræum: pugnetque contra nos. *.i. fugiat.*
a b c d e f g h i k
bellum , addatur inimicis nostris , expugnatisque nobis egrediatur de terra . Præposuit

c d i
non qui instruerent , sed qui opprimerent. Vohedores. Iuxta Hebr. principes tributorum . Septuaginta: præfectos operum. *.i. ampliarunt & fortiores reddiderunt .*
a b c d e f g h i k
itaque eis magistros operum , vt affligerent eos oneribus : ædificaueruntque vrbes

k a e i
quod in illis milites excubarent ; erant enim etiam in quibus Regis fructus & munitiones, includebantur. Chaldeus, Thesaurorum . *Septuaginta addunt: & On, quæ est Heliopolis.* *quia non est consilium contra Dominum.*
a b c d e f g h i
tabernaculorum Pharaoni , Phithom , & Ramesses . Quantoque opprimebant eos , tanto

i a b c d e f g h
iuxta illud Gen. 22. multiplicabo semen tuum : *Et ob cultus & morum disparitatem , & quod pastores , & quod absque tributo terram habitarent : eorum vero possessiones, Ioseph in regiam redegisset seruitutem .*
a b c d e f g h i k
magis multiplicabantur & crescebant : oderantque filios Israel Aegyptij , & affligebant

e f g h k
.i. amaritudinibus afficiebant illorum vitam , quam amare transigebant . *.i. laboriosis.*
a b c d e f g h i k l
illudentes eis : atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti

c d e f g h i
inclementi .s. & duro. *.i. rustico quoque opere vt patet ex Hebræo, Chaldæo, & Septuaginta .* *In omnibus his, eorum opera vtentes .*
a b c d e f g h i
& lateris , omnique famulatu , quo in terra operibus premebantur .

S C H O L I A.

1 HAEC *sunt nomina filiorum Israel , qui ingressi sunt in Aegyptum* .] Quasi per recapitulationem apposita sunt, hæc filiorum Israel nomina ; maxime, vt diuinæ promissionis firmitas, de multiplicando Abrahæ semine, manifesta fieret, cum subsequenti duodecimo capite, sexcenta fere virorum millia, absque paruulis & mulieribus, ex eorum filijs numerentur. Porro, qui septuaginta ingressi dicantur in Aegyptum, Gen. 46. vidimus.

2 *Singuli cum domibus suis* .] idest, familijs. Vnde Chaldæus : Singuli, cum viris domus suæ.

3 *Beniamin , Dan* ,] Beniamin multis ex fratibus

Digitized by Google

tribus hic præponitur, qui maiores natu erant; quod ipse filius prædilectæ fuerit vxoris; illi vero, filij ancillarum.

4 *Ioseph autem in Aegypto erat.*] quasi dicat: causa ob quam Iacob cum filijs in Aegyptum descenderit, Ioseph fuit; quod is gratia valeret apud Aegypti Regem.

5 *Omnique cognatione illa*] idest, cunctisque Israelitis illius sæculi; vt ostendat, viuente Iacob, nihil illis mali accidisse, sed multo post illius mortem.

6 *Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt*] Creuerunt vtique numero, vnde multiplicatos subdit, quasi germinantes. Sunt qui dicant, Hebraicam vocem ad piscium generationem alludere, qui, præ cæteris animalibus, fœtum multiplicem edunt & numerosum. Cæterum sensus vnus est, siue enim vt pisces, siue ad modum germinantium, & seminum, ex vno grano quamplurium prodeuntium; sic ex paucis tanta orta est soboles, vt breui tempore terram impleuerint: sicut statim subditur: per hyperbolem quippe dictum est, & sermo est de terra Gesse, quam inhabitabant. Porro, Auen Ezra, geminos ad minus peperisse mulieres tradit (quod & de Heua testatur S. Hieronymus contra Heluidium.) Quod vt plurimum intelligendum est; quia & Rabi Salomoh, quatuor & sex ex vno concubitu quandoque filios edidisse, affirmat, Deo sic prouidente, vt firma fieret eius promissio ad Abraham. Gen. 22.

Auen Ezra.
Hieron. cõtra Heluidium.
R. Salomoh.

7 *Et roborati nimis, impleuerunt terram*] Septuaginta: Inualuerunt valde nimis. Chaldæus: Et roborati sunt vehementer nimis. Multitudine siquidem & vnitate consensus roboratur ciuitas. Porro impleuerunt terram. Iuxta Hebræum est: Et impleta est terra ex eis: Sic Chaldæus. Hyperbole est, & sermo est de terra Gessen.

8 *Surrexit interea Rex nouus super Aegyptum*] Nouus, translato vtique regno ad domum seu familiam aliam, vt inquit Iosephus. Hunc sanctus Theophilus Patriarcha Anthiochenus, ad Antolycum, Tethmossen vocat; de quo Manethonem Ægyptium citat, in additionibus ad Berosum. Alij, Amonophin, siue Amonephin secundum huius nominis dicunt, octauum à primo Pharaone: sed credo, Thethmossen primo oppressisse filios Israel, & eo mortuo, anno nono regni sui, Amonophin, quo regnante, ortus fuit Moyses, obstetricibus præcipisse, vt Hebræorum pueros interficerent.

Ioseph. 2. antiq. c. 11.
Theoph. ad Antolicũ l. 3.
Manethon in add. in Berosum.

8 *d. Qui ignorabat Ioseph*] Idest, beneficia, quæ Ioseph in Aegyptios contulerat: quod cum difficile videatur, ex Aegyptijs quemquam ignorasse, existimarunt aliqui, Pharaonem hunc Assyrium fuisse: iuxta illud Isa. 52. Descendit populus meus in Aegyptum, & Assur, absque vlla causa, calumniatus est eum. Sed certe, vel de captiuitate apud Assyrios Propheta loquitur, vel quod ab Assur filio Sem, alio à nepote Nemrod, Aegyptiorum Reges Originem traxerint: aut vero, Assur homine, quod infestus populo Dei fuerit, Pharaonem vocat; sicut crudelem hominem, Neronem dicimus. Sed de his suo loco copiosior erit sermo. Ignorabat igitur Ioseph, vel quod Historiographorum scripta non curaret, sicut sæpe accidit, vel quod, quæ in aliorum Regum & temporum commoda cedebant, displicerent sibi, nec probaret.

Io. Annius in Berosum de genealogys primorum ducũ post diluuiũ.

9 *Fortior nobis est.*] Per Hyperbolē dictum; licet enim ditiores essent multis ex plebe; non tamen nobilibus; nec numero Aegyptiorum multitudinem exsuperabant.

10 *Venite, sapienter opprimamus eum*] Sicut Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Agite, sapientes simus, propter eum. Chaldæus: Venite, sapienter agamus contra eum. Venite, idest, Eia: quo modo loquendi sæpe Scriptura vtitur. Porro, sapienter, idest, callide: Sapientia enim seu prudentia hæc potius astutia dici deberet: sed ille prudentiam putabat, huius scilicet sæculi, quam expertus tantum fuerat. Iam, quibus modis Hebræos oppresserit, refert Iosephus: Flumina, inquit, per multas deriuationes eos diuidere iussit, murosque ciuitatibus ædificare, & fossata circũducere, vt eas inundare fluuius non valuisset, & Pyramides ædificare præcipiebat, vt nostrorum hoc modo genus attereret. Hæc ille. Et Ereculphus, Vicorum & Platearum lutum ac sordes cophinis exportasse refert, iuxta illud Psal. 80. Et manus eius in Cophino seruierunt. Et satis probabiliter creditur, eos per Aegyptum dispersisse, ne, sicut antea, omnes essent in terra Gessen.

Ioseph. 2. antiq. c. 12.
Ereculphus l. 2. c. 1

11 *Expugnatisque nobis, egrediatur de terra*] Sic Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Et pugnet contra nos, & ascendat de terra. Chaldæus: Et inient contra nos bellum, & ascendent de terra. Quæ omnia idem sunt cum litera nostra. Sed Vulgatus expressit sic: inire bellum, vt vincerent Aegyptios. Dicitur autem iuxta Hebræum, & in Chaldaica: ascendant de terra, quod terra promissionis altior sit terra Aegypti.

12 *Præposuit itaque eis magistros operum,*] Magistros, quos nos dicimus *Vebedores*, ex Aegyptijs vtique, non qui instruerent, sed qui eos opprimerent. Vnde Chaldæus: Et constituerunt super eos principes malefacientes, vt affligerent eos in operibus suis. Iuxta Hebræum etiam: Principes tributorum exigebant etiam ab illis tributa regia.

13 *Ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni: Phithom, & Ramesses.*] Tabernaculorum, in Hebræo est: *Mischenoth*, à *Sachan*, quod est claudere, includere, & occultare: vnde Chaldæus Paraphrastes vertit: Thesaurorum; quod in illis reconderentur Regis triticum, oleum, Vinum, & his similia, & munitiones belli. Vulgatus vertit: tabernaculorum; forsan quod in illis essent militum excubiæ, ne alienigenæ regnum intrarent, aut Hebræi exirent sine Regis licentia. Porro, istarum alteram, ferunt dictam Heliopolim, Hebraice, *On*: & ambas iam antea extitisse; sed ab Hebræis, ampliores & fortiores redditas, ac proinde ædificatas, more loquendi quandoque in Scripturis vsitato, cui arridet, non

מסכנות
סכן

Philo de vita Moysi.

Hugo de S. Victor. in annot. in Exod.

solum Philo, qui de vita Moysi sic scribit: Sic Iudæi ad vrbes, domos, mœniaque ædificanda, à Rege delegati sunt. Sed & Hugo de Sancto Victore, qui ex varietate punctorum, siue vocalium, sub eisdem consonantibus, aduertit importari, & ciuitatem pauperum, & impositionum, interpretaturque, vrbes prius debiles, & pauperum mansiones, operatione Hebræorum fortiores effectas, sic vt thesauri Regis, præ loci firmitudine, ibi in custodia reponerentur. Rursum, Ramasses, iuxta Hieronymum, non solum ciuitas hæc, sed etiam tota prouincia, in qua Iacob cum suis in terra Ægypti habitauerat, dicta fuit. Gen. 47.

14 *Oderantque filios Israel, Aegyptij*] Iuxta Hebræum est: Et tædio afficiebantur, propter filios Israel, idest, Angustias patiebantur, propter filios Israel. Septuaginta: Et abominationem habuerunt Ægyptij à filijs Israel. Chaldæus: Tribulatio erat Aegyptijs, propter filios Israel. Diuersis itaque animi affectibus, qui coniuncti erant cum odio, explicant ad quid se extenderet odium, quod Vulgatus expressit, neque in sensu discrepant. Porro odium erat, cum ob cultus & morum disparitatem, vt Iosephus innuit, neque enim Apim colebant; tum quod ouium pastores, quales Hebræi erant, vt Genes. 46. dicitur, inueterato odio prosequerentur, & eos despicerent: tum denique quod Ioseph, omnẽ terram Ægypti, quàm in tritici pretium acceperat, in regiam seruitutẽ redegisset: Hebræi autem, absque talibus tributis, haberent.

15 *Et affligebant illudentes eis, & inuidentes*] Iuxta Hebræum est: Et seruire fecerunt filios Israel, dure. Sic & Chaldæus. Et quidem dictio *Pharech*, duritiam, sæuitiam, & rigorem significat: פרך estque sensus, quod Aegyptij compulerunt Israelitas, eis seruire durissime, citra vllam clementiam, & misericordiam. Septuaginta vero legunt: Et oppresserunt Ægyptij filios Israel. Quod autem Vulgatus legit, illudentes & inuidentes, subintelligendum est, in his alijs editionibus.

16 *Ad amaritudinem perducebant vitam eorum.*] Iuxta Hebræum est: Amaritudinibus affecerunt vitam eorum. Septuaginta: Et afflixerunt eorum vitam. Chaldæus: Et ad amaritudinem perduxerunt vitam eorum. Idem est omnium sensus, quod scilicet amaritudinibus illorum vitam affecerunt, eorum opera in omni opere instico vtentes, inclementi quidam animo, & dura seruitute, absque misericordia vlla.

---

a b c d — *videns, quo magis eos affligeret, eo amplius multiplicari.* c — *.s. Amenophis.* e f — *quæ Aegyptiæ erant, Hebræis quippe obstetricandi munus interdictum fuerat à rege.*

a b c d e f g h K i l
Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera

b c — *vt ex eis, quæ præcipua erant, & alijs, regis voluntas innotesceret.* h i — *sic opportune & facile tunc fieri potest.*

a b c d e f g h i k l
Phua, præcipiens eis. Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si

c d — *occulte quidem & simulate.* f g — *vel quod tempore belli, de illis non esset formidandum, vel quod in vxores seruorum, destinasset.* h — *seruili timore.* h i k l — *Edoctæ ab Hebræis, à quibus multa audierant de Deo Hebræorum, horruerunt necem innocentum, & Deum Hebræorum proinde offendere.*

a b c d e f g h i k l
masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. Timuerunt autem obstetrices Deum,

h i K — *.i. curabant, vt mares in lucem editi, incolumes seruarentur.*

a b c d e f g h i k l m n o
& non fecerunt iuxta præceptum Regis Ægypti, sed conseruabant mares. Quibus ad se accersitis,

l — *.s. à morte.*

a b c d e f g h i k l m n
rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt: non sunt Hebrææ, sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam,

g h i k l — *& temporaliter, vt Gregorius inquit: & spiritualiter, vt Hieronymus.*

a b c d e f g h i k l m n
& priusquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit

Digitized by Google

a *s. Israel.* b *.i. roboratus multitudine.* f *Non igitur pro mendacio, sed pro timore Deo retribuit.* i *pietate usa erga alienum genus, timuerunt Deum Hebraeorum offendere.* k l m *siue sobolem, siue copiosa bona illis retribuit.*

populus, confortatusq. est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deum, aedificauit eis domos.

i K *s. ex Hebrais.*

Pracepit ergo Pharao omni populo suo, dicens. Quidquid masculini sexus natum

b c d *ut s. mergerentur, & interirent.*

fuerit, in flumen proijcite: quidquid feminini reseruate.

SCHOLIA.

17 *Dixit autem obstetricibus Hebraeorum*] hunc Regem dictum Amenophis, qui & Memnon, vicesimo sexto anno regni sui, mandatum hoc, de puerorum nece, dedisse, scribit Philo libro de antiquitatibus Bibliae, de cuius simulacro multa referunt historiographi; huius etiam causam vnam scribunt, Iosephus & alij, quod sacrorũ quidam scriba (quos expertos inquit Iosephus esse, de futuris veritatem dicere,) renuntiauerit Regi, pariendum quendam, illo tempore, ex Hebraeis, qui Aegypti principatum humiliaret, augeret autem Israelitarum genus, & gloriam sibi futuris saeculis compararet: cuius scribae consilio, Rex de puerorum nece cogitauit, maxime quod expertus fuerat, quo magis oneribus grauabantur, eo amplius multiplicari.

Philo de antiq. Biblia. Plutarchus l. de taciturnitate oraculorum. Plin. l. 36. c. 7. Pausanias l. 1. Philostratus in Icon & Herod. Strabo lib. 13 & 17. Tzetzes. Chil. 6. c. 64. Lucianus in Troxa. Ioseph. 2. antiq. c. 12 Zonaras To. 1 annal. Theophilus To. 1. Chron. lib. 1.

18 *Quarum vna vocabatur Sephora, & altera Phua*] Harum alteram, Iocabeth, alteram, Mariam Moysis sororem, ferunt Hebraei, & Binomias fuisse dicunt, quarum posteris, & regnum & sacerdotium, Deum in earum gratiam dedisse: sed irrationabiliter dici, satis constat ex verbis, quibus se apud Regem excusabant: non sunt Hebraeae, inquiunt, sicut Aegyptiae mulieres; ipsae enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt: Ecce quasi de alterius generationis mulieribus loquuntur; sic sentire visus est Hugo de S. Victore, annotationibus in Exod. Vnde & cõmendabilior, inquit, fuit eorum pietas. Porro plures fuisse, quae obstetricandi officio fungerentur, satis probabile est: Sic Hugo de S. Victore: quibus omnibus, regium praeceptum, sub poena mortis, (vt Iosephus refert) per has, quae praecipuae erant, innotescere voluit.

Hugo de s. Victor. in Exod.

Ibidem.

Ioseph. 2. antiq. c. 12.

19 *Si masculus fuerit, interficite eum*] Simulate quidem & occulte, principio fieri voluit, quod facile partus tempore, obstetrices perficere possent.

20 *Si femina, reseruate.*] Et quod belli tempore, non esset de illis formidandum, & quod in seruorum vxores, (vt Philo scribit) eas destinasset: vt qui ex illis nascerentur, Aegyptiorum serui, essent.

Philo l. de antiq. Biblia.

21 *Timuerunt obstetrices Deum.*] Ab Hebraeis vtique edoctae, & cum multa de Hebraeorum Deo audissent, innocentum necem horrebant, ac proinde, Hebraeorum Deum offendere timuerunt.

22 *Conseruabant mares*] Subaudi, in vita, sic & Chaldaeus, quasi dicat: operam dabant, vt mares in lucem editi incolumes seruarentur. Porro, ex Regis mandato, obstetricandi munus, sub grauissimis poenis, mulieribus Hebraeis fuerat interdictum.

23 *Ipsae enim, obstetricandi habent scientiam*] Chaldaeus: Quia ipsae sapientes. Hoc expressit Vulgatus: sed iuxta Hebraeum aliud etiam subintelligi potest, scilicet, esse illas viuaciores & fortiores, ita vt obstetricum opera aliquando non egerent: immo antequam ad illas venirent, parerent. Vnde & Septuaginta legunt: Non sunt mulieres Aegyptiae, Hebreae; pariunt enim, priusquam ingrediantur ad eas obstetrices, & pepererunt.

24 *Aedificauit eis domos*] Septuaginta in antiqua editione, non vertunt, Deum eis domos aedificasse: sed eas, sibi: quod à Theodoro viro Graeco doctissimo reprehenditur, qui cum editione Aquilae, Symmachi, & Theodotionis, emendauit codices Septuaginta. Quare modo, lectio Septuaginta, tam iuxta codices Complutenses, quam qui iussu Sixti Quinti excusi sunt, non discrepant à lectione Vulgati, & ab ea, quae est iuxta Hebraeum ad literam. Porro domus nomine in Scriptura, non solum habitationis locus, sed & filij, quibus, tanquam lapidibus, domus seu familia construitur, & crescit: & res etiam familiaris intelligi possunt. Vnde quidam copiosam sobolem eis dedisse affirmant: vt Eusebius, Graecus, & Hugo de Sancto Victore; Alij bonorum cõpiam esse largitum dicunt: vt Augustinus, Theodoretus, Hugo de Sancto Victore: Et vtrumque quidem dici potest, & quod Diuus Hieronymus innuit, aedificasse eis spirituales domos, vt Sanctus Thomas refert, quod conuersae fuerint ad cultum vnius veri Dei, nullum est incommodum

Euseb. Caesar. Graecus. Aug. locut. 1. Exod. Theod. q. 2. in Exod. Hugo de s. Victor. in Exod. Hieronym. q. Hebr. in Exo. S. Tho. 12. q. 114. à 10. ad 2. & 12. q. 110 à 3. ad 2. & à 4. ad 4. & 3. d. 38. à 3. ad 2.

dicere, sic, vt illis beneficijs dispositæ fuerint, ad statum gratiæ, non per modum meriti, sed cuiusdam remotæ dispositionis. Ad hoc referri potest, quod & Eusebius Cæsariensis dicit: ædificasse domos, nō manu factas, sed in cælis sitas: ita & Rupertus Abbas. Porro Deum illis bene fecisse, non pro mendacio intelligendum est, sed pro timore Dei, vt textus dicit, & pietate, quam in alienum genus exercuerunt. Sic Augustinus & S. Thomas: qua in re caute legendi sunt Hugo de S. Victore & Rupertus, pieque interpretandi: nec pro mendacio vt sic, à Deo pretium accepisse dicamus, sed magis pro pietate, licet mendacio coniuncta, in opere.

Euseb. Cæsar.

August. contra mendacium c.15. & q.1. in Exod. S. Tho. vbi supra. Hugo de S. Victor. in annot. in Exod. Ruper. in Exo.

24 *Quidquid masculini sexus est, in flumen projicite.*] Iuxta Hebræum, non est flumen, sed solum, exponite vel abijcite eum: at Vulgatus, sequutus Septuaginta, & Chaldæum, expressit flumen, sicque subintelligendum est iuxta Hebræum. Porro de solis Hebræorum filijs est sermo, vt ex contextu patet: quod enim per obstetrices non effecerat, hoc communi mandato perficere statuit: sic Augustinus. Et sacrorum scriba, vt diximus, de filijs Israel nasciturum ducem affirmauit, qui Ægyptios humiliaret. Porro *Ieor*, etiam flumen significat, & non solum riuum, vt aliqui putarunt: vnde infra cap. 7. omnes aquas, quæ erant *Baior*, idest, aquas fluminis; si enim solæ riuorum aquæ in sanguinem fuissent conuersæ, & non fluminis, habuissent vtique Aegyptij, vnde biberent. Et Ezech. 29. Mihi *Icori*, idest, meus est fluuius.

Augu. ser. 36. de tempore.

יאר

ביאר

יארי

CAPVT SECVNDVM.

a *.i. ortus.* c d *ad ortum Moysi referri debet hoc, quod dicitur, post hæc, nam ante edictum non solum natus vir iste, sed & filios habebat, Mariam & Aaronem.* e *.s. Amram.* l *Iochabed.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
Egressus est post hæc vir de domo Leui: & accepit vxorem stirpis suæ, quæ concepit &

g *.i. celauit.* i *Tertio quoque mense fiebat inquisitio per domos, de conceptu prægnantium.* k l m *Quia reddituri erant rationem, quid factum fuisset de fœtibus prægnantium.*

a b c d e f g h i k l m
peperit filium. Et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumque iam celare

g *.s. desuper.* h i k *glutino .s. feruentissimo.*

a b c d e f g h i k l m n
non posset, sumpsit fiscellam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum,

a b c d *diuina prouidentia, cum amplius celare non posset, commisit.* e *.i. inter carices & iuncos, qui oriuntur en el carrizal.* h i *ex matris monitu.* k *.s. Maria.*

a b c d e f g h i k l m n o
& exposuit eum in carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum

d *ex regia domo.* c *.s. Thermutis.* f *.s. Omenophis.* h *Est enim Aegyptus calidissima regio, & in vsu erat.* l m *sus damas.*

a b c d e f g h i k l m n
rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius

a b c d *vt prætereuntem quempiam arcerent à fluminis ripa, dum se lauaret Thermutis.* i k *.s. inter papyriones, iuncos & carices, qui promiscue in talibus locis nasci solent.*

a b c d e f g h i k l m
gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam

l *.i. plorantem.*

a b c d e f g h i k l m n
è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensq. in ea paruulum vagientem, miserta eius,

ait.

Digitized by Google

b quod regis edictum de illorum nece instaret, c & puer circumcisus esset, d e f Hebræum iudicauit.
g h i Quæ decem annorum virgo, Thermutis puellis se miscuit, & videns de nutriendo puero sermonem fieri.
k forsan quod Aegyptiarum vbera sugere renueret.

ait. De infantibus Hebræorum est hic. Cui soror pueri; vis, inquit, vt vadam & vocem

h s. Thermutis.
l In Hebræo: Ha alma. & quod virgo intacta, & prophetiæ spiritu iam donata.

tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit: Vade. Perrexit puella,

& vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum,

g .i. retributionem.

& nutri mihi: Ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier & nutriuit puerum:

a .i. grandiusculum.

adultumque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque

c Aegyptiacè à, moy, .i. aqua, & esis, .i. saluatus, seu eductus.
h .i. extraxi vel eleuaui.
o & erat plusquam triginta annorum.

nomen eius Moyses, dicens: quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquam creuerat Moyses,

c d e .i. cognatos visendos s. Hebræos.
f g h .i. contemplatus est onera, & afflictionem quam patiebantur, perpenæit.
K l vnum ex magistris operum.

egressus est ad fratres suos: viditq. afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem

d .i. eiusdem populi s. Hebræi.

quendam de Hebræis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc, &

d .i. occisum.
f .i. infodit.
g .i. fluuij arena.

nullum adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo.

S C H O L I A.

1 EGRESSVS *est post hæc vir de domo Leui.*] Egressus, idest, ortus est; de domo, idest, de stirpe: quod autem dicitur: post hæc, non est iuxta Hebræum, sed à Vulgato prudēter appositum est: idest, post edictum de nece puerorum: referendum est ad conceptum & natiuitatem Moysi; siquidem iam ante edictum, vxorem illam duxerat, de qua & Mariam & Aaronem filios habuerat. Porro vir iste, à Iosepho, Amaramis vocatur: infra vero Exod. 6. Amram appellatur: huic, ob regis edictum afflicto & oranti, in somnis Deum apparuisse refert Iosephus: & inter alia, populi libertatem, quodam ex eius filijs duce, prædixisse: quo oraculo, alios ad coniugalem copulam permonuit, qui, sicut ipse, ab illa, ob regis crudele edictum, diu abstinuerant.

Iosep. 2. antiq. c. 13.

Ibidem.

2 *Accepit vxorem stirpis suæ.*] Iuxta Hebræū est: Tulit filiam Leui in vxorem. Sic Caldæus. At Septuaginta: Et accepit de filiabus Leui, & habuit eam, supple, vxorem. Porro hanc constat ex sequenti cap. 6. dictam Iochabed, & patruelem siue amitam ipsius, Amram, sororem scilicet Caath patris eius: hanc, quidam, filiam Leui putant, multo post ingressum in Ægyptum genitam: hoc certum est, de stirpe Leui fuisse, siue filia, siue neptis fuerit.

3 *Videns eum elegantem*] Septuaginta: Vrbanum. Philo etiam de vita Moysi, eius elegantiam depingit, dicens: Natusque est infans: mox: Vrba-

Philo de vita Moysi.

niorem

niorem præferebat vultum, quam quis de priuato homine ſuſpicari poſſet, adeo vt parentes, quantum poſſent, Tyranni edicta facile paruipenderent.

4 *Abſcondit tribus menſibus*] Licet aliquos, non tamen vrgentes habuiſſe dolores in partu, refert Ioſephus. Vnde & abſcondere infantem aliquamdiu potuit, ſed cum tertio quoque menſe, diligens fieret per domos inquiſitio circa prægnantium fœtus, amplius celare non valuit.

Ioſep. 2. antiq. c. 12.

5 *Sumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine, & pice.*] Iuxta Hebræum eſt: Et accepit ſibi arcam iunceam, & bituminauit eam bitumine & pice. Septuaginta: Et accepit ſibi arcam. Iam Chaldæus: Et accepit ei arcam ſcirpeam. In Hebræo eſt: *Thebath gome.* Septuaginta legunt: *Ticin*: vitio autem Scriptoris, Origenes & Auguſtinus legerunt: *Tibin*, quæ vox, vt Auguſtinus ibidem notat, Græca non eſt: & certe, legendum eſt *Ticin*: & commune nomen eſt, ad ſimilia vaſa, licet per *Tibin*, Origenes, ſuperiorem tantum eius partem intellexerit. Porro Ioſephus, de vimine factam dicit fiſcellam: Alij de ligno quodam leuiſſimo: nam *Gome* lignum admodum leue ſignificare, vt eſt arundo marina, docti aſſerunt. Sed certe, ſcirpeam fuiſſe non mirabitur quis, ſi Eſa. 18. cap. legerit: qui mittit, inquit, in mare legatos, & in vaſis papyri, ſiue iunci, ſuper aquas. Porro, per bitumen, quandã terræ ſpeciem quidam intelligunt: certe etiam commune nomen eſt, ad id, quo partes ligni, vel ſimilis vniuntur, & ab externo, aquæ vel alterius noxij, defendi ſolent. Hoc igitur bitumine, & pice deſuper liniuit, *de ſuerte que eſtuuieſſe bien breada la arquilla, o cofreſillo.*

תבת גמא
θήκην
Orig. hom. 2. in Exod.
θίβαν
θήκην
Aug. lib. de locut. Exod.
גמא
Orig. hom. 2. in Exod.
Ioſep. 2. antiq. c. 15.

6 *Et expoſuit eam in carecto ripæ fluminis.*] Cum videret ſuam, & pueri vitam maximo periculo expoſitam, dum valuit, puerum celauit: cum vero vltra nequiret, diuinæ prouidentiæ cõmiſit: maxime diuino oraculo, quod acceperat, innixus, ſi Ioſepho credimus. Porro carectum, nomen eſt herbæ, & loci, in quo carices & iunci naſcuntur, *carrizal.* Qui locus frequẽter eſt in ripis fluminum, quorum ora, ripæ dicuntur, ſicut & maris, littora.

7 *Stante procul ſorore eius, & conſiderante euentum rei.*] Iuxta Hebræum eſt: Et ſtetit ſoror eius, è longinquo, vt ſciret, quid fieret ei. Septuaginta: Et ſpeculabatur ſoror eius de longe; vt diſceret, quid accideret illi. Chaldæus: Et ſtetit ſoror eius procul; vt ſciret, quid fieret de eo. Sed omnium, idem eſt ſenſus: & ſermo eſt de Maria, ſorore Moyſi.

8 *Deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine.*] Ex regia domo, in prominenti loco ſita, deſcendebat Pharaonis, qui Amonophis vocabatur, filia, Thermutis dicta, iuxta Ioſephum, Suidam & Rabanum: vel Meris, vt Euſebius refert ex Artapano Scriptore Græco: vt lauaretur in flumine; quod Ægyptus, regio calidiſſima ſit, & in vſu eſſet maxime, ſpectantibus interim eius puellis, & ambulantibus per crepidinem, ſiue ripam alueí; ne quis eo accederet.

Ioſeph. 2. antiq. c. 14.
Suidas.
Rabanus in Exod.
Euſeb. l. 9. de præpar. Euãg. c. 4.

9 *Quæ cum vidiſſet fiſcellam in papyrione*] Interim, Thermutis, cũ ſe lauaret, & luderet, *ſe holgaſſe*, vt Ioſephus ſcribit, aſſiſtente vna puellarum, vidit fiſcellam in papyrione, ſiue in carecto, loco ſic dicto; quod & carices & iunci, & papyriones ibi promiſcue oriantur. Porro carex, herba eſt acutiſſima, & dura, ſimilis ſparto, vliginoſis & paluſtribus locis plurima naſcens, ita Columella. Iunci vero plures ſunt ſpecies: de quo Plinius & Columella: At vero papyrus, arbuſcula eſt, decem non amplius cubitorum longitudine, præſertim in Ægypto, ex quo frutice præparabantur chartæ, in pertenues & latiſſimas philluras, quæ à fruticis appellatione, etiam papyri nomen acceperunt: de quo Plinius. Hinc, & hodie, chartas noſtras, quæ ex contritis linteis ſunt, papyrum dicimus; eo quod eundem nobis præſtant vſum, quem olim Ægyptijs præſtabat papyrus.

Ioſep. 2. antiq. c. 14.
Columella l. 6. c. 12.
Plin. l. 21. c. 18.
Columel. l. 12. c. 6.
Pli. l. 13. c. 11.

10 *Miſit vnam, è famulabus ſuis.*] Sic eſt iuxta Hebræum. Chaldæus: Et extendit brachium ſuum, & tulit eam. Et quidem *Ama*, Ancilla, ſiue cubitus, reddi poteſt: & vtrumque eſſe potuit, quod ſcilicet, ancillam miſerit & ipſa etiam Regis filia, poſt ancillam properans brachio ſuo arculam inde tulerit.

אמה

11 *De infantibus Hebræorum eſt hic.*] Et quod eo tempore, de illorum nece, Regis edictum inſtaret, & quod circumciſus eſſet, de Hebræorum infantibus eſſe iudicauit. Ita Theodoretus; cum tũc Ægyptij circumciſionis legẽ non accepiſſent, quam poſtea ad Hebræorum exemplar ſuſceperunt.

Theod. q. 3. in Exod.

12 *Cui ſoror pueri*] Maria ſcilicet nominẽ, à matre vtique edocta, à longe expectans rei euentum, vt dictum eſt, videns puerum ad manus Thermutis perueniſſe, decem annorum virgo, eius puellis ſe miſcuit, cumque de nutriendo puero ſermo eſſet, maximẽ, quod Ægyptiarum vbera renueret, vt aliqui referunt, inter quos Rabanus, vis, inquit puella, vt vocem tibi Hebræam, quæ infantulum nutrire poſsit.

Rabanus in Exod.

13 *Perrexit puella.*] Hic in Hebræo, pro puella, eſt: *Ha alma*, ſicut Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. quo innuitur, ſermonem eſſe de virgine intacta, & memorabili; cum enim, tunc, decem eſſet annorum, teſte Philone, quem & multi ſequuntur, iam prophetiæ ſpiritu erat donata.

העלמה
Philo. de antiq. Biblia.

14 *Quem illa adoptauit in locum filij.*] Quod filium non haberet, cum multo tempore viro fuiſſet coniũcta; ob pueri elegantiam, Philo de vita Moyſi refert, in filium adoptaſse; immo & ſe prægnantem, & Moyſen parere, ſimulaſse. Porro in omni philoſophia (quæ apud Aegyptios, ex Hebræorum diſciplina florebat) vt Reginæ filium decebat, edoctum teſtantur Clemens Alexandrinus, & Cyrillus: Sicq. intelligendum eſt, quod Act. 7. ſcribitur in omni Aegyptiorum ſapientia eruditum fuiſse.

Philo de vita Moyſi.
Clem. ſtrom. 1.
Cyrill. l. 1. cõtra Iulianũ.

15 *Vocauitq. nomen eius Moyſen.*] Primo in circumciſione dictum fuiſſe *Melchil*, ideſt, Rex, teſtantur Philo, & Cedrenius: at Clemens, primum eius nomen fuiſse Ioachim, affirmat: à Thermute vero, ab euentu, vocatus eſt Aegyptiaca lingua Moyſes, à Mo, quod eſt aqua, & Iſis, ideſt, ſaluatus: ſic Rabanus: licet Aben Eſra, ex libro quodam Arabico, cuius titulus eſt; cultura terræ, Monios, ob eamdem cauſam, Ægyptiace dictum putet. Hebraica vero lingua, *Moſech* dicitur, ideſt, ſaluatus,

Philo de vita Moyſi.
Cedr. in compendio.
Clem. ſtrom. 1.
Rabanus in Exod.
משה

ſiue,

Digitized by Google

siue eductus, subintellige, de aquis, à verbo (*Mascha*) quod est educere.

16 *In diebus illis postquam creuerat Moyses,*] interim Iosephus refert, Moysem infantem, à Thermute, oblatum Amonophi eius patri, & ab illo impositum ioco regni diadema, in terram proiecisse, & quasi conculcasse, quod ægre ferentes qui circumstabant, maxime sacrorum scriba, vt præsagium eius, quod Regi dixerat, affirmans, illum interimere conati sunt: sed Thermutis opera caute de illorum manibus sublatus, liberatus est. Quod vero reliqui referunt, ex sapientum consilio, oblato titione; ad linguam infantulum applicuisse, & sic deinde tardioris linguæ factum, quo placatus Rex, innocenter etiam diadema proiecisse credidit: non adeo est exploratum. Hoc certum est, vt videbimus, tardioris linguæ factum; quod ad Dei aspectum & sermonem stupuerit, *asombrose y se altero.* Ex quo, inquit, loquutus es ad seruum tuum, tardioris linguæ factus sum. Porro cum iam adoleuisset, viribus, & prudentia illustris, Iosephus refert, cum à Rege Ægypti exercitus ducem constitutum, aduersus Æthyopes: Ibicumque industria vsum, cōtra incursantes serpentes: cumque Saba regiam Ciuitatem inuaderet (Meroe etiam dictam, à Cambisis sorore: vt Strabo, & Zonaras tradunt, à Thermute Pharaonis filia) cum à Tharbi, Ethyopum Regis filia amaretur, & ciuitatem bello ingressus esset, iuxta promissum, illam in vxorem duxisse; sed deinde post tractum temporis reuersus, cum ob viri fortitudinem, & splendorem, Ægyptij omnes timerent regni deiectionem, & interitum, vt Scriba prædixerat, Regis animum aduersus illum concitasse. Sed hæc, an commenta fuerint, iudicet alius. hoc vt compertum existimo, quinto anno à Moysi ortu, mortuum fuisse Thermutis patrem, & cum iam plus triginta annorum Moyses esset, egressum fuisse ad fratres visendos: de quo sacer textus loquitur.

Ioseph. 2. antiq. c. 14.

Ioseph. 2. antiq. c. 15.

Capras siluestres.

Aeliod. lib. 2. de histor. animaliū c. 35. et 38. de ibice.

Strabo. lib. 17.

Zonar. To. 1. annal.

Diod. lib. 1. cap. 3.

Euseb. l. 9. de prepar. Euāg.

17 *In diebus illis postquam creuerat Moyses.*] Quadraginta vtique annorum cum esset, vt sanctus Stephanus testatur Act. 7. & dux exercitus iam fuisset contra Ethyopes, vt ex Iosepho retulimus.

18 *Vidit afflictionem eorum.*] Sic Septuaginta. Iuxta Hebræum est: Vidit onera eorum. Chaldæus: vidit seruitutem eorum. Omnia in idem incidunt, vidit itaque illos in multis grauari, & eorum afflictionem contemplatus est.

19 *Et virum Aegyptium percutientem quendam ex Hebræis fratribus suis*] Ægyptium ferunt ex magistris operum fuisse, qui Hebræi pulchram vxorem, secundum aliquos Salomith dictam, dum Hebræus primo mane ad onera consurgeret, turpiter agnoscens; cumque sceleris conscius Hebræus, audiente Moyse, illum argueret, ab ipso Ægyptio, immaniter percuti.

20 *Percussum Aegyptium abscondit in Sabulo.*] Percussum, id est, occisum, & calce quidem, vt Seuerus Sulpitius scribit, *acoces,* magnarum enim virium erat Moyses, & apud omnes summæ auctoritatis; propter spectatam eius virtutem; & quod Thermutis filius haberetur. Porro Moysen quidam excusant: inter quos Eusebius; præuia enim opera, indicantia quid futurum sit de aliquo, allegant in huius defensionem, vt factum Phinees, ad summum Sacerdotium destinati, & Cyri, in Persici regni Monarcham cælitus destinati, qui cum pastoris filius esset habitus, adhuc puer, cum tamquam Rex inter pueros, puerilem institueret Rempublicam, ac inobedientes castigaret, ad Astyagen re hac delata, cum Cyrum reprehenderet, quod ipse serui filius, cæcidisset flagellis ingenuos pueros, respondit, se vt Regem fecisse. Quod certe heroicus animus, inquiunt, in puero à Deo excitatus esset, vt statim à pueritia significaretur, illum ad gerendas res magnas, à Deo ordinatum esse. Alij etiam excusant; quod defenderit iniuriam patientem, iuxta illud Ambrosij: Qui non repellit iniuriam à socio, cum possit, tam in vitio est, quam ille qui facit. Cæterum quomodo cum debito moderamine id factum fuerit, sicut sancti, & iura faciendum docent, vix dici potest. Vnde Augustinus tantum commendat in hoc facto Moysem, sicut vbertas terræ ante vtilia semina, quadam herbarum inutilium feracitate laudari solet. Nisi diuino impulsu factum dicamus, vt etiam Augustinus, & Sanctus Thomas innuunt: & insinuare id videntur Act. 7. verba, scilicet: Existimabat intelligere fratres suos, & non intellexerunt, quoniam Dominus per manus ipsius daret salutem Israel. quasi dicat: cœperat Hebræorum iniurias vindicare, & vt publicum hostem, cum præpositus ad affligendos filios Israel esset, existimans, nosse Hebræos, quod ad eorum libertatem à Deo esset electus.

Seuer. Sulp. in sua hist.

Euseb. in sua hist.

Ambr. lib. 1. de Officijs. 23. q. 3. non inferenda t. dilecto de sent. excom. in sexto. Et Chrys. homil. 19. ex lib. homil. 55. in Matth.

Aug. 22. contra Faust. c. 6. & quæst. 2. in Exod. Tom. 3.

Aug. vbi supr. S. Tho. 22. q. 60. a. ad 2.

a b f g

ad fratres suos visendos forsan in terra Gessen. — *quidam Dathan, & Abiron istos fuisse affirmant.*

a b c d e f g h i k l m n

Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq. ei qui faciebat iniuriam: quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem

l

s Pharaonem

a b c d e f g h i K l m n o

super nos? num occidare me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyses, & ait:

e f i K

i. factum, siue res hæc — *s quod Aegyptium occidisset*

a b c d e f g h i K l m

Quomodo palam factum est verbum istud? Audiuitq. Pharao sermonem hunc, & quærebat

occidere

m *subintellige, contigit, ut quadam die* o *i. mansit*

occidere Moysen: Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian, & sedit iuxta

a *i. fontem non longe à ciuitate* d *præcipuo illius urbis. Chald. principi*

puteum. Erant autem Sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerunt ad hauriendum aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerunt

e f *quod earum opera prius impleti fuissent canales*

eas: surrexitq. Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. Quæ cum reuertissent ad

a b *qui & Iethro, & Iether infra cap. 4.*

Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt: Vir Aegyptius

c d *i. de virtute & vi*

liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq. dedit ouibus.

g *i. emisistis* n *i. cibum.* o *iuxta Hebr. consensit, seu voluit.*

At ille: vbi est? inquit, quare dimisistis hominem? vocate eum, vt comedat panem. Iurauit

h *in Hebræo Sippora*

ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitq. Sephoram filiam eius vxorem: quæ peperit ei

d *in Hebræo Gersom* f g h i K *à ger. i. aduena, & som. i. ibi.*

filium, quem vocauit Gersam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem

b *i. adiutorium* K *i. liberauit* n *i. virtute siue potentia*

vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

a b c d *s. vita Moysi. s. post quadraginta annos.* g h i K l *qui cum tribus præcedentibus mitius cum filijs Israel se habuerat, nec pueros interficiebat, superuenit vero Cenchres, alijs acerbior, & ideo ingemuerunt.*

Post multum vero temporis mortuus est Rex Aegypti: ingemiscentes filij Israel, propter

a b c *i. grauati multo onere gementes ad Deum voces fundebant.* d e *i. gemitus siue orationes quas fundebant* i K *i. seruitute q. d. qui clamabant ob duram seruitutem.* m *i. exaudiuit*

opera vociferati sunt: ascenditq. clamor eorum ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitum

c *i. ad modum recordantis promissum opere compleuit.* e f g *de eductione filiorum Israel de Aegypto.* o *i. misertus est.*

eorum, & recordatus est foederis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob, Et respexit

d e f *quod. s. filij essent eorum, quibus facta fuit promissio.*

Dominus filios Israel, & cognouit eos.

SCHO-

SCHOLIA.

44 *Duos Hebraeos rixantes*.] Hos ferunt Hebræorum aliqui, fuisse Datan, & Abiron.

45 *Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium:*] Sic Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Numquid occidere me tu cogitas, sicut occidisti Aegyptium? Chaldæus: Numquid, vt me occidas, tu loqueris, sicut interfecisti Aegyptium? Sed omnium idem est sensus.

46 *Timuit Moyses.*] Quamuis Pharaonem timuerit, altiori tamen vi, Aegyptum reliquit, & hoc sibi volunt S. Pauli verba ad Hebr. 11. Quamuis vere, quod Paulus, ait: non veritum fuisse Moysem Regis animositatem, ad exitum, quando cum filijs Israel postremo exijt, referendum sit: vnde & statim subdit: Fide celebrauit pascha.

47 *Quomodo palam factum est verbum istud?*] Iuxta Hebræum est: Vere scita est res. Chaldæus: Vere notum factum est verbum; sed hæc inter se non dissident. Porro verbum, idest, factum. Creditur autem palam factum, incauto sermone Hebræi, quem defenderat, in recõmendationem & laudem Moysi, quod forsan in hunc finem quibusdam ex Hebræis retulerit.

48 *Audiuitq. Pharao sermonem hunc.*] Solent enim Reges, præ cæteris, abundare auribus: vt Xenophon dixit: Porro Pharao iste alius fuit ab Amonophi, Thermutis patre, qui Aurum, Latine dictus est, cuius regni trigesimo anno hoc contigit. Iam per sermonem hunc, idest, factum, necem Aegyptij intellige, quem occidit Moyses, & sabulo infodit. *Xenophon. lib. 8.*

49 *Qui fugiens.*] Hebræorum quidam ferunt, Pharaonis industria captum Moysem, & cum capite plectendus esset, miraculo periculum euasisse. Alij dicunt, relicto communi itinere, per deuia, multis perpessis laboribus, in terram Madian peruenisse.

50 *Moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.*] Madian vrbs ab vno filiorum Abraham ex Cethura, sic vocata: est autem trans Arabiam, ad meridiem, in deserto Sarracenorum, contra Orientem maris rubri; vnde vocantur Madianæi, & Madianæa regio. Sed Hieronymus homonyme dictam existimat Madian, cuius Iethro Sacerdos fuerit: fuisseq. iuxta Arnonem, & Areopolim, cuius & suo tempore ruinas demonstrari testatur, vbi aliquandiu moratus cum fuisset Moyses, contigit, vt quadam die, iuxta puteum, non longe à ciuitate maneret: cumque terra inaquosa esset, vt Iosephus scribit, conuenire ad illum solebant pastores, vt greges suos adaquarent. *Hieronym. de locis Hebr.* *Ioseph. 2. antiq. c. 16.*

51 *Erant autem Sacerdoti.*] *Choben*, quandoque ministrum Dei, idest, Sacerdotem: aliquando principem & magistratum, significat. Vnde Chaldæus hic legit, principem: sed nos, cum Vulgato, & Septuaginta, Sacerdotem primatem dicimus: & quod primas esset, principem forsan dixere. כהן

52 *Et impletis canalibus.*] *Rabat*, in lingua Chaldaica significat currere: & inde *Rebatim*, idest, canales, vbi aquæ decurrunt. Porro quod puellarum opera canales essent impleti, Moyses à superuenientibus pastoribus illas defendit, qui prius adaquare greges suos iniuste contendebant: quod cum à solo vno factum commode, intelligi difficile videatur, non solum Moysen affuisse, sed cum socijs, contendit Hugo de sancto Victore. רהט רהטים *Hugo de s. Victor. in annot. in Exod.*

53 *Ad Raguel patrem suum.*] Plura hunc habuisse nomina, constat: dictus est enim Raguel, & Iethro, Exod. 4. siue Iether. Et Cynæus infra capite quarto: Et Obab, Iudicum 4. In Hebræo: Ithro: Et Iosephus vocat illum: Iecheleeh, Iethro dictus est iuxta Hebræos, idest, adijciens; quod caput vnum, scilicet decimumoctauum, ad legem adiecerit, de ordinatione populi per Tribunos, Centuriones, & Quinquagenarios. Obab, idest, diligens; quod legem dilexerit, & ad Iudaismum fuerit conuersus. Hunc Cedrenius idolorum Sacerdotem fuisse refert, filium Dadami, qui Iexani, qui Abrahæ ex Chetura. Eusebius negat idolorum fuisse Sacerdotem; non igitur filius fuit Mercurij Trimegisti, qui Aegyptiorum fuit Sacerdos, vt aliqui contendunt. Hunc Raguelem, Gregorius Nyssenus tanta prudentia præditum laudat, ad hominum ingenia cognoscenda, vt hoc vnico facto adolescentis virtutem conspexerit, & admiratus sit. *Ioseph. 2. antiq. c. 16. & 3. antiq. cap. 2.* יתרו *Cedren. in comp. hist.* *Eusebius.* *Greg. Nyss. de vita Moysi.*

54 *Iurauit ergo Moyses, quod habitaret cum illo*] *Iaal*, & velle, & acquiescere, sicut Chaldæus legit, & iurare, quandoque significat: vt 1. Regum 14. Adiurauit autem Saul populum, &c. Voluit itaque Moyses apud Raguelem manere, & pactum iuramento confirmauit; quem quasi filium habuisse, & cuncti pecoris sui curam commisisse, refert Iosephus. יאל *Ioseph. 2. antiq. c. 16.*

55 *Gersan*] *Ger*, idest, peregrinus. *Som*, idest, ibi: quasi dicat: peregrinus ibi. In Hebræo dicitur *Gersom*. גר שם גרשם

56 *Eliezer.*] Idest, adiutorium. Porro in perennem beneficiorum Dei memoriam, olim parentes nomina filijs indidisse legimus, vt quando eos vocarent, illorum recordarentur. Iam quod subditur: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Totum hoc, non est iuxta Hebræum, nec in Chaldæo, habetur tamen apud Septuaginta. Et quidem infra 14. cap. Cum de hoc Eliezer fit mentio, habentur & hæc verba: & inde forsan, tam Græci, quam Latini, hic transposuerunt: quod fidelitati interpretis non obest. אליעזר

57 *Post multum vero temporis mortuus est Rex Aegypti.*] Diuino alloquio nouit Moyses, iam defunctum Pharaonem, qui eius animam quæsierat: cui successit in regno Aceneres, qui duodecim annis regnauit: post quem Achoris: nouem annis post hunc, Cenchres, qui acerbior alijs; tres enim Pharaones, qui præcesserant, mitius se cum filijs Israel habuerant, nec infantes interficiebant. Huius decimo sexto anno regni, egressi sunt filij Israel Ægyptum, Moyse duce. Quadraginta igitur fere annis cum moratus fuisset Moyses in terra

Digitized by Google

Madian (quibus diuinæ contemplationi vacasse testantur Basilius & Gregorius Nyssenus) non mirum, quod, multum tempus, Scriptura dicat, vitæ scilicet Moysi: sic enim intelligendum est.

Basilius. Greg. Nyss. de vita Moysi.

58 *Ascenditque clamor eorum ad Deum, ab operibus.*] Ascendit clamor, Hebraismum dicunt aliqui: idest, exaudiuit eos Dominus. Ab operibus vero, idest, propter seruitutem illam. Sed meo iudicio, clamor hic, ad Hebræorum ex animo voces, gemitus, & orationes referendus est: quas duris & laboriosis operibus pressi, ad Deum fundebant. Vnde sequitur: Et audiuit, idest, exaudiuit. Loquiturque Scriptura, humano more; tunc enim dicimus, aliquem audire alterius vocem, cum opem fert illi, qui oppressus est.

59 *Et recordatus est fœderis.*] Per metaphoram, sicut sæpe diximus, recordari dicitur Deus, cum ad modum recordantis, quod promiserat opere complet, & se non oblitum ostendit, vt inquit Rupertus.

Rupert. in Exod.

60 *Et respexit Dominus filios Israel, & cognouit eos.*] Aliqui iuxta Hebræum interpretantur, respexit, idest, aspexit, siue vidit: quomodo scilicet palam affligerentur: Et cognouit præterea Ægyptiorum cogitationes, quomodo scilicet perdere eos volebant: forsan hæc omnia subintelligi possunt secundum vim Hebraici sermonis: sed & ea, quæ Vulgatus, iuxta proprietatem eiusdem sermonis, expressit, eorum misertum esse Dominum, significant, cum dicitur: respexit. Et cognouit, scilicet, eorū filios & posteros esse, quibus facta fuerat repromissio. Chaldæus: Et nota fuit coram Domino subiectio filiorum Israel, & dixit in verbo suo, vt liberaret eos. Quæ vltima verba, interpretatio sunt etiam eius, quod Vulgatus dicit: Cognouit eos: vt non solum cognouerit eos, filios eorum, quibus facta est repromissio; sed & talem cognitionem manifestauit in hoc, quod statuit liberare eos: in qua liberatione, & cognitus fuit ab eis verax in promissis; quod Septuaginta exprimunt, qui legunt: Et cognitus est eis, idest, ab eis. Ecce vnico verbo quanta Scriptura comprehendat.

CAPVT TERTIVM.

h *primatis.*

a b c d e f g h i k l m

Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian: cumq. minasset gregem

m a b c — *quod meliora pascua, & ne grex in alienis satis damnum aliquod inferret.*
f g h — *per prolepsim; ex sequentibus enim apparitionibus mons Dei dictus est.*
i l — *per Angelum, vel Angelus in persona Dei. Iuxta Hebræum, Chald. & Septuaginta, Angelus Domini.*

a b c d e f g h i k l m n

ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flamma

d — *quod idololatria omnis occasio tolleretur, nec ibi essent nisi humilia arbusta.*
e f g h i K l m — *sicut populus Israel Dei auxilio afflictionum aculeis circumseptus, & seruitutis igne ardens conseruabatur, & liber & splendidus in exitu apparuit.*
n — *.i. cogitauit & sic statuit.*

a b c d e f g h i K l m n o

ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo

b c a — *accurate de propinquo intueri voluit, ne allucinaretur.*
e — *.i. hoc spectrum.*

a b c d e f g h i k l m

Moyses: vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens

b — *Aug. q. q. in Exod. dicit fuisse verbum Dei, qui est magni consilij Angelus. Sed alij Angelum dicunt in persona Dei.*
g h i K l — *vbi Philo speciosissimam effigiem apparuisse refert, diuinæ præsentiæ euidens indicium.*
K — *.i. de conspectu.*

a b c d e f g h i k l m n

autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait:

a b — *geminatio nominis & amorem vocantis innuit, & attentum reddit eum, qui vocatur.*

a b c d e f g h i k l

Moyses, Moyses. Qui respondit: adsum. Ad ille: ne appropies, inquit, huc:

a b c d e — *sacra enim loca intrare discalceati solebant.*
l m n — *ob meam præsentiam & apparitionem.*

a b c d e f g h i K l m n o p

solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait:

Ego

Digitized by Google

a b c d f g h i K n
ob specialem cultum, & fœdus — *animæ immortalitas innuitur, cum non sit Deus mortuorum, sed viuentium.* — *occultauit*

a b c d e f g h i K l m n o
Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moy-

a b c f n o
ob reuerentiam, & hoc facto innuit non esse curiosius amplius inuestigandum in eo quod à Deo fieri cognouit. — *ob reuerentiam* — *.i. ad modum videntis me habui, per compassionem, & miserationem*

a b c d e f g h i k l m n o
ses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. Cui ait Dominus: Vidi affli-

g i
.i. preces cum gemitu, siue querelam — *.i. exaudiui*

a b c d e f g h i K l m n o
ctionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præ-

g m
non loco, sed efficaci auxilio — *.i. seruitute*

a b c d e f g h i K l m n
sunt operibus: & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorum.

b g h i K l m n o
.i. extraham — *.s. Chanaan* — *vt ex multis fontibus filiorum Israel constat* — *explicat, quod dixerat, bonam*

a b c d e f g h i K l m n o p q
Et educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram quæ fluit lacte &

o p q a f
Hebraismo, vbertas terræ describitur, in multis, & dedicentis fructibus. q. d. fertilissimam, & amœnissimam — *Gergesai in his etiam subintelliguntur*

a b c d e f g h i K l m
melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hæ-

d e f g h i K l m
.i. iam iam rationem habiturus sum precum illorum, siue querela — *.i. ad modum denuo videntis miserebor*

a b c d e f g h i K l m n
uei, & Iebusæi. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidique afflictionem eorum,

f n
.i. eia vel dispone te, vel audi — *.i. extraham*

a b c d e f g h i K l m n o
qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni & mittam te ad Pharaonem, & educam filios Is-

h i K
.q. d. insufficiens sum ad tantum munus

a b c d e f g h i k l m n o p
rael de Aegypto. Dixitque Moyses ad eum: Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, &

a i K l p
.i. extraham — *.i. opem feram in cunctis* — *inuisibilis. s. auxilij, & futuræ introductionis in terram bonam, et recordationis libertatis*

a b c d e f g h i K l m n o p
educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum,

e K
.i. extraham — *In gratiarum actionem, iuxta Hebr. seruietis, seu coletis.*

a b c d e f g h i K l m n
quod miserim te: cum eduxero populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum.

S C H O L I A.

חתנו

1 MOYSES *autem pascebat oues Iethro, soceri sui.*] Soceri, inquit, licet enim *Chothno* legi possit, affinis sui, optime tamen legitur: soceri sui; sic Chaldæus, & Septuaginta & ex recentioribus, iuxta Hebræum, ne vertunt multi viri graues.

2 *Cum minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.*] iuxta Hebræum est: Et duxit pecora per desertum. Alij: post desertum, idest, in penitissimam partem deserti. Septuaginta: In desertum. Chaldæus: Et minauit oues ad locum optimi pastus in deserto, quod subintelligendum est in Vulgato. Porro Syna deserti nomen est, in quo & hic mons, qui & Synai dictus est; hic vero Horeb nominatur, vt testatur Hieronymus: Et Dei mons, per prolepsin; postquam enim Deus sæpe ibi apparuit, mons Dei dictus est. Hunc Iosephus excelsum, & ad pasturas egregium, & optimis herbis abundare refert. Porro ad interiora minasse gregem dicitur, & quod ibi meliora essent pascua, vnde Chaldæus: Ad locum optimi pastus in deserto, sic & Philo de vita Moysi, vbi multa pecudibus herbarum exhibebatur copia: Et ne in alienis satis grex damnum aliquod inferret.

Hieron. de locis Hebr.
Ioseph. 2. antiq. c. 12.
Philo de vita Moysi.

3 *Ad montem Dei.*] Sic dictus est per prolepsin, quod illic Deus reuelatus sit Moysi, & dederit in eo legem, & præcepta, vnde Chaldæus: Et venit in montem Horeb, vbi reuelata est gloria Dei, aut forte, quia mons prægrandis: sicut cedrus Dei dicitur, idest, altissima.

4 *Apparuitq. ei Dominus.*] Act. 7. Angelus dicitur. Sic & Septuaginta, & Chaldæus: Augustinus vero dubius videtur, an scilicet Angelus in persona Dei fuerit; an verbum Dei in Angelo apparuerit, vt Ambrosius, & Augustinus, & Theodoretus innuere videntur. Hilarius, Deum fuisse, visus est insinuare. Gregorius Angelum in persona Dei dicit fuisse: sic & Græcus, & sanctus Hieronymus.

Aug. q. 3. in Exod. & 2. de Trinit. c. 13.
Ambros. lib. 1. de fide cap. 5.
Aug. To. 40. serm. 18.
Theod. q. 5. in Exod.
Hilar. de Tri.
Greg. in præfat. mor. c. 2.
Hieron. in 3. cap. ad Galat.
Athan. in 9. varijs Script.
Theod. q. 6. in Exod.
Isidorus.

5 *In flamma ignis, de medio rubi.*] Athanasius, & Theodoretus, & Isidorus, in flamma, & in rubo apparuisse Dominũ dicunt, vt idololatriæ, ad quam Hebræi adeo propensi erant, occasio omnis è medio tolleretur; & quod flamma vix depingi, aut figurari possit, nec ex rubo idolum efformari; vnde congrue ibi apparere dignatus est, in terra vtique arida & sicca, in qua non frondosa, & sublimia essent ligna, sed minima arbusta, & despicabilia. In medio autem flammæ, speciosissimã quandam speciem visam, refert Philo, diuinæ vtique præsentiæ manifestissimum indicium. Porro rubus, in Hebræo *Sene.* Est autem arbor sterilis, & senticosa, quam auis citra deplumationem intrare non potest, à qua mons Synai nomen accepit; siue quod in eo ruborum magna copia fuerit; siue quod ibi fuerit rubus, in quo Deus Moysi apparuit.

Philo de vita Moysi.
סנה

6 *Et videbat quod rubus arderet, & non combureretur.*] Iuxta Hebræũ: Arderet igni. Sic Chaldæus, & Septuaginta sed hoc idem est cum litera nostra. Porro Augustinus non fuisse verũ ignem existimat: cæterum nullum puto incommodum, ad miraculi magnitudinem, verum fuisse ignem, subtilissimum quidem elementum, & magnæ actiuitatis congruũ vtique diuinitatis symbolũ. Quo prodigio, igneam legem, Iudaicum Populum peccatorum suorum spinis obsitum, accepturum, nec diuini sermonis proinde flamma eius vitia concremari, adumbrasse: sicut Augustinus, & Gregorius interpretantur, ad mysticũ puto pertinere sensum: genuinum autem arbitror iuxta Theodoretum, & ad literam: vt per rubum, Hebræus populus, in Ægypto calamitatum aculeis & spinis vndique circumseptus, & seruitutis igne ardens, sed diuino auxilio non consumptus, nec consumendus, Moysi monstraretur: quo intelligeret, ita facile Deo esse, & populum illum sic conseruare, & liberum, & diuini nominis splendore conspicuum in omnium oculis reddere, sicut ipse proprijs oculis, in eius symbolo, à Deo similia fieri cernebat. Porro visionem hanc, Philo de vita Moysi describit, quasi flamma ab igne nutriretur, in medio vero flammæ, forma præstantissima visa est, quæ nulli harum rerum, quæ videntur, esset similis, diuinissimum simulacrum.

Aug. To. 3. de mirabil. sacræ Script. c. 16.
Aug. To. 4. q. vet. test. q. 42. & in alijs q. vtr. vet. test. subsequentibus q. 7.
Greg. ho. 7. in Ezech.
Theod. q. in Exod.
Philo. de vita Moysi.

8 *Vadam, & videbo visionem hanc.*] Iuxta Hebræum est: diuertam nunc, & videbo. Chaldæus: Declinabo nunc, & videbo. Et quidem *Sur* declinare, & diuertere significat; sed vulgatus, ad sensum magis, quam ad literam attendens, ait: Vadam. Vnde & Septuaginta: Accedens, videbo. Porro voluit propinquius accedere, & diligentius intueri, ne forte alucinaretur in eo, quod à longe sibi videbatur; nec enim temere euulganda sunt spectra, sed diligentius antea exploranda; ne subsit error ac deceptio.

סור

9 *Moyses, Moyses.*] Nominis geminatio, & dilectionem vocantis innuit, & attentum reddit eum, quem quis vocat.

10 *Solue calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est.*] Iuncea calceamenta Moysi fuisse, ferunt Hebræi: soluere vero illa iussit Deus, inquit Diodorus, vt sanctificaret suo tactu terram illam. Sed melius, quod loca sancta antiquitus discalceati intrare essent soliti; ob reuerentiam, vt inquit Theodoretus. Vnde subditur: Locus enim in quo stas, sanctus est. Porro, terram, dixit, ob Dei præsentiam, & diuinam apparitionem. *Diodorus.*

11 *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham.*] Deus illorum dicitur; ob specialem cultum, & pactum, vt sæpe diximus. Ex quo Ionas Aurelienfis, cum Paulo, intulit animæ immortalitatem, quod non sit Deus mortuorum, sed viuentium. *Ionas Aurelien.*

12 *Abscondit Moyses faciem suam.*] Chaldæus, legit: Inclinauit Moyses vultum suum. Iam abscondisse faciem, non negat Deum in corde suo adorasse, quem intueri ob reuerentiam timebat, vt inquit Eusebius: sed Deum patris sui, tanti prodigij auctorem cognoscens, nihil curiosius vltra indagandum censuit (quod faciem abscondendo innuere voluit) cui omnia possibilia non dubitauit. *Eusebius.*

13 *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui.*] Iuxta Hebræum est: Videns

vidi.

Digitized by Google

vidi. Sic & Septuaginta: qua verborum geminatione, vehementia, certitudo, & celeritas significantur. Porro vidisse dicit, compassionis oculo, & miserationis aspectu, vt inquit Beda: Et quod ad modum videntis se habuerit, & considerantis duritiã eorum, qui præerant, & populi afflictionem, vt illis succurreret. Iam audiui, ideſt, exaudiui eorum precum gemitum.

Beda.

13 d. *Deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum.*] Deſcendere dicitur Deus, per affectum; loco enim, qui vbicumque eſt, deſcendere non dicitur: quando igitur fauet nobis, & auxiliatur, deſcendere dicitur, quod omne auxilium in his, de cælo ſit; vel deſcendere dicitur, inquit Euſebius, quando aliquid nouum, quod antea non fuerat, in creatura humana operatur.

Euſebius.

14 *In terram bonam, & ſpatioſam, in terram, quæ fluit lacte & melle.*] Quod bonam dixerat, amplius explicat, cum ſubdit: lacte & melle manantem. Quo Hebraiſmo, optimis quibusq. fructibus, & rebus delicatiſſimis abundare deſcribitur: ſic Auguſtinus. Qui licet quandoque hoc ad vbertatem bonorum ſpiritualium referat, de corporeis tamen intelligi apte & vere poteſt, pro maiori eius parte. Et quamuis Hieruſalem, ad diſtantiam duorum milliarium per circuitum, petroſa ſit, non deſunt qui affirment, adhuc eo in loco, greges ex ſolo rore, quem in petris lambunt, impinguari. Porro ſpatioſam & amplam eſſe, & multæ gentes, quas ibi inhabitaſſe legimus, & Iſraelitarum ſortes multæ & ampliſſimæ demonſtrant.

Aug. q. 4. in Exod.

15 *Et loca Chananæi, & Hethæi.*] Inter hos, non exprimuntur Gerſeſæi, iuxta Hebræorum mentem; quod non reſtiterint filijs Iſrael ſicut alijs, ſed terrã pacifice reliquerint: ſed forſan cum prædictis ſubintelliguntur, ſicut ſæpe, Amorrhæi nomine, & multæ aliæ gentes comprehendi ſolent.

16 *Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me.*] Iuxta Hebræum eſt: Et hunc, ecce: ita Chaldæus: Quaſi dicat, iam, iam, rationem habiturus ſum clamoris eorum; quia eorum afflictiones, miſerationis oculis vidi, ideſt, ad modum denuo videntis me habeo, & miſerantis.

17 *Sed veni, & mittam te.*] Sed veni, ideſt, eia, ſiue, diſpone te; quia legatum ad Pharaonem te mittere decreui.

18 *Quis ego ſum?*] Quaſi dicat: inſufficiens vtique ſum ad tantam legationem, & munus adeo arduum obeundum. licet enim aliquando, ex humilitate ſic ſentire, ſed ſuperioris, in his, præcepto mordicus contraire, aliquando & contra charitatem proximi eſſet, cuius beneficium intenditur, & contra humilitatem, & obedientiam, qua tenetur quis ſuperioris præcepto obedire, & ſubijci, ſic Thomas.

S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2. in corp. & 4. diſt. 39. q. 10. a. 4. ad 4.

19 *Ego ero tecum.*] Ideſt, tibi opem feram in cunctis, quæ ad hoc peragendum munus oportuerint; & viribus, ad agendum, & verbis, ad perſuadendum, adero, ſic Ioſephus.

Ioſeph. 2. antiq. c. 12.

12 *Et hoc habebis ſignum.*] In ſignum futuri, ſcilicet, quod eos in terram bonam & ſpatioſam introduceret: & præteriti ſignum, ideſt, memoriam, quod cum illo fuerit in liberatione filiorum Iſrael: quo modo loquendi vtitur etiam ſcriptura infra cap. 13. Et erit, inquit, quaſi ſignum, ſcilicet, recordationis in manu tua, quod ſcilicet in manu forti eduxit te Dominus de Aegypto: In huius etiam memoriam præcipit, vt cum educeret filios Iſrael, eo in loco Domino immolaret. Adde quod Deum illi adfuiſſe, inuiſibile eſt: cuius ſignum viſibile, etiam præteriti, dari potuit.

b p d r
antepaſados
a b c d e f g h i k l m n o p q
Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Iſrael, & dicam eis: Deus patrum veſtrorum

o n m l h i K l b d i
fanaticus error, Dei nomen commune fecerat; quærit ergo nomen Dei, qui ſecum loquebatur.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
miſit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod eſt nomen eius? quid dicam eis? Dixit Deus ad

b c d e l
Memo quod Iehoua l. qui à me eſſe & eſſendi fons — *h. Iehoua*
a b c d e f g h i K l m n o q r f
Moyſen: Ego ſum qui ſum. Ait: ſic dices filijs Iſrael: Qui eſt miſit me ad vos. Dixitque
p q o n l i h d

antepaſados
a b c d e f g h i k l m n
iterum Deus ad Moyſen: Hæc dices filijs Iſrael: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus

a b c d e f
hoc nomine facile intelligent, quis Deus.
a b c d e f g h i k l m n o p q
Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum,

Digitized by Google

c .i. quo, s. eius recordarentur mei. f g h .i. in posterum, siue in omnia sæcula.

& hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi: Deus Abraham, Deus

f g pro visitabo .i. recordabor per hoc, quod à seruitute liberabo

Isaac, & Deus Iacob, dicens: visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis

c .i. statui. e .i. extraham. h i quæ, s. affligimini

in Aegypto: & dixi vt educam vos de afflictione Aegypti, in terram Chananæi, & Hetæi,

l m n Hebraismus .i. abundantem & suauem.

& Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte, & melle.

a b c .i. acquiescent his, quæ eis à me dixeris

Et audient vocem meam: Ingredierisq. tu & seniores Israel ad Regem Aegypti, & dices

f .i. occurrit, & dixit. h s. quæso, vel si per te nobis liceat. K tantundem Horeb à terminis Aegypti distabat

ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem,

a b c d e tacuit tamen prudenter, quod non essent reuersuri. l .i. non permittet exire

vt immolemus Domino Deo nostro: sed & ego scio quod non dimittet vos Rex Aegypti, vt

f g .i. percutiam, siue exeram manifeste potentiam meam. h i .i. flagellum, seu potentiam meam. l m declaratio est eius, quod dixerat: extendam manum meam

eatis nisi per manum validam. Extendam enim manum meam, & percutiam Aegyptum

a b faciens opera mirabilia. h i K .i. inter illos, siue in conspectu. n .i. permittet vos exire

in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet vos,

a b c d e .i. faciam illos esse gratos & acceptos Aegyptiis

daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis: Et cum egrediemini non exibitis vacui:

m n o maxime Israelita

sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua vasa argentea & aurea, ac vestes:

i K non iniuste, nec furto, cum à Deo omnium Domino eis data sint.

ponentq. eas super filios, & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

SCHOLIA.

21 *Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam?*] Dei nomen, vt inquit Rupertus, Fanaticus error commune fecerat multis; idcirco proprium quærebat Moyses, Dei, qui ad se loquebatur: nam etsi sunt, inquit Paulus primæ Cor. 8. qui dicuntur dij, siue in cælo, siue in terra, Siquidem, sunt dij multi, & domini multi; nobis tamen vnus est Deus. Quærit igitur Dei nomen, vt interrogantibus; quis est Deus, qui te misit, respondere valeat: sic Irenæus Antiochenus. Porro ob Israelitarum incredulitatem, vt inquit Eusebius, Moyses recusare quodammodo visus est legationem.

22 *Ego sum qui sum.*] Iuxta Hebræum est: Ero, qui ero. Et Chaldæus Paraphrastes: Is sum qui ero. Et orationem esse concisam, *Thara* Hebraicus accentus, qui postus est in *Ehie*, satis indicat. Iam sunt, qui *Aser*, vt coniunctionem interpretentur, non vt relatiuum, quasi dicat: Ero, quia ero; dixerat enim Deus Moysi, ero tecum, ero & cum illis in tribulatione; sed Rabi Hizcuni causalem explicat, vt innuat, rationem dictionis, ero; quia scilicet, ero absque fine, indicare volens, alios Deos, sicut inceperunt, ita & pro tempore finiendos: at Deus numquam desinet esse, & coli, vt Deus, quod sæpe, in Scripturis sacris repetitur. Isa. 17. 30. 43. & 48. Ieremiæ 22. & 44. Ezech. 37. Osee 38. Alij interpretantur, ero qui ero; quod solus Deus, à se, esse habeat, ac proinde solus Deus, confidenter & certo dicere potest, ero; quæcumque enim alia sunt à Deo, quantumuis incorruptibilia, eorum tamen esse à Deo dependet ita, vt amoto eius concursu in nihilum redigantur. Cæterum hoc certum est, Hebræis in vsu esse, futuro, pro præsenti vti; vt Genes. 37. vbi legimus: quid quæris? iuxta Hebræum est: Quid quæreris. Et Iob 1. vbi legimus: vnde venis? Iuxta Hebræum est; vnde venies. Et huiusmodi sunt pleraque alia loca. Quare docte Vulgatus, per præsens tempus vertit, Ego sum, qui sum: sicut & Septuaginta; Vt enim Gregorius Nyssenus inquit, Deus semper est; nam fuit, & erit, conditiones sunt fluxæ naturæ: appellauitq. seipsum Deus qui est, simpliciter, scilicet, totum esse in se comprehendens. verba sunt etiam Platonis. Idemque, Proclus, & Iamblicus, de summo bono effantur. Et ab hoc tempore Aegyptij vsi sunt hoc Dei nomine, *qui sum*: Immo & in eorum templis exaratum reperiri refert Eusebius. Hoc autem nomen, licet Hieronymus aliud recensere videatur, à nomine *Iehoua*, nomine, scilicet Tetragrammaton, quod ita sacratum & summæ venerationis est apud Hebræos, vt ore illud proferre nefas putet, vt Iosephus refert: cuius loco vtuntur nomine alio *Adonai*. Sed certe vnum & idem esse videtur, vt testis est Clemens Alexandrinus: quod licet aliqui nostris literis dicant sonare *Ioua*, vnde & apud gentes, Deus, Iouis dictus sit, sed si ita esset, iam trium literarum nomen apud Hebræos, & non quatuor esset, scilicet *Iota*, sine *Seeua*, & *He* litera, scriberetur, & non *Iehoua*: eius etiam expressionem, apud Samaritanos, Theodoretus dicit esse, *Iane*: apud Iudæos vero *Ia*. Et Hieronymus hoc nomen explicat, per dictionem *Iaho*. Cæterum de hoc sacrato nomine, *Iehoua*, quod Hebræi, *Sembamephoras*, hoc est, nomen expositum vocant, multa scribunt, Rabinus Haccados, cuius verba refert Rabinus Nehumias in epistola secretorum ad filium suum, & Rabinus Moyses Aegyptius, & quantum nobis possibile est captu, cæteris Dei nominibus magis accommodatum censet Rabinus Haccados, licet secundum se nullum habeat nomen; sed eius essentia nomen illius sit: vnde Mercurius Trimegistus: Etenim, inquit, qui est, absq; nomine. Et rursus, de huius nominis ineffabilitate loquēs, ait: Cuius nomen non potest humano ore effari, neque dæmon tacere potuit: etenim Apollo Delphicus, quærenti cuidam, quid Deus esset, ita inter alia respondit: Id est, cuius nomen nec verbo capiendum. Porro Philo de vita Moysi, significare inquit ens, vel qui est, idest, quod à se esse habeat solus, ac proinde immutabilis & æternus, & cunctis esse tribuens; etenim quamuis in Deo, in se, vnum non sit ratio alterius, cæterum quoad nostrum considerandi modum secus est. Quare à sanctis Patribus, huius nominis *Iehoua*, siue qui est, promiscue prædictæ omnes interpretationes assignari solent: vt quia immutabilis, & æternus, & reliqua omnia esse cœperint: Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Hilarius, Gregorius, Agnelius Episcopus Rauenatensis ad Arminium de ratione fidei, & Hugo de sancto victore. At Didimus Alexandrinus, & Augustinus explicant: Qui est, quod illimitatum esse habeat, & non esse angelicum, aut humanum, hoc vel illud, sicut angelus, aut homo. Rursum sanctus Hieronymus, Eusebius, & Bernardus, quod cuncta ab ipso esse habeant, ipse vero à se. Denique sanctus Dionysius; quod reliqua non omnibus communicet; vt esse sanctum, sapientem, potentem, &c. bene tamen esse, quod rebus cunctis tribuit, veluti fons ipsius esse; & quia omnia aliquando esse non habuerunt, ipse autem semper est, nec interitui obnoxius. Isa. 41. Ita & Basilius, quod & Plato in Thimæo affirmat: Deum solum absolute esse, alia in hac, vel in illa duratione. Postremo sanctus Thomas, hoc proprium Dei nomen affirmat; tum quod esse Dei sit eius essentia, non tamen alijs: & quia non hoc, vel illud esse, sed absolute: analogiceque de Deo, & creaturis efferri tradunt Gregorius Nyssenus, & Damascenus: tum denique, quia præsens importat, quod proprium Dei est, qui nec futurum, nec præteritum habet; ita Rabanus, & Beda.

23 *Dominus Deus patrum vestrorum.*] Dixerat nomen, quod illi hactenus nescierant, ostendit modo nomen, quod facile ab eis cognosci possit: Deus Abraham, Deus Isaac, &c.

24 *Et hoc memoriale meum.*] Idest, hoc est nomen, per quod homines in posterum mei recordabuntur.

25 *Congrega seniores Israel.*] Seniores Israel eos vocat, qui præcipui in populo erant, vtpote quibus gubernandi potestas erat commissa, etiamsi ætate seniores non essent; difficile siquidem fuisset, omnes antiquos dierum in Israel, congregare.

26 *Visitans, visitaui vos.*] Ita & Septuaginta: Et quoniam *PaKad* non solum visitare, sed & recordari significat apud Hebræos, hinc est, quod hoc loco, sicut sæpe alibi, visitare, pro recordari sumi-

Marginalia (left): Ruper. in Exo. — Irenæus Antiochenus. Eusebius. — אהיה אשר — Ieremia 10. 22. 44. Ezech. 37. Osee 38. — Greg. Nyss. — Plato in Timæo. Proclus. Iamblicus. — Eusebi. lib. 11. de præparat. Euang. Hieronym. ad Marcellam. — יהוה — Ioseph. 2. antiq. c. 12. Clemēs Alex. stro. 5. — יהו — ה — יהוה — יהוה — R. Haccados. R. Nehumias.

Marginalia (right): R. Moyses. — Philo de vita Moysi. — Ambr. lib. 3. de f. ort. c. 2. et lib. 8. ep. 4. Epist. 62. Hieron. in 3. c. epist. ad Cor. Chrys. ho. 14. in 1. cap. Io. Aug. in tract. de eo quod dictū est ad Moy sen. & lib. 10. de ciuit. Dei cap. 11. Hilar. 1. de Trinit. Greg. 18. Mor. c. 33. & hom. 2. in Ezech. Agnelius ad Arminium. Hugo de s. Victor. in Exod. Didimus. Alex. 1. Ioan. 1. Aug. 12. de Ciu. Dei c. 11. Hieron. in 3. c. ad Ephes. et in 3. c. 2. Cor. Eusebius. Bernard. 5. de cōsideratione. Dionys. 5. de diuin. nom. Basilius. S. Tho. pri. p. q. 13. a. 11. Greg. Nyss. de vita Moysi. Damasc. 1. ort. fid. c. 12. Rabanus in Exod. Beda in Exo. — פקד

Digitized by Google

tur: vnde & Chaldæus paraphrastes legit: Recordans recordatus sum vestri. idest, tandem recordatus afflictionis vestræ, qua ab Aegyptijs opprimimini. Recordari autem dicitur Deus, cum vel afflictis subuenit, vel cum peccatores punit, & hoc loco, visitare, in bonam partem sumitur, pro eo quod est, subuenire: vt Psalm. 115. Visita nos in salutari tuo. Et Lucæ primo: Visitauit nos, oriens ex alto. Porro, visitaui, in præterito, pro futuro; propter rei adimplendæ certitudinem: quod & Genes. 50. Ioseph prædixit: Et geminatio verbi, confirmatio est.

17 *Et dixi, vt educam vos.*] Hebraismus est, idest, statui de Ægypto vos educere, in quo affligimini. Iuxta Hebræum est: Ascendere faciam vos. Sic & Chaldæus. Hoc est, decreui educere vos de subiectione Ægyptiorum. Septuaginta: Reducam vos.

18 *Fluentem lac & mel.*] Hebraismus est, quod Augustinus explicat: idest, terram vbertatis & suauitatis.

19 *Et audient vocem tuam.*] Idest, credent, & acquiescent tibi, vt prudentes, scilicet, & qui promissiones Abrahæ, & patribus vestris factas norunt: maxime Gen. 15. Quarta generatione reuertentur huc, atque ita Moysi, antequam signa viderent, crediderunt.

20 *Vocauit nos.*] Iuxta Hebræum est: Occurrit. Sed quia infra, capite quinto, vbi hæc eadem ponuntur, iuxta Hebræum est: vocauit: & hic, sic legit cum Septuaginta. Chaldæus: Dominus Deus Hebræorum inuocatus est super nos: sed hæc inter se non dissident, & sermo est de vocatione externa à Deo, vt testis est sanctus Thomas. (S.Tho. in c.1. epist. ad Galat.)

21 *Ibimus viam trium dierum in solitudinem.*] Ibimus; subintellige, obsecro: vt Chaldæus. Et ita iuxta Hebræum: siue, per te nobis liceat. Septuaginta: Ibimus igitur. Iam Horeb, trium dierum itinere distat à terminis Ægypti, quamuis Israelitæ per mansiones proficiscētes, tertio mense eo peruenerint. Porro, vt Anastasius ex Basilio aduertit, non est mentitus Moyses, sed quod potuit, celauit, non vltra, scilicet, in Ægyptum reuersuros. (Anast.9.in.S. Scrip. Basilius.)

22 *Nisi per manum validam.*] Iuxta Hebræum, & Septuaginta: In manu valida, Hebraismus est, id est, per punitionem grauem; quod manu percussio fieri soleat. Chaldæus: per timorem fortem, hoc est, per stupenda miracula.

23 *Daboq. gratiam populo huic,*] idest reddam populum hunc gratissimum Ægyptijs. Iam Hebræi ferunt, Ægyptios, vltro illis iocalia tribuisse, adeo gratiam apud illos inuenisse, idest, illis gratos & acceptos extitisse. Sic Iosephus insinuat; quo celerius exirent, & ob vicinitatis consuetudinem. Sed certe iuxta Augustinum, Hebræi ab eis poposcerunt, vt statim in litera subditur: Et postulabit &c. At cum sepeliendis suis mortuis, in Hebræorum exitu, Aegyptij essent intenti, ab illis tunc exigere non curarunt. (Ioseph. 2. antiq.c.13. Augu. To. 3. de varijs locut.in Exod.)

24 *Ponetq. eas, super filios, & filias vestras.*] In ornatum, scilicet, sicut & nunc Aethiopes, in suis festis, ornari aliorum iocalibus solent.

25 *Et spoliabitis Aegyptum.*] Magnas diuitias tulerunt, vt insinuat verbum, spoliare; Et quod Genes. 15. dictum est: Post hæc egredientur cum magna substantia. Iam Dominus qui vniuersorum est, siue in mercedem onerum suorum, illis contulit, quæ ab Aegyptijs acceperant. Quare neque iniustum, aut furtum fuisse, asserunt Augustinus, & sanctus Thomas, ita Irenæus, Prosper, ex Psalmis 77. & 107. Reddidit mercedem laborum suorum. Sic Basilius, & Theodoretus: sanctus Bernardus de precepto & dispensatione illos excusat; quod dispensatione diuina Aegyptios spoliauerint. Philo de vita Moysi, sic scribit: Generosi ac nobilis generis sui in mentem venit, atque ob id, præclarum facinus, quale liberos decet, ausi sunt, multam prædā asportarunt, partim ipsimet gerendo, partim vero, iumentis imponendo, neque id aut auaritia, aut alienæ rei cupiditate adducti fecerunt; sed primum, ob diuturnam seruitutem, quam Aegyptijs seruierunt, necessariam mercedem referentes, deinde, vt talionem rependerent; nec par pari referentes; non enim libertatis priuatio cum pecuniarum iactura comparari potest, cum pro libertate tuenda, hi qui sanę mentis sunt, non tantum facultates, sed & vitam ipsam proijcere non recusant. hactenus Philo. (Aug.To. 4. q. 6. in Exod. S.Tho.12.q.5 ar.5 ad 2. & q.100.a. 8. ad 3. et 22.q.66. a 5.ad 1.et q. 104.a.4.ad 2. et 3.d.37.a.4. ad 3. a. 6. ad 1. et de malo. q.13.a.4.et q. 15.a. 2. ad 8. Irenaus lib. 4. contra hæreses cap. 40. Prosper pri. p. cap.37. Basilius. Theod. 9. in Exod. Bern. de præcepto,et dispē. Philo de vita Moysi.)

CAPVT QVARTVM.

d c h i K
alij à senioribus .i.obedient .i.mandatis & monitis meis
a b c d e f g h i k l
Respondens Moyses, ait: non credent mihi, neque audient vocem meam, sed

f i K l m n
.s. qui de populo .s. Deus .s. Moysen non sunt ignorantis verba, sed vt ex eius responsione commodius institutum prosequatur.
a b c d e f g h i k l m n o
dicent: Non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in

c d
.s. Moyses .i.baculum
a b c d e f g h l
manu tua? Respondit: Virga. Dixitque Dominus: Proÿce eam in terram.

Proiecit,

Digitized by Google

g h i k
erat enim aspectus eius quasi aggredientis persequentem se.
a b c d e f g h i K l m
Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Dixitque Dominus:

---

a b c d e f g h i K l m n a
Quod Pharao putans insidiaturos Hebraos regno, operibus luti illos premit, & ab honore, quem in Ioseph obtinuerunt, deiecit: sed ministerio Moysi, post eventum rubri maris, honorabile nomen habituri essent.
a b c d e f g h i k l m n
Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versaq. est in

---

b c
subaudi hoc feci. & idem coram illis facere poteris.
a b c d e f g h i k l m
virgam. Vt credant, inquit, quod apparuit tibi Dominus Deus patrum tuorum, Deus
Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Dixitq. Dominus rursum: Mitte manum tuam

---

i K l m
Quod quamprimum populus Moysi se cura commisit, odiosus factus est Aegyptijs.
a b c d e f g h i K l m n o
in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Retrahe ait,

---

f g h i K l m n o
Quod pristinum splendorem Hebraus populus apud Aegyptios & alias nationes in fine sub cura Moysi habuit, ex submersione Aegyptiorum.
K l m n o
Quia ita facile est Deo, damna populi mederi, sicut homini manum in sinum mittere, & inde extrahere.
a b c d e f g h i x l m n o
manum tuam in sinum tuum, retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquae.

---

g h i K l m
.i. acquieuerint. .i. priori facto seu miraculo. .i. acquiescent.
a b c d e f g h i x l m
Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo

---

m a b l m n
.i. facto sequentis miraculi. .i. acquieuerint. .i. dictis tuis.
a b c d e f g h i x l m n
signi sequentis. Quod si nec duobus his signis crediderint, neque audierint vocem tuam:

---

i K l m n a b c
Quia necem infantum in fluuio puniturus erat Deus in morte primogenitorum Aegypti, submersione illorum in mari rubro.
a b c d e f g h i k l m n
sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio,

---

b c h i x l m n o
eum. s. in arida fuerit. .i. numquam fui eloquens. s. vt decet eum, qui ad regem verba facturus est.
a b c d e f g h i K l m n o
vertetur in sanguinem. Ait Moyses: Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius-

---

a i K l m n
pro, etiam. Quod inferior natura ad aspectum superioris quandoque immutetur. Iuxta Hebr. grauis oris, idest, imperiti sermonis. Septuagintaq; gracili voce.
a b c d e f g h i K l m n o
tertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguae sum. Dixit

---

d e f
.i. facultatem loquendi tribuit.
a b c d e f g h i K l m n o p
Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum? viden-

---

c d e h i x l m n
q.d. scis quod ita tibi facundiam concedere possum, sed non expedit, ne humana eloquentia libertas tribui queat. .i. moderator verborum adero, & efficaciam praestans, & facundum reddam.
a b c d e f g h i K l m n o p q
tem & caecum? nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris.

At ille:

Digitized by Google

f g h i K l
q.d. alium magis idoneum, qualem par est à te mitti. *Vel quod irati speciem præseferret visio, vel quod displicuit plus nimio excusatio.*
a b c d e f g h i K l m n
At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es. Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit: Ecce ipse egredietur in occursum tuum,

i K l m n o
i.refer illi quæ audisti, et vidisti.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
vidensq. te lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero

p q r a b c d e f g
i.ero verborum tuorum & illius moderator, & te facundum reddam.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad

b c d e f g h i K l m n o p q
i.interpres, tu farante. *i.Tu à me legem & mandata accipies, & ipse te consulet quasi me. Iuxta Hebr. tu eris ei pro Deo.* *i.baculum.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r
populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

S C H O L I A.

1 NON credent mihi.] Etsi iuxta verbum Domini, seniores Israel, qui promissiones Dei ad patres factas nouerant, non dubitaret Moyses credituros; sciebat tamen, in populo plerosque esse incredulos, & duro corde, & propter illos signa quærebat; non itaque credent, nisi, subaudi, signa viderint; nam vsque hodie, inquit Rupertus, Iudæi signa petunt. *Rupert. in Exod.*

2 *Quid est quod tenes in manu tua?*] Iuxta Hebræum: Quid hoc in manu tua. Interrogat autem Dominus, non quidem ignorans, sed occasionem præstans responsionis, quæ faceret ad rem, quæ instituebatur.

3 *Et versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses.*] Etenim, vt refert Iosephus, Draco humi repebat, & in spiras se conuoluens, caput erigebat, quasi repugnaturus, si quis insequeretur. *Ioseph. 2. antiq. c. 12.*

4 *Et apprehende caudam eius.*] Verbum *Achaz* etiam robborare, & fortificare significat: sic igitur apprehendere caudam iubetur (vi vocis Hebraicæ expensa) quasi præualens in serpentem. אחז

5 *Versaque est in virgam*] Prædicto facto indicare Dominus voluit dignitatem populi in Ioseph, quæ concinne per virgam designatur, (illam siquidem reuereri visus fuit Iacob, cum moriturus adorauit ad fastigium virgam Ioseph, vt Genes. 49. visum est) deiectam, adeo, vt oneribus luti & lateris premerentur, quod per virgæ deiectionem in terram innuitur: in colubrumque conuersio, Pharaonis suspicionem adumbrat, qui quasi serpentem, quæ calcaneo insidiatur, putauit: & illos imperio suo & regno insidiari, ac proinde, opprimendos. Sed Moysi ministerio, in fine, in honorabilem & præclarum statum restituendos: hoc serpentis in virgam iterata conuersio figurabat.

6 *Vt credant, inquit,*] Subaudiendum est: hoc feci, & idem facere coram illis poteris.

7 *Et erat similis carni reliquæ.*] Idest, eiusdem coloris cum reliqua corporis carne; Etenim lepra, externam cutis faciem immutat, & quasi in niuis colorem conuertit: vnde vbi nos legimus: Leprosum, Chaldæus habet: Albam; est enim quædam lepræ species valde candida. Porro per priorem missionem manus in sinum, Cyrillus, & Theodoretus, populum à principio Moysi curæ commissum interpretantur. Vnde num. 11. ei dicitur; porta eos in sinu tuo, idest, eorum amabilem & intimam curam habe. Lepræ vero infirmitas, per quam quis fœtet & horribilis alijs videtur, ostendit, quamprimum Moysi curæ se credit populus, odiosum factum fuisse Aegyptijs: vnde infra cap. 5. ipsi Moysi dicebant: fœtere fecisti nomen nostrum coram Pharaone, idest, odiosos nos fecisti. Manus preterea sanatio, cum secundo in sinum missa fuit, & inde extracta, populi splendorem, quem à facto Moysi (cui subditus erat Hebræorum populus) in mari rubro, & Aegyptiorum submersione, quem apud Aegyptios, immo & cunctas nationes habuerunt, adumbrat; ab illo siquidem die reuerebantur illos, & timebant; sicque restituta fuit caro in pristinum candorem. His adde, manus missionem, & extractionem innuere, hæc & similia ita Deo facilia esse, sicut homini facile videtur, manum in sinum mittere, & inde extrahere. *Cyrillus. Theod. q. in Exod.*

8 *Vertetur in sanguinem.*] Iuxta Hebræum est; sicut sanguis in arida. Chaldæus: Et aquæ, si tuleris de flumine, vertentur in sanguinem in arida.

Septua-

Digitized by Google

Septuaginta: super aridam. Itaque tunc in sanguinem fuit aqua conuersa, cum super arenam esset. Porro hoc signo monstrabatur, quomodo necem puerorum Israel in flumine puniturus esset Deus, primogenitorum Aegypti morte, & Aegypciorum submersione in mari rubro.

9 *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius.*] Origenes, Cyrillus, & Rupertus, eloquentem fuisse antea Moysen contendunt; Actorum enim septimo, eruditus & efficax verbo ab adolescentia describitur: sed ex quo cum Deo loquutus fuit, tardioris linguæ effectum, vel saltem sibi ab eo tempore sic visum fuisse. Sed certe Hebraismus, ab heri & nudiustertius, idest, nunquam fui eloquens, etiam ab infantia, seu natiuitate: vt primi Reg. 10. de Saule, videntes autem qui nouerant eum heri, & nudiustertius, idest, à natiuitate, siue infantia. Et manifeste ostenditur; licet enim efficax in verbo fuerit, non tamen eloquentem vt Aaronem se esse nouerat, ac proinde, se ineloquentem dixit. Vbi subintelligendum est, prout nuntios esse expedit, qui apud Reges, & principes sint verba facturi. Porro eloquens, iuxta Hebræum dicitur vir verborum; Hebraismus est, idest, disertus, & eloquens.

Orig. in Exo. Cyrillus. Ruper. in Exo.

10 *Et ex quo loquutus es ad seruum tuum.*] Quidam hic sistunt; putantque sensum esse; Ex quo loquutus sum cum Domino meo, me elinguem esse nouisti. Cæterum planior sensus est; ex quo locutus est cum Deo, etiam tardioris linguæ factum, quam antea; solet enim inferior natura, ad præsentiam & apparitionem superioris immutari; vt Dan. 10. Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Et hoc certum puto, siue antea eloquens fuerit, siue non, à Dei locutione, tardioris linguæ, quam antea, esse effectum; ac proinde non esse sistendum ibi, sed vbi dicitur; Tardioris linguæ sum. Quæ enim ab Hebræis dici solent, Moysen scilicet puerum, cum in brachijs Regis esset, oblato titione, ad linguam applicuisse, & ita quodammodo elinguem redditum; & rursum, cum multo tempore in terra Madian manserit, quodammodo Hebraici sermonis oblitum, & quasi elinguem ad locutionem Hebraicam, & pronuntiationem debitam; non tamẽ Aaronem, qui semper cum suis fuerat, non adeo sunt certa: potuit tamen ita esse, sic, vt ex prædictis ineloquens sibi visus fuerit, prout ad talem legationem exequendam expedire putabat. Porro sanctus Ignatius legit; Exili voce, & tardiori lingua. Iuxta Hebręũ est: Grauis lingua, & grauis ore. Chaldæus: Quoniam grauis loquelæ, & linguæ profundæ. Septuaginta: gracili voce, & tarda lingua ego sum; sed omnium vnicus est sensus.

S. Ignatius Epist. 6. ad Magnesianos.

11 *Quis fecit os hominis?*] Non est putandum Moysen dubitasse, eloquentiæ defectum à Deo posse suppleri, quod Deus ijs verbis insinuat, quasi dicat; Tu scis, me, qui sermonem cunctis præsto te eloquentem subito reddere posse, sed non sic expedit; ne humanæ scilicet persuasioni factum hoc tribui possit: ita Theodoretus. Porro quis fecit os hominis; Hebraismus est, idest, quis illi loquendi facultatem contulit.

Theod. q. in Exod.

12 *Quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum.*] Quasi dicat: prout placuit, cuncta digessi; quosdam tardioris linguæ, & cæcos effeci: alios, eruditos, & acutioris intuitus. Porro Hebræi ferunt, Moysen, ob Ægyptij mortem, à Pharaone vocatum, Regis animositatem veritum non esse, vt Heb. 11. dicitur; sed constanter affirmasse, merito id factum fuisse; quare capite truncari iussum; lictorem vero acrisia à Deo percussum, ita vt libere Moyses euadere potuerit, & Pharaonem tũc veluti surdum, & mutum a Deo redditum, ita vt nec signo insinuare potuerit ministris, vt illum fugientem caperent. Et hoc esse quod dicitur: quis fecit os: idest, tibi verba concessit, vt audacter Regi responderes? & quis visum tibi contulit? siue quis viam monstrauit, vt libere fugere posses? quis lictorem cæcitate percussit? & Pharaonem velut mutum, & surdum, & stupidum, reddidit? quasi dicat: Cum oportuerit, & similia præstabo.

13 *Ego ero in ore tuo*] Hebraismus est: Idest, facundum & eruditum reddam, vel saltem verbo efficaciam præstabo, verborum denique tuorum moderator adero. Origenes in Exodum dicit, secundum aliam literam legi: Aperiam os tuum, & instruam te, quæ oportet te loqui. Quę verba erudite prosequitur: sic etiam legunt Augustinus & Ambrosius: sed hæc non discrepant à sensu Vulgati.

Orig. in Exod.

Aug. q. 9. in Exod. Ambro. lib. 1. epist. epist. 2.

14 *Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.*] Iuxta Hebræum: Mitte, quæso, per manum illius, quem missurus es: Septuaginta: Elige potentem alium, quem mittas. Chaldæus: Obsecro Domine, mitte nunc per manum illius, qui dignus est, vt mittatur. Idem est omnium sensus: per manum autem alicuius mittere, subintellige legationem istam, est, legationem alteri committere. Sunt qui Hebraismo dicant subintelligendum, sine dilatione mittere, idest, subito, & expedite. Porro non est credẽdum, Moysen de prædictis dubitasse, sed alios ad munus illud obeundum præstantiores putans, plus nimio se excusasse. Iam: quem missurus es, ad Aaronem quidam referunt, & satis probabiliter, quem eloquentiorem nouerat, & natu maiorem; vnde statim sequitur: Scio quod eloquens sit. Alij ad eum, qui filios Israel in terram promissionis introducturus erat. At planus sensus est: mitte quem expedire amplius noueris, modo ne me mittas.

15 *Iratus est Dominus in Moysen.*] Iuxta Hebræum: Iratus est furor Domini. Sic Chaldæus. At Septuaginta: Et iratus ira Dominus. Phrases loquendi sunt, sed in sensu idem cum litera nostra. Porro iratus dicitur, forsan quod in visione irati speciem præseferret, vel eo quod Deo non placuerit, plus nimio se excusare.

16 *Eloquens sit.*] Iuxta Hebræum est: Loquendo loquetur ipse. Septuaginta: Scio quod loquens loquutus ipse tibi. Chaldæus; Quod ipse loquens loquetur. Omnium sensus est, quasi dicat: Scio quod frater poterit pro te loqui; sed Vulgatus magis expressit, cum ait: Eloquens sit, quasi dicat; poterit pro te loqui, cum eloquens sit. Porro sunt & qui legant: Vir verborum: Hebraismus est, idest, disertus, & eloquens.

17 *Pone verba mea in ore eius.*] Idest, narra ei lega-

ei legationem istam, & erudi eum de cunctis, quæ vidisti, & audisti.

18 *Et ego ero in ore tuo, & in ore illius.*] Idest, moderator sermonis adero, verba & efficaciam, prout expedierit, præstans: Hoc est, quod pro magno concedi sibi orabat Esther 14. da in ore meo sermonem bene sonantem. Et Paulus ad Ephe. 5. Vt detur mihi sermo in apertione oris mei; Domini siquidem, dicitur Prouer. 16. est, gubernare linguam.

19 *Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum*] Posteriora verba, scilicet: Et erit os tuum, priora amplius explicant, more Scripturæ. Porro erit os, Hebraismus est: idest, interpres tuus: sic Chaldæus: *como farante*: vnde Augustinus; satis indicare dicit verba ista, in Moyse principatum, in Aaraone vero, ministerium.

Augu. q. 10. in Exod.

19 d. *Tu autem eris in his quæ ad Deum pertinent.*] Sic & Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Eris ei in Deum. Chaldæus: Eris ei in magistrum, siue principem. Sensus est: Tu à me legem & mandata accipies: hoc sibi vult, eris in his, quæ ad Deum, idest, ad me pertinent: ipse vero te consulet, quasi me, & narrabis illi quæcumque præcepero tibi. Nec inde inefficaciter colligas, Sacerdotes subditos fuisse magistratibus secularibus in foro; nã, nec Aaron tunc Sacerdotio initiatus erat; nec Moyses adeo secularis princeps, quin & Sacerdotio fungeretur, & ab eo inunctus fuerit Aaron: vnde: Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius: Bene tamen Sacerdotes, principibus in magistros & præceptores extitisse, Scripturam multis in locis attente intuenti, constabit.

g K o
qui & Raguel, Hebal, Cinæus, Heber, Phutiel, Iether. pro, dixerat. s. si per te mihi liceat.
a b c d e f g h i K l m n o p
Abijt Moyses, & reuersus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: vadam & reuertar ad

a g h i
i. cognatos. como les va.
a b c d e f g h i K l m n o p
fratres meos in Aegyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace.

n o a
s. Pharao, & aliqui ex cognatis Aegyptij, quem occiderat.
a b c d e f g h i K l m n o
Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade & reuertere in Aegyptum: mortui sunt

c f
i. te interficere.
a b c d e f g h i K l m n o
enim omnes qui quærebant animam tuam. Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos,

e l m
i. asinos. quæ signa facturus erat ex Dei iniunctu.
a b c d e f g h i k l m n o
& imposuit eos super asinum, reuersusq. est in Aegyptum, portans virgam Dei in manu

c f g l
Iuxta Hebr. Cum reuersus fueris in Aegyptum. i. miracula ostentu. s. digna.
a b c d e f g i h K l m n o
sua. Dixitque ei Dominus reuertenti in Aegyptum: Vide vt omnia ostenta, quæ posui in

a b e f g h i
i. potestate tua. dicto Cenchros. i. indurari permittam, per negationem s. auxilij emollientis.
a b c d e f g h i k l m n
manu tua, facias coram Pharaone: Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.

f g h i K l
Chald. & Septuag. Angelus Domini. quod declinantibus cunctis populis ad idololatriam, peculiari veri Dei cultu donatus sit. i. iussi.
a b c d e f g h i K l m n
Dicesq. ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: Dimitte

K l m n o a
hoc ad vltimam plagam pertinet, & creditur præmissa alia: hæc tamen expressa; vt eius contemptum exprobraret.
a b c d e f g h i K l m n o
filium meum, vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eum: Ecce ego interficiam filium tuum

primoge-

g K . m n a
i. hospitio. *i. Angelus: sic Septuaginta & Chaldæus.* *quod filium incircumcisum secum deferret.*
a b c d e f g h i K l m n
primogenitum. Cumq. esset in itinere in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere

e f K l
siue petream nouaculam. *pro filiorum suorum.*
a b c d e f g h i K l m
eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui, tetigitq.

m a b e f g h i l o
proijciendo ad pedes viri, seu filij, præputium. *pro arrabone, ob cultum populi tui sanguinem filiorum dedisti in manibus meis.* *i. disparuit. Septuag. abijt ab eo Angelus. Aliqui ad Sephoram referunt quod reuersa fuerit ad patrem suum.* *s. Sephora.*
a b c d e f g h i x l m n o p
pedes eius, & ait: sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat: sponsus

p a b c
sicut supra. *s. dixerat illud, nempe sponsus sanguinum, &c.*
a b c d e f g h i K l m
sanguinum, ob circumcisionem. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi

h
s. Horeb.
a b c d e f g h i K l m n o
in desertum, qui perrexit obuiam ei, in montem Dei, & osculatus est eum. Narrauitque

d e f g h l m
i. omnia, quæ ei dixerat Dominus ad legationem expedire. *s. fieri.*
a b c d e f g h i K l m
Moyses Aaron omnia verba Domini, quibus miserat eum. Et signa quæ mandauerat.

g i K l
i. Senatores. *coram senioribus.*
a b c d e f g h i K l m
Veneruntq. simul, & congregauerunt cunctos seniores Israel. Locutusq. est Aaron omnia

i
s. Moyses.
a b c d e f g h i K l m n o
verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, & credidit populus.

c h i
i. recordatus esset. *i. liberare decreuisset.*
a b c d e f g h i K
Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem

d
in gratiarum actionem.
a b c d
illorum: & proni adorauerunt.

S C H O L I A.

20 ***Reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt videam si adhuc viuant.***] Fratres suos vocat, qui ex eadem cognatione, ex genere Abrahæ, per Iacob, erant. Porro si adhuc viuant, quasi dicat: *Como les va con tantos trabajos?* At vero licet Scriptura non exprimat, refert tamen Iosephus, Moysen socero suo dixisse, vt salua eius pace, in Aegyptum descendere liceret, in suorum, qui afflicti erant, non modicam vtilitatem. *Ioseph. 2. antiq. c. 13.*

21 *In Madian*] Hanc, aliam scribit Hieronymus, à Madianitarum regione, vrbem scilicet, iuxta Aruonem, & Areopolim, cuius tantum ruinæ, nunc extant. *Hieronym. de locis Hebr.*

22 ***Mortui sunt, qui quærebant animam tuam,***] Hebraismus est, idest, qui te interficere curabant, Pharao scilicet: Et sit plurale, pro singulari, vt ait Augustinus: sic & Rupertus: Et forsan aliqui etiam ex cognatis Aegyptij, quem occiderat. Vnde Chaldæus: Quia mortui sunt omnes viri, qui quærebant interficere te. *August. locut. 19. in Exod. Rupert. in Exo.*

23 *Et im-*

23 *Et impositos super asinum.*] R. Salomoh cum suis, fabulantur, asinum istum eundem esse cum illo, quo Abraham immolaturus Isaac, ligna ferebat, & in eodem, & Messiam sessurum, iuxta illud Zachariæ 11. sedens super asinum, &c. In quo, & similibus, merito à Catholicis irridentur. Hoc certum est, Hebræorum more, hoc loco, singulare positum esse pro plurali, asino, scilicet, pro asinis, quibus vxor, & filij, & alij incederent.

24 *Portans virgam Dei in manu sua.*] Virgam scilicet, quæ conuersa fuerat in colubrum, & qua, ex Dei iniuncto, miracula multa ederet.

25 *Dixitq. ei Dominus reuertenti in Aegyptum*] Iuxta Hebræum est: Et dixit Dominus ad Mosch: Cum perrexeris vt reuertaris in Aegyptum. Sic & Chaldæus. Septuaginta: Dixit autem Dominus ad Moysen, abeunte te & reuertente in Aegyptum, vide, &c. Quare satis commode intelligi potest, quod & in Vulgato dicitur: Reuertenti, idest, accingenti & præparanti se, vt reuerteretur in Ægyptum, tunc dixerit ei: Cum perrexeris vt reuertaris, idest, cum ingressus fueris Ægyptum, siue te reuertente, vide & considera, ne ingressus facias, &c.

S. Tho. p. q. 23 a. 3. ad 2. et q. 48. a. 6. corp. & q. 49. a. 2. corp. & q. 63. a. 5. corp. & 12. q. 79. a. 1. ad. 1. & a. 3. corp. & q. 87. a. 1. ad 2. & 22. q. 15. a. 1. corp. & q. 19 a. 1. ad. 3. & q. 24. a. 10. corp. et 1. d. 40 q. 4 a. 2. & 2. d. 32. q. 2. a. 1 corp. & d. 34. a. 1. corp. & ad 3. & q. 36 a. 3 ad. 1. & 4. d. 37. q. 2. a. 1. ad. 1. & q. 3. a. 1. corp. & d. 44. q. 1. a. 2. corp. & 3. d. 30 a. 1. ad. 5. & d. 18. q. 1. a. 1. q. 2. ad. 4. & a. 3. q. 3. corp. & 2. contra Gentes c. 40. & 3. cont. gen. c. 71. & 162. & de veritate q. 21. a. 8. et q. 24 art. 10. corp. & de potētia q. 1. a. 6. corp. & ad 4. et 6. & in cap. 9 epist. ad Ro. lect. 3. circa finē. & in cap. 3. epist. ad Hebr. lect. 2. post principium.

26 *Omnia ostenta quæ posui in manu tua.*] Miracula vocat ostenta; quod ostentu digna sint, & ad hoc edita, vt Dei virtus & voluntas agnoscantur, & nota fiant. Porro in manu tua, idest, in tua potestate, quæ scilicet, facere poteris, cum opportuerit.

27 *Ego indurabo cor Pharaonis.*] Solemne est in sacris literis, permissionem Dei, actionem illius vocare, vt ea quæ Deus permittit, eadem agere dicas: Præsertim cum oppositum fieri non valet, nec res illa vitari potest, nisi auxiliante Deo. Et quidem iustitiæ Dei indurationem ascribi, docet S. Thomas, nō quidē positiue aliquid immittendo, sed per negationē auxilij, quo solo emollitur cor, sicut per absentiam solis tenebræ sequuntur, cuius præsentia aer illuminatur. Dicitur tamen aliquo modo à Deo esse, quatenus scilicet pœna est præcedentium peccatorum, quibus meruit homo peculiaris auxilij substractionem, alterius scilicet à sufficientibus, quæ in hac vita, nemini denegantur: Hæc docte multis in locis prosequitur S. Thomas, quo modo Augustinus, & Gregorius, Theodoretus, Rabanus, Rupertus, de hac re differentes, intelligendi sunt.

28 *Filius meus primogenitus Israel.*] Primogenitus dicitur inter adoptionis filios; quod declinantibus cunctis nationibus ad idololatriam, ipse peculiari veri Dei cultu donatus sit. Sic Rabanus. &, sicut primogenito, Deus maiora dona contulerit: sic Augustinus: cuius primogenituræ, & nos successimus, altiori quidem titulo, vt acute aduertit Sanctus Thomas.

Aug. ser. 88. Greg. 11. mor. cap. 5.

29 *Dixi tibi dimitte filios meos.*] Dixi, idest, iussi. Cæterum hæc verba, docti interpretes, ad vltimum legationis tempus referunt: quasi præmissis alijs, exprobrando Pharaonis contemptum; Vltima siquidem plaga est, de qua subditur: Ego interficiam filium tuum primogenitum.

Theod. q. in Exod. Rabanus in Exod. Rupert. in Exod. Rabanus in Exod. Aug. q. in Exod. S. Tho. 4. d. 8. a. 3. q. 2. ad 2.

30 *In diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum*] Hospitium, diuersorium dictum est; quod eo itinerantes ad quietem & refectionem diuertant: Angelus autem, qui occurrit, secundum Hebræos, infirmitas grauissima fuit, qua Moyses ad mortem ægrotauerat. Cæterum Catholici interpretes, visionem Angelicam interpretantur. Porro hoc ad puerum incircumcisum quidam referunt, inter quos, Augustinus. Sed certum est, voluisse Moysen occidere: quid autem in causa fuerit, hoc dubium est: etenim Diodorus, Eusebius, & Augustinus, putant, ob id, quod cum vxore & filijs Ægyptum ingrederetur, qui de illorum egressu esset acturus, non autem filij incircumcisionem; cum in itinere per desertum, tanto tempore filios Israel incircumcisos passus fuerit. At fere omnes reliqui Patres, inter quos Eusebius Emissenus, Theodoretus, Isidorus Pelusiota, Diodorus, & Rupertus, eius causam assignant; quod filium iuxta præceptum Abrahæ traditum, non circumciderat: Vnde facta circumcisione, Angelus illum reliquit, vt in textu dicitur. Et Chaldæus, vbi nos legimus: Sponsus sanguinum tu mihi es, sic legit: Nisi propter sanguinem circumcisionis huius, condemnatus eras ad mortem, o Sponse mi.

Augus. l. 4. de baptismo c. 24 & q. 11. in Exod. ita S. Hiero. in 5. c. epist. ad Galat. Diodorus. Eusebius. Augu. ser. 86. de tempore & q. 13. in Exo. Eusebius. Theod. q. in Exod. Isid. Pelusiot. Diodorus Ruper. in Exo.

31 *Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui.*] Probabile est, ex verbis Angeli, vel Moysi, cognouisse Sephoram, causam ob quam Angelus Moysen occidere vellet, & ideo tulit petram, siue petream nouaculam, qua & Indi modo aliquando vtuntur: In Hebræo est, *Sor*, idest, quid strictum & acutum à verbo *Sur*, quod stringere significat. צר צור Porro quidam putant, filiorum alterum, iam in Madian circumcisum fuisse, inter quos est Hugo de S. Victore: Sed planior sensus est, si Hebræorum more, singulare pro plurali positum intelligamus, filium, scilicet, idest, filios. Iam non sic lapideo cultello circumcidit, quasi tale instrumentum requisitum esset necessario ad circumcisionē. Sic S. Thomas aduertit. Denique præsente Moyse, non quasi ex officio Sephora filium circumcidit, sed quasi viri sui in angustijs constituti & impediti vices gerens, & quasi coacta, vt sic virum à tanto periculo erueret.

S. Tho. 3. p. q. 70 a. 3. ad 2.

32 *Tetigitq. pedes eius.*] Quidam subintelligendum putant, sanguis: quasi dicat: sanguis pueri circumcisi defluens, & ipsius infantis pedes tetigit. Alij, Sephoram, facta circumcisione, Angeli pedes tetigisse affirmant: Sed communis Patrum interpretatio est, exacerbatam Sephoram præ filij dolore, præputium ad Moysi pedes proiecisse. Nec desunt qui dicant: Sephoram, filium cum circumcideret, inquietos pedes pueri, nouacula aliquantulum tetigisse, & vulnerasse ipsum.

33 *Et ait: Sponsus sanguinum, tu mihi es.*] Quidam ad Angelum dicunt locutam: vt sit sensus: Tecum, etiam, sanguinis effusione, hodie desponsata sum. Alij verba dirigunt etiam ad Angelum, sed aliter, quasi dicat: propter sanguinem filij mei, spōsus meus à te mihi condonetur. Cui arridet lectio Septuaginta, qui legunt: Stetit sanguis circumcisionis filij mei: subintellige, ad placandum te infensum marito meo. Et Chaldæus: Propter sanguinem circumcisionis huius, detur mihi spōsus meus. Certe harum editionum lectio satis aperte indicat, Sephorā circumcisione filiorum facta, prouolutam

ad pedes

Digitized by Google

ad pedes Angeli, pro Moysi vita illum exorasse, quod subintelligi debet in Vulgato, & insinuatur in eo, quod subdit: Dimisit eum Angelus scilicet, Moysen, post circumcisionem filiorum, & ad preces Sephoræ. Alij, ad puerum referunt verba, quasi dicat; fere propter te fili, sponsus meus hodie fuisset occisus. Alij, ad Moysen dicunt esse loquutam: vt sit sensus: propter te, qui sponsus es, effudi filiorum sanguinem, ne Angelus te occideret: Vnde & Chaldæus, cum referuntur eadem verba, vbi dicitur: & dimisit eam (postquam dixerat sponsus sanguinum tu mihi es) legit: Nisi propter sanguinem circumcisionis huius, condemnatus eras ad mortem, o sponse mi. Denique sunt, qui sic interpretantur: vt cum præ dolore, filij præputium ad Moysi pedes proiecerit, dicat: Pro oratione, ob ritum populi tui, filiorum sanguinem in manibus meis dedisti: sic Rabanus. Et hic videtur planior sensus, quamuis & præcedens mihi arrideat: & ambo simul ad literam genuini esse possunt.

Rabanus in Exod.

34 *Et dimisit eum.*] Hoc ad Sephoram referunt plærique; subditur enim, postquam dixerat, scilicet, ipsa Sephora: sponsus sanguinum tu mihi es: quæ irata à viro petierit in patriam reuerti, cui annuens vir eius, (maxime aduertens, tantam vxoris & filiorum sarcinam, ad talem legationem minime expedire:) in domum patris eius, cum filijs illam remisit: Vnde infra cap. 18. Tulit inquit, Ietro Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat, & duos filios eius; Sed certe *Ireph*, verbum, idest, dimisit, masculini generis est, quare potius referendum esse videtur ad Angelū, qui ex tunc Moysen dimisit, & disparuit, postquam Sephora verba illa finierat: Sponsus sanguinum tu mihi es. Adde, quod ex vi vocis Hebraicæ non tam importat dimittere, quasi recedere, sed magis quasi lenem esse, aut remissum, idest, non amplius persequi, & vexare: quod propriè conuenit Angelo, qui placatus circumcisione, destitit à Moyse vexando. Vnde Gregorius Nyssenus inquit: Angelus timorem mortis Moysi intulisse fertur, quem mulier circumcisionis filij sanguine facile placauit. Quod autem subditur: Ob circumcisionem: expositio est, seu ratio, quare dixerit Sephora: sponsus sanguinum, scilicet, propter effusionem sanguinis filiorum, cum illos circumcidit.

ירף

Greg. Nyss. de vita Moys.

35 *Dixit Dominus ad Aaron.*] Cum Aaron ex tribu Leui fuerit, ad istam saltem Domini apparitionem referri possunt verba illa 1. Reg. 2. Nunquid non aperte reuelatus sum domui Patris tui, cum essent in Ægypto.

36 *Omnia verba Domini, quibus miserat eum.*] Idiotismus est, idest, omnia, quæ ad illum loquutus fuerat Dominus, ad hanc scilicet legationem spectantia.

37 *Veneruntq. simul.*] Obuiam occurrentes, refert Iosephus, Hebræorum quosq. præstantissimos, inuenisse Moysen, qui aduentum eius perseuerant. — Ioseph. 2. antiq. c. 13.

38 *Et fecit signa.*] Hoc ad Moysen referendum est; Aaron itaq. in verbis, eius interpres fuit, signa autem Moyses fecit.

39 *Quod visitasset Dominus filios Israel.*] Hebraismus est, idest, recordatus esset. Porro S. Thomas de visitationis voce agens, hanc consolationis esse, affirmat. — S. Thom. in 8. cap. Isa.

40 *Respexit afflictionem.*] Quantum ad effectum, scilicet, liberationis; cum enim ab illa subleuat, respicere & videre, dicitur Deus.

41 *Et proni adorauerunt.*] In gratiarum scilicet actionem, corporis solita reuerentia exibita: vnde & iuxta Hebræum est: Et incuruauerunt se. Septuaginta: Inclinatus autē populus adorauerunt. Chaldæus: Et incuruati sunt, & adorauerunt; quæ omnia idem sunt. Et quidem *Kadad*, iuxta Hebræos, significat verticem capitis in terram demittere. — קדד

CAPVT QVINTVM.

c *.s. in Tanis.* f *.s. cum senioribus.* k *Cenchres.* o *in Hebræo est Iehoua.*

Post hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus

b *.i. liceat nobis per te ire.* g *.i. vt festum celebret cum sacrificijs. Sic iuxta Hebr. & Septuaginta: At Chaldaus legit sacrificet.*

Israel: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: Quis est

a *s. vester coram me Pharaone.* c *.i. obediam.* d *.i. mandatis.* g *.i. permittam egredi.* k *q. d. Nescio illum esse verum Deum, nec illum colo.*

Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non

a *.i. egredi non permittam.* b *Moyses & Aaron.* d *Clarius de Deo, cum ad Pharaonem loquuntur, per nomen Dei Israel, quam per Iehoua.* l *quia trium dierum itinere distat à terminis Ægypti.*

dimittam. Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in

c
.i. festum cum oblationibus celebremus & sacrificijs.
a b c d e f g h i K l m n
solitudinem & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis, aut gladius.

d K l m n o
Cenchres. .i. occasionem datis vbiq vacandi, & remisse operandi. Iuxta Hebr. cessare fecistis.
a b c d e f g h i K l m n o p
Ait ad eos Rex Aegypti: Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite

p a b c d K l m n
.s. vos Hebraei. Cenchres. Iam enim oditum de puerorum nece, multo autem auctiorum fuerat.
a b c d e f g h i K l m n
ad onera vestra. Dixitq. Pharao: multus est populus terrae, videtis quod turba succreuerit:

o p
.i. Aegyptijs, qui Israelitis in operibus praerant.
a b c d e f g h i K l m n o p
quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus. Praecepit ergo in die illo praefectis operum

b c h K l a
.i. Aegyptijs, qui ab Israelitis pensum exigebant. .i. quaecunq. in messe alia sunt a tritico. quod fortiores essent, palea miscebantur.
a b c d e f g h i k l
& exactoribus populi, dicens: Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad conficiendos la-

h i l
i. inquirant, & congregent. sicut supra. .i. numerum.
a b c d e f g h i K l m n
teres, sicut prius: Sed ipsi vadant, & colligant stipulas. Et mensuram laterum, quam
prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco
vociferantur, dicentes: eamus & sacrificemus Deo nostro. Opprimantur operibus, &

g K
.i. dolosis. sicut supra.
a b c d e f g h i k l
expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus. Igitur egressi praefecti operum

b d h i K l m
sicut supra. .s. Hebraeorum. Cenchres. i. non sum posthac daturus. sicut supra.
a b c d e f g h i K l m n
& exactores ad populum, dixerunt: sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: ite,

b
.i. quaerite & congregate.
a b c d e f g h i k l m
& colligite, sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro. Disper-

g h i k
.i. quaerendas & congregandas. sicut supra. sicut supra.
a b c d e f g h i K l m
sus est populus per omnem terram Aegypti ad colligendas paleas: praefecti quoq. operum

b
.s. Hebraeis.
a b c d e f g h i K l
instabant, dicentes: Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis, quando

c d f g h i K m
sicut supra. i. virga caesi. Israelitae a praefectis Aegyptijs constituti, vt praeessent, & a singulis exigerent. sicut supra, qui Aegyptij erant.
a b c d e f g h i K l m
dabantur vobis paleae. Flagellatiq. sunt, qui praeerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus

a f
Cenchres. .i. numerum.
a b c d e f g h i K l m n
Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie?

b c d i
Israelitæ à præfectis Aegyptijs constituti, vel à populo electi. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n
veneruntq. præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis

d
sicut supra.
a b c d e f g h i K l m n o
contra seruos tuos? paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: En famuli tui

a c d l m
.i. virga. .s. ab exactoribus. Iuxta Hebr. Vacatis, vacatis.
a b c d e f g h i K l m n o
flagellis cædimur, & iniuste agitur contra populum tuum. Qui, ait: Vacatis otio, & idcirco

d K
.i. festum celebremus cum sacrificijs. sicut supra.
a b c d e f g h i K l m n
dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino. Ite ergo & operamini: paleæ non dabuntur vobis,

h m
ex Israelitis .s. i. periculo.
a b c d e f g h i K l m
& reddetis consuetum numerum laterum. Videbantq. se præpositi filiorum Israel in malo,

n
Præpositi ex Israelitis, qui ingressi erant ad Pharaonem.
a b c d e f g h i K l m n
eo quod diceretur eis: non minuetur quidquam de lateribus per singulos dies. Occurreruntq.

d e f g h K n o
.s. Moyses & Aaron. expectantes .s. quando egrederentur præpositi. Cenchres. .i. Moysen & Aaron.
a b c d e f g h i K l m n o
Moysi et Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientibus à Pharaone: & dixerunt ad eos:

a b c d f g h h l
.i. vindicet & puniat malum, quod nobis fecistis. .i abominabiles & odiosos nos reddidistis. .i. famam. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m
Videat Dominus, & iudicet, quoniam foetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et

f
.i. ansam & occasionem.
a b c d e f g h i K l m n o
seruis eius, et præbuistis ei gladium, vt occideret nos. Reuersusq. est Moyses ad Dominum,

c d e f g
non indignantis verba sunt, sed orantis, & inquirentis.
a b c d e f g h i K l m n o p
et ait: Domine cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus

c f g h m n o p
Cenchres. .i. de vestra parte. q. d. sic vt visus eras mihi dixisse.
a b c d e f g h i K l m n o p
sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: et non liberasti eos.

SCHOLIA.

1 POST hæc ingressi sunt Moyses & Aaron.] Cenchres Pharao in Tanis Vrbe morabatur, teste Hieronymo, in qua à Moyse signa facta memorantur Psalm. 77. In campo Taneos. Porro ingressi sunt ad eum Moyses & Aaron cum senioribus Israel: licet id Scriptura non exprimat. Quod enim Hebræi putant, Regis timore ingredi non fuisse ausos, ac proinde & prohibitos, ne cum Moyse in monte ad Dominum accederent, vt habetur infra cap. 24. non est adeo verissimile; nam & Aaron similiter prohibitus fuit, qui cum Moyse hic accessisse ad Regem perhibetur. Iam refert Iosephus, Moysen, postquam commemorasset operam suam coram Rege pro Aegyptijs contra Aethiopes, agros eorum vastantes, nauatam, laboresque exhaustos, addidisse, & malam gratiam pro tot beneficijs sibi esse redditam, & retulisse Regi, quæ in monte viderat, & signa, quæ ibidem facta fuerant.

Hieronym.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

2 *Vt sacrificet mihi in deserto.*] *Cagag*, iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, festinare cum tripudio significat; quod Hebrææ mulieres choros ducere & tripudiare solitæ sint, festiuis diebus.

חגג

3 *Quis est Dominus vt audiam vocem eius?*] Contemptibiliter dictum apparet, non absolute, sed comparatione ad ipsum Pharaonem: quasi dicat: Quis est Deus vester, vt audiam vocem eius, idest, vt ei obediam: Sic Chaldæus: At Septuaginta, sicut & Vulgatus. Nec displicet Hebræorum interpretatio, qui interrogando dictum putant, quod Moyses in nomine Iehoua ignoto, ad Regem loquutus fuerit, de quo inquirenti clarius, respondit Moyses: Deus Hebræorum misit me.

4 *Nescio Dominum.*] Etsi Deum esse per se notum sit, vt Damascenus & Anselmus aduertunt; adeo tamen mens humana obscurari potest, vt Iudith 6. Holofernes ad Achior dixerit: ostendam quod non sit Deus, nisi Nabuchodonosor. Et Ezechie. 24. in persona Regis dicitur: Ego feci me ipsum. Vnde Psalm. 13. Dixit insipiens in corde suo; non est Deus: sic locum istum quidam intelligendum existimant. Alij dicunt, licet Deum esse per se notum sit; non tamen vt Deus Israel est, peculiarique ibi cultu colitur. Sed certe non ignorabat Pharao, sub circumcisionis cultu, Hebræos Deum habere, quem adorarent: sed verbum, nescio, intelligendum existimo cum addito, scilicet, vt Deum verum quem ego sic colam, vt obedire eius mandatis debeam: quasi dicat: vestrum Deum nescio, an Deus verus sit, neque vt Deum colo, ita vt obedire ei tenear. Nec contemnenda est Hebræorum interpretatio, qui sub nomine, *Iehoua*, Pharaonem Deum nescire dicant.

Damascenus. Anselmus in monologio.

יהוה

5 *Vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus.*] Iuxta Hebræum est: Ibimus nunc viam trium dierum in desertum: Subintelligitur, quæso, quasi dicat: oramus, liceat nobis per te, ire viam trium dierum: quod subintelligendum est in Vulgato, qui tantum mandatum hoc à Domino expressit. Porro cum subditur: & sacrificemus. dictio, &, posita est, pro, vt, idest, vt sacrificemus.

6 *Ne accidat nobis pestis, aut gladius.*] Iuxta Hebræum est: ne forte occurrat nobis, scilicet, Deus, vel irruat in nos, in pestilentia, vel gladio. Chaldæus: Ne forte accidat nobis mors, aut occisio. Septuaginta: Ne forte occurrat nobis mors, aut cædes. Idem est omnium sensus.

7 *Solicitatis populum ab operibus suis.*] Iuxta Hebræum est: vacare facitis, quasi dicat: fictis occasionibus vestris, occasionem tribuistis, vt otio vacent, & in operibus sint remissi. Sic Chaldæus: Septuaginta: Auertitis populum ab operibus. Idem est omnium sensus.

8 *Ite ad onera vestra.*] Hæc verba, sicut & superiora, quidam referunt ad Moysen & Aaron: ex quo inferunt, omnes ex parte Regis æque laboribus esse addictos, quibus certus laterum numerus singulis diebus erat præfixus: Sed populum sponte illum perficere, vt Moysen, cum aliquibus ex senioribus ab onere leuarent. Alij referunt ad eos, qui ex Hebræis cum Moyse venerant, ita vt Moysi & Aaroni dixerit: quare vos solicitatis populum: Et conuersus ad alios, dixerit: Vos autem ite ad onera vestra. *Vosotros id à trabajar.*

9 *Quod turba succreuerit.*] Ex his verbis constat, iam multo antea, crudele de puerorum nece edictum reuocatum fuisse.

10 *Præfectis operum & exactoribus populi.*] Sic Chaldæus. At Septuaginta: præfectis operum & Scribis. Porro, præfecti isti honorabiliores erant exactoribus, qui scilicet exigebant præfixum laterum numerum, virgasque in manu habebant, vt punirent eos, qui pensum laterum non æquarent: & ad hoc alludit Esaias cap. 9. cum ait: Virgam exactoris superasti: Porro, prædicti omnes à Rege constituti erant, & erant ex Aegyptijs, à quibus quidam ex Israelitis alijs præerant, & à singulis pensum exigebant, à quibus Regis exactores immediate opus accipiebant.

11 *Ad conficiendos lateres.*] Iuxta Hebræum: Ad laterificandos lateres: Chaldæus habet sicut Vulgatus. At Septuaginta: In laterificium. Sed idem est omnium sensus.

12 *Sicut prius.*] Iuxta Hebræum: Sicut heri & nudiustertius. Sic Septuaginta, & Chaldæus. Hebraismus est, quem Vulgatus optime vertit, sicut prius.

12 *Et colligent stipulas.*] Per paleas & stipulas, idem intelligit: quicquid scilicet, præter triticum est de messe: quæ omnia lateribus miscebantur, vt fortiores essent. Porro, colligere, pro quærere & congregare ponitur, quasi dicat, quærant & congregent paleas.

13 *Et mensuram laterum.*] Iuxta Hebræum est: Et summam laterum. Chaldæus: Et numerũ laterum. Septuaginta: & summã. Et quidẽ *Mathechonet*, מתכנת

numerum & menſuram ſignificat, hic tamen menſuræ nomen, pro numero ponitur, ideſt, numerum laterum.

13 *Vacant*] Iuxta Hebræum: Otioſi ſunt, ideſt, otio torpent, & quidem *Rapha*, id ſignificat, ſicut & vacare, vt idem ſit omnium ſenſus. רפה

14 *Et expleant ea*.] Iuxta Hebræum: Et occupentur in eo, ſcilicet, opere: ita & Chaldæus. At Septuaginta: Et curent hæc, ſic itaque expleant opera, vt occupati in eis, non vacent otio.

15 *Vt non acquieſcant verbis mendacibus*.] Iuxta Hebræum eſt: & non aduertant verba mendacij. Chaldæus: Et non occupentur in verbis otioſis. Septuaginta: Et non curent in rebus vanis; mendacia quippe vana, & doloſa putauit, quę Moyſes confingeret.

16 *Non do vobis paleas*.] Idiotiſmus eſt, ideſt, non ſum poſthac daturus paleas, quæ Regis impenſis dari conſueuerant. Vnde Chaldæus: Non ego dabo vobis paleas. Porro quęrere paleas iubentur, in quo temporis multum conſumerent, & ſic, numerum laterum præfixum & ſolitum vix reddere poſſent.

17 *Ad colligendas paleas*.] Iuxta Hebræum eſt: vt colligeret quiſquilias, pro palea, ideſt, quibus palearum vice vterentur. Septuaginta: Vt congregaret ſtipulam in paleas, ideſt, ad vſum palearum. Chaldæus: Ad colligendas ſtipulas & paleas. Sicque ſubintelligendum eſt in Vulgato. Vt paleas igitur colligerent, & ſtipulas, quibus palearum vice vterentur.

18 *Flagellatique ſunt, qui præerant operibus filiorum Iſrael*.] Flagellati, ideſt, virga cæſi. Porro qui præerant, etiam Iſraelitæ erant, à præfectis Ægyptijs conſtituti, vt dictum eſt.

19 *Quare non impletis menſuram laterum*.] Iuxta Hebræum eſt: Cur non perficitis præceptum veſtrum, vt latificaretis ſicut heri & nudius tertius? etiam heri, etiam hodie, ideſt, quolibet die, ſicut facere cõſueuiſtis, cum darentur vobis paleæ. Septuaginta: Conſtructiones veſtras lateritij. Chaldęus: Numerum veſtrum vt conficeretis lateres. Et quidem iuxta vim Hebraici ſermonis, ſignificat penſum, ſeu demenſum latericium: menſura igitur ponitur pro numero laterum, quem ex Regis inſtituto reddere tenebantur.

20 *Et lateres ſimiliter imperantur*.] Iuxta Hebræum eſt: Lateres facite. Sic Septuaginta, & Chaldæus. ſubaudi, iuxta numerum, quo ſolebamus.

21 *Et iniuſte agitur contra populum tuum*.] Iuxta Hebræum eſt: Et punitur populus tuus: ſubintellige, perinde quaſi peccauerit in Regiam maieſtatem, detractando mandatum Regis. Septuaginta: Iniuria ergo afficies populum tuum. Chaldæus: Et peccat ſuper eos populus tuus. Quæ eleganter expreſſit Vulgatus.

22 *Videbantq. ſe præpoſiti filiorum Iſrael in malo*.] Sic & Chaldæus. Septuaginta: In malis. ſenſus eſt: quod deprehenderunt præpoſiti filiorum Iſrael ſe in malo, ideſt, in grauiſſimis anguſtijs conſtitutos, vel ſecum male & peruerſe agi.

23 *Non minuetur quicquam operis de lateribus, per ſingulos dies*,] Iuxta Hebræum eſt: Non diminuetis de lateribus veſtris per ſingulos dies, ideſt, non minuetur penſum ſolitum vniuſcuiuſque diei. Septuaginta: Non relinquetis à latericio, quod pertinet ad diem, ideſt, quod ſingulis diebus dare erat præceptum. Chaldæus: Non minuetis de lateribus veſtris per ſingulos dies. Idem eſt omnium ſenſus, ideſt, tot lateres dabitis ſingulis diebus, ſicut dare ſolebatis.

24 *Qui ſtabant ex aduerſo, egredientibus à Pharaone*.] Non quod tunc Moyſes & Aaron à Pharaone egrederentur: immo poſt illorum allocutionem, Rex Aegypti iugum aggrauauerat: qui cæſi autem fuerant, ingreſſi erant ad Regem; vt penſum eis extenuaret: quod ſcientes Moyſes, & Aaron, foris aſtabant; reſponſum quod Rex dediſſet expectantes; & ita, egredientes Iſraelitæ occurrerunt Moyſi & Aaroni, qui e aduerſo aſtabant illos expectantes. Septuaginta legunt: Venientibus Moyſe & Aaron in occurſum eis. Sed hæc non repugnant; ſibi enim inuicem occurrerunt.

25 *Videat Dominus & iudicet*.] Chaldæus: Appareat Dominus ſuper vos, & vindictam ſumat: Hoc quippe intelligitur, verbo, iudicet, puniat ſcilicet malum, quod contra nos egiſtis.

26 *Fœtere feciſtis odorem noſtrum*.] Odorem, ideſt, famam. Hebraiſmus eſt, ideſt, abominabiles & odioſos nos illis reddidiſtis, quod fœtor omnibus ſit ingratus.

27 *Et præbuiſtis illis gladium, vt occiderent nos*] Ideſt, occaſionem & anſam præbuiſtis occidendi, magiſque graſſandi: metaphora ſumpta, ab illo qui furioſo homini enſem nudatum exhibet.

28 *Cur afflixiſti populum iſtum*.] Ex Auguſtino, non indignantis verba ſunt, ſed orantis Dominum: Vnde non reprehenditur, ſed de fiendis inſtruitur, nec ęgre tulit populi querelam, cum ſuperior præfectis eſſet, ſed patienter furoris verba ſuſtinens furori ceſſit; quia videbat illos in paſſione poſitos, immo & pro illis Dominum orauit. Porro: Afflixiſti. Iuxta Hebræum eſt: Malefeciſti. Ita Chaldæus: At Septuaginta, ſicut nos: Afflixiſti, ideſt, affligere nos, vel nobis malefacere Pharaonē permiſiſti: vel, permiſiſti, vt Aegyptii in eos graſſarentur, & voluiſti eos affligi; quicquid enim pœnę vt ſic, à Deo eſt. Augu. q. 14. in Exod. Tom. 4.

29 *Et non liberaſti eos*.] Sic Septuaginta. At iuxta Hebræum: Et liberando non liberaſti populum tuum. Sic & Chaldæus. Hebraiſmus eſt: quaſi dicat: Non continuo, cum populus tuus, eſſet, illum liberaſti.

CAPVT SEXTVM.

e l m n a
i. cito. *i. per potentiam meam, fortiter & acerbe illum flagellantem.*
a b c d e f g h i K l m n
Dixitq. Dominus ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim

b c e f g h
i. permittet exire. *idem quod per manum fortem; est quippe eiusdem apud Hebraeos grata repetitio.* *i. relegabit & exire faciet.*
a b c d e f g h i K l m n o p
fortem dimittet eos, & in manu robusta eyciet illos de terra sua. Locutusq. est Dominus

e n o
in Hebraeo est Iehoua. *i. omnipotentem me illis esse ostendi in multis Gen. 17. 27. 46.*
a b c d e f g h i K l m n o
ad Moysen, dicens: Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente:

b c d e f g d h i n p
i. de eo, quod pollicitus sum de liberatione et possessione terræ Chanaan, non sunt opere experti me fidelem esse & veracem. *in Hebraeo Iehoua.* *i. pollicitus sum ex pacto.* *in possessionem.* *i. filys eorum.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Pepigiq. foedus cum eis, vt darem eis terram

K l
i. exaudiui. *i. preces lachrimabiles.*
a b c d e f g h i K l
Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum

K
i. promissionis.
a b c d e f g h i K l m n
filiorum Israel, quo Aegyptij oppresserunt eos: Et recordatus sum pacti mei. Ideo dic

f i m
i. extraham. *locus est in quo, quasi captiui operari cogebantur. q. d. oppressione, iuxta Hebr. oneribus Chald. tribulatione seruitutis Septuag. seruitute.* *i. liberabo.*
a b c d e f g h i K l m n
filys Israel: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de

a c e f g h i K l m n o
i. subiectione Septuag. potentia. *s. non pecunia.* *i. signis, quæ excelsam meam ostendent virtutem.* *i. plagis grauissimis iusto Dei iudicio infligendis.* *hoc maxime factum est, cum legem à Deo acceperunt.*
a b c d e f g h i K l m n o
seruitute: ac redimam in brachio excelso, & iudicijs magnis. Et assumam vos mihi in

b c d e f g p
peculiari cura erga vos, à vobis peculiari ritu colar. *i. experiemini siue experimento cognoscetis.* *i. extraxi.*
a b c d e f g h i K l m n o p
populum, & ero vester Deus: & scietis quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim

c l
vt supra. *i iuraui.*
a b c d e f g h i K l m
vos de ergastulo Aegyptiorum: & induxerim in terram, super quam leuaui manum

e f g h
s. in eorum filys.
a b c d e f g h i K l m
meam vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: Daboque illam vobis possidendam,

ego Dominus.

SCHO-

SCHOLIA.

1 PER manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiciet eos.] Per manum fortem, idest, per potentiam meam, cum fortiter flagellabitur. Porro, quod subditur: Et in manu robusta, idem est cum eo, quod dixerat per manum fortem; repetitiones etenim istæ, pergratæ sunt Hebræis. Quod autem dicitur: eijciet eos, opere completum est infra cap. 12. vbi scribitur, Aegyptios primogenitorum suorum morte territos, exire filios Israel compulisse.

Cyrillus. Theod. q. in Exod. R. Moyses.

2 Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, et Iacob, in Deo omnipotente; nomen autem meum, Adonai, non indicaui eis.] Vbi legimus: Ego Dominus, in Hebræo est: Ego Iehoua: vbi dicitur, nomen meum Adonai, in Hebræo est Iehoua: sic Cyrillus & Theodoretus. de quo supra capite tertio alia annotauimus; de quo & R. Moyses testatur, licet multa alia Dei nomina, quantum ad rem significatam, diuinam importent substantiã, tamen quantum ad modum, à creaturis trahi, & per modum qualitatis, aut quantitatis, illam importare: Iehoua vero puram & nudam illam significare, prout in se existit, omnibus circumscriptis: ac proinde nomen sanctum, alijs incommunicabile esse, & soli Deo appropriatum, quod nec ore proferre ausi erant Hebræi, vt supra vidimus, vno Summo Sacerdote dempto, in benedictionibus, eiusq. loco, Adonai, nomen assumebant, vt Rupertus annotauit: quorum morem sequutus Vulgatus, pro Iehoua, Adonai posuit. Iam in expositione superiorum verborum, variæ sunt sententiæ. Beda sub interrogatione legit: non indicaui? quasi dicat: vtique indicaui, & vobis indicabo. Quidam dicunt sensum esse: patribus quidẽ Deum apparuisse; sed non ita familiariter, sicut Moysi: indicando, quod esset eius nomen, licet alia omnipotentiæ suæ signa illis dederit. Alij dicunt, quantum ad quid nominis huius nominis Iehoua, patres cognitionem habuisse, & rei aliquam, sed confusam, nec adeo distinctam & exactam, sicut Moyses, cum ei Dominus dixit: Ego sum, qui sum; & cum in monte suam manifestauit essentiam: vt Augustinus affirmat. (Vnde, & Num. 12. Ore enim ad os loquar ei, & non per ænigmata & figuras Dominũ vidit. Patribus in Deo omnipotente apparuisse constat) Gen. 17. & 27. & 46. Sunt & alij, qui hoc nomen, Dominum, importare dicunt; huius autem dominij maiora signa Moysi præbuisse Deum, sicut conuersiones virgæ in colubrum, & aquæ in sanguinem: at cum & vxor Loth iam antea in salem fuerit conuersa, addunt, nulli patrum facultatem similia edendi tribuisse, sicut Moysi. Quam potentiam ad supernaturalia opera, maxime nomine Iehoua, importari contendunt. Sed certe planior sensus est, iuxta R. Salomoh; Iehoua importare, sum quod sum, idest, Deum esse à se, & cunctis essendi fontem esse: ex quo, & fidelem & veracem esse oportet; licet igitur patribus in Deum omnipotentem, idest, esse cunctipotentem, in signis multis se manifestauerit; tamen eius, quod sæpe illis pollicitus fuerat, daturum in possessionem terram Chanaan, & Abrahæ dixerat, liberaturum sobolem eius de Aegyptiaca seruitute, in diebus eorũ opere non compleuit, ac proinde non sunt in promissis his experti, Deum fidelem & veracem esse, sicut Moyses in liberatione à seruitute Aegyptiaca, & populus in possessione terræ promissæ; immo & ipse Moyses, qui præambulũ, & iam iam ingressurum populum terram illam vidit: Deut. vlt. & vt certum, Iosue successori suo prædixit: Deut. 31. Quinimmo, cui esset manifestaturus, nõ exprimit, subintelligẽdum tamen est, vobis, ex ijs, quæ sequuntur: certum autẽ est, illos, cum quibus tunc Moyses erat, expertos fuisse. Itaque legitimus verborum sensus, & est Hugonis, non de cognitione nominis, sed de experimentali notitia fidelitatis & veritatis, quæ illo sacrato nomine importantur, quod luce clarius, intuenti quæ in contextu sequuntur, apparebit: pepigi enim, inquit, fœdus, &c. quæ sunt veluti explicatio horum verborum: Ego Dominus, qui apparui Abraham. & quod infra dicitur: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo isto, ac perinde est si diceret: Ab illis dictus sum Dominus omnipotens: nunc quod compleam promissa, dicar à vobis, Dominus, qui eduxit nos de Aegypto: Dominus qui nos introduxit in terram promissam.

Aug. 13. super Gen. et ad Paulinam de videndo Deo. *R. Salomoh.* *Hugo de s. Victor. in Exod.*

3 Ego audiui gemitum filiorum Israel.] Audiui, idest, exaudiui gemitum, siue lachrymabiles preces cum gemitu, ex oppressione, quam ab Aegyptijs patiebantur.

4. Quo Aegyptij oppresserunt eos.] Iuxta Hebræum est: Quos Aegyptij seruire faciunt. Chaldæus; Eo quod Aegyptij seruire faciunt eos. Septuaginta: Aegyptij in seruitutem redegerunt eos. & quidẽ propter hoc, Israelitæ ab eis opprimebantur.

5 Et recordatus sum pacti mei.] Cum in Deo nulla sit obliuio, per metaphoram recordari dicitur, quando ad modum recordantis se habet, cum scilicet adiuuare eos cœpit, ob pactum initum cum patribus.

6 De Ergastulo Aegyptiorum.] Iuxta Hebræum, Ex oneribus Aegyptiorum. Septuaginta: A seruitute. Chaldæus; De medio tribulationis seruitutis Aegyptiorum. Idem est omnium sensus: sicq. subintelligi debet in Vulgato; licet solum expresserit labores manuum, quibus seruiebat in operibus duris luti, & lateris: illos ex loco, in quo conueniebant ad opus, describens: Dicitur autem ergastulum, quod & vox Simbloth significat, idest, operatorium, locus vbi captiui laborare, & operari coguntur, ad cuius similitudinem, locum, in quo filij Israel in luto, & latere operari compellebantur, merito ergastulum nuncupauit. סבלת

7 Redimam in brachio excelso.] Sic iuxta Hebræum, & Septuaginta, & Chaldæum, idest, non pecunia vos redimam, sed signis potentiæ meæ, quæ excelsam meam virtutem ostentent.

8 Et iudicijs magnis.] Idest, plagis grauissimis, iusto Dei iudicio Aegyptijs infligendis.

9 Et assumam vos mihi in populum, & ero Deus vester.] Hoc factum maxime videtur, cum legem a Deo acceperunt, & legis ritibus Deum colebant, & peculiarem illius populi curam gerebat, vtpote, qui nomine, & re, Dei populus, dicebatur.

10 Et scietis, quod ego sum Dominus Deus vester.]

Et scietis, idest, experimento agnoscetis.

11 *De Ergastulo Aegyptiorum.*] Hebraice est eadem dictio *Siblotb*, de qua paulo ante, quam nunc Septuaginta vertunt: de potentia Aegyptiorum; forsan, quod in eo Rex & Ægyptij, potentiam suam ostentare, putarent. סבלות

12 *Super quam leuaui manum meam.*] Hebraismus est, idest, iuraui, Genes. 22. Quod eleuatione manus in cælum, tunc iurare consueuerint. Sic Hugo de sancto Victore. Hugo de S. Victor. in Exo.

13 *Daboq. illam possidendam vobis.*] Iuxta Hebræum est: Dabo eam vobis in hæreditatem; sic & Chaldæus. At Septuaginta: in sorte dixerunt: Et quidem *Morasaba* à *Iaras* verbo, descendit, quod tam hæreditare, quam possidere significat. מורשה ירש

h i m
qui ex plebe, s. nam seniores iuxta dictum Domini, acquieuerunt *.i. pusillanimitatem cum mærore*
a b c d e f g h i K l m
Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel: qui non acquieuerunt ei, propter angustiam

d
.i. laboriosum. Iuxta Hebr. duram seruitutem.
a b c d e f g h i K l m
spiritus, & opus durissimum. Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicens: ingredere &

c g
Cenchres *.s. ire, seu exire*
a b c d e f g h i k l m n
loquere ad Pharaonem Regem Aegypti, vt dimittat filios Israel de terra sua. Respondit

b c e f
.i. ad Dominum *qui de plebe, etenim seniores credebant*
a b c d e f g h i K l m n
Moyses coram Domino: Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præsertim

b c
.i. tardioris sum loquelæ, seu rudis in loquendo
a b c d e f g h i k l m n
cum incircumcisus sim labijs? Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit

a g l
vt quasi ex præcepto tenerentur & facerent *Cenchres* *.i. extraherent*
a b c d e f g h i K l m n o
mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem Regem Aegypti, vt educeret filios Israel de

c d e f g h K
.i. isti sunt capita familiarum: quæ ab ipsis originem habent. *in Hebræo Reuben*
a b c d e f g h i k l m
terra Aegypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti

b h
in Hebræo Canoch *.i. progenies eorum, qui à Ruben ortum habent*
a b c d e f g h i K l m
Israelis: Henoch, & Phallu, Hesrron, & Charmi. Hæ cognationes Ruben filij Simeon:

a e i n
siue Semuel *in Hebræo Ohad* *in Hebræo Sochar* *s. quem à Chananitide suscepit: Septuaginta, qui ex Phænissa.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Iamuel, & Iamin, & Abod, & Iachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis. Hæ progenies

g h i m
.i. vna cum familijs suis *in Hebræo Cohat*
a b c d e f g h i K l m n o
Simeon. Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson, & Caath, & Merari.

l n
in Hebræo Libni in Hebræo Sumi
a b c d e f g h i K l m n o
Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem. Filij Gerson: Lobni, & Semei per

cogna-

a b d g i l p
.i. vna cum familijs suis — vt supra — qui & Isuar — In Hebraeo Chebron — In Hebraeo VZziel — vt supra
a b c d e f g h i k l m n o p
cognationes suas. Filij Caath: Amram, & Isaar, & Ebron, & Oziel: anni quoque vitæ Caath,

f i K l m n
in Hebraeo Machli — .i. hi sunt qui genus suum duxerunt à Leui, vna cum illis, quos ipsi genuerunt.
a b c d e f g h i K l m n o
centum triginta tres. Filij Merari: Moholi, & Musi, hæ cognationes Leui per familias suas.

e f g
in Hebraeo Iochebed — .i. sororem germanam patris sui, siue amitam filiam Leui, & sororem Caath patris sui. Septuag. filiam fratris patris sui.
a b c d e f g h i K l m n
Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron, & Moysen.

i K m
qui & Isuar 1. Paral. 6. — in Hebraeo Corach — in Hebraeo Napheg
a b c d e f g h i K l m
Fueruntq. anni Amram centum triginta septem. Filij quoque Isaar: Core, & Nepheg,

a b d e f h
in Hebraeo Zichri — in Hebraeo VZziel — qui & Micha — princeps Caathitarum
a b c d e f g h i k l m n
& Zechri. Filij quoque Oziel: Misael, & Elisaphan, & Sethri. Accepit autem Aaron

b f
in Hebraeo Elisaba — in Hebraeo Nachson
a b c d e f g h i k l m n
vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, &

g l o
in Hebraeo Asir — qui & Eliasaph, & Asaph — .i. progenies
a b c d e f g h i k l m n o
Eleazar, & Ithamar. Filij quoque Core: Aser & Elcana, & Abiasaph. Hæ sunt cognationes

a
.i. qui ortum habent à Core
a b c d e f g h i K l m n
Coritarum. At vero Eleazar filius Aaron, accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit

b e f h i K l m
in Hebraeo pinchas — .i. capita & qui primum locum tenuerunt — .i. vna cum filijs suis — pro, isti sunt.
a b c d e f g h i K l m
ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leuitarum per cognationes suas. Iste est

a h
aliquando praeponitur, quia maior natu, interdum postponitur, quia inferior dignitate. — .i. extraherent
a b c d e f g h i K l m n o
Aaron, & Moyses quibus præcepit Dominus, vt educerent filios Israel de terra Aeypti per

h m
Cenchres — .i. exire permittat
a b c d e f g h i k l m n o
turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem Regem Aegypti, vt educat filios Israel

c d l m
pro, isti sunt — .i. quando sic locutus est
a b c d e f g h i K l m n o p q
de Aegypto. Iste est Moyses & Aaron, in die qua locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

e
Cenchres
a b c d e f g h i k l m n o
Ego Dominus: Loquere ad Pharaonem Regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi. Et ait

Moyses

b c d e f g l
.i ad Dominum .i. tardioris linguæ Cenchrei.
a b c d e f g h i K l
Moyses coram Domino: En incircumcisus labijs sum, quomodo audiet me Pharao.

S C H O L I A.

14 *Propter angustiam spiritus.*] Angustia spiritus, pusillanimitatem importat, cum mœrore.

15 *Et opus durissimum.*] Iuxta Hebræum: Et propter seruitutem duram. sic & Chaldæus: at Septuaginta: præ operibus duris. Excusatur itaque aliquantisper perfidiæ, quia angustia spiritus, ex oneribus, remorabatur.

16 *Ecce filij Israel non audiunt me.*] Sic Septuaginta, idest, non acquiescunt. vnde Chaldæus: Non acquiescunt mihi; quod non de senioribus intelligendum est, sed de communi plebe.

Hieronym. in Ezech. 17 *Cum incircumcisus sim labijs.*] Septuaginta: Ego balbus; sed Hieronymo in Ezech. magis placet legi: incircumcisus labijs, idest, impeditioris linguæ; quod sæpe ex superflua carne, quæ sub lingua est, loquelæ balbuties, & tarditas oriantur, quæ circumcisione, seu exustione indigeat. Vnde, ex quocumque potentiæ impedimento, Hebraismo incircumcisus secundum illam dicitur; vt, incircumcisus aure, vel lingua. Chaldæus: Ego sum grauis, idest, tardioris loquelæ.

18 *Dedit mandatum.*] Quod quasi ex Dei præcepto facere tenerentur, & efficerent: subauditur enim, eis, quasi dicat: mandauit eis; sic enim est iuxta Hebræum: Et dedit eis mandatum.

19 *Isti sunt principes Domorū per familias suas.*] Septuaginta legunt: principes domorum familiarum ipsorum, idest, capita domorum, & familiarum, in ijs, qui ab ipsis originem trahunt. Iam, hoc loco, Ruben, Leui, & Simeonis prosapiam describit, cum à sancto Iacob Gen. 49. mala audierint, suspicari quis posset, illos steriles & perituros: tum vt ad Moysen & Aaronem, de quibus est præcipuus sermo, eorum patres recensendo, perueniret. sic Augustinus. Tertio, vt Saluatoris genealogia apte texeretur, & vt temporis ratio haberi posset, anni vitæ aliquorum computantur. Denique, vt Deus fidelis in promissis appareat, qui quarta generatione ad liberandum Israel se venturum promiserat: sic Patres Græci. — Aug. q. 15. in Exod.

ראובן חנוך חצרן 20 *Filij Ruben primogeniti Israelis, Henoch, & Phallu, Hesron, & Charmi.*] Ruben, in Hebrēo, *Reuben*. Henoch, in Hebræo, *Chanoch*: à quo familia Henochitarum, Num. 26. Esron: in Hebrēo, *Cherson*.

21 *Hæ cognationes Ruben.*] Idest, progenies, vel soboles Ruben, eorum scilicet, qui ab ipso ortum habent.

אהד צחר 22 *Filij Simeon, Iamuel, & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Soar, & Saul.*] Iamuel, siue Iemuel, qui & Namuel Num. 26. et primo Paral. 4. à quo familia Namuelitarum. Ahod, in Hebrēo *Obad*. Soar, in Hebræo *Sochar*.

קהת 22 d. *Nomina filiorum Leui per cognationes suas, Gerson, & Caath, & Merari.*] Caath, in Hebrēo *Cehath*, à quo familia Cahachitarum. Per cognationes suas, idest, vna cum familijs suis. Iam, quæ circa prædicta, & alia horum nomina occurrunt, & hoc loco non annotauimus, Gen. 46. obseruata, reperies.

לבני שמעי 23 *Filij Gerson, Lobni, & Semei, per cognationes suas.*] Lobni, in Hebræo *Libni*; Sed primi Paralip. 23. dicitur: Leedani, Semei, in Hebræo *Sumi*. Porro, per cognationes suas, idest, vna cū familijs suis.

חברון עזיאל 24 *Filij Caath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel.*] Isaar, qui Isuar, 1. Paral. 6. Hebron, in Hebræo *Chebron*. Oziel, in Hebrēo *Vziel*.

מחלי 25 *Filij Merari, Moholi, & Musi, hæ cognationes Leui, per familias suas.*] Merari etiam, 1. Paralip. 6. & 23. dicitur pater, aut proauus Iaasiahu. Porro, Mohooli, qui & Moholi, in Hebræo *Machli*. Iam, hæ cognationes Leui per familias suas, idest, hi sunt, qui genus suum duxerunt à Leui, vna cum illis, quos & ipsi genuerunt.

יוכבד 26 *Accepit autem Amram vxorem Iochabed, patruelem suam.*] Iochabed, in Hebræo *Iochebed* patruelem suam, idest, sororem germanam patris sui, vt constat Num. 26. licet Chaldęus dicat; filiam sororis patris sui.

27 *Quæ peperit ei Aaron, Moysen, & Mariam.*] Idcirco sæpe repetit: Isti sunt Moyses, & Aaron, qui locuti sunt ad Pharaonem, vt subaudias, qui in quarta generatione sunt à Leui, vt Dei promissionem ratam intelligant; quod quarta generatione liberaret eos ab Ægyptiaca seruitute, ideoq. has generationes apposuit, vt vidimus; alias vero modestiæ caussa; ne solius Leuiticæ meminisse videretur. Porro, & Mariam; additum est ex Septuaginta; nam iuxta Hebræum desideratur; sed hæc veritati Scripturę non obstant.

קרח זכרי 28 *Filij autem Isaar, Core, & Nepheg, & Zechri.*] Core, in Hebræo *Corach*. Nepheg, qui & Napheg. Zechri, in Hebrēo *Zichri*.

29 *Filij quoque Oziel, Misael, & Elisaphan, & Sethri.*] Misael, quem aliqui putant eundem esse cum Micha, 1. Paralip. 23. & 24. Elisaphan princeps Cahathitarum. Num. 3. & 1. Paralip. 15. Porro, prēter hos filios Oziel, etiam dicitur pater, seu proauus, Micha, & Iosia, 1. Paralip. 23. nisi vt diximus, Micha, idem sit cum Misael.

אלישבע עמנדב 30 *Accepit autem Aaron, vxorem Elisabeth filiam Amminadab.*] Elisabeth, in Hebrēo *Eliseba*. Aminadab, in Hebræo *Amminadab*.

31 *Sororem Nahasson.*] Fuit Elisabeth de tribu Iuda, soror vtique Nahason, qui fuit princeps Iudæ

in deser-

Digitized by Google

נחשון

in deserto§ qui in Hebræo dicitur *Nachson*. Porro, etiamsi ex tribu Iuda; ipse autem de tribu Leui illam duxit; nondum enim mandatum habebant, vt quisque ex sua tribu vxorem duceret, vt aduertit Rabanus.& certe, iam tūc Regalis tribus Sacerdotali,ob dignitatem,miscebatur,vt annotauit Theodoretus: & quod Christus, Rex & Sacerdos futurus esset.

Raban. in Exod. Theod. q. in Exod.

אסיר

32 *Filij quoque Core, Aser, & Elcana; & Abiasaph.*] Aser, in Hebræo *Asir*. Abiasaph 1. Paral. 6. dicitur Ebiasaph, & 1. Paralip. 26. dicitur Asaph.

33 *Hæ sunt cognationes Coritarum.*] Idest, hæc est soboles eorum, qui à Core ortum habent. Horum forsan meminit; ob negotium scismatis contrà Moysen & Aaron,& inde subsequutæ vltionis.

פינחס

34 *Quæ peperit ei Phinees.*] In Hebræo *Pinchas*.

35 *Hi sunt principes familiarum Leuitarum, per cognationes suas.*] Sic iuxta Hebræum,& Chaldæum. At Septuaginta: Hi principatus familiæ Leuitarum, idest, isti sunt, qui principem locum tenuerunt,inter patres Leuitarum,vna cum familijs suis.

36 *Iste est Aaron,& Moyses.*] Iste, pro,isti sunt: idiotismus linguæ Hebraicæ est. Iam verba hæc,ab Esdra addita censet Strabus, qui succensis libris omnibus à Nabuchodonosor, omnem bibliothecā post Babylonicam seruitutem reparauit: vel si verba sunt Moysi, de se,quasi de tertia persona loquitur. Porro, finita Moysi, & Aaronis genealogia, propter quos illam interposuerat, repetit quæ iam dixerat,vt commode reliqua prosequatur,quę omnia,sicut iam interpretati sumus,intelligenda sunt.

37 *Quibus præcepit Dominus, vt educerent filios Israel per turmas suas.*] Sic Septuaginta: Vt educerent. Iuxta Hebræum est: educite, imperatiuum. sic Chaldæus. Porro, per turmas suas: sic & Chaldæus. At iuxta Hæbræum est: secundum exercitus eorum. Septuaginta: Cum exercitu eorum; sed vtroque modo congrue potest legi.

38 *Iste est Moyses,et Aaron.*] Verba hæc in Hebræo superioribus, non sequentibus coniunguntur; est enim ibi positum colon, quod Hebræi *Soph Pasuk* vocant, idest, duo puncta. cuius rationem licet Aben Ezra fateatur se nescire, forsan loquendi, seu narrandi modus apud Hebræos hoc postulat, sicut infra: Fecit itaque Moyses, & Aaron, sicut præcepit Dominus, ita egerunt. Et cum nec vnum apicem in lege superfluum putemus, occulto mysterio id fit, licet nos illud ignoremus.

39 *In die qua loquutus est Dominus.*] Septuaginta, sicut nos. At iuxta Hebræum est: Sic accidit in die,qua locutus est Dominus. Sic & Chaldæus, sicque in Vulgato intelligi debet; est enim narrandi modus apud Hebræos, quasi dicat: accidit autem, qua die loquutus est Dominus ad Moysen in terra Aegypti,vt loqueretur illi in hunc modum,& diceret: Ego Dominus, &c.

40 *Et quomodo audiet me Pharao.*] Augustinus miratur; licet enim excusari posset, quod gracili voce esset, à toto populo se audiri non posse; non tamen ab vno homine,nisi ob regiam maiestatē extollere vocem oporteret, forsan quod regios legatos, & ad Reges verba facturos, oportet esse disertos, & sermone expeditos, id dixerit, crediderim.

Aug. q. 18. in Exod.

CAPVT SEPTIMVM.

e f g h i
quod miracula edendi, & inferendi plagas, & auferendi, illi dederit, sic vt Dei vice, & eius nomine præcipiat, minetur, & puniat. *Cenchres*
a b c d e f g h i K l m n
Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus

b c m p
.i. interpres, per quem loqueris, sicut ego per Prophetas *.s. Aaron* *Cenchres*
a b c d e f g h i K l m n o p
erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem,

b h i K l m p
.i. exire permittat *.i. indurari permittam, vel, quam durū sit demonstrabo.* *.i. voluntatem* *.i. miracula*
a b c d e f g h i K l m n o p
vt dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa,

Aug. q. 16. in Exod.

b c h i k l m n
quod ostentu digna, & Dei virtutem ostentent. *.i. obedient vobis* *.i. percutiam Aegyptum, per effectus diuinæ potentiæ*
a b c d e f g h i K l m n o
& ostenta mea in terra Aegypti, & non audient vos: immittamq. manum meam super

c d n o
.i. liberabo *.s. turmarum* *.i. plagas Dei iudicio infligendas, & populo maxime nocituras*
a b c d e f g h i K l m n o
Aegyptum, & educam exercitum, & populum meum filios Israel de terra Aegypti per iudicia

maxima.

c i.experientur. — i i.eum. — l m n i.percutiam, vel iratus fuero in Aegyptum.
a b c d e f g h i K l m n
maxima. Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super

c i.extraxerim. — g i.consortio. — i pro fecerunt.
a b c d e f g h i K l m n o
Aegyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaque Moyses & Aaron, sicut
praeceperat Dominus: ita egerunt. Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta

f Cenchrei.
a b c d e f g h i K l m n
trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Dixitq. Dominus ad Moysen, & Aaron: Cum

c Cenchrei. — d vt .s. credamus vos à Deo. — e i.miracula.
a b c d e f g h i K l m n o
dixerit vobis Pharao, ostendite signa: dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & proijce eam

b Cenchrei.
a b c d e f g h i K l m n
coram Pharaone, ac reuertetur in colubrum. Ingressi itaque Moyses, & Aaron ad Pharaonem,

e Iuxta Hebraeum: proiecitque. — i Cenchrei.
a b c d e f g h i K l m
fecerunt sicut praeceperat Dominus. Tulitq. Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius,

c verum. — h Cenchrei. — K pro, idest. — l incantatores.
a b c d e f g h i K l m n
quae versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos: & fecerunt

d e quod maximo in Aegypto in vsu essent. — g h i secreta enim rerum virtute, & in silentio, verba proferebantur.
a b c d e f g h i K l
etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quaedam similiter. Proieceruntq. singuli

g veros. — K i.draco, in quem fuerat conuersa virga. — m n i.dracones in, quos eorum virga conuersa fuerant.
a b c d e f g h i k l m n
virgas suas, quae versa sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron, virgas eorum.

a quod existimaret arte magica fieri. — c i.voluntas. — d Cenchrei. — g h i.obediuit eis. — x Iuxta Hebr. loquutus fuerat.
a b c d e f g h i x l
Induratumq. est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut praeceperat Dominus.

SCHOLIA.

1 CONSTITVI te Deum Pharaonis.]. Sic Septuaginta. Hoc quidam intelligũt, quod Moyses, Dei verbo & nomine, ad Pharaonem legationem perageret. Alij idiotismum linguae esse dicunt; cum enim Deus nihil aliud sit, quam summa potestas, qui vitae, & necis super aliquem facultatem habet, eius Deus dici potest; quo modo & iudices, & magistratus, dij dicti sunt. Sic Gregorius: Vnde Chaldaeus legit: Fecit eum principem Pharaonis. Deus itaque datus est illi, vt inquit Rupertus, ad quem accedere verebatur, non quem adoraret Pharao, sed quem vt iudicem timeret & formidaret: reginaque humilitas regnantis hominis Deũ fecit. & Hilarius: Deus Pharaonis datus est, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur: aliud igitur est Deum dari, aliud Deum esse. Sed licet haec acute dicta fuerint, illis tamen addendum existimo, homines, Deos per *Greg. in 1. lib. Reg. l. 3. c. 6. Rupert. in Exod. Hilar. 7. de Trini.*

participa-

participationem, secundum similitudinem,& adoptionem tantum dici: vt sanctus Thomas erudite docet; ex eo scilicet, quod aliquid diuinum, & supra ipsorum naturam participant. Cum igitur Moyses potestatem miraculorum, & inferendi, & auferendi plagas à Deo acceperit, in ordine ad Pharaonem, & Aegyptum, Deus Pharaonis merito perhibetur: hinc Phebedus Agenni Galliarum Episcopus (de quo sanctus Hieronymus testimonium perhibet) contra Arrianos scribens,inquit, cum & Moyses Pharaonis Deus dicatur, & si quis Dominum Deum dicat, si de Trinitate male sentiat, blasphemus est.

S.Tho.1.p.q.13.ar.10.corp. & ar.11.corp. & in 1.cap. epist. ad hebr. lect.13.

Phebedus contra Arrianos. Hieron. de Eccles. Script.

2 *Et Aaron frater tuus erit Propheta tuus.*] Prophetæ nomen in Scripturis, vt suis locis videbimus, varias habet significationes: hoc loco, pro diuinorum interprete sumitur: vnde Chaldæus legit: Interpres tuus; quod quæ referret, à Deo Moyses accepisset: sic Theodoretus, quasi dicat; sicut ego Prophetis loquor,populo vero per Prophetas, ita & quæ à me acceperis, Aaroni,vt Prophetæ tuo annunciabis, ipse vero populo referet, sic interpretantur Acacius, & Theodoretus. Vnde in textu subditur: Tu loqueris ei, idest, Aaroni, omnia,quę mando tibi, & ipse loquetur ad Pharaonem. ita Chaldæus, & Septuaginta.

Theod. q. in Exod.

Acatius. Theod. q. 17. in Exod.

3 *Sed ego indurabo cor eius.*] Iam supra cap. 4. de induratione,& excæcatione aduertimus, Deum non esse eius caussam positiuam,vt culpam innuit: de quo Irenæus, & Origenes, & Basilius, & Chrysostomus, & Damascenus, & plerique alij,qui contra Manichæos scripserunt. Sed & Mercurius Trimegistus: à Deo perfecto, inquit, nihil malum, nihil turpe est. & Plato malorum caussam dicit non esse Deum, cum bonus sit. Cæterum Chrysostomus: Quamquam Deus, inquit, auctor non sit, sed malorum improbitas, scripturæ tamen consuetudo est, vt Deum dicat illa fecisse: vt Ioannis 9. Dedit ipsis oculos, ne videant. Et Euthimius: Hoc Scripturæ idioma est, Dei permissionem,quasi opus eius appellare: vnde indurare,Dei permissionem importat: vt Psalm. 68. Quem tu percussisti, persequuti sunt, & super 5. cap. Matthæi, ait: hoc scripturæ idioma est, vt dicas: Ne nos inducas in tentationem, ac si dicas: Ne permittas nos induci, quam permissionem, per negationem auxilij supra interpretati sumus, sicut & Gregorius: Non duritiem contulit, ait, sed exigentibus eius meritis, nulla infusi timoris sensibilitate molliuit; addidimusque, & in ratione pœnæ, quodammodo indurationem à Deo esse: vnde Augustino contra Iulianum, qui per permissionem hæc explicabat, visum est non sic exponendum, sed magis in ratione pœnæ,& caussas, inquit, præbendo, quibus, sua tamen malitia, & vitio, iusto Dei iudicio magis induretur, & excæcetur.

Irenæus lib.4. cap.48. Orig. hom. 2. in lib. Iudicū. 3. periarch. cap.2. Basil. ho. An Deus sit causa mali. Chrys. ho.67. in Io.& ser.3. in 1.cap. epist.ad Ro.& ho. 8.in 1.ad Cor. Damasc. lib. 4.cap. 20. Trimegist. in Pimandro dialog. 14. Plato lib. 2.de Repub. Chrysost.hom. 26.in Matth. Euthim.in 15. cap. Ioan. Euthim. in 5. cap. Matth. Greg.31.Moral.cap.12. Aug.q. 5.contra Iulianum cap. 3. August.lib.de gratia et lib. arb. c. 20. & 21. Tom. 7.

8 *Et multiplicabo signa, & ostenta.*] Signa, idest,miracula,quæ & ostenta vocat;quod ostentu digna sint, & Dei virtutem ostentent.

9 *Immittamque manum meam super Aegyptum.*] Hebraismus est,idest, percutiam Ægyptum,per effectus diuinæ potentiæ. Porro, iuxta Hebræum est: Et extendam manum meam super Aegyptum. Septuaginta: Et inijciam manum meam in Ægyptum. Chaldæus: Et ponam plagam fortitudinis meæ, super Aegyptum: hoc igitur est ponere manum super Aegyptum, percutere eam plagis.

6 *Per iudicia maxima.*] Sic Chaldæus. Hebraismus est, idest, puniendo maxime Aegyptios, quasi dicat: Signis infligendis Dei iusto iudicio, & maxime Aegyptijs nocituris. Vnde Septuaginta legunt: cum vltione magna. Sunt & qui dicant, signa appellare, quæ etiam Magi fecerunt: miracula, quæ Magi efficere non potuerunt: Iudicia, quod per illa Aegyptios punierit.

7 *Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super Aegytum.*] Scient, idest, experimento discent, plagis scilicet, quæ inferam. Porro, Chaldęus legit: Cum extendero,& eduxero. Vt sit sensus: Tunc cognoscent me esse Dominum,qui extenderim, idest, cum extendero manum,idest, percussero illos, & eduxero filios Israel.

8 *De medio eorū.*] Idiotismus est,idest, qui inter illos viuebāt, siue de eorum societate, & consortio.

9 *Fecit itaque Moyses, & Aaron,sicut præceperat Dominus, ita egerunt.*] Fecit, idiotismus est, pro, fecerunt: vnde sequitur: & egerunt; gaudent quippe Hebræi his repetitionibus, quæ & emphasim frequenter habent.

10 *Ostendite signa.*] Signa, idest, miracula; vt scilicet vos à Deo missos credamus.

11 *Tolle virgam tuam.*] Virga hęc, & Dei dicitur; quod Dei virtute, in illa miracula fierent,& virga Moysi; quia illam iussus est ducere, & signa edere: et virga Aaron, quod cum illa coram Pharaone miracula edidisset. sic Augustinus.

Aug.q.22. in Exod.

12 *Tulitque Aaron virgam.*] Iuxta Hebræum est: Et abiecit Aaron, seu proiecit virgam suam: sic Septuaginta, & Chaldæus: In Vulgato itaque subintelligi debet, proiecisse,scilicet, in terram.

13 *Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos.*] Dictio illa,&, pro,idest,ponitur.eos itaque sapientes, qui & malefici erant. Iam,qui nunc Philosophi,tunc sapientes dicebantur,vsque ad Pytagoræ tempus,cui arrogantis vox visa est, & primus se Philosophum, idest, sapientię amatorem appellari voluit.Porro,hos maleficos S.Paul. 2.ad Tim.3.nominat,Iamnes,& Mambres,qui Moysi,inquit,restiterunt: de quorum peritia in magicis, Numenius Apameophon meminit,vt Eusebius Cæsariensis refert: & cum in desertis Africę eorum essent corpora sepulta, eo, post annorum millia, sanctum Macarium peruenisse scribit Nicephorus; vt cum malis spiritibus bellum iniret.

Euseb. lib. 9. de preparat. Euang.

Niceph.in histor. Eccles.

14 *Sapientes & maleficos.*] *Mechasephim* in plurali, iuxta Hebreos,eos significat, qui naturale aliquid ad aspectum oculi mutant. *Chartumim*, eos, qui coniectāt somnia: vt Gen. 41. promiscue tamen hoc loco vtitur Scripturarijs nominibus, pro malefico, seu præstigiatore.

מכשפים

חרטמים

15 *Et fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas, & arcana quædam similiter.*] Arcana dicit, quod occulta virtute, & in silentio verba incantationis proferantur: vnde Chaldæus legit: suis susurrationibus. Porro, dictio *Lahat*, inflammare significat; vnde *Labab*, idest, flamma; quod acie-

להט

להב

Digitized by Google

bus gladiorum, aut ignis flamma, sæpe, vti soleant, ad incantationes.

16 *Quæ versæ sunt in dracones.*] Aliqui existimant, hos non fuisse veros dracones, sed sic apparuisse virtute dæmonis, ex aeris transmutatione: sic Iustinus, Gregorius Nyssenus, Strabus, & Alchuinus aliquando, & refertur 26. quæst. 5. & Alchuinus, Rupertus in Exodum, Hugo de sancto Victore. Sed idem Augustinus sæpe dicit, fuisse veros dracones; cum eos Aaronis draco absorbuerit; enimuero miracula sunt in ijs, quæ sunt supra naturæ ordinem, in quo & dæmones etiam sunt, quare & vera edere miracula nequeunt: vt mortuum suscitare, sed quo ad nos miracula aliquando dicuntur; quia nobis mira esse videntur, cum occulta rerum virtute fiant: vnde & ex virgis corruptis, quorumdam reconditorum seminum adiunctione, quæ sic virgam corrumpant, vt dracones oriantur, quibusdam alijs appositis, sic vt mira celeritate appareat, factos esse dracones dæmonum ministerio, docet ex Augustino sanctus Thomas, & quæ hoc loco docuimus, ex multis eius libris: nisi & id sic factum dicamus, vt mimos quosdam mira manuum celeritate quædam facere experimur, quæ quomodo fiant, non aduertimus: sic & dæmones, quorum ope isti vtebantur, veros serpentes aliunde apportatos, pro proiectis virgis supposuisse, quos Aaronis draco, ex diuino miraculo, absorbuerit.

Iust. q. 6. ad Orthodox. Greg. Nyss. de vita Moysi. Strabus. August. 18. de Ciu. Dei c. 18. Alch. q. in Exod. Rupert. in Exo. Hugo de s. Victor. in Exod. August. 2. de Trinit. c. 7. & 31. & 21. in Exod.

S. Tho. 1. p. q. 110. ar. 4. ad 2. & q. 114. ar. 4. et 2. dist. 7. q. 3. ar. 1. ad 2. & 3. contr. gen. à cap. 104. vsque 108. & de potest. q. 6. artic. 5. & de Malo q. 16. ar. 9. ad 10. & in 24. cap. Matt.

17 *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.*] Hebræorum aliqui, sub specie virgæ factum, explicant metaphorice deuorasse: quo modo & ignem ligna deuorasse dicimus. Sed certe sanctus Hieronymus, & Guitmundus Archiepiscopus Auersanus sæpe inquiunt, re mutata, pristinum nomen retinet. Vt Ierusalem, etiam post Christi mortem, Matthæi 27. Sancta dicitur, quia talis aliquando fuit: Et infra, aquæ computrescent, idest, sanguis, quod prius aqua fuisset; & homo, qui ex luto factus, lutum aliquando, & puluis nominatur. Vnde & Terentius in Eunucho, de illa, quæ oppressa iam fuerat, dicit: virgo lachrymat: sic & virgæ hoc loco nomine, dracones sacra Scriptura vocat, quod virgæ fuerunt. Porro Iosephus refert: cum Ægyptiorum dracones in terra essent, tunc demum Aaronem virgam proiecisse, quę in draconem versa, omnes alios, vnum post alium deuorauit. Sed Philo Iudæus inquit, Regem cum purpuratorum cohorte astitisse, cum Aaronis virga in colubrum fuit conuersa, & præ metu & stupore omnes fugisse, tuncq. maleficos illos accersisse, vt viderent, & ipsos virgas suas in dracones conuertere, qui circa primum illum Aaronis sinuosis orbibus voluebantur; illum vero arrecta ceruice, immani hiatu, nō aliter, quam obiectos pisces circumquaque petitos, absorbuisse: quibus deglutitis, in pristinam virgæ naturam, rediisse.

Hieron. in 28. cap. Matt. Guitmund. lib. 1. de veritate Euchar.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

Philo de vita Moysi.

18 *Induratumque est cor Pharaonis.*] Hæc omnia, & Magicis artibus fieri existimans, non audiuit eos, idest, non obediuit ijs, quæ ex Dei iniuncto, ei præcipiebant.

---

f: i. induratum; h: i. voluntas; i: Cerebro; m: i. permittere extra

a b c d e f g h i K l m

Dixit autem Dominus ad Moysen: ingrauatum est cor Pharaonis, non vult dimittere

---

f g h i: i. ad ambulandum per ripam Nili

a b c d e f g h i K l m n n o

populum. Vade ad eum mane. Ecce egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super

---

K: i. feres

a b c d e f g h i K l m n o

ripam fluminis: & virgam, quæ conuersa est in draconem tolles in manu tua, dicesque

---

l: i. exire permitte

a b c d e f g h i K l m n o

ad eum: Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt

---

a: i. festum celebret cum sacrificio

a b c d e f g h i K l m n o

sacrificet mihi in deserto, & vsque ad præsens audire noluisti. Hæc igitur dicit Dominus:

---

c: s. experimento; i: i. percutere faciam

a b c d e f h i K l m n o p q

in hoc scies quod sim Dominus: Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam

---

a: Nili et alterū; c: vere, et pro, vertentur; c d e: plagarum prima fuit in flumine, quem pro Deo habebant, vt responderet culpa in submersione infantium; l m: non enim in sanguine viuere possunt.

a b c d e f g h i K l m n

fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoque, qui sunt in fluuio, morientur, &

Pharaonis,

Digitized by Google

a *quia sanguis cito putruit, et fœtuit. Iuxta Hebræum, fœtebunt.* b *quæ s. erant antea aqua* d *qui biberint, acri dolore correpti morientur, & qui non biberint, sitient; quod bibere recusabunt.* f *i. ut bibant. q. d. ægre bibant, vel non poterunt bibere.*

computrescent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis. Dixit quoque Dominus ad Moysen: dic ad Aaron, Tolle virgam tuam & extende manum tuam super

a *omnes* n *forsan & Mare Rubrum, & ideo sic dictum*

aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut

a *vere* f *i. sanguis* n *in quibus erat iam aqua extracta*

vertantur in sanguinem: & fit cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis vasis, quam in saxeis. Feceruntque Moyses & Aaron, sicut præceperat Dominus: & eleuans virgam

e *Cenchres* k *vere*

percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in sanguinem.

h *quia in sanguine viuere nequeunt* k *Nilus*

Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt: computruitque fluuius, & non poterant Aegyptij

c *Nili* h *quod etiam, ut dictum est, omnes aquæ Aegypti in sanguinem sunt conuersæ* m *ex aquis aliunde deductis celeriter, dæmonum ministerio.*

bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota terra Aegypti. feceruntque similiter malefici

b *sicut supra* e *sicut supra* g *i. voluntas* h *Cenchres* k *i. obediuit*

Aegyptiorum incantationibus suis: & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut

a *iuxta Hebræum, locutus fuerat* n *i. nec ad hoc signum attendens, exire permisit filios Israel*

præceperat Dominus. Auertitque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam

i *sub & pro limpido liquore, sanguis ut è vulnere manauit*

hac vice. Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam, ut biberent: non

k *i. per septem dies durauit hæc plaga sanguinis.* m *i. puniuit illos in aquis*

enim poterant bibere de aqua fluminis. Impletiq. sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluuium.

SCHOLIA.

19 *Ingrauatum est cor Pharaonis.*] Iusto iudicio, exhibitis scilicet externis maioribus beneficijs, sua culpa amplius est induratum.

יצא

Hugo de S. Victor. in Exo.

20 *Egredietur ad aquas.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus, licet in Hebræo sit Ioze præsentis temporis; positum tamen procu du io est pro futuro. Porro, recreandi animi gratia, vt aduertit Hugo de sancto Victore, *salio à passear por la ribera del rio.*

21 *Vt sacrificet mihi in deserto.*] Iuxta Hebræum est: Vt seruiat mihi, sic Chaldæus, & Septuaginta, sed omnium idem est sensus; nam sacrificium Deo offerre, Deum colere, & illi seruire est.

22 *Et vsque ad præsens audire noluisti.*] Quasi dicat: renuisti obtemperare, vel acquiescere noluisti.

23 *In Hoc scies, quod sim Deus.*] Idest, per experientiam disces ex pœnis inflictis.

24 *Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est.*] Hæc vt verba Dei quidam interpretantur, vt virgam, quam Aaron manu gestabat, Deus dicat se illam manu tenere; quod diuina virtute in illa Aaron miracula ederet; sed præstat, verbum, percutiam, interpretari, idest, percutere faciam.

Proclus ad Armenos. Socrates in hist. Ecclesiast. Niceph. in hist. Ecclesiast. Philo de vita Moysi.

25 *Aquam fluminis, & vertetur in sanguinem.*] Fluminis, idest, Nili, aquas vere in sanguinem commutatas fuisse, affirmat Proclus Constantinopolitanus Patriarcha, de quo multa Socrates, & Nicephorus, & ab Aethiopia vsque ad mare, ita factum refert Philo.

באש

באש

26 *Et computrescent aquæ.*] Verbum Baas foetere significat, & Beos foetorem, & ex consequenti etiam & putrescere; quod fœtere soleant putrida; conuersa siquidem in sanguinem, putruit, & foetuit.

Aug. lib. 1. de miracul. sacra Script. c. 7. Philo de vita Moysi. Ioseph. 2. antiq. c. 13.

27 *Et affligentur Aegyptij, bibentes aquam fluminis.*] Hebraismus est, qui infra interpretatur cum dicitur: Non poterant bibere Aegyptij; abhorrebant enim à potu. Adde iuxta Augustinum, bibentibus exitium fuisse, & non bibentibus poenam ob sitim, quam sustinebant: vnde & Philo inquit, hominum quoque siti enectorum magnus numerus aceruatim iacebat in triuijs, non sufficientibus domesticis ad sepulturæ officia. Et Iosephus: Si bibebant, confestim acri dolore corripiebantur: & hoc forsan textus innuit, cum dicitur: & affligentur Aegyptij.

28 *Percussit aquam fluminis coram Pharraone, & seruis eius.*] Forsan hoc coram Pharaone fecit, deinde extendit virgam in ordine ad reliquas Aegypti aquas; etenim omnes fuisse in sanguinem conuersas, præter illas, quæ erant in terra Gessen, satis aperte ex textu constat.

29 *Et omnis lacus aquarum.*] Iuxta Hebræum est: Et super omnem collectionem aquarum. Chaldæus: & super omnem locum congregationis aquarum eorum. Septuaginta: Et super omnem congregatam aquam eorum. Sed hæc idem sunt. Non desunt, qui Mare Rubrum Aegypto adiacens, in sanguinem conuersum dicant; cogregationes enim aquarum, Hebræorum more maria dicuntur, & inde Rubrum dictum fuisse; licet alij alias huius caussas assignent.

30 *Quæ versa est in sanguinem.*] Vt poena culpæ correspondere, vt Origenes, Eusebius, & Augustinus aduertunt, quia pueros in flumine extinxerunt; anima etenim carnis in sanguine est, vt Leuit. 17. dicitur. Adde ex Theodoreto, & Philone, primam plagarum in flumine fuisse, quod pro Deo illum habebant; eo quod parem vsum præberet, quem nubes. *Orig. in Exo. Eusebius in sua hist. Aug. 1. de miracul. sacra Script. c. 17. Theod. q. 19. in Exod. Philo de vita Moysi.*

31 *Tam in ligneis vasis, quam in saxeis.*] Omnem itaque aquam, etiam quæ iam extracta fuerat, in sanguinem conuertit.

32 *Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt.*] In sanguine quippe viuere non poterant.

33 *Feceruntque similia malefici Aegyptiorum in incantationibus suis.*] Quidam ex aquis, quas ex puteis, quos circa flumen foderunt, dicunt fuisse, quas in sanguinem malefici conuerterunt. Alij de terra Gessen, alij de fontibus; solum enim aquas fluminis, & quæ ex flumine exiuit, in sanguinem conuertit; sed certe dæmonum ministerio, à longissimis terris celeriter adductas dicere præstat; nam de puteis inquit Philo: in sanguinem vertit, in stagnis, fossis, puteis, fontibus, & omnibus Aegypti aquis, & pro limpido liquore, sanguis emicabat tamquam è vulnere. Iosephus vero nullum fontem in terra Aegypti fuisse testatur: & certe si fons fuisset, ad quid Aegyptij puteos fodissent? vel de terra Gessen aquam ferre potuerunt, si, vt Iosephus refert, ibi non sunt in sanguinem commutatæ; & ita visus est tenere sanctus Augustinus. Sunt tamen multi, qui etiam in terra Gessen in sanguinem conuersas dicunt, cum ibi multi ex Aegyptijs habitarent, à quibus aperte infra cap. 12. vasa argentea accepisse Hebræos dicitur: sed cum bibere vellent Hebræi, tunc potabilem redditam, & in pristinam naturam mutatā esse, quod Aegyptijs ibi morantibus non contingebat. Theodoretus è Mari Rubro dicit fuisse deductam aquam, quam in sanguinē Magi commutarunt. Sed forsan, vt dixi, & ipsum Mare Rubrum in sanguinem etiam fuit conuersum, & omnes riui Aegypti, ita vt fluuius in textu in singulari positus sit, pro plurali, scilicet, fluminibus. *Philo de vita Moysi. Ioseph. 2. antiq. c. 13. Ioseph. 2. antiq. c. 13. Aug. q. 22. in Exod. Theod. q. 20. in Exod.*

34 *Nec apposuit cor etiam hac vice.*] Hebraismus est, idest, noluit, vel non curauit, nec adiecit animum ad tantum signum, nec mouit ipsum, vt permitteret filios Israel exire.

34 *Foderunt autem omnes Aegytij per circuitum fluminis aquam, vt biberent.*] Putarunt siquidem limpidum extrahere liquorem, vt refert Philo, sed sanguis manauit tamquam è vulnere. *Philo de vita Moysi.*

36 *Impletique sunt septem dies.*] Hebraismus

est, idest

Euseb. Cæsar. in sua hist.

Philo de vita Moys.

est, ideſt, durauit hæc plaga per ſeptem dies. Verum eſt, Euſebium referre verba hæc tantum ad interſtitium, quod fuit vſque ad ſequens ſignum. Cæterum Philo ſcribit, per ſeptem dies duraſſe, donec Moyſes, deprecante Rege, ab Aegyptijs ad hoc compulſo, orauit, & mutauit Deus ſanguinem in aquam dulcem, ſicut antea fuerat. Et Ioſephus ſcribit, Regem gentium incolumitati conſulere volentem, permiſiſſe Hebræos abire, cumque malum ceſſaſſet, ad priſtinam mentem rediiſſe, ſententiamque reuocaſſe.

Ioſeph. 2. antiq. c. 13.

CAPVT OCTAVVM.

Cenchres

Dixit quoque Dominus ad Moyſen: ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit

.i. permitte ire — ſiue, vt ſeruiat mihi, iuxta Hebræum — .i. licentiare illum

Dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi: ſin autem nolueris dimittere, ecce ego

.i. affligam, & puniam — .i. regiones — .i. in multitudine orientur — .i. adorientur, ſiue inuadent omnia

percutiam omnes terminos tuos ranis; & ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent, & ingredientur

In lecto ſæpe inueniebantur, & per cubiculum oberrabant. — .i. famulorum

domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum,

victum ſiquidem domeſticum fœdabant. — .i. cibos, ſiue loca, vbi ciborum reliquiæ aſſeruantur. Chald. panarea. Septuag. Maſſas.

& in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: & ad te, & ad

& dormientibus aperto ore, corpora ſæpe intrabant, & per alios corporis meatus.

populum tuum, & ad omnes ſeruos intrabunt ranæ. Dixitque Dominus ad Moyſen: Dic ad

.ſ. cum virga — ſic enim infantes, qui quaſi ranæ reptabant, in aquis ſubmerſi fuerant. — .i. produc

Aaron: Extende manum tuam ſuper fluuios, & ſuper riuos, & paludes, & educ ranas

.i. leuauit — cum virga

ſuper terram Aegypti. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ,

hyperbole eſt

operueruntq. terram Aegypti. Fecerunt autem et malefici per incantationes ſuas ſimiliter,

.i. produxerunt, — nullum remedium ranarum afflictioni inuenient.

eduxeruntque ranas ſuper terram Aegypi. Vocauit autem Pharao Moyſen et Aaron, et

.i. permittam ire

dixit eis: Orate Dominum, vt auferat ranas à me, et à populo meo, et dimittam populum,

b h i K l m
siue vt seruiat — *sciebat enim hæc omnia in eius voluntate Deum à principio constituisse, & ita non tentauit Deum.*
a b c d e f g h i K l m
vt sacrificet Domino. Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi quando deprecer pro

u
i. famulis
a b c d e f h g i K l m n o p q r ſ t u x
te, et pro seruis tuis, et populo tuo, vt abigantur ranæ à te, et à domo tua, et à seruis tuis,

h i o
viua. s. communiter, sicut ante plagam — *s. Moyses*
a b c d e f g h i K l m n o p
et à populo tuo, et tantum in flumine remaneant. Qui respondit: Cras. At ille. Iuxta,

b c d f h i K l m n
i. sicut constituisti, & locutus es, ita faciam — *i. experiaris* — *qui. s. cum vult infert, & aufert plagas, quod nec dij tui, nec malefici efficere potuerunt.*
a b c d e f g h i K l m n o
inquit, verbum tuum faciam: vt scias, quoniam non est, sicut Dominus Deus noster. Et

l ſ t
i. famulis — *viua, sicut ante plagam regulariter*
a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t
recedent ranæ à te, et à domo tua, et à seruis tuis, et à populo, et tantum in flumine

K
i. inuocauit
a b c d e f g h i K l m n
remanebunt. Egressiq. sunt Moyses, et Aaron à Pharaone, et clamauit Moyses ad Dominum

a b c e i K
i. promissione, quam fecerat, vt impleretur. — *i. promiserat* — *i. sicut ei Deus promiserat, vel sicut Moyses orauerat, aut petierat.*
a b c d e f g h i K l
pro sponsione ranarum, quam condixerat Pharaoni. Fecitque Dominus, iuxta verbum Moysi:

n q r
i. campis — *iuxta Hebr. aceruos aceruos, idest, aceruatim.*
a b c d e f g h i k l m n o p q r
et mortuæ sunt ranæ, et de domibus, et de villis, et de agris. Congregaueruntq. eas in immensos

c d g i K l m
s. & fœtuit, infecta est fœtore terra — *Conchres* — *i. cessauerat plaga* — *videns Dei patientiam, iram accumulans in d. ĩ vindicta.*
a b c d e f g h i K l m
aggeres, et computruit terra. Videns autem Pharao quod data esset requies, ingrauauit

a e
i. voluntatem — *i. obediuit*
a b c d e f g h i
cor suum, et non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.

SCHOLIA.

1 VT *sacrificet.*] Iuxta Hebræum est: Vt seruiat. sic Septuaginta, & Chaldæus: sed idem importat, vt capite præcedenti diximus; sacrificare quidem, Deo seruire est.

2 *Et ebuliet fluuius ranas.*] Ebulire, ad instar piscium, est in magna multitudine oriri, & hoc importat verbum *Saraq* Septuaginta legunt: Eructabit. Chaldæus: Producet fluuius ranas. Iam fluuiũ nominat, ex quo earũ maxima pars prodijt; sed & ex paludibus, & aquis alijs Ægypti etiam nasci, textus ipse indicat. Adde, fluminis peculiaré mentioné fecisse, vt culpę pœna responderet, in quo Hebræorũ infantes necabant, qui veluti ranæ repebãt, adhuc nec fugere poterant. Porro, vt Strabus refert, omnis generis ranarum copia fuit; est enim quoddam fluuiale, & vocale, alterum minimũ, quod calamitum dicitur; de quo fertur, quod si in os latrantis canis proijciatur, continuo obmutescere illum faciet. Tertium, quod rubetũ dicitur, pessimum, & venenosũ, quod vulgo, vt inquiũt, crassétia dicitur. Strabus.

שרץ

3 Et

3 *Et ingredientur domum tuam.*] Iuxta Hebręū est: Et adorientur, seu inuadent. Sic Chaldæus, & Septuaginta: Vnde Hebræi referunt, intrasse in multorum corpora, cum ore aperto dormirent, & per alios meatus: Vnde sic subintelligendum est, ingressas infeste, & inuadentes.

משארות
שאר
Ioseph. 2. antiq. c. 13.

4 *Et in reliquias ciborum tuorum.*] Septuaginta: Et in massis tuis. Chaldæus: Et in pistrina seu in panaria, & certe *Misaroth*, à verbo *Saar*, reliquias, & cibum etiam significat: quæ omnia apposite intelligi possunt, vt ex verbis Iosephi deprehenditur, qui inquit: Et domesticum victum fœdabant in esculentis, atque poculentis, nusquam non repertæ, & in cubilibus passim aberrantes, ita vt omnia fœterent, putore è ranis mortuis exhalante infesta. Ex quo constat irrationabiliter Hebræorum aliquos, de ranis istis, vt de pisce grandi fabulari.

יעלו

5 *Et ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ.*] In Hebræo est: *Iahalu*, idest ascendent, præsens enim positum est, pro futuro, & sensus est: adorientur & inuadent ranæ. Sic Septuaginta, & Chaldęus.

6 *Extende manum tuam super fluuios.*] Iuxta Hebræum est: Cum virga tua. Sed sic subintelligendum esse hoc loco, & infra, cum dicitur: Et extendit Aaron manum suam, satis colligitur ex huius capitis serie. Sic habent Chaldæus, & Septuaginta: extende manu tua virgam.

7 *Ascenderunt ranæ.*] Iuxta Hebræum, & Septuaginta est: Ascendit rana. Hebræorum more, singulare pro plurali positum, sicut est in Vulgato, sic Augustinus.

Aug. locut. 37 in Exod.

7. d. *Operueruntque terram Aegypti.*] Hyperbole est, idest, in immensum creuerunt, ita, vt habitatores multipliciter affligerent.

8 *Fecerunt autem & malefici, per incantationes suas similiter.*] Ex aqua de terra Gessen deducta, vt aduertit Augustinus, vel accepta portione aquæ mundæ; iam enim in pristinam naturam commutata erat. Porro, vbi nos legimus: per incantationes, iuxta Hebræum, & Chaldæum est: Susurrationibus suis. Sed de hoc iam superiori capite diximus.

Aug. q. 23. in Exod.

9 *Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron.*] Aduertunt quidam, in priori plaga non illos vocasse; quod vinum vel similem liquorē Rex haberet, quo, loco aquæ, ad potum vsus interim fuisset, vel quod forsan Magorum industria, aquam de longe asportatam biberet: Hanc autem plagam diuturniorem & molestissimam, nec aliquod potuisse remedium inuenire. Cæterum Philo, vt diximus, etiam refert, in priori plaga illos vocasse, licet sacer textus non exprimat, sicut & multa alia, quæ commode subintelligi possunt.

10 *Constitue mihi quando deprecer pro te.*] Septuaginta: Constitue mihi, quando orem pro te. Chaldęus: Constitue tibi tempus, quando deprecer pro te. At iuxta Hebræum est: gloriare de me, vel super me, quasi dicat: hoc honoris tibi sume, vt designes mihi tempus, in quo orem pro te. Alij explicant hanc gloriam auferendi plagam, non de ariolis sumes, sed de me, siue per me, cum volueris. Porro Moyses non tentauit Dominum, tempus miserendi præfigens, vt Bethuliç ciuibus dixit Iudith 8. sciebat enim, à principio hęc omnia Deum in eius voluntate constituisse: sicque nec alicui cęli constellationi tribuere poterant, quæ cum tempore transit, nec constitui pro hominum libito potest.

11 *Non est sicut Dominus Deus noster.*] Quasi dicat: qui infert & aufert plagas cum vult, quod dij tui, nec malefici efficere potuerunt.

12 *Pro sponsione ranarum.*] Iuxta Hebręum est: Pro verbo. Sed idem est sensus, idest, vt sicut promiserat verbo Domini, sic auferret Deus ranarum plagam illam.

13 *Congregaueruntque eas in immensos aggeres.*] Iuxta Hebręum est: Aceruos aceruos. Sic Septuaginta. Chaldęus aggeres aggeres, secuti vtique Hebraicum modum; cum enim superlatiuis Hebręi careant, per eiusdem vocis repetitionem supplent: quod eleganter Vulgatus hic expressit, legens: Immensos aggeres. Id autem factum est, vt scilicet, terra corpora illa cooperirent, sed cum tanta esset illarum copia, fœtor immensus inde exhalabat: nec huic opponitur, quod Moyses pollicitus fuerat, in flumine tantum remansuras; non enim dixerat reducendas ad amnem, sed non ita communiter, & abundanter futuras super terram, vt molestę essent; sed, si quę viuę remanerent, sicut antea in flumine tantum, & in stagnis futuras.

14 *Et computruit terra.*] Quod non combusserint aceruos, fœtuit terra, putrescentibus ranis. Porro cum verbum *Baas*, vt dictum est pręcedenti capite, & putrescere & fœtere significet, quidam legunt: repleta est terra fœtore, seu infecta est. Chaldæus legit: Et computruerunt super terram: ad ranas vtique referens: sed hęc omnia vera sunt, & subintelligi possunt, & ranas computruisse, & infectam terram graui fœtore, quod computrescere terram dicit Vulgatus. Vnde & Philo inquit: Propter intolerabilem grauеolentiam exhalantem è cadaueribus bestiolarum, è domibus congestæ, in triuijs cumulabantur.

באש
Philo. de vita Moysi.

15 *Videns quod data esset requies, ingrauauit cor suum.*] Iuxta Hebræum est: Quod facta esset respiratio, seu refrigeratio, & quidem *Reuacha*, iuxta aliquos proprie significat liberationem ab aliqua angustia vndiq. imminenti: poniturq. sæpe pro dilatatione, & respiratione cordis. Porro hinc Augustinus aduertit, Pharaonem non solum induratum, quod videret Magos similia facere, sed quod expertus sit Dei patientiam, cumulans sibi iram in diem vindictæ.

רוחה
Aug. q. 24. in Exod.
ad Rom. 2.

h *inclina.* m n o *quia luti operibus Hebraos oppresserant.*

a b c d e f g h i k l m n o

Dixitq. Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: Extende virgam tuam et percute puluerem terræ:

& sint

a b c d e f l
sic infecti, vt sciniphes, voce & opere. Aegyptij Hebrais fuerunt. Iuxta Hebr. quidam pediculos legunt. *.i. inclinauit.*
a b c d e f g h i x l m n
& sint sciniphes in vniuersa terra Aegypti. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manu

c i
vt supra. *vt supra.*
a b c d e f g h i k l m n
virgam tenens: percussitque puluerem terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & in-

b n
hyperbole est. *.i. conati sunt facere.*
a b c d e f g h i K l m n
iumentis: omnis puluis terræ versus est in sciniphes per totam terram Aegypti. Feceruntq.

b h i K
vt supra cap. præcedenti. *quod in minimis confundere illos voluit Dominus.*
a b c d e f g h i K l
similiter malefici incantantionibus suis, vt educerent sciniphes, & non potuerunt: Erantq.
sciniphes tam in hominibusque in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus

a b c d f g K
.i. Dei virtute, non arte magica hoc fit. *vt supra.* *i. voluntas.* *Cenchres.* *i. obediuit.*
a b c d e f g h i K l m n o
Dei est hic. Induratumq. est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.

l
Cenchres.
a b c d e f g h i K l m
Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo & sta coram Pharaone, egredietur

m a b c l
vt supra cap. præcedenti. *.i. permitte.*
a b c d e f g h i K l m n o
enim ad aquas: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt sacri-

a b f p
i. iuxta Hebra. seruiat. *.i. permiseris.* *.i. famulos.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r s
ficet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in

g h i l
i. misturam, seu miscellaneam iuxta Hebræum. *hyperbole:*
a b c d e f g h i K l m n
populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur omnes domus
Aegyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra, in qua fuerint. Faciamq. mirabilem

r
.i. experiaris.
a b c d e f g h i K l m n o p q r s
in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ. Et scias quoniam

a b c d e f g h i
.s. puniam te, vtpote Dominus, & iudex terræ. *quantum ad plagas, non enim læderentur Hebræi, sicut Aegyptij.*
a b c d e f g h i K l m n
ego Dominus in medio terræ. Ponamq. diuisionem inter populum meum, & populum tuum:

x l
pro musca. *quod molesta & graues cunctis essent, vel nocma valde. Septuag. plurima.*
a b c d e f g h i k l m n
cras erit signum istud. Fecitque Dominus ita, & venit musca grauissima in domos

Pharaonis,

c K
i. famulorum. *i. fœdata & deformata.*
a b c d e f g h i K l m n o
Pharaonis, & seruorum eius, & in omnem terram Aegypti: corruptaq. est terra ab huiusmodi

c
Conchres.
a b c d e f g h i K l m n o p
muscis. Vocauitq. Pharao Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in

f g h i K
i. non est rectum, vel non conuenit. *i. iuxta ritum abominabilem Aegyptiorum.*
a b c d e f g h i K l m
terra hac. Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immola-

g h i k l h i K l
quod iuxta nostrum ritum litare solemus. *sic iuxta Hebraeum, at Chald. animal quod colunt Aegyptij.*
a b c d e f g h i K l m n o
bimus Domino Deo nostro? quod si mactauerimus ea, quae colunt Aegyptij coram eis: lapi-
dibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus Domino

g i
Conchres. *i. permittam.*
a b c d e f g h i K l m n
Deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitq. Pharao: Ego dimittam vos vt sacrificetis Domino

i K l
vt. s. liberer ab hac plaga vna cum populo.
a b c d e f g h i K l m n o
Deo vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et ait Moyses:

d h K
i. deprecabor. *iuxta Hebr. mistio.* *Conchres.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r
Egressus à te orabo Dominum: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo
eius cras: veruntamen noli vltra fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino.

d g h i K l
Conchres: *i. exaudiuit deprecationem eius, opere complens quod petebat.*
a b c d e f g h i K l m
Egressusque Moyses à Pharaone orauit Dominum, qui fecit iuxta verbum illius: Et

a b c c f m n o p a
abire faciens à regione Aegypti. *Conchres.* *i. famulis.* *quæ. s. molesta esset, vt in plaga, sed sicut antea, & forsan pro illa vice nec vlla omnino remansit.*
a b c d e f g h i K l m n o p
abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit nec vna

c e f n
vt supra. *i. voluntas.* *Conchres.* *i. permitteret exire.*
a b c d e f g h i K l m n
quidem. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret
populum.

SCHOLIA.

16 *Percute puluerem terræ.*] Plaga hæc prima est, quæ de terra sit egressa, Aegyptiorumque culpæ respondet, qui Hebræos operibus duris luti & lateris premebant.

17 *Et sint sciniphes in vniuersa terra Aegypti.*] Iuxta Hebræum est: & sit, subaudi, terra in sciniphes, idest, generentur è terra sciniphes: sic Chaldæus. At Septuaginta: Erunt sciniphes. Porro *Cinim*, ex Philone, genus quoddam exiguarum bestiolarum significat, quæ insensissimę esse solent, non כנים
solum cutem lædentes, pruritumque noxium immit-

tentes,

tentes, sed & interna penetrant, & aures quoque, atque nares ingrediuntur. Vulgatus sciniphes vocat, quas Origenes muscas alatas cũ Latinis dicit, subtiles, longis cruribus, rostrumq. habent, quo cutem lædunt, & cui insidunt, acerbissimis stimulis terere affirmat. At Iosephus cum Hebræis pediculos fuisse credit: pediculorum enim, inquit, magna vis, è corporibus Aegyptiorum scatebat, à quibus mali male perdebantur; neque lauacris, neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos valebant: sed forsan vtrumque fuit: Vulgatus autem vnum tantum expressit, quod scilicet magis apparebat.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

18 *Fecerunt similiter.*] Fecerunt, pro, conati sunt facere. Sic Augustinus in Exod. Quamuis aliqui verbum, fecerunt, ad virgarum protensionem, seu percussionem referant.

Aug. locut. 40 in Exod.

19 *Et non potuerunt.*] Hebræi putant, maleficos educere non potuisse sciniphes; quod dæmones non habeant potestatem in corpora, quæ minima sunt. Sed hoc irrationabiliter dicitur, immo Deus non permisit, vt illa ope dæmonis ex putrefactione orirentur, vt in minimis magi confunderentur.

20 *Digitus Dei est hic.*] Idest, Dei virtus est, quæ nos impedit, & non fit arte magica; licet aliqui virtutem superiorum dæmonum inferiores cohibentium intelligãt, iuxta illud Lucæ. 11. In Belsebebuc principe dæmoniorum eijcit dæmonia; sed certe præstat prior Patrum expositio. Vbi aduertendum est, in Scripturis, brachij, manus, & digiti nominibus, Dei virtutem designari, hæc autem elegãs est sinechdoche, quam & Philo innuit, qua Dei virtus amplificatur, vt solo digito superet omnẽ creatam potentiam: digito itaq. Dei, idest, minimę Dei virtuti, omnem creatam potestatem resistere non posse, designatur.

Philo de vita Moysi.

21 *Egredietur enim ad aquas.*] Vel recreandi animi gratia, *a passear por la ribera del rio*, vel quod Nilum, vt Deum adorarent Ægyptij, vt supra diximus, vel quod Apim maximum Aegyptiorum numen, in forma bouis à Nili aquis prodeuntem, vt sæpe apparere solitus erat, adorarent. Nec desunt qui dicant, iam eo tẽpore apud Ægyptios crebras fuisse lotiones, in existimatam peccatorum ablutionem, quales modo sunt apud Agarenos. Porro occurrere Pharaoni precipitur progressuro ad aquas; quod fortasse vtcumque ingredi ad eum non liceret.

Prosper. Aug. To. 16. ser. 78. ערב

22 *Omne genus muscarum.*] Prosper, & Augustinus, cum Septuaginta, muscam caninam intelligunt, quam Cynomyam dicunt. Sed certe *Aarob*, vox quæ hoc loco ponitur, turbam & miscellaneam ferarum importat, tam venenosarum, quam rapacium, vt serpentium, draconum, leonum, pardorum, scorpionum, aspectu quidem terribilium, & morsu nocentium: & ita sentire visus est Iosephus. Chaldæus mistionem bestiarum legit: sed hoc loco positum existimo, vt Vulgatus vertit, pro omni genere muscarum: Vnde Philo inquirit, quare Deus non induxerit leones, pardos, serpentes, & id genus: & respondet, Deum non delere; sed punire Aegyptios velle, quare in hoc capite, quotiescumq. muscæ nominantur, licet ex vi vocis Hebraicæ, miscellanea ferarum noxiarum intelligi posset, interpretari tamen debet de muscis diuersorum generum. Porro muscæ, & sciniphis plaga, Aegyptiorum impietati respondet, qui verbis, cachinnis, & factis, velut sciniphes & muscæ, Hebræorum aures obtundebant, & veluti aculeis pungebant, multisq. modis illos infestabant.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

Philo. de vita Moysi.

פלה פדת

23 *Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen.*] *Phala*, & mirificare, & separare importat: Vnde Chaldeus: Diuidam in die illa terram Gessen. Septuaginta: & glorificabo in die illa. Et similiter infra, cum dicitur: diuisionem faciã *Phedut*, & diuisionem, & liberationem significat: quorum omnium sensus Chaldęus paraphrastes elucidat, cum ait: ponam redemptionem populo meo, & super populum tuum inducam plagam. Quod licet sæpe in alijs plagis fecerit, vt Augustinus aduertit, in hac peculiariter expressit.

Aug. q. 26. in Exod.

24 *Et scias quoniam ego Dominus in medio terræ.*] Quasi dicat: vt scias hæc à me fieri, veluti à principe, & iudice vniuersæ terræ, in punitionem peccati tui; Dominus enim in medio terrę, Hebraismo, princeps terræ dicitur. Quod omnibus prospicere, omnes regere, iuuare, defendere, & tueri facile possit, & debeat, & veluti cor in medio corporis, sic & Rex, vt omnibus facile adsit.

25 *Corruptaque est terra ab huiuscemodi muscis.*] Idest, deformata, & fœdata; habitatores quidem læsi, & inquinati à muscis.

26 *Non potest ita fieri.*] Ita Septuaginta: At iuxta Hebræum: non rectum, seu non decet fieri ita: sic Chaldæus.

27 *Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro.*] Teste Hieronymo, Ægyptus idolorum fertilissima fuit: vnde, vt referunt Diodorus, Strabus, Clemens Alexandrinus, in cunctis Ægypti locis, suum colebant Deum. Alij Apim, alij hircum, alij crocodilum, denique quasi cuncta animalia, vt Deos venerabantur: hinc ægre ferebant, ouem, aut vitulum, aut hircum, & huiusmodi, mactari ad sacrifitium, & hoc communiter per Aegyptiorum abominationes interpretantur, vt sint verba absq. interrogatione: sic Augustinus, & Rabanus visi sunt sentire, vt sit sensus, nos quidem iuxta ritum nostrum immolaturi sumus, quæ Aegyptij ægre ferunt & abominantur mactari, quę vt Deos colunt: vnde subditur: etsi coram ipsis obtulerimus, lapidibus nos obruent: cui interpretationi fauet Chaldæus paraphrastes, qui sic habet: Dixitque Moyses: non decet ita fieri; quoniam animal, quod Aegyptij colunt, nos immolabimus, vt sacrificemus coram Domino Deo nostro: quod si immolauerimus animal, quod ipsi colunt, ipsis videntibus, nonne lapidabunt nos? Sed certe si verborũ seriem in Vulgato attente quis obseruet, & sub interrogatione legat, prout in Romana emendata habetur, non vocat abominationes, propter quas ab Aegyptijs lapidarentur, sed saluo meliori iudicio, abominationes Aegyptiorum vocat, quæ Aegyptij immolare solebant, & illorum ritum: quasi dicat: num abominanda Ægyptiorum sacrificia, sicut idolis suis offerre illi solent, nos Deo nostro in Aegypto litabimus? Et subdit: Quod si iuxta ritum nostrum,

Hieronym. q. Hebr. in Gen. Diodorus. Strabus. Clem. Alex.

Aug. q. 28. in Exod. Rabanus.

strum,

Digitized by Google

strum, vitulum, hircum, aut ouem, & huiusmodi, quæ ipsi vt Deos colunt, coram ipsis immolare Deo nostro tentemus, lapidibus vtique nos obruent. Chaldæus autem paraphrastes, alteram tantum partem disiunctiuæ propositionis expressit.

28 *Veruntamen longius ne abeatis.*] Iuxta Hebræum est: Veruntamen longius non elongabitis eundo. Hebraismus est, quasi dicat: dabo vobis licentiam, ea lege, vt non procul recedatis.

29 *Verumtamen noli vltra fallere.*] Iuxta Hebræum est: Veruntamen ne addat Pharao mentiri, non dimittendo scilicet populum. Hebraismus est, quasi dicat: ne tu Pharao amplius nos fallas, de quo, scholio vltimo huius capitis.

30 *Qui fecit iuxta verbum ipsius.*] Hebraismus est, id est, exaudiuit Deus deprecationem Moysi.

31 *Non superfuit nec vna.*] Non vt in ranis, quæ mortuæ fuerunt in Ægypto, sed muscarum turbam abire ab Aegypti regione iussit Deus.

32 *Ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.*] Optime Iosephus fraudulentum hominem Pharaonem vocat; licet enim excundi ad litãdum Deo, facultatẽ Hebræis tribuerat, vt Iosephus ibidem refert, fœditate, & plagarum turpitudine territus, tamen liberos & vxores, redditus obsides, vna vice ab eis exigebat; altera vero, licet vxores cum viris ire permitteret, pueros tamen retinere volebat, cum sciret id Hebræos non esse facturos: & hoc est, quod Moyses paulo antea dicebat: Veruntamen noli vltra fallere.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

Ibidem.

CAPVT NONVM.

h
Cenchres.
a b c d e f g h i k l m n o
Dixit autem Dominus ad Moysen: egredere ad Pharaonem & loquere ad eum: Hæc dicit

d h
.i. permitte abire. i. vt celebret festum cum sacrificijs, & seruiat mihi.
a b c d e f g h i K l m
Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi: Quod si adhuc

e f g h i K
i. percutiam potentia, seu flagellabo peste grauissima.
a b c d e f g h i k l m n o p q
renuis, & retines eos: Ecce manus mea erit super agros tuos: & super equos, & asinos,

g h i n
infecto aere circa Aegyptiorum pascua. s. & diuisionem.
a b c d e f g h i K l m n o
& camelos, & boues & oues, pestis valde grauis. Et faciet Dominus mirabile inter

a b i
Septuaginta: iumenta. Chald. pecora. .i. moriatur.
a b c d e f g h i K l m n
possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his, quæ pertinent

d e f i l m
vt certitudinem virtutis, cui nemo resistere potest, ostentet: & ne à casu euenisse putent. .i. inferet. .i. plagam prædictam.
a b c d e f g h i k l m
ad filios Israel. Constituitque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud

f K l m n
.i. rem. hyperbole, quia multa nimis. .i. pecora, quæ erant in agris.
a b c d e f g h i K l m n
in terra. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuaque sunt omnia animantia

b c i m
.i. de pecoribus. i. mortuum est. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m
Aegyptiorum: de animalibus vero filiorum Israel nihil omnino perijt. Et misit Pharao

ad viden-

a b m
s. an interijssent etiam Hebræorum pecora. ex eo quod magis timere debuisset.
a b c d e f g h i K l m
ad videndum: nec erat quidquam mortuum de his, quæ possidebat Israel, ingrauatumque

b c f
i. voluntas. Cenchres. i. permisit ire.
a b c d e f g h i K l m n o
est cor Pharaonis, & non dimisit populum. Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron:

d m o
eius. s. quo semimortui carbones teguntur, alij, fauilla. i. aerem. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n o
Tollite plenas manus cineris de camino: & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone.

b c d e f o
quia multiplicauit illum adeo Dominus, vt visus fuerit quasi Aegyptum tegere. ex vesicis ruptis.
a b c d e f g h i K l m n o
Sitque puluis super omnem terram Aegypti: Erunt enim in hominibus & in iumentis vlcera:

b c d e f i n
ex acri & feruenti humore. non tamen penes singulos. sicut supra. i. astiterunt.
a b c d e f g h i K l m n
Et vesicæ turgentes in vniuersa terra Aegypti. Tuleruntq. cinerem de camino, & steterunt

b h l m
Cenchres. i. aerem. i. vlcera ex vesicis ruptis.
a b c d e f g h i K l m
coram Pharaone; & sparsit illum Moyses in cælum: Factaque sunt vlcera vesicarum

i K
quos acrius torsit. i. astare.
a b c d e f g h i K l m n
turgentium in hominibus, & in iumentis: Nec poterant malefici stare coram Moyse propter

g h i K m n
vt supra, non in singulis. i. indurari permisit. i. voluntatem. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n
vlcera, quæ in illis erant, & in omni terra Aegypti. Indurauitque Dominus cor Pharaonis,

c e f g h i K
i. obedivit. i. præceperat illi Dominus per Moysen.
a b c d e f g h i K l m n o
& non audiuit eos, sicut loquutus est Dominus ad Moysen. Dixitq. Dominus ad Moysen:

d f
i. asta, siue assiste. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n o
Mane consurge & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus

b i K l
i. permitte. hactenus enim in solis pecoribus, & rebus alijs puniui Pharaonem, sed nunc absoluam, teque & tuos plagis consumam.
a b c d e f g h i k l m n
Hebræorum; Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Quia in hac vice mittam omnes

m n a b d g o
.i. non cessabo vnum post aliud supplicium inferre. i. super te. i. famulos. i. experiaris.
a b c d e f g h i K l m n o p
plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quod

a b c d e f g g K l m
ita potens, cui resistere nemo possit. i. orbe. i. iratus exercens potentiam meam. i. puniam seu punire possem.
a b c d e f g h i K l m n o p
non est similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum percutiam te, & populum

tuum

b — *s. interfectis primogenitis.* c — *i. ita vt perires sicut iumenta.* f — *i. consequenter sciens te indurandum.* h — *i. seruaui à morte, quam merebaris continuo, & principem constitui.* n o — *& potentiam in signis, & longanimitatem seruando te incolumen.*

a b c d e f g h i k l m n o

tuum peste, peribisque de terra. Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam,

b — *i. mirabile prædicetur.* c d — *i. ego.* g — *i. orbe.* p — *i. permittere exire.*

a b c d e f g h i K l m n o p

& narretur nomen meum in omni terra. Adhuc retines populum meum, & non vis dimittere

e f g — *tempus præfigit; vt non à casu putent, & virtus diuina appareat, cui resistere nemo potest.* l m n o p — *est enim Aegyptus calidissima, & iuxta torridam Zonam, & nescit hiemem, vnde raro hæc fiunt, & leuissime, si aliquando contingit.*

a b c d e f g h i K l m n o p q

eum. En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Aegypto, à

i K l m n o — *temperat clementissimus Dominus iudicia sua.*

a b c d e f g h i K l m n o p

die qua fundata est, vsque ad præsens tempus. Mitte ergo iam nunc & congrega iumenta

g — *i. campo.*

a b c d e f g h i K l m n o p

tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta, & vniuersa quæ inuenta

f — *i. campis.* g — *i. eueris.* m n — *etiam seruiliter.*

a b c d e f g h i K l m n

fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur. Qui timuit

a b — *i. mandatum, & prædictionem.* e — *Cenchres.*

a b c d e f g h i K l m n o

verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta sua in domos:

a b — *s. adeo incredulus, & induratus.* d — *i. mandatum & prædictionem.* f — *i. reliquit.* m — *i. campis.*

a b c d e f g h i K l m

qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris.

S C H O L I A.

1 E*CCE manus mea erit, super agros tuos.*] Hebraismus est; idest, graui peste percutiam agros, equos, & asinos, &c. Sic colligitur ex Eucherio, tractatu de formulis spiritualibus: vnde & iuxta Hebræum est: In pecoribus tuis, quæ sunt in agro. Ita & Chaldeus. At Septuaginta: In iumentis tuis, quę sunt in campis. Porro ab hac plaga, quam ex infectione aeris circa pascua factam putant, non excluditur Angelorum ministerium, bene tamen Moysis, & Pharaonis.

2 *Et faciet Dominus mirabile*] *Phala*, & diuisionem & mirificare significat: quare aliqui diuisionem legunt: Sed certe vtrumque fuit, vt in sequentibus verbis etiam Vulgatus expressit: quod non sic intelligendum est, vt ex eisdem herbis promiscue pascerentur Aegyptiorum pecora, & Hebræorum; hæc non læderet; bene tamen alia, sed separata erant, & pestis tantum Aegyptiorum pascua infecerat. פלח

3 *Cras faciet Dominus verbum istud in terra.*] Idest, cras inferet hanc plagam. Porro ob certitudinem diuinæ virtutis, cui resistere nemo potest, tem-

test, tempus præfixit: & ne à casu euenisse putarent Aegyptij. Iam Hebræi ferunt, Moysen lineam in pariete signasse, quam cum crastino die solis radius attingeret, subito futurum quod dicebat, affirmasse.

4 *Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die.*] Iuxta Hebræum: in crastinum. Septuaginta: Crastina die, quasi dicat: verbum hoc, idest, plagam prædictam die crastino intulit.

5 *Mortuaque sunt omnia animantia Aegyptiorum.*]. Cum infra iubeat Dominus congregari pecora, quæ in agro erant, & etiam mortua denuo fuisse iumentorum primogenita dicatur, & vno eodemque anno cuncta hæc acciderint, ne à remotis regionibus in tam breui tempore adducta irrationabiliter affirmare cogamur, dicere oportet, hyperbolice dictum fuisse, sicut cum dicimus: grando cuncta vastauit, aut omnes huius ciuitatis ciues peste interierunt, quod regulariter, & pro maiori parte ita contigerit.

6 *Et misit Pharao ad videndum.*] An scilicet Hebræorũ pecora interijssent: vnde subditur: Nec erat quidquam mortuum. Quod videns, cum timere proinde debuisset, amplius cor suum indurauit, vt Augustinus aduertit. *Aug. q. 10. in Exod.*

7 *Tollite plenas manus cineris de camino.*] Iuxta Hebræum, & Chaldæum est: fauillæ fornacis. Cineres itaque, fauillam illam albam important, nondum plene in cineres versam, qua semimortui carbones teguntur, quam Dominus adeo multiplicauit, vt quasi puluere vniuersa Aegypti terra cooperta videretur, vt in textu dicitur. Porro è cineribus plaga ista prodijt; quod & Hebræorum populus in laterum decoctione etiam afflictus fuerit.

8 *Vlcera, & vesicæ turgentes, in vniuersa terra Aegypti.*] Iuxta Hebræum est: Et erat scabies generans vesicas: & ita legit Chaldæus. Septuaginta: Et facta sunt vlcera, vesicæ feruentes. Ex feruenti itaque & fœtido humore, & acri, fiebant primo vesicæ turgentes, quibus ruptis, facta sunt vlcera, quæ adeo noxia fuisse scribit Iosephus, vt dicat: exulceratis intus in cute corporibus, miserabilem in modum, non mediocris numerus absumebatur. *Ioseph. 2. antiq. c. 13.* Porro quod dicitur: In omni terra: commode intelligendum est, non quod omnes, & singuli, vlceribus fuerint percussi, sed pro maiori parte, & vt inplurimum: & ponitur continens pro contento, terra, pro illam inhabitantibus: vnde iuxta Hebræum est: Et in omnibus Aegyptijs.

9 *Propter vlcera quæ in illis erant.*] Maleficos siquidem acrius torsit, vt creditur.

10 *Indurauitque Dominus cor Pharaonis.*] De induratione iam superius abunde egimus: addam cum sancto Bernardo, cor durũ dici, quòd nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, & futura non præuidens. *Bernard. 1. de cõsideratione.*

11 *Vt sacrificet mihi.*] Hebræus habet *Habad*, idest, colere & seruire, quod etiam alicubi sacrificare est, & mactare hostiam. Chaldæus, & Septuaginta, seruire legunt. עבד

12 *Quia in hac vice mittam omnes plagas meas, super cor tuum.*] Sic Chaldæus. Sensus est, hucusque in pecoribus te puniui, sed in sequentibus, in te & populum plagas dirigam, nec cessabo alterum post alterum supplicium mittere, donec tu & tota Aegyptus pereatis. Porro, super cor tuum, Hebraismus est, idest, super te; quod cor principium vitæ dicatur. Rursum, super cor; quia summo dolore ex hoc cor suum afficeret.

13 *Vt scias quod non est similis mei in omni terra.*] Scias, idest, experiaris. Quod non est similis, idest, ita potens, qui te de manibus meis liberet, aut meæ resistere queat potestati. Chaldæus: Non est similis mei dominator in vniuersa terra.

14 *Nunc autem extendens manum percutiam te, & populum peste, peribisque de terra, idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.*] Quidam prædictionem eorum, quæ futura erant, cum in mari submersurus esset Regem, existimant: sed legitimus sensus est, quem & R. Salomoh innuit: peste, quia iumenta occidi, te & populum interimere potui, vel pestem ad hoc denuo inducere. Vnde Chaldæus legit: Nunc autem prope est coram me, vt mittam plagam fortitudinis meæ: percutiam itaque, idest, in proximo est, vt percutiam vel percuterem: quo modo loquendi & Hispane dicimus, *porfiais en hurtar, yo bos aborcare, y acabereis con esso, pero voy lo dilatando, por ver si bos corregireis, y sino, hare en vos vn castigo exemplar.* Sed idcirco te incolumem seruaui, maioribus rebus, quem scio meis beneficijs, tua culpa, amplius indurandum, vt consequenter ostendam in te fortitudinem meam, idest, vt signa multiplicem, per quæ nomen meum in omni terra mirabile fiat: sic intellexit Augustinus locum istũ, immo & S. Paulus ad Rom. 9. eodem modo visus est verba prædicta interpretari: vbi pro, seruaui, posuit, excitaui, idest, qui continuo propter scelera tua morte plectendus eras, quasi iam mortuum suscitaui. Sic Ambrosius, & S. Thomas, vel Regem suscitaui, idest, constitui; vt exponunt Ecumenius, & Rupertus, quod impedire potui, præuidens tamen, te mihi fore contrarium, Regem constitui in exercitium populi mei, tua malitia vtens, & vt potentiam meam in tuo denique supplicio demonstrarem. *R. Salomoh.* *Aug. q. 32. in Exod. Tom. 4.* *Ambro. in c. 9 epist. ad Ro.* *S. Thom. in c. 9. epist. ad Ro.* *Ecumenius in c. 9. epist. ad Rom.* *Rupert. in Exo.*

15 *Et narretur nomen meum in omni terra.*] Idest, nota sit potestas, & diuinæ iustitiæ veritas, quam timeant.

17 *En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis.*] Cæli, & terræ, & omnium elementorum Dominum se ostendens, & non, sicut gentes, singulares Deos; singulis rebus præfigentes, vndique signa multiplicat, vt Theodoretus aduertit, & tempus præfixit; vt non à casu factum putent, & certitudinem diuinæ virtutis ostentet, cui resistere nemo possit. *Theod. q. 22. in Exod.*

17 *A die qua fundata est, vsque ad præsens tempus.*] Aegyptus, vt Philo scribit, pene sola inter regiones meridionali tractu sita, hiemem ignorat; quia non longe à torrida zona abest; repente tamen aer nouam faciem sumpsit, vt in hibernicis regionibus consueuit, ita vt tempestates simul ingruerent, imbres, grandines, procellæ, atque turbines, collisiones nubium, continua fulgura, & tonitrua prodigiosa specie; grando enim intermista, nec ipsa liquescebat, nec extinguebat fulgura, sed vtraque vno eodemque deferebantur impetu.

Philo de vita Moysi.

8 *Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua.*] Iudicia temperat clementissimus Dominus, vt inquiunt Augustinus, & Theodoretus. Porro licet mactare nollent pecora Aegyptij, quæ vt Deos colebant, in lanam tamen & lac seruabant, & pastores constituebant, qui illa pascerent in montibus, quos abominare illos testatur Scriptura, non quod illos gregibus suis proponere renuerent, sed quia aulici, & ciues, sicut & nunc, penes se habitare illos & commorari recusabant.

Aug. q. 35. in Exod. Theod. q. 22. in Exod.

9 *Qui timet verbum Domini.*] Timor iste seruilis deprehenditur, si tantum ratione pœnæ fuit, propter malum scilicet, quod inferri sibi timuerunt. Iuxta Hebræum est: Qui posuit cor suum ad verbum, Hebraismus est, idest, qui monitis Dei acquieuit, sed quia hoc ex timore faciebat, acute interpres legit: qui timuit.

10 *Qui autem neglexit.*] Tanta fuit in aliquibus incredulitas & obstinatio, vt etiam in proprium damnum timere renuerint.

---

f k
i. eleua. i. aerem.
a b c d e f g h i k l m n o
Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando in vni-

---

n
i. campi.
a b c d e f g h i K l m n o
uersa terra Aegypti, super homines & super iumenta, & super omnem herbam agri in

---

c g
i. leuauit. i. aerem:
a b c d e f g h i K l m
terra Aegypti. Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua &

---

b c d g
iuxta Hebr. Septuag. & Chald. discurrentem ignem. i. stillauit.
a b c d e f g h i k
grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: Pluitque Dominus grandinem super

---

b f K l m
i. fulgura. i. tam ingens.
a b c d e f g h i K l m
terram Aegypti. Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantaq. fuit magnitudinis,

---

c d K l m n o
sicut supra. sicut supra.
a b c d e f g h i K l m n o
quanta ante numquam apparuit in vniuersa terra Aegypti, ex quo gens illa condita est.

---

h i K l m m
hyperbolice dictum est. i. campi.
a b c d e f g h i K l m n o p
Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsque

---

c e k h i l m
hyperbolice dictum est. i. campi. i. arborem. quæ tenera erant de lignis, & aliqua fortiora, fulgure confregit.
a b c d e f g h i K l m
ad iumentum: cunctamq. herbam agri percussit grando; & omne lignum regionis confregit.

---

m n
sub. muncinum. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n o
Tantum & terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando non cecidit. Misitque Pharao &

h i K
ficta confessio, & tantum ex seruili timore orta.
a b c d e f g h i K l m n o
vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam nunc: Dominus iustus: Ego &

---

d h i n a
i. deprecamini. *i. magna & vehementissima.* *i. permittam vos ire.*
a b c d e f g h i k l m n
populus meus impij. Orate Dominum, vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam

---

o
i. leuabo.
a b c d e f g h i K l m n o
vos, & nequaquam hic vltra maneatis. Ait Moyses: cum egressus fuero de vrbe, extendam

---

o a b c d K l m n
i. orabo, quod extensione manuum fieri consueuit. *i. diutius non durabit.* *i. pro comperto habeas.*
a b c d e f g h i k l m n o
palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia

---

c K m n o p
i. orbis. *i. famuli.* *perseueranter, nam cessante plaga, timorem cito excutiebant.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Domini est terra. Noui autem quod & tu, & serui tui, necdum timeatis Dominum Deum.

---

g h i K l
sic, vt in calamum assurrexisset.
a b c d e f g h i K l m n o p
Linum ergo & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos

---

p a i K l
quibus semen tegitur, & in calamum assurrexerat. *i. nondum in calamum assurrexerant, & ita ictibus grandinis cadebant.*
a b c d e f g h i K l m
germinaret: Triticum autem & far non sunt læsa, quia serotina erant. Egressusque

---

f g
i. orauit.
a b c d e f g h i K l m
Moyses à Pharaone ex vrbe tetendit manus ad Dominum: & cessarunt tonitrua

---

c d e f g h F
s. pro hac vice, vel forsan multo tempore, inundatione quippe Nili irrigabatur terra, sicut apud nos, aqua de cælo. *Contra.*
a b c d e f g h i K l m
& grando, nec vltra stillauit pluuia super terram. Videns autem Pharao quod

---

g h K m
iuxta Hebr. addidit ad peccandum, idest, peccare, quasi de nouo, cœpit, & turpiter. *sicut supra.* *i. voluntas.*
a b c d e f g h i K l m n
cessasset pluuia & grando, & tonitrua, auxit peccatum: & ingrauatum est cor eius,

---

b h l m
i. famulorum *i. permisit exire.* *iuxta Hebr. loquutus fuerat.*
a b c d e f g h i K l m
& seruorum illius, & induratum nimis, nec dimisit filios Israel, sicut præceperat

---

b c d
i. reuelationem Moysi factam, vel per internuncium Moysen, Hebraismus est.
a b c d
Dominus per manum Moysi.

SCHO-

SCHOLIA.

15 *Extenditque Moyses virgam in cælum.*] Id-est, versus cælum, *Hal*, siquidem, vtrumque significat. על

16 *Dedit tonitrua.*] In Hebræo est: *Koloth*, id-est, voces: sic Septuaginta, & Chaldæus; mos quippe apud Hebræos est, voces pro tonitruis ponere, sic interpretatur Augustinus. קלת *Aug. locut. 45 in Exod.*

17 *Et discurrentia fulgura super terram.*] Iuxta Hebræum est: & discurrebat ignis super terram. subaudi, de cælo delatus: sic Septuaginta & Chaldæus. Sermo itaque est de igne cælitus misso, vt sunt fulgura.

18 *Et grando & ignis mista pariter ferebantur.*] Iuxta Hebræum est: Et fuit grando & ignis comprehensus in medio grandinis, grauis valde. Chaldæus: Fuitque grando, & ignis discurrens in medio grandinis, nimis validus: quam validitatem ad ignem referunt, vt constat ex verbis Septuaginta: Erat autem grando, & ignis ardens in grandine, aut grando multa valde: vtrumque autem Vulgatus comprehendit sequentibus verbis.

19 *Cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: Sed lignum pro arbore sumitur. Hyperbolice autem hæc & similia dicta intelligenda sunt, sic, vt quę in arboribus tenera erant, hęc confregerit; & fulgure aliqua, quę firmiora erant, non tamen in singulis. Porro ex herbis, quę in calamum & cumulum succreuerant, grando vastauit, non quæ eius ictibus cædebant: vnde cum creuissent fructus edere potuerunt.

20 *Peccaui etiam nunc.*] Ficta fuit Pharaonis confessio, & si qua, ex seruili erat tantum timore prouenìens, nec vllo modo ad veram pænitentiam perueniens, vt Augustinus aduertit. Porro *Hapham*, & nunc, & hac vice, reddi potest, sicut legit Chaldæus. *Aug. q. 35. in Exod.* הפעם

21 *Orate Dominum.*] *Hathar*, impense, & forti, deuotoque spiritu precari importat. עתר

22 *Vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis.*] Sic Septuaginta. Chaldęus legit: vt dimittam vos, nec vltra retinebo vos.

23 *Tonitrua Dei.*] Hoc loco, idest, maxima intelligendum est: vnde Chaldęus: maledictionis tonitrua, legit, à facie Domini.

24 *Extendam palmas ad Dominum.*] Idiotismus est, idest, orabo Dominum; quod extensione palmarum fieri consueuit, vt 3. Reg. 8. de Salomone legimus.

25 *Et grando non erit.*] In Hebręo est: *Hod*, vt dicatur: Et grando non erit vltra, seu amplius: & sic subintelligendum est in Vulgato. Septuaginta: Et voces cessabunt, & grando & pluuia non erit amplius. Addit pluuiam, forsan grandinis pluuiam intelligens. עד

26 *Et scias quia Domini est terra.*] Scias, idest, pro comperto habeas. Porro Domini est terra, idest, orbis, vt scilicet, faciat in eo, prout vult, neminemque illi resistere posse.

27 *Nec dum timeatis Dominum.*] De filiali timore Augustinus intelligit: Sed etiam de perseuerantia & efficacia seruilis timoris interpretari potest; quamprimum enim plaga cessabat, & ipsi timorem excutiebant. Porro iuxta Hebręum est: A facie Domini: Hebraismus est, quasi dicat: Non timeatis Dominum. Septuaginta: Quod numquam timetis Dominum. Chaldæus: noui enim quod tu, & serui tui adhuc non humiliamini à facie Domini Dei: sed hęc idem sunt.

28 *Eo quod hordeum esset virens, & lignum in folliculos germinaret.*] Sic Chaldęus: At Septuaginta: Nam hordeum germinauerat. Et iuxta vim sermonis Hebraici, virens sic, vt in calamum assurgeret, intelligendum est: Et folliculos vocat, quibus tegitur semen, iamque tunc in calamum assurrexit. Septuaginta legunt: linum seminificans.

29 *Quia serotina erant.*] Vnico verbo Vulgatus expressit, adhuc herbescentia esse, nec in calamum assurrexisse, & ita grandinis ictibus cędere potuisse, & cum creuerint, vtiles fructus edere.

29 *Auxit peccatum.*] Iuxta Hebręum est: Et addidit vt peccaret. Hebraismus est, idest, denuo peccauit.

30 *Sicut præceperat Dominus per manum Moysi.*] Manum, reuelationem vocat, vt sit sensus: sicut pręceperat Dominus, per reuelationem factam Moysi, & Pharaoni à Moyse sępe renunciatam: vel sit sensus, & planior, sicut pręceperat Dominus per internuncium vel legatum Moysen.

CAPVT DECIMVM.

g h k l — *s. & ipsum Cenchres alloquere. i. permisi indurari. i. voluntatem.*

a b c d e f g h i k l m n o
Et dixit Dominus ad Moysen: ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauì cor eius: &

Digitized by Google

a d e k l

i famulorum & aliorum Aegyptiorum. consequenter se habet, & non designat causam. i. miracula. personam Israelitici populi sustinet hic Moyses. q. d. ut narret quisque vestrum.

a b c d e f g h i K l m n o p q r

ſeruorum illius: vt faciam ſigna mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui, & nepotum

---

c g n

ſ. vires ſua fiducia in Aegyptijs. i. miracula. i. experiamini.

a b c d f g h i K l m n o p

tuorum, quoties contriuerim Aegyptios, & ſigna mea fecerim in eis: Et ſciatis quia ego

---

h l

Cenchres. ſ. Pharaoni.

a b c d e f g h i K l m n

Dominus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit

---

g h i

ſub. ſed magis voluntati meæ repugnare. Iuxta Hebr. humiliari coram me. i. licentiam exeundi concede.

a b c d e f g h i K l m

Dominus Deus Hebræorum: vſquequo non vis ſubijci mihi? dimitte populum meum, vt

---

a b e g h i k o p

iuxta Hebr. Chald. & Septuag. ſeruiat. ſ. voluntati meæ. i. licentiam præbere vt exeat. ob certitudinem tempus ſtatuit. i. agmina locuſtarum

a b c d e f g h i K l m n o p

ſacrificet mihi. Sin autem reſiſtis, & non vis dimittere eum: Ecce ego inducam cras locuſtam

---

b f g h i m n o a

i. plagas ſiue terminos. in Hebræo eſt, oculum terræ. i. quod oculo videtur. hyperbole eſt. per hyperbolen enim, grandinem cuncta deuaſtaſſe, dictum eſt.

a b c d e f g h i K l m n o

in fines tuos: quæ operiat ſuperficiem terræ, ne quidquam eius appareat, ſed comedatur quod

---

g i K l

i. ſtipites. i. fructum producunt, vel germinant. i. oriuntur.

a b c d e f g h i K l m n

reſiduum fuerit grandini, corrodet enim omnia ligna, quæ germinant in agris. Et implebunt

---

n a b d

quia etiam hominibus infeſta futura eſſent. i. famulorum.

a b c d e f g h i k l m

domos tuas, & ſeruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantam non viderunt Patres

---

o q r

i. conuerſus. eius obſtinationem & indignationem aduertens.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram vſq. in præſentem diem. Auertitq. ſe, & egreſſus

---

c f g o

Cenchres. i. aulici. Cenchres. i. hanc perniciem, ſeu damnum.

a b c d e f g h i K l m n o

eſt à Pharaone. Dixerunt autem ſerui Pharaonis ad eum: vſq. quo patiemur hoc ſcandalum?

---

a b K l m

i. permitte. ſ. Hebræos. q. d. que eſta perdido el reyno tot calamitatibus perpeſſis.

a b c d e f g h i K l m

dimitte homines, vt ſacrificent Domino Deo ſuo. nonne vides quod perierit Aegyptus. reuo-

---

a f

ſ. de voluntate Regis. Cenchres.

a b c d e f g h i K l m

caueruntque Moyſen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis: Ite, ſacrificate Domino

Deo veſtro: quinam ſunt qui ituri ſunt? Ait Moyſes: Cum paruulis noſtris & ſenioribus

---

k l m n o p o p

q. d. ad quam omnes vtriuſq. ſexus conuenire oportet, & quæ ſacrificanda, & in quo numero, neſcimus. addita & bene à Septuag. At iuxta Hebr. nobis.

a b c d e f g h i K l m n o p

pergemus, cum filijs & filiabus, cum ouibus & armentis: eſt enim ſolennitas Domini Dei noſtri.

Et reſpon-

c e f g i K
Genobeet — ironice dictum — assi vinais vosotros como yo hare esto
a b c d e f g h i K l m n o
Et respondit Pharao: sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos

c f g l m n o
q.d.nemini — sub fugam moliri tentatis.sub sacrificij praetextu — sub.quibus hoc interest
a b c d e f g h i K l m n o p
vestros. Cui dubium est quod pessime cogitetis? Non fiet ita, sed ite tantum viri, &

d e f g h i K l m n
mentitus est, quasi ex verbis eorum, id tantum percepisset — i.compulsi exire à facie Pharaonis.
a b c d e f g h i K l m n
sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis.

f g h l m
i.percute.s.virga, quam in manu habes — i. locustarum agmen.
a b c d e f g h i K l m
Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam,

a b K
s.scilicet. — vt supra,
a b c d e f g h i K l m n o
vt ascendat super eam, & deuoret omnem herbam, quae residua fuerit grandini. Et extendit

a b i K
in signum diuinae virtutis — Septuag. austrum. Iuxta Hebr. & Chald.
a b c d e f g h i K l m n
Moyses virgam super terram Aegypti: Et Dominus induxit ventum vrentem tota die illa,

f
aptus gignendis imperfectis animantibus, sed hoc miraculose factum est
a b c d e f g h i K l m n
& nocte: & mane facto, ventus ille leuauit locustas. Quae ascenderunt super vniuersam

f g i
i.omni plaga — i.vix numerabiles. Iuxta Hebr. valde graues. Septuag. valde multa.
a b c d e f g h i K l
terram Aegypti: & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante

e f g i h
prophetice Moyses hoc addidit — hyperbole
a b c d e f g h i k l m
illud tempus non fuerant, nec postea futurae sunt. Operueruntq. vniuersam superficiem terrae

a b K
Iuxta Hebr. & Chald. & obscurata est terra. Septuag. corrupta est terra. — i.fructuum
a b c d e f g h i K l m n o
vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terrae, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quae

i
i.arboribus
a b c d e f g h i K l m n n o p
grando dimiserat: nihilq. omnino virens relictum est in lignis, et in herbis terrae, in cuncta Aegypto.

c l m n o
Cenchres — ficta confessio, & tantum malo poenae innixa
a b c d e f g h i K l m n o
Quamobrem festinus Pharao vocauit Moysen et Aaron, et dixit eis: peccaui in Dominum Deum

g
i.condonate iniuriam
a b c d e f g h i K l m n o p
vestrum, & in vos. Sed nunc dimitte peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum

g K
i.perniciem istam mortiferam.
a b c d e f g K
Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam.

SCHO-

SCHOLIA.

1 INGREDERE *ad Pharaonem.*] Id est, vade, & ipsum alloquere. Ingredere autem dixit; forsan quod eius Regiam aulam, in qua habitaret, adire & ingredi deberet.

2 *Ego indurani cor eius, & seruorum illius, vt faciam signa mea.*] Ex Augustino, consequens hoc loco, pro antecedente ponitur, induratio, scilicet, qua seipsum indurat, pro Dei sustinentia, & negatione eorum, quibus emolliretur, ad quod sequuta est ex eius malitia induratio: cum autem & negatio, & Dei patientia bona sint, non mirum est, & hæc à Deo in aliud bonum ordinari, vt scilicet Deus miracula ederet, quæ signa hic vocat. Porro, seruorum nomine, & famulos, & eius ditioni subiectos, vocat: qui sufficienter per superiora signa admoniti fuerant. Cum autem in sequentibus, præter seruos, Ægyptios etiam nominat, per seruos, Pharaonis famulos, seu aulicos intelligit.

3 *Et narres in aures filij tui.*] His verbis, Moyses, Israelitici populi personam sustinet, quasi dicat: vt enarretis filijs, & nepotibus vestris, ponunturq. filius & nepos, pro toto populo: sicut pars, pro toto, & quandoque totum, pro parte, more Scripturæ.

4 *Quoties contriuerim Ægyptios.*] Iuxta Hebræum, & Chaldæum est: Miracula quæ feci in Aegypto. Septuaginta: Quæcumque illusi Aegyptijs. Sed hæc non discrepant; miraculis enim quæ fecit, illusit & contriuit Aegyptios. Et verbum *Halal*, facere, deuastare, & illudere significat, & vindemiare, vt alij legunt. עלל

5 *Vsquequo non vis subijci mihi?*] Id est, mandatis meis obedire; sed potius repugnare. Iuxta Hebræum est: Vsquequo renuisti humiliari coram me. Sic & Chaldæus, at Septuaginta: Vsquequo non vis reuereri me? Sed hæc idem sunt.

6 *Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos.*] Locustam, id est, multitudinem locustarum, Hebræorum more. At per fines, Aegypti plagas intelligit. Porro, *Arbbe*, id est, locusta, cuius nominis *Aleph* radicalem quidam putant: sed probabilius est, seruilem esse, & radicem esse *Rabab*, quod multiplicare significat: vnde *Arebbe*, id est, locusta, sic, à multitudine nominata. ארבה א רבב ארבה

7 *Quæ operiet superficiem terræ, ne quicquam eius appareat.*] Hyperbolice hæc dicta sunt. Porro, iuxta hæbræum est: Vt operiat oculum terræ. Hebraismus est, quo obiectum potentiæ nomine insignitur, res siquidem per oculum visibilis, oculus dicitur. Rursum, vbi dicitur: Nec quidquam eius appareat. Iuxta Hebræum est: Ita vt radij solis, vsque ad terram pertingere non possint, *que cubran el Sol*, ita Chaldæus: at Septuaginta: Non poteris videre terram.

8 *Sed comedatur, quod residuum fuerit grandini.*] Cum enim per hyperbolem, grandine cuncta fuerint deuastata, quæ remanserant, vel denuo exorta, locusta comedit. Iuxta Hebræum est: deuorabitq. residuum euasionis relictæ vobis à grandine, id est, residuum, quod euasit: ita Septuaginta, & Chaldæus.

9 *Corrodet enim omnia ligna.*] Quæ tenera in arboribus fuerant, tempestate perierant; sed denuo forsan pullularunt aliqua. & ligna, id est, & arborum stipites etiam corrodet locusta. Chaldæus: & comedet omnes arbores, quæ germinant vobis, in agro.

10 *Et implebunt domus tuas.*] Non enim tantum terræ nascentibus damnum inferent; sed etiam hominibus intra domos degentibus, infestæ erunt.

11 *Auertitq. se, & egressus est à Pharaone.*] Id est, auersus egressus est; Pharaonis siquidem obstinationem agnoscens, pariter & indignationem, iræ locum dare decreuit.

12 *Vsquequo patiemur hoc scandalum.*] Afflictiones scandalum vocat. Chaldæus, & Septuaginta: Vsquequo erit nobis istud in laqueum?

Nonne vides quod perierit Ægyptus.] Id est, grauissima sustinuerit damna; vt Vulgo dicimus: *Esta perdido el reyno*; multi enim interierant, & tam in iumentis, quam in terra nascentibus, maxima fuerant damna illata. Iuxta Hebræum: An scire vis, quod perierit Aegyptus. ita, & Septuaginta: Chaldæus: Numquid adhuc nescis, quod perierit Aegyptus? sed omnium idem est sensus.

14 *Est enim solemnitas Domini Dei nostri.*] Solemnitatem dicit celebrem Dei venerationem per sacrificia, ad quam conuenire oportebat omnes promiscui generis; paruuli autem, matres comitari solent. Porro, cum ignorarent, quæ & in quo numero forent litanda, oues & armenta secum ducere expediebat, quæ vlterius facturi essent, siluit: vnde nullum fuit mendacium.

15 *Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos.*] Septuaginta: Et Ironice dictum est, sicut dicere solemus, *asi tu viuas, como yo hare esso.* quasi dicat: nullo modo id faciam. Chaldæus: Sic sit verbum Domini in adiutorium vestrum, sicut dimittam vos, & familiam vestram.

16 *Cui dubium est, quod pessime cogitatis.*] Quasi dicat: certum est, sub sacricij prætextu, vos fugam moliri. Iuxta Hebræum est: Videte quia malum est contra faciem vestram, quasi dicat: videte, quod malitia, quam cogitastis, reuertetur in vos. Chaldæus: Videte quomodo malum, quod vos putatis facere, contra faciem vestram stat, quasi dicat: ex facie vestra dignoscitur, malum & dolum subesse. Septuaginta. Videte quod nequitia inest vobis, quasi dicat: quiuis videre potest, quod vos aliquid mali moliamini.

17 *Hoc enim & ipsi petitis.*] Mentiri non erubuit Pharao; quasi ex eorum verbis, id intellexisse hactenus visus fuerit.

18 *Eiecti sunt de conspectu Pharaonis.*] Iuxta Hebræum

Hebræũ eſt: Et expulit eos à facie Pharaonis. Chaldæus: expulit eos, ſcilicet, eiector. Septuaginta: Eiecerũt eos à facie Pharaonis, ſcilicet, miniſtri Regis; forſan videres, quia non acquieſceret illius placito.

19 *Extende manum tuam ſuper terram Aegypti ad locuſtam, vt aſcendat ſuper eam.*] Quaſi dicat: virgam extende manu tua, & percute terram, ideſt, affiige terram locuſtarum agminibus, quæ ad percuſſionem tuam, flante auſtro, aſcendet ſuper terram Aegypti. Porro, locuſta, inquit Chryſoſtomus de principijs Euangelij ſecundum Marcum, animal paruulum eſt, & inter volatile, & reptile medium, neque enim à terra ſatis tollitur; quia ſi paululum eleuatur, non tam volat quam ſalit, & cum è terra ſe paululum eleuauerit, iterum pennis deficientibus, cadit in terram. Iam peſtis hæc, tantum exitium infert regionibus ſi multiplicetur, vt & ab Ethnicis Deorum ira dicatur. Vnde Deuteronomij 28. dicitur; Si nolueris audire ſermonem Domini Dei tui, ſementem multam facies in terram, & modicum congregabis, quia locuſtę deuorabunt omnia.

Chryſoſt. de princ. Euang.

20 *Quæ reſidua fuerit grandini.*] Chaldæus: Omnia, quæ reliquit grando. Septuaginta: Et omnem fructum lignorum, ideſt, arborum, quas reliquit grando.

21 *Et Dominus induxit ventum vrentem.*] Ideſt, calidiſſimum auſtrum, vt Septuaginta vertunt, imperfectis animantibus gignendis aptiſſimum: vnde Philo inquit: Auſter incubuit violentiſſimus, per ſe valde noxius, aridus, dolorem capitis inuehit, & grauedinẽ, languorisq. tædium, præſertim in Aegypto, quæ ad auſtrum eſt, ſolibus expoſita, & quamprimum is ventus mouetur æſtu, exurit omnia. Tunc vero intulit locuſtarum agmina, quæ abſumpſerũt quidquid poſt tempeſtates ſuperfuerat.

Philo de vita Moyſi.

22 *Nec poſtea futuræ ſunt.*] Prophetico ſpiritu Moyſes verba hæc addidit: quod enim in Ioele legimus, locuſtarum nomine, gentes intellexit, quæ beſtiarum inſtar Iſrael vaſtarunt: ita Hieronymus. & de ſucceſſiua vaſtatione vnius poſt alterum locutus eſt, cum dixit: non fuiſſe illi ſimile, ſed de his ſuo loco.

Hieronym. in Ioel.

23 *Et quidquid pomorum in arboribus fuit.*] Pomorum nomine in ſacra Scriptura, ſæpe quæcumque arborum fructus intelliguntur, quos Hebræi *Peri* vocant.

פרי

24 *Nunc dimittite peccatum mihi.*] Ideſt, veniam pro illata iniuria condonate, quod præſtare poſſunt & ſolent, qui iniuriam paſſi ſunt ab aliquo.

25 *Vt auferat à me mortem iſtam.*] Mortem, ideſt, perniciem, plagam itaque mortiferam, & noxiam, mortem vocat, quia ad illam diſponit, & grauat quaſi ad mortem. Iam plaga hęc, culpæ eorum correſpondet, qui Hebræorum animas ad amaritudinem perduxerant.

e f
Cenchres deprecatus eſt
a b c d e f g h i K l m
Egreſſusque Moyſes de conſpectu Pharaonis, orauit Dominum: Qui flare fecit ventum ab

a e h i
ſ. Zephyrum pro locuſtas quod reſpectu Aegypti Orientale eſt
a b c d e f g h i K l
Occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in Mare Rubrum: non remanſit,

f i l m o
i terminis, ſeu plagis i. permiſit indurari i. voluntatem Cenchres i. permiſit ire
a b c d e f g h i K l m n o
nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit Dominus cor Pharaonis: nec dimiſit

h m
i. leua i. aerem
a b c d e f g h i K l m n n
filios Iſrael. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam in cælum: & ſint

a g h i K
i. aer caliginoſus adeo vaporibus erat aer incraſſatus i. leuauit
a b c d e f g h i k l m
tenebræ ſuper terram Aegypti tam denſæ, vt palpari queant. Extenditque Moyſes manum

g h i K o p
i. aerem quia horrorem, & timorem incutere ſolent, cum denſæ ſunt. Iuxta Hebr. caliginoſæ. Chald. & Septuag. obſcura. q. d. denſiſſima. niſi lucerna beneficio
a b c d e f g h i K l m n o p
in cælum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti tribus diebus. Nemo vidit

a b c d e g h i K q
i. aliũ hominẽ à ſe i. non exiuit domum ad ſolita opera beneficio lucis dei etiam dum promiſcue cum Aegyptijs morabantur
a b c d e f g h i K l m n o p q
fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat: vbicumque autem habitabant filij Iſrael, lux erat.

Digitized by Google

l
Iuxta Hebr. seruite.
a b c d e f g h i K l m n o
erat. Vocauitq. Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino: Oues tantum

K l
i. pecora, & ad hostias, & holocausta
a b c d e f g h i k l
vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses: hostias quoque

c f g h i
i. permittes nobiscum ducere *s. & quia non rediturus exire cum populo cogitabat, licet tacuerit*
a b c d e f g h i k l m n
& holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. Cunctiq. greges pergent nobiscum:

e
i. pecus
a b c d e f g h i K l m n o p
non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cum

K
i. indurari permisit
a b c d e f g h i K l m
ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autem Dominus

a b e h
i. voluntatē *Conchres* *i. permittere, vt exirent* *Conchres*
a b c d e f g h i K l m n o p q
cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue ne

l
i. morti eris addictus
a b c d e f g h i K l
vltra uideas faciem meam: quocumque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses:

a b f g h i K ס
quantum ex. se fuit, nisi aliter Deo disponente contingeret *sub. nisi me accersieris.*
a b c d e f g h i K
Ita fiet, ut locutus es, non uidebo ultra faciem tuam.

S C H O L I A.

ים 26 *Ventum ab Occidente vehementissimum.*] In Hebræo, pro Occidente, est *Iam*, quod Mare significat; sed cum Mare nostrum Mediterraneum, respectu terræ promissionis, Occidentale sit; ideo in sacris literis aliquando, pro Occidente ponitur, sicut hoc loco, Chaldæus legit: ventum Occidentalem nimis validum.

תקע 27 *Proiecit in Mare Rubrum.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus. Proiecit in Hebræo est *Thacaba*, idest, concussit, siue cum magna collisione & fragore deiecit eas in Mare Rubrum. Porro, Mare סוף Rubrum, in Hebræo dicitur *Suph*, idest, procellosum, vel fluctificosum, siue algosum; quod alga abundet, & cum respectu Aegypti, versus Orientem sit, locustas, quas Eurus adduxerat, Zephyrus tulit, & in illud Mare proiecit.

28 *Et indurauit Dominus cor Pharaonis.*] Quibus emolliri cor oportebat, induratū est amplius. Aug. q. 37. in Exod. Vnde Augustinus: corda mala, patientia Dei abutendo, durescunt.

29 *Extende manum tuam in cælum, & sint tenebræ super terrā Aegypti, tam densæ, vt palpari queant.*] Origenes non omnia miracula ministerio virgæ facta fuisse à Moyse contendit, sed quędam solius manus extensione, ne forte Aegyptij in virga incantationem aliquam latere putarent. Porro, tenebrę istæ, vt Damascenus, & Strabus, & multi alij censent, per retractionem luminis miraculose, vel per suspensionem actus secundi, qui est illuminare, factæ sunt: cui adiuncta est vaporum multitudo, quibus aer fuerit incrassatus. Et certe tanta esse potest, præsertim si ex superiori parte, nubibus etiam obuelari solis radios, contingat: sicut Philo scribit, vt sit adeo densa caligo, qualis hic describitur. Iam cum dicitur: vt palpari queant, de subiecto tenebrarum sermo est, scilicet, de aere incrassato; tenebræ quippe, mera priuatio est, nec palpari possunt. Orig. in Exod. Damascenus. Strabus. Philo de vita Moysi.

30 *Factæ sunt tenebræ horribiles.*] Propter quasdam imaginarias visiones, quas Aegyptij in tanta caligine patiebantur, quidam putant horribiles dici; sed certe in Hebræo *Aphelah*, proprie caliginem importat; sed quia caligo nimia, timorem & horrorē incutere solet: ideo optime Vulgatus horribiles vertit, sicut communiter dici solent. Alij obscurissimæ, & densissimæ, legunt. Sed in idem redit; tales אפלה

dit; tales

dit; tales enim vulgo, vt dixi, horribiles dici solent. Porro, ferunt Hebræi, quosdam ex Israelitis, circa exitum incredulos, à Deo percussos, interim à suis fuisse sepultos, & commode quidem, dum tenebræ essent inter Aegyptios, ne ipsi putarent, plagas ita Israelitas attingere, sicut ipsos.

31 *Tribus diebus.*]Hic apud Hebræos, & Septuaginta est colon, punctum, quod Hebræi vocant *Sophpasuk*, clausulas inter se distinguens: tribus itaque diebus fuerunt tenebræ: vnde & in Hebræo subditur: nec mouit se de loco, in quo erat, additur: tribus diebus.

32 *Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat.*] Septuaginta: Nemo surrexit de lecto suo. Chaldæus: neque surrexerunt singuli de locis suis tribus diebus. Porro, iuxta vocum rigorem quidam hoc intelligunt, & ita putant immotos illis diebus permansisse, & absque cibo, vt Philo visus est innuere, nec quempiam, alium fuisse intuitum, quousque Moyses Dominum orauit. (*Philo de vita Moysi.*) Rursum dicunt Deum priuasse ignem actu secundo illuminationis, sicut & Solem aliquando, vel saltem à crassissimis tenebris vinci, vt vix illuminare posset etiam minimam aeris portionem, vt Philo loco supradicto scribit. (*Philo*) Et quod Scriptura subdit: Moysen à Pharaone vocatum, post transactas tenebras, factum intelligunt. Cæterum, saluo meliori iudicio, hyperbolice hæc dicta fuisse credo, quantum scilicet est ex parte lucis diei; quia tantæ erant tenebræ, vt nullus videre posset sine lucernæ lumine faciem alterius: fratris etenim nomine, quilibet hic intelligitur, vt Augustinus aduertit: (*Aug. de locut. Exod.*) & cum lumine lucernæ vix; tam densæ erant tenebræ. Vnde diei luce comite, nequibant homines ad opera solita domos exire, quod, per loca, textus intelligit, scilicet, à suis domibus, & sedibus nemo motus est, nisi beneficio lucernæ. Sic Auen Ezra, facibus tamen & lucernis potuerunt Pharaonis serui Moysen vocare, sed & hoc magna cum difficultate; adeò enim densæ erant tenebræ, vt vix à luce lucernæ, etiam in modico, superari possent.

33 *Vbicumque habitabant filij Israel, lux erat.*] In hoc maximum fuit miraculum, non enim tantum in Gessen, vbi communiter morabantur, sed cum inter Aegyptios promiscue etiam habitarent, lucis splendore fruebantur in sedibus suis, Aegyptijs iuxta illos existentibus densissimis tenebris vexatis; ita Gregorius Nyssenus, (*Greg. Nyss. de vita Moysi.*) & Septuaginta legunt: In omnibus, in quibus erant, seu versabantur.

34 *Paruuli vestri eant vobiscum.*] Paruuli nomine, nonnumquam vtuntur Hebræi, pro omni turba imbecilli, pro liberis, seruis, & famulitio, pro his denique, qui inter sarcinas censentur: vnde Septuaginta hoc loco, sicut sæpe legunt: Et supellex. Chaldæus: familia quoque vestra eat vobiscum.

35 *Hostias quoque, & holocausta dabis nobis.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus. Dabis nobis, idest, permittes nobiscum ducere. Porro, hostias & holocausta, idest, pecora, quæ in hostias & holocausta litare consueuimus; Et licet hæc ad sacrificia peteret, volebat etiam illa; quia penitus cum populo ab Aegyto exire, vltra non rediturus, cogitabat: sed hoc secundum tacuit; non tamen proinde mentitus est, quia immolaturus etiam exire putauit; sicut Pharaoni dicebat.

36 *Non remanebit ex eis, nec vngula.*] Vulgaris loquendi modus est, vngula. pro pecore, cui se accommodat Scriptura sacra. Chaldæus legit: Non dimittemus quidquam.

37 *Caue ne vltra videas faciem meam.*] Hebraismus est, quasi dicat: Ne vltra coram me appareas. *no me vengas mas delante.*

38 *Ita fiet, vt locutus es.*] Licet infra cap. 12. vocasse Pharaonem, Moysen & Aaronem dicatur, vt Aegyptum exirent, hoc vel per internuncium fieri potuit, vel Moyses intellexit, quantum ex se erat, nisi aliud à Deo sibi esset iniunctum: sicut penultimo capite epistolę ad Romanos, promisit Paulus se iturum in Hispanias, quo tamen forsan non iuit, Deo sic disponente. Hugo etiam de sancto Victore (*Hugo de S. Victor. in Exod.*) intelligendum censet, nisi me accersieris prius; quia iuit postea, eum accersente.

39 *Non videbo vltra faciem tuam.*] Iuxta Hebræum est: Non adijciam amplius videre conspectum tuum. Hebraismus est, idest, non te videbo amplius. Chaldæus: non addam vltra videre faciem tuam. Septuaginta: non amplius apparebo tibi. Porro, Iosephus refert, Moysen etiam dixisse Pharaoni, ipsum potius cum primatibus rogaturum Hebræos, vt quamprimum inde proficiscerentur.

CAPVT VNDECIMVM.

h i K
i. Afflictione, seu nocumento *i. feriam, seu percutiam* *Centebres.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Et dixit Dominus ad Moysen: adhuc vna plaga tangam Pharaonem, et Aegyptum, & post hac

a d f g h m
i. permittet vos exire *i. propere, non inuitos, sed absque vlla conditione earum, quas solitus erat petere* *s. ita, vt non audiant Aegyptij* *s. mutuo*
a b c d f g h i K l m n o p q r s
dimittet eos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier

d *i. utensilia, & vestes plurimas* h i *In tertia persona nunc loquitur, vt ostendat angelum locutum antea, in persona Dei* l *i. gratum, & charum reddet ipsis*

a b c d e f g h i K l m n o

à vicina sua vasa argentea, & aurea. Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram

e f *i. excellens, ita vt Pharao non sit ausus illum occidere* l *i. famulis* m *Cenchres*

a b c d e f g h i K l m n o

Aegyptijs. Fuitq. Moyses vir magnus valde in terra Aegypti, coram seruis Pharaonis, & omni

b c *i. dixit. s. Pharaoni, antequam expelleretur, vel ab eo vocatus.* g h i *non immediate post recessum Moysi à Pharaone, sed aliquibus post diebus,* i K l *metaphorice per nouum effectum, quo eius praesentem virtutem experirentur*

a b c d e f g h i K l m n o

populo. Et ait: Hæc dicit Dominus: Media nocte ingrediar in Aegyptum: & morietur omne

g *Cenchres* i *i. regnabit, vel sessurus est.*

a b c d e f g h i K l m n

primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque

a b c *i. vsque ad minimum regni in primogenitis* f g *quia tunc aliquando serui ad voluendam molam deputabantur*

a b c d e f g h i K l m

ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. Eritque

l m n o *sermo est de priuata plaga, non communi, sicut erit in fine mundi*

a b c d e f g h i K l m n o p

clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. Apud

e f g h i K l m *i. tanta tranquillitas, vt non mutiat canis ad custodiam domus, aut pecoris, positus, nullus clamor, aut perturbatio erit in hominibus, nec in brutis.* o *i. experiamini*

a b c d e f g h i K l m n o p

omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto

a *quod miraculose ostendat, discrimen esse apud Deum inter illos* g *licet Gessen altior sit Aegypti locis reliquis, regia tamen domus erat in praeminenti loco, indeque descendere oportebat eos, vt irent in Gessen*

a b c d e f g h i K l m n o

miraculo diuidat Dominus Aegyptios, & Israel. Descendentq. omnes serui tui isti ad me, &

a *i. obsecrabunt reuerenter* i K l *i. iuxta Hebraeum est, qui est sub pedibus tuis*

a b c d e f g h i K l m n

adorabunt me, dicentes: Egredere tu & omnis populus, qui subiectus est tibi: Post hæc

e *Cenchres* f g *non est motus perturbatiuus, sed Dei zelo accensus*

a b c d e f g h i K l m n

egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non

a *i. obediet dictis,* c *Cenchres* d e *consequenter non causaliter, q.d. vt ea occasione multa, &c.* f *i. miracula s. Maris Rubri* g h i k *s. primogenitorum interitus, & Aegyptiorum submersio.* o p *Epilogus decem plagarum*

a b c d e f g h i K l m n o p

audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in terra Aegypti. Moyses autem & Aaron fecerunt

b *quia ostensione digna miracula* g *Cenchres* i *i. indurari permisit* l *i. voluntatem* m *Cenchres*

a b c d e f g h i k l m n

omnia ostenta, quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec

a *i. exire permisit* e *i. Aegypto.*

a b c d e f

dimisit filios Israel de terra sua.

SCHO-

SCHOLIA.

1 DIXIT *Dominus ad Moysen.*] Licet aliqui reuelationem hanc in Gessen Moysi factam dicant; communis tamen interpretum consensus est, coram improbo Pharaone, citra sensuum alienationem, angelum ei hoc locutum fuisse: sic & de Michæa coram Achab, 2. Regum, & simile. 4. Regum 3. 2. Paralipomenon 20. legimus.

3 *Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & Aegyptum.*] Idest, adhuc vna superest afflictio, qua tangam, idest, feriam, siue percutiam, Pharaonem, & Aegyptum.

3 *Et exire compellet.*] Iuxta Hebræum est: Expellendo expellet: non quidem inuite, sed festinanter, & importune, absque vlla conditione, sicut solebat, cum semel diceret: Non exibunt feminæ, & alia vice, pecora remanebũt. Chaldæus legit: Omnino proijciet vos hinc. Septuaginta: cum omni eiectione eijciet vos. Porro, id fecit, timens ne ipse cum Aegyptijs omnibus periret.

4 *Dices ergo omni plebi.*] Iuxta Hebræum est: dices in auribus populi. Chaldæus: Loquere nunc coram populo. Vnde Vulgatus optime vertit; non enim hoc loco loqui in auribus, est secreto loqui, vt Septuaginta visi sunt sentire, qui vertunt: loquere clam ad aures populi. Cæterum innuitur sic loqui, vt Aegyptij non audirent.

4 d. *Vasa argentea, & aurea.*] Idest, vtensilia ex argento & auro, ad solennitatem, & multiplicem vestem, vt sequenti capite dicitur, quæ prætextu solemnitatis commode peti possent, non dari, vt quidam existimant; sed mutuato exhiberi. Porro, an hoc furtum fuerit, quære supra in fine tertij capitis, scholio vltimo.

רעותה 5 *A vicina sua.*] In Hebræo est *Rebuta*, idest, amica, seu sodali, vel proxima sua, hocque vicinæ nomine intellexit Vulgatus; quod frequenter ex vicinitate, sodalitas, seu amicitia contrahatur.

6 *Dabit autem Dominus gratiam populo suo.*] Hebraismus est, idest, gratos, charos, & acceptos Aegyptijs illos reddet, & Aegyptiorum corda inclinabit, vt libenter pretiosa quæque Hebræis darent. Porro, in tertia persona sermonem denuo facit; vt angelum se ostendat, qui in persona Domini hactenus fuerit loquutus.

7 *Fuit Moyses vir magnus valde.*] Quasi tacitæ obiectioni Scriptura respondet, quare scilicet Pharao Moysen non occiderit, ita audacter loquentem, & plagas minantem; quia scilicet, ex audacia, qua Regem sæpe fuerat alloquutus, & ex sequentibus signis, in magno pretio, & excellens erat apud omnes, adeo, vt Pharao populum veritus, non fuerit ausus illum interimere. Porro non desunt, qui hæc, & similia verba, in laudem Moysi, ab Esdra, cum legem restauraret, addita fuisse existiment.

8 *Media nocte ingrediar in Aegyptum.*] Ita Septuaginta. At iuxta Hebræum est: secundum noctis medietates, idest, media nocte, non quidem immediate postquam à Pharaone recessit, vt aliqui censent, sed multis post diebus, quibus & ad Pascha, & ad exitum se Hebræi præpararunt, vt ex sequenti capite constat. Porro, ingredi dicitur Dominus Aegyptum, more humano loquens; & Deo metaphorice conuenit, per nouum scilicet effectum, ad quem diuina virtus se exereret. Chaldæus legit: media nocte apparebo in medio Aegypti, scilicet, per nouum effectum, me præsentem sentient, & virtutem meam experientur.

9 *A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio.*] Sedere in solio, pro regnare, idiotismo linguæ sumitur: Iam sedet, idest, sedebit, iure scilicet primogenituræ. Vnde Chaldæus legit: Qui futurus est, vt sedeat super solium regni eius: Et ad hoc ius primogenituræ in regno, cum non per electionem, sed successione contingat, alludit Scriptura Deuteron. 21. Non poteris filium dilectæ facere primogenitum: quare quod 3. Regum: de Salomone legimus, cum Dauid propheta fuerit, creditur diuino consilio, & peculiari dispositione factum, vt alijs præponeretur in regno.

10 *Ancilla, quæ est ad molam.*] Vulgaris modus loquendi est, idest, à Rege, vsque ad minimum, qui est è plebe; consueuerunt enim aliquando serui ad voluendam molam deputari, vt de Samsone à Philistæis capto Iudicum 16. legimus. Iuxta Hebræum est, qui circumagit molam in pistrino. Porro, molæ dicuntur in Hebræo *Rechaim*, רחים idest, respirantes, quod farinam ex se respirare videantur, sicut nares fumum, aut exhalationem.

11 *Nec postea futurus est.*] de priuatis calamitatibus sermo est, non de generali, qualis erit in fine mundi.

12 *Non mutiet canis, ab homine vsque ad pecus.*] Iuxta Augustinum elegantissima loquutio est, qua canis pro infimo pecoris sumitur, summaque quies vulgari hoc prouerbio describitur, quod cum tantus inter Ægyptios futurus esset eiulatus, & præ orbitate acerba clamor, nec vox quidem canis oblatrantis inter Hebræos audiretur, ex his, qui ad custodiam domus, vel pecorum essent. Iuxta Hebræum est: Non mouebit canis linguam suam, à viro, vsque ad animal, quasi dicat: omnes silebunt. Chaldæus legit: nullumque filiorum Israel lædet canis latrans lingua sua, ab homine, vsque ad iumentum. Hoc forsan dicitur, quod omnes quiete, citra damnum aliquod, in domibus suis quiescerent, nec eorum aliquis, propter damnum aliquod, aut periculum, per vicos cursitaret. *Aug. de locut. 51. in Exod.*

Vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & Israel.] Iuxta Hebræum est: Vt sciatis, quod diuiserit, seu discrimen posuerit inter Hebræos, & Aegyptios. Septuaginta: Vt sciatis quanta mirificauerit Dominus, &c. Chaldæus legit: Quale discrimen habeat Dominus inter Aegyptios, & filios Israel. sed cum discrimen hoc multis miraculis manifestauerit Dominus, ideo additur: Quanto miraculo diuidat, &c.

Digitized by Google

13 *Deſcendentque omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me.*] Licet terra Geſſen, in qua Moyſes habitabat, altior ſit Aegypti locis reliquis, tamen Regis domus in prominenti loco ſita cum eſſet, inde ſeruos Pharaonis deſcendere primo oportebat, vt ad Moyſen irent. Porro, adorare hic adoratione duliæ intelligendum eſt, ponitur que pro eo quod eſt, obſecrare cum ſolita reuerentia, quæ in ſimilibus fieri conſueuerant: vnde iuxta Hebræum eſt: Proni incuruabant ſe. Chaldæus: & rogabunt me.

14 *Populus qui ſubiectus eſt tibi.*] Iuxta Hebræum eſt: Qui ſub pedibus tuis: Hebraiſmus eſt: ideſt, qui tibi eſt ſubiectus: iuxta illud Pſalm. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, ideſt, omnium dominum conſtituiſti. Chaldæus: Et omnis populus, qui tecum eſt. Septuaginta: & omnis populus, quem tu ducis, ideſt, gubernas, vel tibi commiſſus eſt.

Hieronym. in 27. cap. Prouerb.

15 *Iratus nimis.*] Iram iſtam commendat ſanctus Hieronymus: non enim ex mentis perturbatione ortum habuit, ſed zelus Dei illam accendit, cum videret Pharaonem obſtinatum, & mortem minantem. Porro iuxta Hebræum eſt: ira furoris, ideſt, vehementiſſime iratus, ſicut habet Chaldæus.

Vt multa ſigna fiant in terra Aegypti. Iuxta Hebręū; vt multiplicem portenta mea. Sic Chaldæus: at Septuaginta: Qui addunt ſigna mea. Porro, dictio illa, vt, non cauſam ſonat, ſed conſequenter ſe habet, non igitur eſt id, propter quod ſigna fient, ſed ſine quo non fierent multa, vt primogenitorum interitus, diuiſio Maris Rubri, & Aegyptiorum ſubmerſio: Vnde Auguſtinus dicit, non fuiſſe cauſam, Pharaonis voluntatem patientia Dei abutentem, ſed Magis Dei bonitatem, duriciem cordis eius tolerantem, & etiam mala in bonum ordinantem, ſuppoſita permiſſione.

Aug. q. 40. in Exod.

16 *Moyſes autem & Aaron, fecerunt omnia oſtenta, quæ ſcripta ſunt.*] Iuxta Hebræum: Omnia portenta, ſic Chaldæus, & Septuaginta, qui addunt: in terra Aegypti. Porro, epilogus eſt decem plagarum, quas licet Suidas quadraginta diebus omnes illatas affirmet, vt tamen colligitur ex Seder Olam Raba, decem menſibus completæ ſunt, ſingulę ſingulis menſibus contigerunt, à Iunio vſque ad menſem Martij: ſicut enim de puerorum nece edictum, decem tantum menſibus durauit, ita & plagæ totidem, ac decimo menſe, ſubmerſi ſunt in aquis, ſicut & infantes in aquis ipſi interemerunt.

Suidas.

Seder Olam Raba.

17 *Et indurauit Dominus cor Pharaonis.*] Iam ſupra de hac re ſæpe diximus, iuxta ſanctum Thomam, Deum eatenus indurare, quod gratiam non largiatur, per quam cor emolliatur, & homo videat.

S. Tho. lect. 4. in c. 7. Iob.

CAPVT DVODECIMVM.

m: *Niſſan* n: *ſub. erit.*

a b c d e f g h i x l m n

Dixit quoque Dominus ad Moyſen, & Aaron in terra Aegypti: Menſis iſte, vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni, loquimini ad vniuerſum cætum Iſrael,

d e: *vt commode inuenire, & prouidere poſſit.* g: *Niſſan.* i: *ſ. paterfamilias, vel quaſi.* n: *pro ideſt.*

a b c d e f g h i x l m n o

& dicite eis: decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos

o: *Iudæum, non gentilem.*

a b c d e f g h i K l m n o

ſuas. Sin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum

g: *exceptis infirmis.* h i: *i. hominum.*

a b c d e f g h i x l m n

ſuum, qui iunctus eſt domui ſuæ, iuxta numerum animarum, quæ ſufficere poſſint ad

eſum

Digitized by Google

f g i. sine corporis læsione, & vitio; iuxta Hebr. perfectus. — *i* post octo dies natus, sed infra annum. — *K l m* si non habueritis agnum, tolletis hœdum. iuxta Hebr. ex ouibus, aut capris accipietis.

esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus anniculus: iuxta quem ritum

m d e ut interim struetenim sit ne in illo macula.

tolletis & hœdum. Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius:

a i. iugulabit. — *c d* distributiue, singuli scilicet, per domos. — *g h* Iuxta Hebr. inter duas vesperas, id est, inter occasum Solis, & obscuram noctem. alatarde entre dos luzes.

immolabitq. eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine

d e f qui scilicet, sunt iuxta ostij aperturam. — *h i* vel quia eodem sanguine, inuitati, domos suas liniebant, vel quia permanebant per totum diem, in domo, in qua fuerant inuitati.

eius, & ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus

h i quod celeriter fiant. — *l m o* quod celeriter fiant: hæc enim omnia, ad signandam exitus celeritatem iubentur.

comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azimos panes cum lactucis

o Chald. & Septuag. cum herbis amaris, in memoriã amaritudinum, quas in Aegypto fuerant perpessi. iuxta Hebr. cum amaritudinibus. — *a f* i. semicoctum, vel non plene coctum. — *i K* quod non ita celeriter fiat, sicut assum igni.

agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni:

a b c d sunt enim hæc omnia comestibilia. Sicut nos loquuntur Septuag. At iuxta Hebr. & Chald. cruribus, — *f g* Lotis, deinde intra corpus repositis, ut simul cum illo assentur. — *K l m n* Septuaginta hoc loco addunt illud, quod sanctus Ioannes 19. cap. refert: Et os nõ confringetis, seu comminuetis ex eo, quæ cum non sint in Hebræo, forsan quæ nunc extant, non adeo integra sunt, quin aliqua desint.

caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis. Nec remanebis quidquam ex eo vsque

d ut ossa — *d e* ut sic egenis reliquias darent, quas igne comburendas, & non reseruandas nouerant. — *f g* iuxta Hebræum additur: vsque mane.

mane: si quid residuum fuerit, igne comburetis.

SCHOLIA.

1 MENSIS iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.] Posteriora verba Hebræorum more explicant priora, vt sit sensus: mensis iste vobis erit principium mensium, idest, erit vobis primus in mensibus anni. Porro, mensem istum, licet aliqui Aprilem putent (quod cum Iudæi menses per lunationes computent, vt auctor est Gaudentius Brixiensis Episcopus, qui tempore Ambrosij floruit, vt sicut circumcisione, ita & anni computo, à gentibus, Hebræus populus distingueretur:) & primum mensem inchoent à principio lunationis, quæ propinquior est, siue simultanea aliquando vernali Aequinoctio, quandoque Aprilem ingredi contingit, vt aduertit Rupertus. Tamen reuera, quem nos Martium dicimus, in quo semper incipit, & aliquando in ipso concluditur, hunc Hebræi Nissan (quamuis Chaldaica potius sint mensium nomina apud Hebræos) Macedones Xanticum, Aegyptij Parmuthi, vocant, teste Iosepho, ab isto Iudæi in solemnitatibus annum inchoant. Anni vero, qui ad Sabbathum terræ pertinebant. Leuit. 25. & anni Iubilæi, qui per septem annorum hebdomadas celebrabantur, à Septembri computabantur; ne duo fructus essent impediti, scilicet, & qui seminati iam, & qui seminandi (non enim licebat seminare in vltimo anno hebdomadæ, sed solum quæ sponte terra producebat colligere, quæ & communia esse debebant, & hominibus, & iumentis, licet in contractibus, eam mensium seriem sequantur, quæ in terris, in quibus degunt, est in vsu: Vnde iuxta distantiam à Martio, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, December, dicti sunt, nominibus ab imbre, & numero compositis, vt September, à septem, & imber, & sic de alijs; quod imbres eo mense, scilicet, Martio, maxime abundant. Postmodum gentilitas in gratiam suorum, vt Gaudentius refert, nomina immutauit. Martius, à Romulo, in aui Martis honorem dictus est. Sicut Iulius & Augustus, in honorem Iulij, & Augusti Cæsaris, & Aprilis, Neroneus iussus est dici, teste Macrobio, & Numa Pompilius, duos menses, Ianuarium, scilicet & Februarium Martio præfecit, iuxta illud Ouidij:

Mensibus antiquis, addidit ille duos.

Cæterum cum, Lunaris, annus, vndecim diebus breuior sit Solari, vt in Seder, Olam Raba scribitur; & sic vltimus mensis *Adar* dictus, aliquando duplicetur, tunc *Veadar* nominatus, & Romulus etiam secundum lunationes distinxerit, mansit annus incorrectus, vsque ad Iulij Cæsaris tempora, qui, cum in Agypto simul cum Cleopatra esset, annum, secundum solis cursum, ad idem punctum in fine anni redeuntis correxit. Iam, licet antea, non à mundi exordio, sed à natiuitate eius, de quo præcipuus erat sermo, numerare solitum esset, sicut de diluuio re adeo grauissima dicitur, factum tali anno vitæ Noe: hic autem, in memoriam tanti beneficij, iubet Deus anni computum, initium sumere à mense, in quo factum fuit, per numeri nomina tantum; primo scilicet, secundo, vel quarto mense, vsque ad seruitutem Babylonicam: ex incolarum enim consortio, Chaldaica mensium nomina didicerunt, quibus post liberationem, in memoriam tanti beneficij, vsi sunt; sic tamen, vt prioris non obliuiscerentur, & ita & nominibus numeri, & Chaldaicis vsi sunt: vt Esther 2. In mense, inquit, decimo, ipse est mensis Thobith. Et cap. 3. in mense duodecimo, ipse est mensis Adar, & sic de alijs: Quod si antea aliqua nomina mensium reperiamus, vt 3. Reg. 8. mensis Ethanim, non erant communia, sed priuata quædam nomina, vnde sola nomina numerorum, & Chaldaica, remanserunt in vsu communi.

Gauden. tract. 2. in Exo.
Ruper. in Exo.
Ioseph. 2. antiq. c. 13.
Seder Olam Raba.
אדר

2 Decima die mensis huius, tollet vnusquisque agnum per familias, & domos suas.] Quatuor antea diebus immolandus agnus asseruabatur, vt inquit Rupertus in Exodum; vt corda vestra solicitet, ne sitis imparati, dum ille de profectione paranda vos admonet; quoties enim balatum emittit, quasi tubæ sonitus, exituras castrorum acies excitat. Rursum, ne soliciti de his, quæ ad exitum præparari oportebat, ne forte excusationem prætenderent, si tunc non inuenirent: tum etiam, vt quatuor istis diebus diligenter inuestigare possent, an vlla in illo esset macula, & de alio prouidere. Quare postea non fuit in vsu, decima die prouidere de agno, & quod solicitudo exeundi non esset, & quod ex vsu facile dignoscerent, quæ esset macula sacrificium impediens. Porro per familias, & domos; vnde & ad Patrem familias pertinebat & de agno prouidere, & iuxta numerum eorum, qui erant in domo, alios inuitare; ita vt sufficiens esset illorum numerus, ad agni esum. Iuxta Hebræum est: agnum per domum Patrum; agnum per domum. Repetitio est Hebræis grata; subintelligi tamen debet, dictio, nempe: agnum per domum patrum, nempe, vel, idest, per singulas domos, seu familias; domum enim patrum vocat, familiam. Chaldæus: tollat vnusquisque sibi agnum pro domo paterna, agnum pro domo. Sic & Septuaginta; sed hæc idem sunt cum litera nostra: qui autem legunt, pecudem, quod vox Hebræa hic posita, etiam pecudem significet, de agno intelligendi sunt; cum statim subdatur: agnum anniculum, pro pecude parua vtique.

Ruper. in Exo.

3 Assumat vicinum suum.] Iudæum, vel Iudæos, qui sufficerent, sic Theodoretus, & Augustinus, non gentilem, qui ad similem cultum non admittebatur: idque præcipitur, vt inuitandi egenos occasionem haberent, & omnes pascha celebrarent, sicut Theodoretus annotauit.

Theod. q. in Exod.
Aug. de locut. 57. in Exod.
Theod. q. 24. in Exo.

4 Iuxta numerum animarum.] Exceptis infirmis, sic intellige: hunc autem numerum Hebræi denarium putant.

5 Erit autem agnus absque macula.] In Hebræo est *Thamim*, quod immaculatum, & integrum significat: hoc itaque loco, maculosum, non sumitur, sicut Gen. 30. pro eo, quod est, varij coloris in vellere, hoc quippe immolationem non impediebat, sed pro eo, quod est non integrum, sed cum aliquo corporis defectu, sicut Leuit. 20. explicatur; quod enim sic maculosum est, contemptui esse solet apud homines, & per consequens, indecens, vt Deo offeratur, sicut & proinde prostibuli merces in templo offerri non poterat, vt indecens: sic exposuit S. Thomas.

תמים
S. Tho. 12. q. 102. ar. 3. ad 7.

6 Masculus anniculus.] Augustinus rationem reddit, quare ex Græco, iuxta Septuaginta, masculum traduxerint. Cæterum licet in aliquibus hostijs pacificis, & pro peccato offerri

Aug. q. 42. in Exod.

etiam conſueuerit, & feminei ſexus, hic autem maſculini eſſe præcipitur, propter perfectionem: anniculum intelligit, ſupra dies octo à natiuitate eius, ne tamen annum integrum attingat.

7 *Iuxta quem ritum tolletis, & hœdum.*] Septuaginta legunt: ab agnis, & hædis accipies illud. Iuxta Hebræum vero: de arietibus, vel de capris accipietis illud. Chaldæus: de agnis, & de filijs caprarum accipietis. Idem eſt ſenſus, quaſi dicat: Si hœdum, de capris; ſi agnum, de arietibus: ita vt coniunctio, &, pro, vel, poſita ſit, quod non raro contingit in Scriptura: quod enim Hebræi putant, agnum per ſingulas familias immolandum, hoedum vero vnum ab vniuerſo populo litandum, irrationabile videtur; quis enim pro toto populo vnum hoedum ſufficere putet, cuius ſanguine omnium domorum ſuperliminaria eſſent linienda? Et quamuis Auguſtinus non eſſe immolandum hoedum inſinuare videatur, ſicut aliqui contendebant, licet decima die ſimul cum agno in domum deferretur, quia quartadecima, iugulato agno, hoedus ad armenta redire permittebatur: non tamen id Auguſtinus aperte affirmat; quamuis nec oppoſitum eo loco aſſerat, vt aliqui citant: ſed ex Hebræorum mente refert. Nec verum eſt, quod aliqui aſſerunt, Chriſtum Dominum in Scriptura, numquam per hoedum figurari; Leuitici enim decimo nono adumbratur per hircum emiſſarium, qui populi peccata portabat. Et Cantic. 8. de ſponſo Chriſto dicit Eccleſia: Fuge dilecte mi, ſimilis eſto capræ: Patrum igitur communis ſenſus eſt, ſermonem hic eſſe de vnico ſacrificio, per domos, & familias ab omni populo diſtributiue immolando, ſiue agnus eſſet, habenti oues; ſiue hoedus, cui tantum eſſent capre. Ita Euſebius, Gregorius Nazianzens, Hieronymus, Theodoretus, ſanctus Paſchaſius, Rambertus Corbienſis abbas, (de quo Tritemius multa in eius laudem ſcribit.) Iulius Maternus, Hugo de ſancto Victore, & Rupertus abbas. Et quidem vox Hebraica hic poſita *Seh*, agnum, & hoedum ſignificat. Porro, hoc præcepit Deus, in deteſtationem idololatriæ Aegyptiorum, qui Iouem arietis ſpecie vel agni, colebant, & hircos venerabantur, quod dæmon in eorum ſpecie, quandoque appareret.

Aug. q. 42. in Exod.

Euſeb. in hiſt. Greg. Nazia. Hieron. Theod. q. 24. in Exod. D. Paſch. lib de corp. & ſanguin. Chriſti cap. 22. Trit. de Eccleſ. Script. Iul. Mater. de errorib. propha. relig. Hugo de S. Victor. in Exod. Rupert. in Exod.

שה

8 *Et ſeruabitis eum.*] Iuxta Hebræum eſt: Et erit vobis in cuſtodiam: ſic Chaldæus. at Septuaginta: Et erit vobis reſeruatum. Promiſcue loquutus eſt, quaſi dicat: ſiue agnus fuerit, ſiue hoedus.

9 *Immolabit eum vniuerſa multitudo Iſrael ad veſperam.*] Immolabit, ideſt, iugulabit; ſic enim intelligendum eſt. Rurſum multitudo, hoc loco, vt dictum eſt, diſtributiue ſumitur. Per domos, & familias: Non quod vnus ab omnibus eſſet immolandus, ſicut aduertit Hugo de ſancto Victore. Porro, ad veſperam dicitur; quia iam hora illa, ad ſequentis diei ſolemnitatem pertinebat: vt Anaſtaſius, ex Seuero Antiocheno, aduertit. Iam iuxta Hebræum legitur: Inter veſperas. quidam crepuſculum putant: alij ab hora tertia poſt meridiem; vt ſcilicet tempus eſſet præparandi, & aſſandi, ita vt, quamprimum nox eſſet, comedere poſſent. Erat itaque coena quartadecima die vſuali; ſecundum vero feſtiuitatem, erat ſacrificium quintædecimæ diei, quæ tunc iam inceperat.

Hugo de S. Victor. in Exo. Anaſt. q. 8. in ſacr. Script.

10 *Et ſument de ſanguine eius, & ponent ſuper vtrũque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum.*] Ioſephus, & Theodoretus, cum hyſopi aſperſione hæc fieri ſcribunt; immo & in textu infra hoc eodẽ capite aperte dicitur; faſciculumq. hyſopi tingite. Porro poſtes, oſtiorum latera dicuntur, quorum alter fores ſuſtinet cardinibus affixas, alter ſeram recipit & repagula, cum oſtium clauditur: Hiſpane *el batidor dela puerta*: puto tamen hic ſermonem fieri de illa, quæ à poſteriori oſtij parte, vſque ad terram eſt, iuxta oſtij aperturam, ex vtraque parte. Iam ſuperliminare ſuperius, oſtij limen eſt, lapis vel lignum ſcilicet, quod poſtibus ſuperincumbens, iugi formam efficit. *Hiſpane el ymbral en cima la puerta.* Præterea hoc factum docet ſanctus Thomas, vt proteſtantes ſe à ritibus Aegyptiorum recedere, qui arietem colebant, ab Aegyptiorum exterminio liberarentur.

Ioſeph. 2. ant. 14. c. 15. Theod. q. 25. in Exod.

S. Tho. 1. 2. q. 102. a. 3. ad 2.

11 *In quibus comedent illum.*] Quæ enim domus ad pecora, vel ad aſſeruanda alia tantum erant, ſanguine earum poſtes, nec ſuperliminaria linire oportebat.

12 *Et edent carnes nocte illa, aſſas igni.*] Quod citius hoc fieret, cum ſe ad exitum præpararent, ita iuſſit, vt docet ſanctus Thomas. Porro, quod hic carnes dixerit, ferunt Hebræi, non licere illis, nec oſſa, nec cartilagines, aut agni neruos comedere; cum carnes non ſint.

S. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 7.

13 *Et azimos panes, cum lactucis agreſtibus.*] Azimos panes fieri iuſſit, qui citius præparantur, vt ſanctus Thomas annotat. Porro, R. Salomoh legit: cum lactucis agreſtibus, mutuatus forſan, ſicut & alia multa, à noſtro Vulgato. Iuxta Hebræum eſt: Cum amaritudinibus. Septuaginta: Cum amarulentis herbis: vnde herbæ amaræ intelliguntur, ſicut Chaldæus etiam legit: cum amaris herbis, quæ ſub lactucæ nomine deſcribuntur, ſpecie ſumpta pro genere. Iam ex Theodoreto conſtat, in ſignum & memoriam amaritudinum, quas in Aegypto fuerant perpeſſi, ita præceptum eſſe.

S. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 7.

Theod. q. 24. in Exod.

14 *Non comedes ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantum aſſum igni.*] *Na*, ideſt, crudum, Hebræis & Syris, non ſufficienter coctum, ſiue ſemicrudum ſignificat: Crudum itaque, ideſt, non plene coctum; quod in deteſtatione idololatriæ etiam fiebat, cum Aegyptij ex idolo immolatis, aliqua ſemicocta comederent. Porro, nec aqua coctum; quod ita expedite fieret, ſicut ad exitus celeritatem congruebat.

נא

15 *Caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis.*] Ita Chaldæus. at cum iuxta Hebræum non ſit verbum, vorabitis, quidam hoc referunt ad decoctionem, vt ſcilicet igni applicaretur, non amputatis capite, & pedibus. Cæterum vere ſubintelligi debet, ſicut in Vulgato exprimitur, verbum, vorabitis, & ſic legit Chaldæus paraphraſtes: quod vero dicitur de inteſtinis, dempto ſcilicet intelligendum eſt, lotiſque inteſtinis, & intra ventrem repoſitis, vt ſimul cum agno, cuius erant,

Digitized by Google

igni applicarentur; quod Aegyptij per intestina diuinarent.

16 *Siquid residuum fuerit, igni combureris.*] Hæc Augustinus ad ossa refert, quæ comestibilia non sunt, quo exitum ab Aegypto, non vltra rediturus, significat. Theodoretus vero quascumque legalis mensę reliquias intelligit, vt sic saltem egenis darentur; cum in crastinum asseruari non possent, sed comburendæ essent: quod de reliquijs agni, vel hoedi intelligendum est; non enim desunt, & grauissimi interpretes, qui pro massa illa, quam ligatam in pallijs infra asportasse dicitur, & reliquias panis intelligant, iuxta vim vocis Hebraicæ.

Aug. q. 41. in Exod.

Theod. q. 24. in Exod.

e f g
quatuor sequentia, celerem, & promptissimum ad exitum describunt.
a b c d e f g h i K l m
Sic autem comedetis illum: renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus,

K n
Hebraice, at Chaldaice, pesach. *s. percutientis per Angelum Aegyptios*
a b c d e f g h i k l m n
tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est autem phase, idest, transitus Domini.

a b c d e h K
pro, quia — *metaphorice sumitur.* — *causam assignat, quare transitus dicatur, & subintellige, in Angelo.* — *i. occidam.* — *Angelorum ministerio.*
a b c d e f g h i K l m n
Et transibo per terram Aegypti nocte illa: percutiamq. omne primogenitum in terra Aegypti

i l m n o
i. idolis. — *destruendo idola, quæ illa nocte corruisse dicuntur, & eorum templa.* — *q. d. vt sciant, quia ego Dominus.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
ab homine vsque ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem

a d d g h i K l m n o p
i. in vestram vtilitatem. — *externum protestatiuum fidei internæ, & distinctiuum ab Aegyptijs.* — *sub. Angelo percutienti.* — *quod etiam eodē sanguine fores linirentur eorum, qui inuitati fuerunt, vel quod in eadem domo manerent in die illa, in qua fuerant inuitati.* — *metaphorice, idest, vestri miserebor.*
a b c d e f g h i K l m n o p
vobis sanguis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos:

a b d e h i K
Quando Aegyptios disperdam. — *i. puniero.* — *i. Aegyptios.*
a b c d e f g h i K l m n
nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti. Habebitis autem hunc

b c i K
i. memoriam, seu memoriale tanti beneficij. — *i. in posteris, & ætatibus suis.*
a b c d e f g h i K l
diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris

a b c d e f K l
i. toto legis sæculo. iuxta Hebr. statuto sempiterno. — *quod septima die in Mari Rubro à persequentibus Aegyptijs liberati sunt.* — *i. omnino auferetis à domibus vestris.*
a b c d e f g h i K l m n o
cultu sempiterno. Septem diebus azima comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus

e f m
i. occidatur, siue reus erit mortis. — *i. homo.* — *vt supra.*
a b c d e f g h i K l m n
vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsq.

g i K l m n o a
i. diuersa in cultu, vestitu & cibo, vt Neemia 8. videre est. — *iuxta Hebr. Conuocatio: solebat enim in solennitatibus populus conuocari.* — *quod septima die liberati fuerint in mari rubro à persequentibus Aegyptijs.*
a b c d e f g h i K l m n o
ad diem septimum. Dies prima erit Sancta atque solemnis, & dies septima eadem festiuitate

ve-

Digitized by Google

b c d e f g h i K l m
f. in prima & septima die, nec etiam per manus gentium. *q. d. licebit tamen cibum parare.*
a b c d e f g h i x l m n
venerabilis : nihil operis facietis in eis , exceptis his, quæ ad vescendum pertinent . Et

b f g i
in signum liberationis ab amaritudinibus animi. *f. quintadecima mensis Nissan.* *i. populum Israel.*
a b c d e f g h i K l m n
obseruabitis azima : in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti,

e f g h i K l
vt supra. *vt supra.* *f. Nissan.*
a b c d e f g h i K l m
& custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo . Primo mense quarta

d e m
quod & à vespera liberatio cœpit. *f. inclusiue.*
a b c d e f g h i K l m
decima die mensis ad vesperam comedetis azima , vsque ad diem vigesimam primam

eiusdem mensis ad vesperam . Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris :

b d e l m
illis diebus. *i. reus erit mortis.* *i. homo.* *i. proselytis, gentibus scilicet, ad ritum Iudæorum conuersis.*
a b c d e f g h i K l m n
qui comederit fermentatum , peribit anima eius de coetu Israel , tam de aduenis quam

de indigenis terræ . Omne fermentatum non comedetis : in cunctis habitaculis vestris

edetis azima .

S C H O L I A.

D. Paschas. lib. de corp. & sang. Christi. Theod. q. 24. in Exod. D. Algerus de sacr. lib. 1. ca. 22. D. Arnold. de septem verbis Domini. Rupertus in Exod. S. Tho. 12. q. 102. a. 3. ad 2.

17 *Renes vestros accingetis , & calceamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, & comedentes festinanter.*] Quatuor hæc, promptos illos & celeres ad exitum futuros ostendunt, quamprimum ex primogenitorum morte clamor fieret, vrgentibus etiam ipsis Aegyptijs, vt propere egrederentur : sic explicant D. Paschasius, Theodoretus , D. Algerus , & D. Arnoldus , Rupertus , & S. Thomas .

פסח
פסח
Hieronym. in 26. cap. Mat. Hieronym. vbi supra. Aug. in Psal. 68. & q. 116. in testamen. Tom. 4.
πάσχειν
Philo lib. 3. de vita Moysi.
Ioseph. 2. antiq. c. 13. Theod. q. 24. in Exod.

18 *Est enim phase , idest, transitus Domini .*] Posteriora verba addita sunt ab interprete, sicut & pleraque alia . Porro Syri , siue Chaldæi, Pascha dicunt : In Hebræo est *Pesach*, estque nomen verbale, à *Pasach*, quod est transiret , inde *Pesach*, idest , transitus . Sic S. Hieronymus . significaturque iuxta Hebræum, transitum Domini imminere. Et inquit Hieronymus eodem loco, non, vt plerique arbitrantur , dictum à passione . Cæterum Augustinus non negat, dictionem Hebraicam transitum importare . Addit tamen, licet Græce resonet passionem, *Pascin* enim, pati dicitur. Iam Philo Pascha Chaldaicum nomen esse dicit, & iuxta aliquos asserit, non transitum, sed sacrificia, quæ libabant, transitum importare : Ego tamen in ipso non legi , sed tantum subiungit , tunc hostias priuatim offerri . Iosephum progressiones referunt interpretari, ego, transitum significare, in Iosepho reperio . Symmachus transcensum , Theodotion , Phase : Theodoretus, saluationem primogenitorum interpretatur . Præterea rationem huius nominis Hieronymus assignat ; quod videns sanguinem in foribus Israelitarum exterminator, pertransierit, nec percuteret Hebræos : Eamdem tradit Augustinus : Ait tamen non dici transitum, ex eo, quod filij Israel , ab Ægypto in Cananæorum terram pertransiuerint : quam ratione assignauerat Gregorius Nazianzenus : sed certe vtraque ratio congrua videtur, licet textus vnam tantum expresserit, cum subdit: Et transibo per terram Ægypti, &c.

Hieron. in 26. cap. Matt. Augu. in Psa. 68. Greg. Naziã. ser. de Paschate.

Ruper in Exo.

19 *Et transibo per terram Aegypti , nocte illa .*] Transire, inquit Rupertus, dicitur Deus, per metaphoram, quam amplius repetit paulo inferius, cum dicit: Et transibo vos: quod quantum ad Hebræus, Chaldæus interpretatur, legens : Et miserebor vestri . Et Septuaginta : Protegam vos , nec erit in vobis plaga disperdens .

Hieronym. in Amos. proph. Ruper. in Exo.

20 *Percutiamque omne primogenitum.*] Percutiam, idest, occidam : quod Hieronymus, & Rupertus, per ministerium Angelorum , factum asserunt.

Hieron. in ep. ad Fabriola.

21 *Et in cunctis Dijs Aegypti, faciam iudicia, ego Dominus .*] Quasi dicat ; non solum potestatem meam in primogenitorum nece ostendam, sed & in Idolis Aegypti, de quibus vltionem capiam , illa in terram proijciendo . Septuaginta legunt : Et in omnibus Dijs Aegyptiorum, faciam vltionem : de quo D. Hieronymus refert ex Hebræis , eadem nocte, qua eggressus est populus de Aegypto, omnia

Aegypti

Aegypti templa destructa fuisse, siue terræ motu, siue iactu fulminum: sed & vlterius referunt Hebræi, eadem nocte, lignea Idola putrefacta fuisse, metallica resoluta & fusa, lapidea comminuta. Addam, contra Iudæorum pertinaciam, quod in libris Cabalæ legitur, circa verba huius textus: In eadem die, videlicet quintadecima mensis Nissan, idest, Martij, redimendus est Israel, in diebus Messię, quemadmodum redempti sunt eadem die, de qua scribitur: In diebus egressionis tuæ ostendam mirabilia.

22 *Erit autem vobis sanguis in signum in ædibus, in quibus eritis.*] Vobis, idest, in vestram vtilitatem. In signum: Angelo scilicet percutienti. Iam, in signum, scilicet, externum, quo sicut interne per fidem, sic eius externa protestatio erit signum hoc, quo distinguentur Hebræorum familiæ ab Aegyptijs. Porro dicitur: In ædibus, in quibus eritis: quod & pauperum, qui ab alijs erant inuitati, etiam postes, & domorum superliminaria, eiusdem agni sanguine linirentur; vel quia toto illo die manerent in domibus, in quibus essent inuitati.

23 *Et transibo vos.*] Chaldæus insinuat, quid hæc metaphora innueret, cum legit: & miserebor vestri. Septuaginta: Et protegam vos.

24 *Nec erit in vobis plaga disperdens.*] Idest, non erit vobis in perditionem: sic iuxta Hebræum: vel dum alios disperdam, & percutiam, non erit vobis plaga.

25 *In monumentum.*] Hebraica, Chaldaica & Græca exemplaria habent: In memoriam, siue memoriale percepti beneficij: monumentum itaq. hoc loco, pro memoriali ponitur; ad hoc quippe solennitates sunt institutæ, vt in perceptorum beneficiorum contemplatione, & gratiarum actione, fideles illis diebus vacarent.

26 *Et celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris, cultu sempiterno.*] In generationibus vestris, idest, vos cum posteris vestris. Porro, cum dicitur: cultu sempiterno: Augustinus ad rem figuratam refert, quam nos vsque in finem mundi colimus. Alij dictum putant, quod sola Dei voluntate talis solennitas cessabit, potestate qualibet humana numquam cessatura: sicut per peccatum mors perpetua incurritur, quod à solo Deo condonari possit. Cæterum, pro sempiterno, in Hebræo est *Holam*, quod sæculum significat: Est itaque iuxta Scripturam, dum lex durauit, sæculum vnum: cum autem lex Christi aduenit, iam sæculum est aliud: sempiternum itaque, pro sęculo, hoc loco positum est.

(Margin: Aug. q. 44. in Exod. Tom. 4. — עולם)

27 *Septem diebus azima comedetis.*] Pręceptum hoc locum non habuit, inquit R. Salomoh, in prima eius celebratione, sed tantum in sequentibus; infra siquidem dicitur: In die, qua ex Aegypto profecti sunt, non poterant fermentare, cogentibus Aegyptijs: non ergo ob solennitatem azima comederunt, sed quia fermentare non poterant. Sed certe locus ille non conuincit; quia ibi non est sermo de panibus, quibus vsi sunt in cœna legali, quos iuxta ritum azimos fuisse credo: sed de massa, quam parabant, ad conficiendos panes in itinere.

(Margin: R. Salomoh.)

28 *In die primo, non erit fermentum in domibus vestris.*] Iuxta Hebræum est: Cessare facietis. Chaldæus: Auferetis. Septuaginta: expelletis. Idem sensus est omnium: vt scilicet ad vesperam quamprimum iugulandus esset agnus, neque fermentum, neque fermentatum aliquid in eorum domibus esset: sic enim disponebant, prout ad esum sufficeret, vsque ad illam horam: quod si superesse cernerent, iam antea egenis comedendum tribuerent, vel canibus, dummodo consumeretur.

29 *Peribit anima illa de Israel.*] Chaldæus legit: peribit homo ille, idest, reus erit mortis, vtriusque scilicet, licet nullum punitum legamus; non enim omnia scripto mandata sunt: anima itaque hoc loco, pro homine ponitur.

30 *Et dies septima eadem festiuitate venerabilis.*] *Mikra*, nomen verbale est, à *Kra* verbo, & vocatione, & electionem importat; quod in diebus solennibus conuocarentur, maxime ad lectionem, qua Dei beneficia recitabantur. Et in hoc Paschate, conuocatio non primo die fiebat, sed in priuatis domibus Pascha celebrabant; die vero septima, cōgregari solebant. Sic Seuerus. Septima siquidem die, in Mari Rubro liberauit eos Dominus ab inimicis persequentibus: & forsan hinc octauarum solennitas in Ecclesia ortum habuit, & die octauo totum festi officium integrum recitatur.

(Margin: מקרא — Seuerus.)

31 *Nihil operis facietis in eis.*] Scilicet, in prima, & septima die, nec per manus gentilium licebat opus iniungere, sed tantum quæ ad vescendum pertinebant, vt in textu dicitur: interiectis autem diebus quinque, operari poterant.

32 *Exercitum vestrum.*] Iuxta Hebræū: Exercitus vestros; idest, numerum filiorum Israel.

33 *Primo mense.* Iuxta Hebræum est: Primo; addita tamen est à Vulgato, dictio, mense, quod sic subintelligi debeat. Chaldæus: In mense Nyssan.

34 *Et custodietis diem istum in generationes vestras, ritu perpetuo.*] R. Salomoh testatur, toto tempore, quo per desertum peregrinati sunt, non celebrasse festum hoc, nisi secundo dumtaxat anno ab exitu de Aegypto; sicut enim circumcisionis præceptum octaua die suspensum fuit, vt Iosue 5. videre est, ita & huius festi solennitas. Celebratum itaque fuit, post ingressum in terram promissionis ab eorum posteris: & hoc est, quod dicit: In generationes vestras; quod autem additur: cultu perpetuo: intelligendum est, sicut dictum est, de cultu sempiterno.

(Margin: R. Salomoh.)

35 *Tam de aduenis, quam de indigenis terræ.*] Aduenæ, vt Gaudentius Episcopus aduertit, dicti sunt, qui & Græce Proselyti, qui scilicet, ex gentibus, ad Iudæorum ritum, conuersi fuissent.

(Margin: Gaud. tract. vlt. in Exod.)

Digitized by Google

a b c d e f g e o
Vt ei referret qua de paschate à Deo acceperat, & per illos alijs innotesceret. — *Quibus cura populi demandata erat.* — *agnum, seu hadum. Iuxta Hebr. pecus.*
a b c d e f g h i K l m n o
Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal

e f g h
i. suo tempore, quartadecima scilicet mensis mactata animal, siue victimam paschalem. — *quo facilis sit talis aspersio seu tinctio.*
a b c d e f g h i K l m n
per familias vestras, & immolate phase. Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est

a b
sub. cum vase, siue pelui. Iuxta Hebr. in pelui. Chald. in vase. Septuag. ad ianuam.
a b c d e f g h i K l m
in limine, & aspergite ex eo superliminare & vtrumque postem: Nullus vestrum egre-

l m a b c d e f
post primam celebrationem, hoc deinceps iam non fuit in vsu.
a b c d e f g h i k l m
diatur ostium domus suæ vsq. mane. Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumq.

i K l
metaphorice, idest, misericordia vsus non sinet percuti Hebraos. — *i. ianuam.*
a b c d e f g h i K l m
viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, &

a b c d g K m
explicat amplius, quid sit, transcendere ostium domus. — *s. Angelum malum, vt indicatur Psal. 77.* — *i. quæ vobis refero.* — *i. erit in ritum, vel ex lege seruandum. Iuxta Hebr. statutum.*
a b c d e f g h i K l m
non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere. Custodi verbum istud legitimum

g
i. dum durat legis huius sæculum.
a b c d e f g h i K l m n
tibi & filijs tuis vsque in æternum. Cumque introieritis terram, quam Dominus daturus

g
i. ritum. Iuxta Hebr. seruitium, seu cultum.
a b c d e f g h i K l m n o
est vobis, vt pollicitus est, obseruabitis cæremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri:

a b c d g h i K m
i. quid sibi vult, & vnde ortum habet ritus iste. — *quasi dicat: Victima ista, transitus dicitur, & illum significat.* — *metaphorice, idest, vsus est misericordia.*
a b c d e f g h i K l m n o
Quæ est ista religio? dicetis eis: Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos

e l
i. occidens. — *solita corporis humiliatione.*
a b c d e f g h i k l
filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Incuruatusq.

b g h i K l m n
scilicet Dominum in gratiarum actionem. — *s. tollentes animal, quartadecima die immolaturi.*
a b c d e f g h i K l m n
populus adorauit. Et egressi filij Israel fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron:

a g
i. accidit. — *i. occidit.*
a b c d e f g h i k l m n
Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti,

c h i K l m m
Conchores. — *i. sessuro.* — *quasi dicat à maximo, vsque ad regni minimum.* — *sic Septuag. & Chald. alij captiui.*
a b c d e f g h i K l m n o
à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsq. ad primogenitum captiuæ, quæ erat

in carcere,

g h i m
differre mutuam ex mortis timore. *i. famuli.*
a b c d e f g h i K l m
in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Surrexitq. Pharao nocte, & omnes serui

g
i. vociferatio.
a b c d e f g h i K l m n o
eius, cunctaque Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto: neq. enim erat domus

l m n o a b c d e g m
sic Domino disponente, vt esset in omnibus domibus, etiam in Gessen, primogenitus. Vel loquitur de illis, in quibus erat primogenitus, vel per hyperbole nulla fere domus. *Cenchres.* *i. Eia.*
a b c d e f g h i K l m n o
in qua non iaceret mortuus. Vocatisque Pharao Moyse & Araone, ait: Surgite & egredi-

mini à populo meo, vos & filij Israel: Ite immolate Domino, sicut dicitis. Oues vestras &

g h
i. orate pro me ne moriar.
a b c d e f g h i K l
armenta assumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantq. Aegyptij populum

i K l a b c d l m
ex mortis metu, non violentiam inferendo, sed solicito affectu instantes, vt recederent. *s. aqua.* *i. massam pro itinere.*
a b c d e f g h i K l m
de terra exire velociter, dicentes: omnes moriemur. Tulit igitur populus conspersam farinam

c d e f g h i K
vt subcinericios panes in itinere facerent, ex more.
a b c d e f g h i K l
antequam fermentaretur: & ligans in pallijs, posuit super humeros suos. Feceruntque

c d e f g h i K l m n
vt ab Aegyptijs vasa postularent. *de hoc facto iam supra cap. praecedenti, & in fine capitis tertij.*
a b c d e f g h i K l m n
filij Israel sicut praeceperat Moyses: & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea & aurea,

g
s. Israel.
a b c d e f g h i K
vestemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs, vt

c d e
Tertullianus 4. contra Marc. pro mercede eis debita ob operas.
a b c d e
commodarent eis: & spoliarent Aegyptios.

S C H O L I A.

36 *Omnes seniores filiorum Israel.*] Qui seniores fuerint, supra annotauimus, quibus scilicet, demandata erat cura populi, etiam si alijs aetate iuniores essent: hos vocauit Moyses, quibus mandatum de sancto Paschate notum faceret, vt per hos reliquis innotesceret.

37 *Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phase.*] Iuxta Hebraeum non est, emite, vt aliqui referunt, sed extrahite, scilicet, de ouili, & tollite. Chaldaeus paraphrastes: capite & tollite vobis, de filijs gregis agnos, seu haedos. Vulgatus vertit: animal, quod commune est, ad agnum & haedum: sic Rupertus. Porro, immolate phase, id- *Rupertus in Exod.*
est, iugulate agnum, aut haedum, non statim, sed die quartadecima: sic intelligendum est: Phase autem animal illud vocat; Etenim cum in celebratione paschatis multa cocurrant, paschatis nomine, nunc tempus, nunc agnus, aliquando azima, & sic de alijs, phase nomine sacra Scriptura designat, vt suis locis videre est.

38 *Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine.*] Quod acommodatum sit ad huiusmodi aspersionem vel linitionem, & facile inueniatur, hyssopi fasciculum elegit: poniturque singulare hyssopi, pro plurali; plures enim hyssopi fasciculos esse oportebat. Est autem hyssopus vt inquit Ru- *Ruper in Exo.*
pertus, herba humilis, nascitur que in petrosis locis, & deponit tumorem pulmonis. Porro, pro limine,

in He-

Digitized by Google

בכף

Augu. q. 44. in Exod.

D. Hieronym.

in Hebræo est *Basaph*, quod peluim significat: sed quod iugulatio fieret iuxta ostium, vel, vt probabilius, inquit Augustinus, peluis, in qua receptus fuerat sanguis ad aspersionem, iuxta ostium esse oportebat, ideo vertit, in limine: Vnde nec ex vocis Hebraicæ obscuritate, nec ex scribentis errore, sic positum est, vt aliqui putant: sic enim legunt Septuaginta, & D. Hieronymus sæpe. Iam peluim ferunt Hebræi argenteam, & sanguinē qui superesset, igni comburi, sicut & alias agni reliquias, non vero in intestinis repositum, & coctum comedi, vt ex decimo nono Leuitici constat.

39 *Et aspergite ex eo.*] Iuxta Hebræum: & facietis contingere. Chaldæus: & aspergetis superluminare, & duos postes de sanguine, qui est in vase. Septuaginta: Et tingetis, sed hæc idem important.

40 *Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ, vsque mane.*] Hoc quidem dicunt, in prima celebratione non fuisse seruatum, cum se ad exitum præpararent, sed verosimilius alij asserunt oppositum: immo deinceps non fuisse in vsu; cum Angeli transitus postmodum non fuerit, sed tantum illa nocte.

Ruper. in Ex°.

41 *Transibit enim Dominus.*] Metaphorice, vt ex Ruperto annotauimus, Dominus transire dicitur, ratione noui effectus. Quod autem subditur: transcendet ostiū domus: etiam per metaphoram dictum est, pro eo quod est, misericordia vti cum Hebræis, illis parcendo: Vnde Chaldæus legit: Et miserebitur Dominus super ostium, idest, homines qui sunt intra domum.

42 *Et non sinet percussorem ingredi.*] Non sinet, scilicet Dominus, percussorem: scilicet, Angelum; nam ipsamet locutionis forma, factum Angelorum ministerio indicat. Sunt qui, cum in bonorum exercitium hæc cedunt, per malos Angelos fieri contendunt; sic Deo permittente: vt de Iob constat: cum autem est effectus diuinę iustitię, id bonos Angelos exequi, vt de Sodomis legimus. Sed certe hoc non est adeo exploratum; nam & Paulum Angelus Sathanæ exagitabat. Et 2. Reg. 24. bonus Angelus populum innoxium percutiebat: quare merito S. Hieronymus, & Rabanus, incertum dicunt, fuerit ne bonus, an malus Angelus Aegyptiorum exterminator.

Hieronym. in 24. cap. Isa. Raban. in Exod.

43 *Custodi verbum istud legitimum, tibi, & filijs tuis, vsque in æternum.*] Sensus est: Quæ circa Paschæ celebrationem vobis refero, obseruabitis, vt sit ritus perpetuus vobis, & posteris vestris, dum sæculum hoc, scilicet legis veteris, durabit.

44 *Cumque introieritis terram.*] Ex his verbis inferunt aliqui, Iudæos vsque ad ingressum terræ promissionis, hæc non obseruasse ex præcepto: Sed esto ita sit, non tamen ex hoc textu certo deprehenditur; non enim quia de eorum obseruatione, cum in terram Chanaam introirent, sermonem facit, ideo illorum obseruantiam ante ingressum excludit.

45 *Seruabitis cæremonias istas.*] Iuxta Hebræū est: cultum istum. Sic Chaldæus, & Septuaginta legunt: Sed hoc loco, sicut & in multis alijs, vtriusque vocis eadem est significatio, seu idem important.

46 *Quæ est ista religio?*] idest, ritus iste vnde ortum habet? quid ve significat?

47 *Quæ est ista religio?*] Iuxta Hebræū: Quid sibi vult hic cultus vester: sic & Chaldæus: Quis est cultus hic vobis? ita & Septuaginta. quasi dicat: cur hunc ritum seruatis?

48 *Victima, transitus Domini est.*] Quasi dicat: victima ista, phase, idest, transitus dicitur; Transitumque Domini significat, quando in Aegypto domos nostras pertransijt, cum Ægyptios percuteret: Vel, sacrificium est pro misericordia, qua vsus est Dominus: Vnde Chaldæus legit: Sacrificium est pro misericordia, quam scilicet nobiscum operatus est Dominus in Aegypto. Et Septuaginta, vbi nos legimus: pertransiuit super domos filiorum Israel, vertunt: Quia protexit Dominus, domos filiorum Israel. Chaldæus: Quia misericordia vsus est.

49 *Incuruatusque populus adorauit.*] Adorauit populus Dominum, scilicet, ei gratias referens solita corporis externa humiliatione.

50 *Et egressi filij Israel, fecerunt.*] Idest, tulerunt agnum vel hædum, vnusquisque suo tempore immolaturus & celebraturus Pascha.

51 *Percussit primogenitum in terra Aegypti.*] Percussit: idest, occidit; quod Aegyptij, primogenitum Dei, populum scilicet Hebræorum, seruitute adeo dura, tanto tempore vexauerint: sic Theodoretus. Porro, primogenitum vocat eum, qui primo aperit vuluam, etiamsi non nascatur secundus: sic Hieronymus aduersus Heluidium: Omne, inquit, vnigenitum, primogenitum est, non vero econuerso.

Theod. q. 44. in Exod.

Hieronym. contra Heluidiū.

52 *Qui in solio eius sedebat.*] Iam supra vidimus aliquos sic dictum existimantes; quod ipso viuente, filium regni consortem asciuerit: Sed certe, sedebat, præteritum, pro, sessuro, in futuro ponitur: sicque legit Chaldæus paraphrastes; primogenitus quippe, vbi regnum per successionem & hęreditario iure contingit, ius sedendi post patrem obtinet.

53 *Vsque ad primogenitum captiuæ.*] Quidam sic dictum putant; quod carcere clausi tererent triticum: sed quidquid sit de hoc, commune prouerbium est, idest, à maximo, vsque ad regni infimum.

54 *Surrexitque Pharao nocte.*] Quod, præ timore, diem exspectare non sit ausus.

55 *Non erat domus, in qua non iaceret mortuus.*] Sic Deo disponente, etiam in terra Gessen, vt Augustinus aduertit, in qua non esset primogenitus, quos peste, Dominus; illa nocte percussit, inquit Iosephus, & ad Regem agminatim confugerunt vociferantes, non amplius detinendos Hebræos: vnde sequitur: Vocatisque Pharao. Vel mortuus, qui dilectus, quasi primogenitus: idcirco tam communis fuit luctus; quia vbi primogenitus, tam in ho-

Aug. q. 44. in Exod.

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

minibus, quam in iumentis, ille mortuus est: vbi vero primogenitus non erat, mortuus est, qui, quasi primogenitus, dilectus erat.

56 *Vocatisque Pharao, Moyse & Aaron.*] Per internuncios hoc factum dicitur; quod Moyses, non amplius eius faciem se visurum prædixerit.

[Rupert. in Exod.] 57 *Abeuntes benedicite mihi.*] Rupertus, Ex superbia gratias sibi referri voluisse Pharaonem intelligit: sed certe perinde est, benedicite mihi, ac, orate pro me, ne scilicet cum primogenitis moriar: sicque legit Chaldæus paraphrastes: Orate etiam pro mê, subaudi, ne scilicet moriar.

58 *Vrgebant Aegyptij populum, de terra exire velociter.*] Iuxta Hebræum, & Chaldæum est: præualescebantque Aegyptij super populum, ad festinandum, dimittere illos è terra. Hebraismus est, idest, totis viribus Aegyptij populum vrgebant, timore scilicet mortis, ex primogenitorum casu, vt mature discederent ab Aegypto: quare eleganter vertit Vulgatus.

59 *Tulit igitur populus conspersam farinam, antequam fermentaretur.*] Non loquitur hic de azimo, quo vsi fuerant iuxta ritum in cęna, sed de illa farina, quam parabant ad iter. In Hebræo est *Baseк*, [בצק] quod subtritum siue attritum significat; eo quod manibus aut pedibus terendo fiat: Vnde Chaldęus legit: Massam suam, sicut erat in panarijs: farina enim, aqua mista, massa dicenda est.

60 *Et ligans in pallijs, posuit super humeros suos.*] Licet enim iumentis vsi essent ad supellectilem deportandam, forsan modicam massam ligarunt in pallijs; ad panes subcinericios in itinere conficiêdos: quod, vt aduertit Hugo de S. Victore, in vsu esset, ita seruari, & in ea quantitate, vt quotidie panes coquerentur, quantum expedire nossent. [Hugo de S. Victor. in Exo.] Porro *Searoth*, à verbo *Saar*, descendit, quod reliquum esse significat: quare proprie ciborum reliquias importat: potest tamen etiam accipi pro ipsis cibis. [סאר שארת] Alij vero significare volunt panaria, id est, vasa, in quibus seruabatur massa conspersa. Alij pro ipsa massa conspersa accipiunt, sicque varie legunt. Iuxta Hebræum est: pastas suas ligantes in vestimentis suis, super humerum suum. Septuaginta: Antequam fermentarentur massæ eorum ligatæ in vestibus eorum, super humeros. Chaldæus: sicut erat in panarijs; refert enim massam, de qua prius, ligatam in pallijs suis: omnium itaque vnus est sensus.

61 *Petierunt ab Aegyptijs vasa argentea & aurea.*] De his iam supra capite præcedenti, & in fine capitis tertij; tantum addam quod Iosephus refert, de Hebræorum exitu loquens: pœnitentibus, inquit, Aegyptijs ob præteritam tractationem. [Ioseph. l. 2. antiq. c. 13.] Porro, iuxta Rupertum sic intelligendum est: petierunt ab Aegyptijs: quasi dicat: quæ petierant, asportauerunt. [Roper. in Exo.]

62 *Vestemque plurimam.*] Iuxta Hebræum est: Et vestes. Sic Chaldæus: At Septuaginta: Et vestem: singulare, pro plurali: quod Vulgatus amplius expressit, addens: plurimam.

f. *prouincia est, quam Paulusimiam dicunt.* h. *sic dictum; quod tabernacula ibi tetenderint sic. D. Hieronym epist. 127.* i k l m. *Duo sic disponente, vt firma fieret patribus promissio facta, tam copiosa orta est soboles.*

Profectique sunt filij Israel de Ramasse in Socoth, sexcenta fere millia peditum virorum

b. *subintellige, omnes, qui non erant ad bellum.* e f. *ex gentibus, qui conuersi fuerant ad iudaismum.* g. *per hyperbole.*

absque paruulis. Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta

& animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntque farinam, quam dudum ex Aegypto

a. *s. massam:*

conspersam tulerant: & fecerunt subcinericios panes azimos: neque enim poterant fermen-

a. *i. vrgentibus.* i k l. *Iuxta Hebr. nec sibi cibos parauerant.*

tari, cogentibus exire Aegyptijs, & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quid-

c. *i. tempus, quo habitauerunt.* f. *i. locale.* k. *vt distinguitur à terra Chanaan.*

quam occurrerat præparare. Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in Aegypto, fuit

f g. *i. spatio vnius diei.* l. *i. numerus filiorum Israel.*

quadrigentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus

Digitized by Google

e f g h i
i. obseruata à Domino, ad custodiendos & liberandos filios Israel, vt subditur: quando, &c.
a b c d e f g h i K l m n
Domini de terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis Domino, quando eduxit eos de

d K
i. celebrare, & colere. *i. posteris.*
a b c d e f g h i k l m
terra Aegypti: hunc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis. Dixitque

f g h i l
i. hoc more & ritu, phase celebrabitis. Iuxta Hebr. lex, seu statutum. Chald. ritus. Septuag. lex. *qui non est admissus ad Iudaeorum ritum.*
a b c d e f g h i K l m n o
Dominus ad Moysen & Aaron: Haec est religio phase: omnis alienigena non comedet ex

K
i. gentilis non circumcisus.
a b c d e f g h i K l
eo. Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet. Aduena & mercena-

a f g h i p
qui mercede conductus gentilis, seruit Iudaeis. *Quod vastante angelo, non vagarentur per vicos.* *s. vt sic oporteat vagari per vicos.*
a b c d e f g h i K l m n p p q
rius non edent ex eo. In vna domo comedetur, nec offeretis de carnibus eius foras, nec

q a b c d e f g h
in memoriam celeritatis exitus, quibus non licuit in his immorari. *Distributiue, per domos singuli, non quod populus ad phase in vnum conueniret.* *i. celebrabit.*
a b c d e f g h i k l m n
os illius confringetis. Omnis coetus filiorum Israel faciet illud. Quod si quis peregrino-

e g
i. cultum religionis. *i. celebrare.*
a b c d e f g h i K
rum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur pri-

b c d k l m
de his, qui in domo eius habitabant; nam si qui in aliena degunt, non impediunt. *i. qui Iudaeus circumcisus, siue gentilis, qui & circumcisus.*
a b c d e f g h i k l m n
mum omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit: eritque sicut indigena terrae: si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenae & colono,

K
in celebratione phase.
a b c d e f g h i k l
qui peregrinatur apud vos? Feceruntque omnes filij Israel, sicut praeceperat Dominus

e f
s. quintadecima mensis Nisan, quasi dicat: spatio vnius diei.
a b c d e f g h i K l m n o
Moysi & Aaron. Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de terra Aegypti per turmas suas.

SCHOLIA.

63 ***Profectique sunt filij Israel de Ramasse in Socoth.***] Cum armati ascenderent filij Israel, vt sequenti capite dicitur, Aegyptij, mortuis suis sepeliendis occupati, non sunt illos insequuti, quousque Pharao exercitum congregaret. Porro Ramasses, quidam Heliopolim, aliqui Thebas, alij Ansionem arbitrati sunt: sed D. Hieronymus prouinciam quamdam esse affirmat, in qua Iacob cum filijs habitauerat, quam alio nomine Paulusinam dicunt, in confinibus Aegypti circa Heliopolim sitam, in qua vitulum colebant, cuius simulacrum Heliopolitae iuxta sepulcrum Ioseph constituerant, teste Augustino: Nec enim vrbem vnam tantae multitudini sat fuisse credibile est: affirmat etiam Hiero-

Hieronym. de locis Hebr.

Augu. q. ... Ex...

nymus eo loco, & vrbem quam Israelitæ Pharaoni construxerant, similiter & Ramassen dictam. Ab hac itaque prouincia discedentes filij Israel, venerunt prima die in *Socoth*, idest, tabernacula; quod ibi filij Israel tentoria tetenderint, fuitque prima mansio ab Aegypto egredientibus, prius quam ad Mare Rubrum peruenirent. Iam, Iosephus filios Israel refert, cum de Aegypto essent egressi, iter fecisse per Latopolim tunc desertam, quo loco postea condita est Babylon, Cambyse Aegyptum vastante.

סכת

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

64 *Sexcenta millia peditum, absque paruulis.*] Ex Augustini sententia, sic Deo disponente, vt paruo tempore, tam copiosa orta est soboles. Porro, licet Septuaginta *Taph*, supellectilem fuerint interpretati, hoc nomine familiam intelligentes, sicut & Chaldæus paraphrastes legit, præter familiam (quid enim commercij habet supellex, cum egredientium numero) optime tamen Vulgatus legit: absque paruulis: sub quorum nomine, & omnes, qui ad bellum non expedirent, intellexisse visus est Augustinus.

Aug. q. 43. in Exod.

טף

Aug. q. 43. in Exod.

65 *Sed & vulgus promiscuum innumerabile.*] In Hebræo est: *Hereb rab*. Est autem *Hereb*, hominum, siue diuersarum rerum mistio. Septuaginta legunt sicut Vulgatus: quid autem per mistionem intelligat, exprimit Chaldæus paraphrastes, cum ait: Extraneique multi ascenderunt cum eis. Extraneos vero vocat eos, tam peregrinos quam Aegyptios, qui, relicta gentilitate, Iudæis adhærentes, ad eorum ritum conuersi sunt. Iam, innumerabile, per hyperbole dictum est, sicut & Maris arenæ innumerabiles dicuntur.

ערב רב

ערב

66 *Animantia diuersi generis.*] Iuxta Hebræum est: Grex magnus valde. Chaldæus: Et pecora multa nimis. Septuaginta: Et iumenta multa valde. Vulgatus subintelligit, nimis, expressit autem, non vnius fuisse speciei, sed diuersi generis.

67 *Coxeruntq. farinam.*] In Hebræo est *Bazech*, Chaldæus: massam, sed hæc non dissident; massam enim Vulgatus, farinæ nomine, intelligit.

68 *Cogentibus exire.*] Non quod violentiam aliquam illis inferrent, sed precibus adeo vrgebant, vt cogere illos viderentur: iuxta illud Gen. 15. compulit eos oppido.

69 *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum.*] Iuxta Hebræum, sensus est, habitatio filiorum Israel in Aegypto, terminata est ad annos quadragintos & triginta; quod enim Gen. 15. dicitur: seruient quadrigentis annis, per synecdochem intelligit; nō enim præfixum indiuisibile tempus determinat, vel per illos triginta annos non fuerunt afflicti, & in seruitutem redacti, vtpote viuente Ioseph, licet iam in Aegypto morarentur. Porro, prædictum annorum numerum, & eum qui est Gen. 15. & quem Paulus ad Galat. 3. scribit, & Actor. 13. habetur, non solum Hebræi, vt est in Seder Olam, & apud R. Leui Ben Gerson, & R. Salomoh, & R. Abraham, sed etiam Ecclesiæ patres, vel ab egressu de Vr Chaldæorum, vel à promissione Abrahæ facta, de semine, scilicet Christo Domino, vel ab Isaac natiuitate, computant: iuxta maiorem, vel minorem numerum, vt videre est apud Augustinum, Eusebium, Hieronymum, Epiphanium, Cyrillum, Suidam, Rupertum, Albinum, S. Thomam, Ecumenium, & alios recentiores. At quam difficile sit hac in parte, varia Scripturæ loca conciliare, & interpretari, non solum S. Hieronymus aperte fatetur, sed omnes interpretes obstrepentes video: Iosephum sibi pugnantem, quandoq. quadringentis annis in Aegypto, operibus inseruisse ait: quandoque ducentis decem, vt est in Seder Olam, & apud R. Abraham, idē habetur: vnde in codicibus Græcis, ex Septuaginta, additur: Et in terra Chanaam, quod in Hebræo nec in lectione Chaldaica reperitur, sed hoc viri aliqui addidere; quo ad annorum numerum, qui in litera est, inoffenso pede venire possent. Cæterum licet patrum sententiæ, sicut in omnibus alijs, sic & hoc loco libenter subscribam, non tamen improbabile, immo Scripturæ verbis valde consonum iudico, quadringentis triginta annis in Ægypto, vt à terra Chanaam distinguitur, filios Israel, idest, posteros Iacob habitasse: sic aperte prædictis verbis huius capitis dicitur: filios autem Israel, idest, Iacob, non Abraham, aut Isaac, intelligas, qui Israel patres fuerant, non filij, nec ipsum met Iacob Scriptura nominare sic solet, sed tantum eius filios & posteros, quos in Aegypto quadringētis triginta annis mansisse dicit. Rursum Acto. 7. dicitur, cum de Abrahamo sermo fieret: loquutus est autem ei Deus: quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subicient, & male tractabunt eos quadringentis annis, & gētem cui seruituri sunt, iudicabo ego, dicit Dominus, & posthec, exibunt, & seruient mihi in loco isto. Modo filij Iacob, tantummodo in Aegypto seruituti addicti, & ab incolis afflicti sunt, non vero in terra Chanaam, in qua honorifice & humane eius habitatores ad illos se gesserunt. Idem habetur Act. 13. Iam Gen. 15. habetur. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis, & post hæc egredientur cum magna substantia: generatione autem quarta, reuertentur huc. Ecce, in Aegypto, tantum, seruituti addicti sunt, & ibidem afflicti, in terra autem Chanaam, honorifice habiti, & seruitutis terram & afflictionis opponit terræ Chanaam. Quod autem subditur: quarta generatione, idest, quarto sæculo, reuertentur, quasi dicat: post quadringentos annos, centenarium annorum, pro vno sæculo computando. Quod si generationis nomine, sobolem intelligas, id esse potuit; constat siquidem, quosdam viuaciores alijs fuisse, & Rabini ipsi, Amram, in numero septem viuacissimorum annumerant. Vnde quod Exo. 6. dicitur: fueruntq. anni Amram, centum triginta septem, subaudiri potest, quando filios suos genuit, vel post mortem Caath. Adde, Scripturam aliquando intermedios obscuriores, aut ocultis causis silere, & cùm nepotes loco filiorum sint, filios illos dicere, & ab illis genitos: vt Matthæi primo, Iosias genuit Iechoniam, quem constat eius fuisse nepotem. Et Esdræ 5. Zacharias filius dicitur Iddo; quia eius pariter nepos erat, & his similia in Christi genealogia apud Euangelistas multa reperies. Denique quod ad Galat. 3. Paulus scribit: Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos, facta

Seder Olam Raba.
R. Salomoh.
R. Abraham.

August. q. in Exod. & 16, Ciu. Dei. c. 42
Euseb. in hist.
Hieronym. in 3 cap. epist. ad Galat.
Epiph. in Ancyrato prope finem.
Cyrill. in Gen.
Suidas ver. Moyses
Ruper. in Exo.
Albin. q. in Gen.
S. Tho. in 3. cap. epist. ad Galat.
Ecumen. in 3. cap. epist. ad Galat.
R. Abraham.

Digitized by Google

facta est lex, non irritum facit, ad vacuandam promissionem. Cum indefinite Paulus loquatur, sic ordinari debet oratio: hoc autem dico, lex quæ post quadringentos triginta annos facta est, non irritum facit testamentum à Deo confirmatum, idest, lex Moysi, quæ scribitur facta post seruitutem, quam annis quadringentis triginta, Exod 12. filij Israel perpessi in Aegypto fuerant, non reddit promissionis inanes, sed potius confirmat: ita vt dictio, post, non referatur ad promissiones, sed ad legem factam eo tempore, legem in quam Moysi; idcirco enim seruitutis mentio fit, vel temporis, quo in Aegypto fuerunt; vt intelligeremus, non loqui de lege circumcisionis Gen. 17. neque de alijs obseruatis ab Abraham, Gen. 18. sed de lege, quam Moyses in monte acceperat.

70 *Eadem die egressus est omnis exercitus Domini.*] Quidam, eamdem diem, ad ingressum referunt, quasi vno eodemque die fuerit ingressus, & egressus. Sed certe de egressu tantum consonum est interpretari, quasi dicat: vna die omnes egressi sunt: quintadecima, scilicet, mensis Nissan: vnde iuxta Hebræum est: in robore diei, idest, dum dies robur habet. Exercitus vero nomine, numerum filiorum Israel intelligit, quos austeritas propensiores redideràt ad exitedum, & parati iam dudum fuerant, ex verbo Dei per Moysen, vt vno die exire cuncti possent.

71 *Nox ista obseruabilis Domino.*] Hebraismus est, idest, nox custodiarum, vigiliarum, seu obseruantiarum; quod scilicet Dominus quasi noctis vigilias obseruans, diligenter custodierit Israel, ab Angelo deuastante, vt ad optatam eos perduceret libertatem. Vnde Chaldæus: nox obseruabilis coram Domino, vt educeret eos de terra Aegypti. Septuaginta: Nox obseruationis est Domino, vt educeret eos è terra Aegypti.

72 *Hanc obseruare debent.*] Idest, colere in honorem Domini, qui illos custodiuit & liberauit. Vnde Chaldæus legit: Obseruanda filijs Israel in generationibus suis, idest, etiam in posteris suis. Septuaginta: illa nox, hæc obseruatio Domino, vt omnibus filijs Israel sit in generationes eorum.

73 *Hæc est religio phase.*] Idest, hoc more celebrabitis phase, hic legalis cœnę erit ritus. Chaldæus: hic est ritus phase. Septuaginta: lex paschę.

R. Salomoh. 74 *Omnis alienigena non comedet ex eo.*] R. Salomoh per alienigenam, gentilem intelligit, & Iudæum baptizatum. Sed certe antequam legalia cessassent, licet iam Apostoli baptizati fuissent, rite ex eo edere potuerunt, eo enim medio tempore, & baptizati erant, & legis ritus obseruare debebant: cessante vero lege per Christi mortem, vsq. ad sufficientem Euangelij promulgationem, legalia, licet mortifera non essent, mortua tamen fuerant, nec ad eorum obseruantiam baptizati tenebantur. Alienigenam ergo vocat Iudæum, qui ad gentilitatem apostatauit: vnde Chaldæus legit: Omnis filius Israel, qui fuerit apostata, non comedet ex eo.

75 *Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet.*] Iuxta Hebræum est: Et omnem seruum viri, emptum argento, circumcides, & tunc comedet ex eo. At Septuaginta: Omnem seruuum alicuius, vel emptitium. Videntur duo seruorum genera includi, eorum scilicet etiam, qui non fuerant pretio empti, quod subintelligendum credo. Chaldæus: omnis autem seruus alicuius emptus argento, idest, pecunia aut pretio. Sed hæc eadem sunt, cum Vulgato.

76 *Aduena & mercenarius non edent ex eo.*] Aduenam vocat eum, qui de populo non erat, non circumcisum. Mercenarius vero dicitur, qui mercede conductus Iudæis seruiebat, etiam non circumcisus.

77 *In vna domo comedetis.*] Quod cum Angelus eis parceret, in quorũ foribus sanguis aspersus fuerat, domi manere oportuit, nec obsonia adinuicem mittere, vt subditur: nec offeretis, &c.

78 *Nec os illius confringetis.*] Iuxta Hebræũ: Os ex illo. Sic Chaldæus. At Septuaginta: ab eo. Porro hoc præcepit Dominus; quod ita celeriter vrgentibus Aegyptijs egressuri essent: & sicut ad hoc designandum festinanter agnum comedebant, ita nec in confringendis ossibus, immorari illos volebat.

79 *Omnis cætus filiorum Israel, faciet illud.*] Distributiue intelligendum sæpe admonui, nec in vnũ, populum vniuersum congregandum, sed priuatim in singulis domibus celebrandum. Porro faciet illud, idest, sacrificabit, siue obseruabit phase.

80 *Circumcidetur primum omne masculinum eius.*] Sermo est de filijs, qui apud patrem erant; illorum enim incircumcisio, qui in aliena domo cõmuniter degebant, non erat patri impedimentum phase celebrandi.

81 *Sicut indigena terræ.*] Qui in vrbe natus, indigena dicitur, hic autem sumitur pro omni illo, qui Iudæorum ritum fuerat professus, siue natura Iudæus esset, siue ex gentibus.

82 *Siquis autem circumcisus non fuerit.*] Iuxta Hebræum: Et omnis incircumcisus. Chaldæus: Et omnis profanus.

83 *Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos.*] Iuxta Hebræum est: Incolæ qui inter vos habitant. Septuaginta: Et aduenienti aduenæ in vobis. Chaldæus: Et proselyto, qui morabitur vobiscum. Lex itaq. est, vt scilicet, sicut indigena phase celebrare nequit, quin omne eius masculum circumcisum sit, sic nec colonus, etiam si ad Iudæorum populum per circumcisionem fuerit admissus.

84 *Et eadem die eduxit.*] Chaldæus: In ipsa die Septuaginta: in die illa. At iuxta Hebræum est: Et fuit in corpore diei huius. Ex qua lectione constat, vt supra aduertimus, non referre diem seruitutis, vt aliqui contendunt, sed quod infra spatium vnius diei exierint.

nymus eo loco, & vrbem quam Israelitæ Pharaoni construxerant, similiter & Ramassen dictam. Ab hac itaque prouincia discedentes filij Israel, venerunt prima die in *Socoth*, idest, tabernacula; quod ibi filij Israel tentoria tetenderint, fuitque prima mansio ab Aegypto egredientibus, prius quam ad Mare Rubrum peruenirent. Iam, Iosephus filios Israel refert, cum de Aegypto essent egressi, iter fecisse per Latopolim tunc desertam, quo loco postea condita est Babylon, Cambyse Aegyptum vastante.

סכת

Ioseph. 2. antiq. c. 13.

64 *Sexcenta millia peditum, absque paruulis.*] Ex Augustini sententia, sic Deo disponente, vt patribus facta promissio firma fieret, tam breui tempore, tam copiosa orta est soboles. Porro, licet Septuaginta *Taph*, supellectilem fuerint interpretati, hoc nomine familiam intelligentes, sicut & Chaldæus paraphrastes legit, præter familiam (quid enim commercij habet supellex, cum egredientium numero) optime tamen Vulgatus legit: absque paruulis: sub quorum nomine, & omnes, qui ad bellum non expedirent, intellexisse visus est Augustinus.

Aug. q. 43. in Exod.

טף

Aug. q. 43. in Exod.

65 *Sed & vulgus promiscuum innumerabile.*] In Hebræo est: *Hereb rab*. Est autem *Hereb*, hominum, siue diuersarum rerum mistio. Septuaginta legunt sicut Vulgatus: quid autem per mistionem intelligat, exprimit Chaldæus paraphrastes, cum ait: Extraneique multi ascenderunt cum eis. Extraneos vero vocat eos, tam peregrinos quam Aegyptios, qui, relicta gentilitate, Iudæis adhærentes, ad eorum ritum conuersi sunt. Iam, innumerabile, per hyperbole dictum est, sicut & Maris arenæ innumerabiles dicuntur.

ערב רב
ערב

66 *Animantia diuersi generis.*] Iuxta Hebræũ est: Grex magnus valde. Chaldæus: Et pecora multa nimis. Septuaginta: Et iumenta multa valde. Vulgatus subintelligit, nimis, expressit autem, non vnius fuisse speciei, sed diuersi generis.

67 *Coxeruntq. farinam.*] In Hebræo est *Bazecb*, Chaldæus: massam, sed hæc non dissident; massam enim Vulgatus, farinæ nomine, intelligit.

68 *Cogentibus exire.*] Non quod violentiam aliquam illis inferrent, sed precibus adeo vrgebant, vt cogere illos viderentur: iuxta illud Gen. 15. compulit eos oppido.

69 *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadrigentorum triginta annorum.*] Iuxta Hebræum, sensus est, habitatio filiorum Israel in Aegypto, terminata est ad annos quadragintos & triginta; quod enim Gen. 15. dicitur: seruient quadrigentis annis, per synecdochem intelligit; nõ enim præfixum indiuisibile tempus determinat, vel per illos triginta annos non fuerunt afflicti, & in seruitutem redacti, vtpote viuente Ioseph, licet iam in Aegypto morarentur. Porro, prædictum annorum numerum, & eum qui est Gen. 15. & quem Paulus ad Galat. 3. scribit, & Actor. 13. habetur, non solum Hebræi, vt est in Seder Olam, & apud R. Leui Ben Gerson, & R. Salomoh, & R. Abraham, sed etiam Ecclesiæ patres, vel ab egressu de Vr Chaldæorum, vel à promissione Abrahæ facta, de semine, scilicet Christo Domino, vel ab Isaac natiuitate, computant: iuxta maiorem, vel minorem numerum, vt videre est apud Augustinum, Eusebium, Hieronymum, Epiphanium, Cyrillum, Suidam, Rupertum, Albinum, S. Thomam, Ecumenium, & alios recentiores. At quam difficile sit hac in parte, varia Scripturæ loca conciliare, & interpretari, non solum S. Hieronymus aperte fatetur, sed omnes interpretes obstrepentes video: Iosephum sibi pugnantem, quandoq. quadringentis annis in Aegypto, operibus inseruisse ait: quandoque ducentis decem, vt est in Seder Olam, & apud R. Abraham, idẽ habetur: vnde in codicibus Græcis, ex Septuaginta, additur: Et in terra Chanaam, quod in Hebræo nec in lectione Chaldaica reperitur, sed hoc viri aliqui addidere; quo ad annorum numerum, qui in litera est, inoffenso pede venire possent. Cæterum licet patrum sententiæ, sicut in omnibus alijs, sic & hoc loco libenter subscribam, non tamen improbabile, immo Scripturæ verbis valde consonum iudico, quadringentis triginta annis in Ægypto, vt à terra Chanaam distinguitur, filios Israel, idest, posteros Iacob habitasse: sic aperte prædictis verbis huius capitis dicitur: filios autem Israel, idest, Iacob, non Abraham, aut Isaac, intelligas, qui Israel patres fuerant, non filij, nec ipsum met Iacob Scriptura nominare sic solet, sed tantum eius filios & posteros, quos in Aegypto quadringẽtis triginta annis mansisse dicit. Rursum Acto. 7. dicitur, cum de Abrahamo sermo fieret: loquutus est autem ei Deus: quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subicient, & male tractabunt eos quadringentis annis, & gẽtem cui seruituri sunt, iudicabo ego, dicit Dominus, & posthęc, exibunt, & seruient mihi in loco isto. Modo filij Iacob, tantummodo in Aegypto seruituti addicti, & ab incolis afflicti sunt, non vero in terra Chanaam, in qua honorifice & humane eius habitatores ad illos se gesserunt. Idem habetur Act. 13. Iam Gen. 15. habetur. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis, & post hæc egredientur cum magna substantia: generatione autem quarta, reuertentur huc. Ecce, in Aegypto, tantum, seruituti addicti sunt, & ibidem afflicti, in terra autem Chanaam, honorifice habiti, & seruituris terram & afflictionis opponit terræ Chanaam. Quod autem subditur: quarta generatione, idest, quarto sæculo, reuertentur, quasi dicat: post quadringentos annos, centenarium annorum, pro vno sæculo computando. Quod si generationis nomine, sobolem intelligas, id esse potuit; constat siquidem, quosdam viuaciores alijs fuisse, & Rabini ipsi, Amram, in numero septem viuacissimorum annumerant. Vnde quod Exo 6. dicitur: fueruntq. anni Amram, centum triginta septem, subaudiri potest, quando filios suos genuit, vel post mortem Caath. Adde, Scripturam aliquando intermedios obscuriores, aut ocultis causis silere, & cùm nepotes loco filiorum sint, filios illos dicere, & ab illis genitos: vt Matthæi primo, Iosias genuit Iechoniam, quem constat eius fuisse nepotem. Et Esdræ 5. Zacharias filius dicitur Iddo; quia eius pariter nepos erat, & his similia in Christi genealogia apud Euangelistas multa reperies. Denique quod ad Galat. 3. Paulus scribit: Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos,

Seder Olam Raba.
R. Salomoh.
R. Abraham.

August. q. in Exod. & 16. Ciu. Dei. c. 42.
Euseb. in hist.
Hieronym. in 3. cap. epist. ad Galat.
Epiph. in Ancyrato prope finem.
Cyrill. in Gen.
Suidas ver. Moyses.
Ruper. in Exo.
Albin. q. in Gen.
S. Tho. in 3. cap. epist. ad Galat.
Ecumeni. in 3. cap. epist. ad Galat.
R. Abraham.

facta

facta est lex, non irritum facit, ad vacuandam promissionem. Cum indefinite Paulus loquatur, sic ordinari debet oratio: hoc autem dico, lex quæ post quadringentos triginta annos facta est, non irritum facit testamentum à Deo confirmatum, id est, lex Moysi, quæ scribitur facta post seruitutem, quam annis quadringentis triginta, Exod 12. filij Israel perpessi in Aegypto fuerant, non reddit promissionis inanes, sed potius confirmat: ita vt dictio, post, non referatur ad promissiones, sed ad legem factam eo tempore, legem in quam Moysi; idcirco enim seruitutis mentio fit, vel temporis, quo in Aegypto fuerunt; vt intelligeremus, non loqui de lege circumcisionis Gen. 17. neque de alijs obseruatis ab Abraham, Gen. 18. sed de lege, quam Moyses in monte acceperat.

70 *Eadem die egressus est omnis exercitus Domini.*] Quidam, eamdem diem, ad ingressum referunt, quasi vno eodemque die fuerit ingressus, & egressus. Sed certe de egressu tantum consonum est interpretari, quasi dicat: vna die omnes egressi sunt: quintadecima, scilicet, mensis Nissan: vnde iuxta Hebræum est: in robore diei, idest, dum dies robur habet. Exercitus vero nomine, numerum filiorum Israel intelligit, quos austeritas propensiores redideraт ad enitẽdum, & parati iam dudum fuerant, ex verbo Dei per Moysen, vt vno die exire cuncti possent.

71 *Nox ista obseruabilis Domino.*] Hebraismus est, idest, nox custodiarum, vigiliarum, seu obseruantiarum; quod scilicet Dominus quasi noctis vigilias obseruans, diligenter custodierit Israel, ab Angelo deuastante, vt ad optatam eos perduceret libertatem. Vnde Chaldæus: nox obseruabilis coram Domino, vt educeret eos de terra Aegypti. Septuaginta: Nox obseruationis est Domino, vt educeret eos è terra Aegypti.

72 *Hanc obseruare debent.*] Idest, colere in honorem Domini, qui illos custodiuit & liberauit. Vnde Chaldæus legit: Obseruanda filijs Israel in generationibus suis, idest, etiam in posteris suis. Septuaginta: illa nox, hæc obseruatio Domino, vt omnibus filijs Israel sit in generationes eorum.

73 *Hæc est religio phase.*] Idest, hoc more celebrabitis phase, hic legalis cœnę erit ritus. Chaldæus: hic est ritus phase. Septuaginta: lex paschę.

R. Salomoh. 74 *Omnis alienigena non comedet ex eo.*] R. Salomoh per alienigenam, gentilem intelligit, & Iudæum baptizatum. Sed certe antequam legalia cessassent, licet iam Apostoli baptizati fuissent, rite ex eo edere potuerunt, eo enim medio tempore, & baptizati erant, & legis ritus obseruare debebant: cessante vero lege per Christi mortem, vsq. ad sufficientem Euangelij promulgationem, legalia, licet mortifera non essent, mortua tamen fuerant, nec ad eorum obseruantiam baptizati tenebantur. Alienigenam ergo vocat Iudæum, qui ad gentilitatem apostatauit: vnde Chaldæus legit: Omnis filius Israel, qui fuerit apostata, non comedet ex eo.

75 *Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet.*] Iuxta Hebræum est: Et omnem seruum viri, emptum argento, circumcides, & tunc comedet ex eo. At Septuaginta: Omnem seruum alicuius, vel emptitium. Videntur duo seruorum genera includi, eorum scilicet etiam, qui non fuerant pretio empti, quod subintelligendum credo. Chaldæus: omnis autem seruus alicuius emptus argento, idest, pecunia aut pretio. Sed hæc eadem sunt, cum Vulgato.

76 *Aduena & mercenarius non edent ex eo.*] Aduenam vocat eum, qui de populo non erat, non circumcisum. Mercenarius vero dicitur, qui mercede conductus Iudæis seruiebat, etiam non circumcisus.

77 *In vna domo comedetis.*] Quod cum Angelus eis parceret, in quorũ foribus sanguis aspersus fuerat, domi manere oportuit, nec obsonia adinuicem mittere, vt subditur: nec offeretis, &c.

78 *Nec os illius confringetis.*] Iuxta Hebræũ: Os ex illo. Sic Chaldæus. At Septuaginta: ab eo. Porro hoc præcepit Dominus; quod ita celeriter vrgentibus Aegyptijs egressuri essent: & sicut ad hoc designandum festinanter agnum comedebant, ita nec in confringendis ossibus, immorari illos volebat.

79 *Omnis cœtus filiorum Israel, faciet illud.*] Distributiue intelligendum sæpe admonui, nec in vnũ populum vniuersum congregandum, sed priuatim in singulis domibus celebrandum. Porro faciet illud, idest, sacrificabit, siue obseruabit phase.

80 *Circumcidetur primum omne masculinum eius.*] Sermo est de filijs, qui apud patrem erant; illorum enim incircumcisio, qui in aliena domo cõmuniter degebant, non erat patri impedimentum phase celebrandi.

81 *Sicut indigena terræ.*] Qui in vrbe natus, indigena dicitur, hic autem sumitur pro omni illo, qui Iudæorum ritum fuerat professus, siue natura Iudæus esset, siue ex gentibus.

82 *Siquis autem circumcisus non fuerit.*] Iuxta Hebræum: Et omnis incircumcisus. Chaldæus: Et omnis profanus.

83 *Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos.*] Iuxta Hebræum est: Incolæ qui inter vos habitant. Septuaginta: Et aduenienti aduenæ in vobis. Chaldæus: Et proselyto, qui morabitur vobiscum. Lex itaq. est, vt scilicet, sicut indigena phase celebrare nequit, quin omne eius masculum circumcisum sit, sic nec colonus, etiam si ad Iudæorum populum per circumcisionem fuerit admissus.

84 *Et eadem die eduxit.*] Chaldæus: In ipsa die Septuaginta: in die illa. At iuxta Hebræum est: Et fuit in corpore diei huius. Ex qua lectione constat, vt supra aduertimus, non referre diem seruitutis, vt aliqui contendunt, sed quod infra spatium vnius diei exierint.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

g l
i. separa, & consecra mibi, redimenda tamen. sub. id est.
a b c d e f g h i K l
Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod

a b
i. primo nascitur.
a b c d e f g h i k l m n o
aperit vuluam in filijs Israel, tam de hominibus, quam de iumentis: mea sunt enim

a
s. primogenita.
a b c d e f g h i K l m n o p
omnia. Et ait Moyses ad populum. Mementote diei huius, in qua egressi estis de Aegypto,

c d g h
i. patria. i. subiectionis, in qua scilicet subiectione dura habitabatis. i. in magnis viribus.
a b c d e f g h i K l m n o p q
& de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non

p q a b c d f g h
quasi dicat, adeo propere, vt non vacauerit ad fermentandum. i. hoc tempore. s. congruo tempore, quando nec æstus, nec frigus vrgent, & commode ambulare poteritis.
a b c d e f g h i
comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini mense nouarum frugum. Cumque intro-

a b c d e f f g h i k l m n o
si quidem, ante id tempus, lex hæc illos non obligabat. sub his quinque gentibus, & alia subintelliguntur, quæ aliquando sola Chananæi nomine comprehenduntur.
a b c d e f g h i k l m n o
duxerit te Dominus in Terram Chananæi, & Hetæi, & Ammorrhæi, & Heuæi, & Iebusæi,

i k l m
i. terram fertilissimam, optimis quibuscumque abundantem.
a b c d e f g h i K l m n
quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabitis

c f g h
Paschales ceremoniæ in Dei honorem per sacra intelliguntur. sæpe repetit, vt memoria hæreat.
a b c d e f g h i k l m n o
hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vesceris azimis: & in die septimo erit

K l m n o a b c
quod septimo die mirabilia in Mari Rubro, pro illis operatus sit Dominus.
a b c d e f g h i K l
solennitas Domini. Azima comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fer-

e g
i. plagis. s. dicens.
a b c d e f g h i K l m n o p
mentatum, nec in cunctis finibus tuis. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: hoc est,

o p a b c d K l m
i. ista sunt, quæ constituit nobis Dominus facienda. iuxta Hebræum: ob hoc. i. erunt ceremoniæ prædicta. i. ad instar.
a b c d e f g h i K l m n o
quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in

m n o a b c d e f g h i K iKlmnopqr
quasi dicat, vt præ oculis illas habentes oblivisci non possitis earum, quæ pro vobis facta sunt à Domino. Iuxta Hebr. Septuag. & Chald. non est, &, sed solum, vt. i. semper & iugiter mediteris, & opere compleas, quæ præcepit Dominus.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos: & vt lex Domini semper sit in ore tuo,

b c m
i. maximis viribus. i. ritum.
a b c d e f g h i K l m n
in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi cultum statuto

tempore

c d e — *i. quotannis. vel semper.* ; o — *i. promisit sub iuramento.*

a b c d e f g h i K l m n o

tempore à diebus in dies. Cumq. introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut iurauit

f — *i. assignauerit.* ; i — *sic & Septuaginta, at iuxta Hebra. est, adduces.* ; l m n — *i. quod primo è femina nascitur.*

a b c d e f g h i K l m n o p

tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis: quidquid habueris masculini sexus consecrabis Domino.

a b c d — *quod asini in magno adiutorio fuerint Hebræis in egressu.* ; c d — *i. pecude, siue agnus sit, siue hædus.* ; i — *vt cohiberet auaritiam, cum scirent, interfecturos asinum, si non redimerent.*

a b c d e f g h i K l

Primogenitum asini mutabis oue: quod si non redemeris, interficies: Omne autem

a b c d e f g — *permissio est; poterant enim perpetuo consecrari, vt Anna fecit in Samuele filio suo.* ; g — *addita est vox pretio, ex illo Num. 3. quod loquitur de redemptione, & intellige, exceptis Leuitis.*

a b c d e f g

primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes.

S C H O L I A.

1 *SANCTIFICA mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam.*] Licet à Deo aliqua præcepta Moysi tradita non legamus, sic tamen & credendum, & subintelligendum est. Porro, *Chadas* proprie separare significat, vnde, quod Deo consecrata, separata ab immundis esse debeant, consequenter & sanctificare, & consecrare significat: quo nomine hic Scriptura significat etiam, quæ sic consecrata sunt, vt redimi possint, vt ex litera constat. Iam more Hebræis solito, quod dixerat primogenitum, apertioribus verbis repetit, idest, quod aperit vuluam. Aduertere tamen oportet, ex consuetę natiuitatis more loqui, non quod apertio hæc communem referationem claustri pudoris tantum importet, sed solum primum prolis exitum de vtero matris, etsi absque corruptione miraculose fieri contingeret: sic Beda & S. Thomas. Denique iuxta Rupertum, omne primogenitum, idest, quod primo ex femina nascitur, sanctificari iubet, etiam si pater ex alijs feminis, primogenita alia antea consecrauerit.

קדש

Beda in Lucam. S.Tho.3.p.q.28 ar.2.ad 1. Rupert. in Exod.

2 *Mea sunt enim omnia.*] Scilicet primogenita. Iuxta Hebræũ est: Meum enim est. Sic Septuaginta & Chaldæus, singulare, pro plurali; ex quo siquidem percutiens Aegyptiorum primogenita, Hebræorum saluauit, horum primogenita obligata remanserunt.

3 *De domo seruitutis.*] Idest, de Patria seruitutis, siue subiectionis, in qua scilicet dura subiectione seruierant: sic Beda. Iuxta Hebræum est: De domo seruorum. Sic Septuaginta, & Chaldęus.

4 *In manu forti.*] Hebraismo, manus hic, pro potentia sumitur: In manu forti, idest, magnis viribus, magna virtute, & fortitudine.

5 *Vt non comedatis fermentatum panem.*] Quasi dicat: Adeo propere egressi estis vrgentibus Ægyptijs, vt non licuerit per tempus fermentare, tantum abest, vt vos retinere tentauerint.

6 *Hodie egredimini, mense nouarum frugum.*] Hodie, idest, hoc tempore. Porro in Hebręo est *Habib*, quod iuxta R. Dauid, à radice vsque ad spicam calamum significat, iuxta alios, nouas fruges adhuc virescentes importat: quo tempore, nec æstus nec frigus vrgent, sed temperatissimum est ad ambulandum. Hoc apte Vulgatus descripsit, dicens: Mense nouarum frugum: scilicet, in mense Nissan, vt inquit Hieronymus, in quo, in terris calidis, vt erat Aegyptus, nouas fruges habent, & illas Deo offerre Hebręi consueuerunt.

האביב R. Dauid.

Hieronym. in Aggeum.

7 *In terra Chananæi, Ethæi.*] Sub his quinque gentibus & alię includuntur, quæ omnes aliquando in sacra Scriptura, Chananæi nomine, comprehendi solent.

8 *Quam iurauit patribus suis, vt daret tibi terram fluentem lacte, & melle.*] Alludit ad promissionem factam Gen. 22. Vt daret, idest, assignaret. Terra autem, quod fertilissima sit, idiotismo linguæ, lacte & melle manare dicitur.

9 *Hunc morem sacrorum.*] Sacrorum nomine, Paschales obseruantias hic intelligit, quæ in honorem diuinum, & gratiarum actionem, fiebant. Chaldæus: Cultum istum. Iuxta Hebræum & Septuaginta: Seruitutem hanc: seruitutem, pro ritu constituunt.

Digitized by Google

10 *Septem diebus vesceris azima.*] Sæpe hoc repetit, quasi maxime commendans, ne è memoria excidat.

11 *Die septimo erit solennitas Domino.*] Iam de hoc superiori capite diximus, septimam diem, in qua post egressum mirabilia in Mari Rubro pro illis operatus fuerat Dominus, solenniter celebrandam, licet intermedijs diebus operari possent.

12 *Narrabisq. filio tuo.*] Ecce quomodo ad Patrem spectat filios instruere, in his, quę sunt ad Deũ.

13 *Hoc est quod fecit mihi Dominus.*] Iuxta aliquos: propter hoc fecit mihi Dominus: sic Chaldæus, & Septuaginta. Solent enim apud Hebræos, relatiua subintelligi. Alij explicant: hoc mihi fecit Dominus: quasi dicat: Ideo talia in nos beneficia contulit, vt his sermonibus memores simus. Sed certe mihi magis placet, vt verbum, facere, in hoc loco, pro constituere, & pręscribere, ponatur: vt sit sensus: Narrabis filio tuo, dicens, has cęremonias nobis constituit, siue præscripsit Dominus, quando de Aegypto egressi sumus.

14 *Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos.*] Iuxta Hebræum: Et erit tibi in signum in manu tua, & in memoriale ante oculos tuos. quasi dicat: ex externæ cęremonię sint tibi, non secus, ac siquis signum aliquod in manu, vel ante oculos, ponat, quod eum perpetuo admoneat. Quare Iudæi, qui materialiter hæc intelligunt, & in filiorum dextera schedulas ligant, irridendi sunt.

15 *Et vt lex Domini semper sit in ore tuo.*] Idest, vt illam iugiter mediteris, ad explendam Domini voluntatem, exerceearisque semper in operibus, quæ præcipit tibi Dominus.

16 *Custodiesque huiusmodi cultum statuto tempore, à diebus in dies.*] Cultum, idest, ritum. Porro, à diebus in dies; Chaldæus: A tempore in tempus: Septuaginta: secundum tempora annorum: sed idẽ significant, idest, quotannis: Vt sit sensus, incipies annum ab hoc mense, in quo Pascha fit, & reuoluto anno, rursum eodem mense Pascha celebrabis.

17 *Primogenitum asini mutabis oue.*] Quam scilicet immolare liceat. Iuxta Hebræum est: pecude. Vnde ouis nomine, agnum vel hædum intelligit: Et Chaldæus legit: Agnum. Porro, quod asini magno fuerint adiutorio Hebræis, in egressu & in itinere, dicunt, peculiariter commutari voluisse, cum immundum animal, vt inquit Ambrosius, sit, cum mundo, quod eius loco immolari posset. Et iuxta Augustinum, asini dicitur, pro, asinæ: sicut Gen. 23. mortuum meum, pro, mortuam meam, idest, Sarram. *Ambro. lib. 2. de Cain & Abel. cap. 2. Aug. locut. 64 in Exod.*

18 *Quod si non redemeris, interficias.*] Hoc loco redimere, large, pro, commutare ponitur. Porro hoc factum creditur; vt Hebræorum auaritiæ consuleret, qui redimere forsan non curarent multi, nisi secus interimendum scirent. Tum etiam in memoriam Ægyptiorum, quorum primogenita vastator angelus deleuerat. Iam, pro, interficies, iuxta Hebræum est: deceruicabis. Chaldęus: mactabis. Sed clarius legit Vulgatus: Interficies.

19 *De filijs tuis pretio redimes.*] Neque apud Hebręum, neque Chaldęum, nec Septuaginta est dictio illa, pretio: vnde aliqui, quod redimere hoc loco, sicut supra, pro commutare accipi possit, primogenitum commutãdum putarunt, aliquo, quod eius loco immolare liceret. Cæterum Vulgatus addidit dictionem illam, pretio, ex eo, quod circa redemptionem hominum quinque siclis, Num. 3. legitur. Porro hanc permissionem fuisse docet Rupertus, bonum, seu melius, dicens, quod Anna de Samuele fecerat, Deo consecrans cunctis diebus vitæ suæ, nec redimens. *Rupertus in Exod.*

---

f (*i. posthac, siue futuro tempore.*) … o (a *i. magnis viribus.*)

a b c d e f g h i K l m n o

Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: quid est hoc? respondebis ei: in manu

---

h i K (*i. de patria subiectionis, vbi subiecti fuimus dura subiectione.*) … n (a *Iuxta Hebræum est induraßet se.*)

a b c d e f g h i K l m n

forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus

---

f (*i. permittere exire.*)

a b c d e f g h i k l m

esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra

---

K (*immolandi verbum large hic sumitur:*)

a b c d e f g h i K l

Aegypti à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino

---

c d (*i. primo nascitur.*) … m (*i. redimere soleo.*)

a b c d e f g h i K l m

omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

Erit igi-

Digitized by Google

c *i. ad instar.* i k l *non quod tephilim fieri iusserit Dominus, est siquidem Rabbinorum materialis sensus: Iuxta Hebraeum: frontale, q. d. fronti appositum, non materialiter, vt diximus.* n *i. sicut illa excitant hominem ad recordationem, ita & hae caeremoniae.*

a b c d e f g h i K l m n o
Erit igitur, quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem ante

f g *i. viribus eximijs, & magna fortitudine.* p *i. exire permisisset.*

a b c d e f g h i K l m n o p
oculos tuos: & quod in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset

a *Cenchres.* b *s. Israel.* g h i *qua breuior erat, & recta in terram promissionis, immo & quadam eius portio.* n *s. Aegypto.*

a b c d e f g h i K l m n a
Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam terrae Philisthijm, quae vicina est: repu-

a b c d *more humano loquitur libertatemq. hominis innuens.* e *i. filios Israel.* h i K l *erant enim Philisthijm incolae fortes, & bellatores, vt ex lib. Iosue constat.* n *s. territi.*

a b c d e f g h i K l m n o p
tans, ne forte poeniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, et reuerteretur in Aegyptum.

b c d *more humano voluit Dominus illa pericula cauere.* c d *quae prolixior, & difficilis est ad reuertendum.* i K *in Hebraeo Suph, ob varia.* n *Sub. & expediti, & quinqueni, & liberi.*

a b c d e f g h i K l m n
Sed circumduxit per viam deserti, quae est iuxta Mare Rubrum: & armati ascenderunt

d *i. extraxit.* m *i. iuramento adegisset.*

o p a b c d e f g h i K l m n
filij Israel de terra Aegypti. Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quod adiurasset filios

c *s. cum liberati, et hoc eximio beneficio vos affecerit.* f *i. efferetis.* h *i. ex Aegypto.* m *secunda mansio filiorum Israel.*

a b c d e f g h i K l m
Israel, dicens: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectique de Socoth,

d *qui & Sur, desertum, vbi postea Babylon.* f g h *i. inter confinia eremi, & Aegypti in principio eremi, quod fines Aegypti contingit.* i K l *per angelum Domini personam repraesentantis, vt sequenti cap. constat.*

a b c d e f g h i K l m
castrametati sunt in Ethan in extremis finibus solitudinis. Dominus autem praecedebat eos

b c d e *& vt defenderet eos ab ardoribus Solis, qui ibi vehementissimi sunt.* m n o *sub. etiam vt lumen praeberet: ita deprehenditur ex Hebraeo. & Chaldaeo.* n *sic dicta, quia columnae instar, erant nubes, & ignis.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux

c *s. per quadraginta annos.* f g *vera, vel apparentis.* l m n *vera vel apparentis: miraculo enim fiebat; & vtrumque fieri potuit.*

a b c d e f g h i K l m n
esset itineris vtroque tempore. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis
per noctem coram populo.

S C H O L I A.

20 *Cras.*] Idest posthac.

21 *In manu forti.*] Hebraismus est, idest, in magnis viribus, validoq. robore.

22 *De domo seruitutis.*] Idest, de patria subiectionis, in qua scilicet duro seruitio subiecti fuerunt.

23 *Idcirco immolo Domino.*] Immolare hic sumitur, pro eo etiam, quod licet sanctificetur, tamen

redimitur;

redimitur: immunda siquidem animalia Num. 18. redimebantur, quorum pretium ministris seruiebat, excepto canis primogenito, quod redimi non poterat, sed interficiebatur.

24 *Erit igitur, quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem, ante oculos tuos.*] In Hebræo est *Totaphoth*, quod 2. Reg. 1. etiam ponitur, iuxta antiquam Chaldaicam, pro armilla, quæ est in brachio, & dicitur *Totepheth*. quæ, vt supra hoc eodem capite vidimus, non sunt prout sonant intelligenda, sicut Hebræi voluerunt; habentes vsque ad præsentem diem in vsu thephilim, exaratis ibidem quibusdam sacræ Scripturæ locis, sed tantum indicant, ad instar signi, & appensi ante oculos, sic cæremonijs illis vtendum, ad recordationem eorum, quæ à Deo acceperant.

טטפות

טטפת

25 *Non eos duxit Dominus per viam terræ Philisthijm.*] Scribit Iosephus, consulto Dominum relicta via recta, in Palæstinam per desertum, via dispendiosa, & perdifficili populum duxisse; vt si Pharao cũ suis illos sequeretur, pœnas malitiæ violati pacti persoluerent: Et ne Philisthini Aegypto contermini à cœpto desisterent. Porro Ramasses, vnde Hebræi recesserunt, ad læuam habet terram Philisthijm, & ad Mare Mediterraneum ducit, estq. via vndequaque plana, ad dexteram vero habet Mare Rubrum, recta vero tendit in desertum magnum: non igitur recta via duxit illos Dominus, vt Cyrillus aduertit, quæ breuior fuisset; & ne scilicet obuiam habentes Philisthinos (qui cum fortes & bellatores essent, vt ex libro Iosue constat, cum delere eos nequiuerint filij Israel) si tũc in bellum contra Hebræos consurgerent, territi, scientes proximam esse Aegyptum, eo reuerterentur: si enim cum longius essent Num. 14. regredi voluerunt, quid, si tam vicini essent? non enim Deus omnia operatur, vt potest, sed quandoque humano more pericula fugere illos voluit, id nos facere docens, etiam dum apertissime Deum adiutorẽ habemus: sic Augustinus: vnde circumduxit eos per desertum, vt hic, & Deuteron. 32. dicitur, & hoc loco, iuxta Hebræum, & Chaldæum, sensus est: obliquis vijs circumducendo, deduxit in Mare Rubrum. Iam terra Philisthijm, speciali appellatione, ea tantum promissæ terræ portio vocatur, quæ Mari Magno Australior, post Phœniciam adiacet, quinque habens Satrapas, Azotum, Gazara, Ascalon, Gethi, & Accarda. Hieronymus etiam, omnem terram Philisthijm quandoque Ascalon vocari, asserit.

Ioseph. 2. antiq. c. 14.

Cyrill. in Exo.

Aug. q. 49. in Exod.

Hieron. de locis Hebra.

26 *Quæ est iuxta Mare Rubrum.*] Plinius, Arrianus, Q. Curtius, ab Aerithro sepulto in quadam eius insula, *Aerithrum* Græce, Latine Rubrum dictum putant. Strabo anceps manet: Ex recentioribus, quidam Diodori vestigia sequentes, putant, sic dici; quod licet varij coloris appareat, ex diuerso Solis aspectu, & eorum, quæ in profundo maris sunt, vt in plurimum tamen, ex littore, rubei coloris videntur: non quod aquæ natura sua rubeæ sint; sed iuxta littus terræ, quæ rubea est, sic ipsa appareat. In Hebræo est *Suph*, quod & cannosum, & iunceum; dicitur in eius siquidem littore, & iunci, & cannæ abundant. Significat etiam & pelagus Ionæ 2. Vbi dicitur: Pelagus operuit caput meum. In qua significatione, & mare illud *Suph*, dici potest; quod iuxta magistrum historiarum, in duos sinus diuiditur: qui enim est ab Oriente, Persicus dicitur; Persæ siquidem eius oram inhabitant: Alter Arabicus.

Plin. lib. 6. cap. 23. Arrian. lib. 8. Q. Curtius lib. 8.

סוף

סוף

27 *Et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti.*] Vbi nos legimus: Armati, immo & Theodotion, & Aquila, quem Hieronymus Damaso scribens, in hoc laudat: & similiter Chaldaica editio Onchelos Chaldæi, sic habet: pro quo, in Hebræo est *Chamusim*, à *Chames*, quod est quinque. cumq. ad bellum procedentes, quinquenni incedere soleant, hinc prædicti vertunt: Armati. Augustinus, iuxta Septuaginta, qui legunt: Quinta progenie ascenderunt filij Israel: per vnam progeniem, centenarium annorum intelligens, interpretatur, post quadringentos, & triginta annos; vel tempore Moysi, qui quintus fuit à Iacob, post quem Leui, post hunc, Caath, quartus, Amram, quintus, Moyses; Alij transferunt: Expediti; nam Iosue 1. pro, expeditis, eadem vox Hebraica ponitur; sicut enim accincti, & festinanter filij Israel agnum comederant, sic illos accinctos, & expeditos exisse creditur: sicque subintelligi vere potest, non solum armatos, seu varia supellectile munitos, vt sanctus Hieronymus innuit, sed & expeditos processisse. Alij, dictioni, quinque, addunt, turmis, quinque scilicet turmis, quod sub quatuor vexillis Moyses cum senioribus medij incederent. Sunt & qui legant, quinquagenarij, ad agnum Iubilæi alludentes, quasi dicat: liberi, seu liberati ab Aegyptiaca seruitute proficiscebantur. Et certe satis probabiliter hæc omnia subintelligi possunt, ob fœcunditatem linguæ Hebraicæ, licet Vulgatus vnum tantum expresserit.

Hieronym. ad Damasum.

חמשים

חמש

Aug. q. 53. in Exod.

28 *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum.*] Rabbini multa de hoc confingunt, inter quos R. Salomoh, vel quod lamina, nomine tetragrammaton in ea conscripto, in flumine proiecta, manserit super sepulchrum Ioseph, quod aquis obrutum erat: vel quod oue supernatante inuentũ fuerit sepulcrũ, iuxta illud Psalm. 79. Qui deducit velut ouem Ioseph; sed certe Ioseph, vt memores Aegyptij beneficiorum, quæ ab illo acceperant, bene cum suis agerent, in Aegypto sepeliri voluit: cumque beneuolum Regem haberet, & cunctum populum, non est vero simile, eius corpus conditum fuisse, vbi Nili inundationibus facile deperdi posset; sed in loco securo, & omnibus conspicuo.

29 *Eo quod adiurasset filios Israel.*] Iuxta Hebræum est: iuramento adiurasset, idest, strictius iuramento illos adegisset.

30 *Visitabit vos Deus, efferte ossa mea.*] Sensus est: cum visitauerit vos Deus, efferetis ossa mea. Porro, iuxta Hebræum est: Visitando visitabit, idest, eximio libertatis beneficio vos afficiet.

31 *Profectique de Socoth, castrametati sunt in Ethan.*] Socoth secunda mansio est vltra Traianum fluuium: Modo Ethan, quæ & Sur, teste sancto Hieronymo, vt ex 10. Exodi, & 32. Num. constat, desertum vnum est magnum quidem, & arenosum, ad Mare Rubrum, Ethan dictum: A Iosepho vero Lycus nuncupatur, vbi Babylon deinceps cõstructa fuit, dum Cambyses Aegyptum vastasset, alia ab illa magna, quam Nabuchodonosor se extruxisse gloriabatur. Porro, teste sancto Hieronymo, est

Hieronym. de locis Hebra.

Iosephus.

Hieron. de locis Hebra.

Digitized by Google

mo, est Ethan aliud saxi munitissimi nomen, vt Iosephus scribit, in quo Samson abscondebatur, longe ab isto distans.

Hieronym. ad Fabiolam.

32 *In extremis finibus solitudinis.*] Ex sancto Hieronymo in extremis, idest, inter confinia Eremi,& Aegypti, post finitam Aegyptum, vbi solitudo incipit ad ortum. Chaldæus: quod est in latere deserti. Septuaginta: circa desertum. Itaque in extremis finibus solitudinis, non illius quæ terram promissionis attingit, sed illius quæ Aegypti fines contingit, vbi solitudo post Aegypti habitabilem terram incipit.

Ambros. in Psal. 118. Aug. de Trin. cap. 14.

33 *Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam.*] Sic Septuaginta. Ambrosius,& Augustinus, Deum ipsum fuisse visi sunt affirmare; sed certe Dei, & Domini nomine, angelum intelligi debere, ex sequenti capite deprehenditur. Chaldæus: vt pararet locum mansionis in via. Sed hęc non deuiant à Vulgato.

34 *Per diem, in columna nubis, et per noctem, in columna ignis.*] Quidam vnam fuisse contendunt, quæ secundum varium aspectum nubis,& ignis, dicitur: Sic Hugo de sancto Victore. Alij duas fuisse asserunt, accedente vna, cum altera disparuisset. Similiter, sunt qui verum ignem, & veram nubem, putent. Alij qui apparenter tantum. Hoc certum est, miraculose factum, ac proinde, vtcumque esse potuit, quid tamen fuerit, incertum est. Porro, nubis columna, non solum ad ostendendam viam erat, sed vt à Solis ardoribus illos defenderet, qui ibi vehementissimi sunt; ita Ambrosius: sicque subintelligi potest. De columna vero ignis, iuxta Hebræum, additur: Ad illuminandum; & Chaldæus legit: Vt lumen præberet, quod satis se expressisse putauit Vulgatus, cum subdit; Vt dux esset itineris.

Hugo de S. Victor. in Exo.

Ambros. in Psal. 118.

35 *Numquam defuit.*] Chaldæus: Numquam deficiebat. Septuaginta: Non defecit. Et quidem, licet aliquando sisterent, & per aliquod tempus quiescerent in vno loco, numquam tamen columnas has defuisse, spatio quadraginta annorum, quibus per desertum peregrinati sunt filij Israel, testantur Hebræorum Rabbini.

CAPVT XIIII.

l m
versus Aegyptum, licet non eadem via, qua venerant.
a b c d e f g h i K l m
Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel: Reuersi castrametentur

b c d e g i K l
i. coram. — locus est in deserto. — non sunt ista duæ dictiones, iuxta Hebræum, sed optime apposita ab interprete. — ciuitas in confinio Aegypti. — s. Rubrum. — i. coram. — mons est impermeabilis.
a b c d e f g h i K l m n o
è regione Phihabiroth, quæ est inter Magdalum, & mare contra Beelsephon: in conspectu eius

c d g h l m
i. ad, siue iuxta. — s. Rubrum. — Cenchres. — i. de. — iuxta Hebr. perplexi adeo, vt quo se vertant ignorent. Septuaginta: Errant.
a b c d e f g h i x l m n o
castra ponetis super mare. Dicturusq. est Pharao super filios Israel: Coarctati sunt in terra,

a b c f g m n o
quasi dicat irretiti sunt in deserto. — i. indurari permittam. — i. voluntatem. — i. Pharaonis Cenchres: — i. mei notitia amplior fiet: siue gloriosus apparebo. — ex eius, & exercitus submersione in mari.
a b c d e f g h i K l m n o
conclusit eos desertum. Et indurabo cor eius; & persequetur vos: & glorificabor in Pharaone

f h i K l o p
i. experientur. — quasi dicat, cui resistere nemo potest. — per exploratores.
a b c d e f g h i K l m n o p
et in omni exercitu eius. Scientq. Aegyptij, quia ego sum Dominus. Feceruntq. ita. Et nunciatum

b d e f h i K
s. Pharaoni Cenchres. — & non exisset tantum ad sacrificandum. — i. voluntas, siue propositum, aut sententia. — Cenchres.
a b c d e f g h i K l m
est Regi Aegyptiorum, quod fugisset populus: immutatumq. est cor Pharaonis, & seruorum

f g h K
i. quid est hoc, quod fecimus. — i. permitteremus eos exire.
a b c d e f g h i K l m n
eius super populo, & dixerunt. Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruirent nobis?

Digitized by Google

b *i. praparari curauit.* d *bellicum, carro de guerra: è curribus enim olim pugnabant.* e f g h *tanto promptiorem, quanto insanius ferebant, se auro, & argento fuisse spoliatos.*

nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulitq. sexcentos

a *bellicos.* g *ad bellum.* i K l m *i. praefectos, qui & fortissimi, & in arte militari prouecti.* n *i. indurari permisit*

currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius exercitus: Indurauitque

b *i. voluntatem.* c *Cenchres.*

Dominus cor Pharaonis Regis Aegypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in

a b *i. insuperabili Dei potentia aducti, audaces & intrepidi.* f *Iuxta Hebraum: post eos.* g *f. Israelitarum.*

manu excelsa. Cumque persequerentur Aegyptij vestigia praecedentium, repererunt eos in castris

a *i. iuxta.* f *bellici.* l m *pro, accesserunt prope.*

super mare: omnis equitatus, & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in

a *vt supra.* b *i. coram.* c *vt supra.* f *Cenchres.*

Phihahiroth contra Beelsephon. Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos,

a b c d *cum ab vno latere essent montes impermeabiles, ex altera Magdalum munita, ante se mare, post se Aegyptij.* i *i. contra.*

viderunt Aegyptios post se: & timuerunt valde: clamaueruntq. ad Dominum, & dixerunt

c d e *tronice locuti sunt.*

ad Moysen: Forsitan non erant sepulcra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine:

e f *i. eduxeris.* K l m n *i. nonne est hoc, quod tibi praediximus.*

quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? nonne iste est sermo, quem loquebamur

e f g h i *supra cap. 5. faetere nos fecisti.* f g h i K *sic Chald. at Septuag. dimitte nos.*

ad te in Aegypto, dicentes: recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs? multo enim melius erat

g h i *diuino auxilio fretus.* o *f. securi quiescite.*

seruire eis, quam mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, &

a *i. contemplamini.* b *iuxta Hebraeum: saluationem, siue salutem.* g *i. continuo.* K l m *scilicet viuos.*

videte magnalia Domini, quae facturus est hodie: Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam

f g *illos in aquis submergendo.* h i m *i. quiescetis.* n *pro dixerat antea, scilicet, oranti.*

vltra videbitis vsque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitq.

d f g h i
non quod clamor, id est, oratio Deo displiceat, sed quod se exauditum sciat. i. pracipe.
a b c d f g h i K l m n o p
Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel, vt proficiscantur. Tu autem

b c i
in qua etiam facta fuerunt mirabilia in Aegypto. Aug. q. 53. in Exod. Rubrum.
a b c d e f g h i K l m n o
eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur

K l
indurari permittam. i. voluntatem.
a b c d e f g h i K l m n o
filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur

c
vt supra.
a b c d e f g h i K l m n o p
vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & equitibus

h h n
vt supra. cui resistere nemo potest. Cenchres.
a b c d e f g h i K l m n o p
illius. Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque in equitibus eius.

SCHOLIA.

1 REVERSI *castrametentur è regione Phihahiroth, quae est inter Magdalum, & Mare, contra Beelsephon.*] Sic Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Vt reuertantur, & castrametentur. Sed hæc idem sunt. Porro ab Ethan aliquantulum reuersi sunt versus Aegyptum, non eadem prorsus via, qua incesserant, sed obliqua, & castra in loco non adeo tuto immo periculoso constituerant, sic Deo disponente; vt hæc audiens Pharao, & quasi aberrare eos in deserto putans, illos insequeretur, & sic tandem ipse in mari periret. Porro, Phihahiroth, id est, os Ariaoth, locus est in deserto, & quarta filiorum Israel mansio, vt Hieronymus affirmat. Magdalum autem ciuitas est, in confinio Aegypti, ad quam Iudæi 4. Reg. 25. interfecto Godolia, tempore Ieremiæ, confugerunt, alia ab illa Palæstinæ, à qua Maria Magdalena cognominata est. Iam contra Beelsephon, id est, coram: sic Chaldæus etiam legit: locus est desertus, teste sancto Hieronymo.

Hieronym. ad Fabiolam, & de locis Hebr.

Hieronym. de locis Hebra.

2 *Coarctati sunt in terra.*] Coarctati: In Hebræo est: *Nebuchim*, quod proprie significat, animo perplexum, adeo, vt quo se vertat ignoret, sic aliqui legerunt: perplexi, irretiti. Erat enim, teste Hieronymo, Phihahiroth, Vallis in qua filij Israel castrametati fuerant, & ex vna parte montem impermeabilem habent, ex alia Magdalum ciuitatem Aegypti, & munitam satis, ante ipsos erat mare, quos si Ægyptij à tergo insequerentur, vti fecerunt, nullum fuisset illis refugium, nec euadendi spes reliqua.

נבכים

Hieron. de locis Hebra.

3 *Glorificabor in Pharaone.*] Id est, gloriosus apparebo. Porro, cum gloria, teste S. Thoma, sit alicuius clara notitia, & in Pharaonis submersione amplior fuerit potentiæ Dei cognitio apud omnes, glorificatus vtique est in Pharaone. Vnde sequitur: Et scient, id est, experientur Aegyptij, quia ego sum Dominus; quasi dicat: cuius potestati nemo resistere potest.

S. Tho. 12.

4 *Nunciatum est Regi Aegyptiorum, quod fugisset populus.*] Forsan quod exploratores post ipsos mittens, viderint illos velut per desertum errare, & non quasi ad sacrificandum, trium dierum itinere recto proficisci. Rupertus, populi nomine, illos intellexisse videtur, de quibus in superioribus, promiscuum vulgus cum illis exisse refertur: gentes scilicet, quæ ad Iudæorum ritum accesserunt, & eos fuerant comitati. Præstat tamen prior sensus, vt de populo Israel intelligatur.

5 *Quid voluimus facere?*] Iuxta Hebræum est: Cur hoc fecimus? ita & Septuaginta. Chaldæus: Quid est hoc, quod fecimus? Sed omnium idem est sensus.

6 *Et omnem populum suum assumpsit secum.*] Hyperbole est, id est, omnes fere bellatores, quos proniores habuit, quanto insanius acceperunt, vt Rupertus aduertit, auro & argento spoliatos fuisse. Ruper. in Exo.

7 *Tulitq. sexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit.*] Iosephus etiam non electos complectens, septingentis curribus Pharaonem refert exisse, & equitum quinquaginta millibus, & scutatorum peditum, ducentis millibus. Porro, omnes equi, qui in campis remanserant, vt supra vidimus, perierant; non tamen qui reducti fuerant in domos, & qui domi semper aderant. Iam, vbi dicitur: & quidquid in Aegypto curruum fuit: Septuaginta. Et omnem equitatum Aegyptiorum; Ioseph. 2. antiq. c. 14.

nam

Digitized by Google

nam & curribus, & equitatu veteres vtebantur in bello, ad pugnam.

8 *Et duces totius exercitus.*] Hos duces, præfectos aliqui intelligunt: Chaldæus vero legit: Fortissimos viros constituit super eos, subintelligendum vtique venit, duces illos, seu præfectos, ex fortissimis fuisse, & in militari arte peritis, quos ternos ascensores Septuaginta vocant, siue triarios, tertios à Rege, siue sub secundo post Regem.

9 *In manu excelsa.*] Chaldæus legit: Filij autem Israel egrediebantur capite discooperto: metaphorice quidem, idest, palam, & intrepide, & nullo formidante, insuperabiliq. Dei præsentia adiuti: forsan metaphora sumpta ab eo, qui aliquid eleuata manu portat, ad quam nullus pertingit, vt illud auferat, vel arripiat, iuxta illud Psal. 90. Altissimum posuisti refugium tuum. Quod & infra aliter describitur, cum dicitur: Portabit vos super alas aquilæ.

10 *Repererunt eos in castris super mare.*] Iuxta Hebræum est: Comprehenderunt eos castrametantes super mare: sic Chaldæus, idest, iuxta mare, siue in littore maris, Septuaginta: Et inuenerunt eos castra habentes apud mare: hoc itaque comprehendere Chaldæus vocat idem, quod reperire.

11 *Contra Beelsephon.*] Idest, è regione, siue coram Beelsephon.

Philo de vita Moysi.

12 *Et timuerunt valde.*] Philo, tribus quatuor refert sponte in aquis submergi voluisse, ne ad Aegyptiorum manus peruenirent: quatuor alias, se tradere Aegyptijs constituisse, cum spe veniam impetrandi: reliquas quatuor, scilicet, Iuda, Leui, Ioseph, & Beniamin, vsque ad mortem cum illis pugnare decreuisse.

13 *Clamauerunt ad Dominum.*] Idest, contra Dominum, vocibus conquerebantur de Moyse, & de Domino, quod educti fuissent de Ægypto, maxime, vt Iosephus notat, feminarum & infantium lamentis permoti, adeo, vt parum abfuerit, quin Moysen lapidibus obruerint.

14 *Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine.*] Ironice loquuti sunt, euadere posse desperantes: Vt enim Augustinus aduertit, vbi humanum defuit consilium, tunc diuinum interuenit auxilium.

Aug. serm. in Psal. Qui habitat.

15 *Vt educeres nos de Aegypto.*] Idest, quod eduxeris nos de Aegypto.

16 *State, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie.*] State, idest, securi quiescite, videte, idest, contemplamini magnalia. Iuxta Hebræum est: salutem, vel saluationem. In Hebræo *Iesua*, quæ dictio à nomine Iesus deriuatur, & eadem vox ponitur Psalm. 27. & 36. vbi legimus: saluationem, & salus. Chaldæus: Redemptionem Domini, quam faciet hodie, idest, continuo, non tardabit tempore opportuno. Porro, longa oratione, quam Iosephus refert; illos hortatus est Moyses, vt ex præteritis beneficijs discerent, in laboribus spem omnem in Deo constituere.

ישועה

Ioseph. 2 antiq. c. 14.

17 *Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam videbitis.*] Iuxta Hebræum est: quemadmodum, vel sicut vidistis Aegyptios hodie, scilicet, viuos, sic legunt Chaldæus, & Septuaginta, sicut, &c.

18 *Dominus pugnabit pro vobis.*] Quasi dicat: Dominus ipse suscipiet pugnam vestram, vos interim quieti eritis, & tranquilli.

19 *Quid clamas ad me.*] Non quod eius clamor Deo displiceret; sed vt se exauditum cognosceret: Porro, clamor iste cordis est, qui & oratio ad Dominum: iuxta illud Pauli. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater, idest, qui facit nos clamare. Et rursus: Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, idest, postulare, & gemere nos facit: sic explicant clamorem istum Origenes, Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Seuerus, sanctus Gregorius: Vnde Chaldæus legit: Suscepi orationem tuam. Rupertus, fidei magnæ vociferationem interpretatur, cum dixit: State & videte magnalia Dei. Bernardus: Vehemés, inquit, siquidem clamor magnus est, sicut remissa intentio, vox submissa.

Orig. in Exod. Ambros. in Psal. 118. Greg. Nyss. de vita Moysi. Hieron. in Ps. 5. & 60. & in 5 cap. epist. ad Galat. Aug. in Psal. 118. & q. 52 in Exod. Chrys. hom. 9. de Chananæa. Seuerus. Greg. in 1. Regum. et in Ps. Poenitentiales.

20 *Persequentur vos.*] Iuxta Hebræum: Egredientur post vos: sic Chaldæus, & Septuaginta: sed hæc inter se dissona non sunt.

Tollensq. angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum eo pariter columna

c d e
vt solebat praire. filiorum Israel, sequens.
a b c d e f g h i K l m n o
nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel: & erat

b d e
versus Aegyptios. versus Hebræos.
a b c d e f g h i K l m n o p
nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non

b c d e f g
facta prius oratione ad Dominum, vt refert Iosephus 2. antiq. cap. 14.
a b c d e f g h i k l
valerent. Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante

d g h i K
iuxta Hebr. & Chald. Orientali. Septuag. Austro. *prius diuisa est aqua, deinde solum siccatum.*
a b c d e f g h i K l m n o p
vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaque est aqua: & ingressi

K l
aqua eleuata.
a b c d e f g h i K l m n o p q
sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim quasi murus à dextra eorum, & laua.

e f K l
s. per mare siccum: Israelitarum enim strepitum sentiebant, licet eos non viderent. *Cenchres.* *bellici.*
a b c d e f g h i K l m n
Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, &

d h i m n
sicci. *iuxta noctis vigilias, erant totidem & dies.* *propter nouum effectum, & mirabile, respicere dicitur Dominus.*
a b c d f g h i K l m n
equites per medium maris. Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus

d e i i K l
emittendo tonitrua, & fulgura. *iuxta Hebr. contriuit. Chald. & Septuag. conturbauit.* *conturbando, & cum strepitu conterendo currus, à quibus sessores excutiebantur, & tandem aduenientibus aquis, submersi interfecti sunt.*
a b c d e f g h i k l m
super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum: &

d e f
remotis axibus curruum sessores in terram ruentes, & præ timore exire non valuerunt.
a b c d e f g h i K
subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: fugiamus

K l m n
postquam ad oram maris oppositam applicuerant. Et ait, pro, & dixerat.
a b c d e f g h i K l m n o p
Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum

d e f
fusis scilicet aquis iuxta propriam naturam.
a b c d e f g h i K l m n o
tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Cumque

f g h i
robur, & fortitudinem pristinam recipiens. Iuxta Hebr. ad fortitudinem suam. Chald. ad vigorem suum.
a b c d e f g h i K l m
extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum:

a b c f g h i K l
versus oram, vnde intrauerant, & aliqui, nec sic fugere valentes præ consternatione. *in pœnam submersionis infantum Hebræorum.*
a b c d e f g h i K l
fugientibusque Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.

a b c f l
iuxta propriam naturam. *bellicos.* *Cenchres.*
a b c d e f g h i K l m
Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui

a b
Hebræos. *per iter siccum.*
a b c d e f g h i K l m n
sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel

d e
s. in oram oppositam.
a b c d e f g h i K l m n o p q
perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris, & à

h i
i. de potestate, & furore.
a b c d e f g h i K l m
sinistris: Liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum. Et viderunt

a b c d e g g i
ne vltra illos timerent. *ad quod applicuerant.* *i. potentiam, qua, vltionem in Aegyptios exercuerat:*
a b c d e f g h i K l m
Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra

a g i
f. Aegyptios. f. ut Deo suo. f. ut prophetae.
a b c d e f g h i K l
eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

S C H O L I A.

21 *Tollensq. se angelus Dei, qui praecedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis.*] Chaldaeus: Et recessit angelus, qui egrediebatur coram castris Israel, & abijt post eos, & recessit columna nubis à facie eorum, & ingressa est inter castra Aegyptiorum, & inter castra Israel: sic etiam, iuxta Hebraeum est. Angelus itaque, inquit Seuerus, alius à columna est, & ipsa, vel corporeum Domini instrumentum, idest, signum diuinae praesentiae: Et quidem ex motu columnae, vt inquit Rupertus in Exodum, cognouerunt angelum, qui antea praecedebat castra, abire post ipsos. Porro, columna ista, vt inquit Gregorius Nyssenus, de vita Moysi, non presso aere vaporibus constipata; sed aliud quiddã diuinius, atque altius, quàm humana mens percipere valeat, fuit, quae in die, Solis ardores temperabat, & nocte, tenebras remouebat. Quo loco obiter aduertere oportet, Gregorium Nyssenũ, columnam hanc, nubem vocare, quod ex parte Aegyptiorum esset velut nubes tenebrosa & obscura, licet ex parte Israelis esset velut columna ignis lucens: Sicq. intelligi debent verba sequentia sacri textus: Et erat, subaudi, columna, nubes tenebrosa, idest, veluti nubes tenebrosa, ex parte, qua respiciebat Aegyptios, & illuminans noctem: Subaudi, eadẽ colũna, ex parte, qua respiciebat filios Israel.

Seuerus Sulp. in sua hist.
Ruper. in Exo.
Greg. Nyss. de vita Moysi.
Greg. Nyss. de vita Moysi.

22. *Tenebrosa, & illuminans noctem.*] Idest, qua parte Aegyptios respiciebat, tenebrosa apparebat; Israel autem castra ex altera parte illuminabat, noctis tempore, vt dictum est. Vnde Chaldaeus legit: Et erat nubes, & obscuritas Aegyptijs; Israeli autem erat lux tota nocte.

23 *Cumque extendisset Moyses manum.*] Cum primũ ad maris oram applicuissent, persequentibus Aegyptijs. Quibus verbis Moyses Deum orauerit, refert Iosephus: & Philo illos confortasse scribit, & veluti plumbum iam demersos in aquis se intueri affirmasse, licet vos adhuc, inquit, non videatis, videbitis autem continuò.

Ioseph. 2. antiq. cap. 14. Philo. de vita Moysi.

24 *Abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.*] Licet Deus absque vento efficere id posset, vsus tamen est illo, sicut in diluuio; diuisisq. aquis, ventus solum exsiccauit, &, teste Philone, indurauit sabulum, & siccam semitam habuerunt, velut pauimentũ, scilicet constratum: non itaque super aquas ambulauerũt, vt R. Samuel Marrochianus visus est insinuare. Porro, iuxta Hebraeum: In vento Orientali fortissimo: Et quia ventus siccus est, & vrens, ideo Vulgatus vertit: Vrente. Chaldaeus: Vento Orientali. Septuaginta: Vento Austro forti.

Philo de vita Moysi.
R. Samuel de aduentu Messia cap. 13.

25 *Diuisaq. est aqua.*] Non seruatur idem ordo in narratione, qui in facto; prius enim diuisa est aqua, & postmodum, vẽto flante, vertit Dominus in siccũ. Porro, Origenes, quem sequutus est Comestor, duodecim refert in mari diuisiones factas, iuxta duodecim tribus, vt seorsum incederent; sed certius videtur, vnam tantum factam fuisse, per quam cum ingredi timerent, vt Hebraei referunt, tribus Iuda ausa est anteire: quare & regnum promeruit. Quod autem Psal. 135. dicitur: Et diuisit Mare Rubrum in diuisiones, Hebraeorum more, plurale, pro singulari ponitur, vt vulgo dicimus: *Diuidiose en dos partes*. Sic Theodoretus, & Cosmas Ierosolymitanus. Iam, Iosephus in fine 2. lib. De antiquitatibus, ex Annalibus Alexandri refert, Alexandri ductu, Macedonibus Pamphiliũ mare cessisse, & aliam viam non habentibus, illic iter aperuisse, cum Deus eius opera, ad destruendum Persarum Imperium, vti decreuisset.

Orig. in Exo. Comestor in sua hist.
Theod. q. 25. in Exod. Cosmas hymno 2. Iosephus 2. de antiq. prope finem.

26 *Quasi murus à dextra eorum & laeua.*] Intumuerant aquae, & cum medium iter siccum esset, aquae, quasi murus, ex vtraque parte eleuatae manserant: sicut Zeno Veronensis Episcopus: aquae, inquit, dextra laeuaq. gelido stupore frenatae, vitreos diriguntur in muros, quod in Iordane, ex altera tantum parte, scilicet superiori, factum fuit, quae scilicet decurrentes impedire transitum possent; nam ex inferiori parte fluentes, nullum transeuntibus impedimentum esse poterant. Iam, Diodorus huius facti vestigia adhuc ostendi refert, quod licet gentilium aliqui diuino non ascribant miraculo, sed vi naturae; ipse tamen acute ostendit, quomodo necessum sit, opus Dei miraculosum supra omnem naturae vim fateri.

Zeno ser. 12. lib. 12.
Diodorus.

27 *Persequentesq. Aegyptij, ingressi sunt post eos.*] Licet Hebraeos praetereuntes, prae tenebris non viderent, strepitum tamen persentientes, cum viderent medium iter siccum, sequuti sunt illos: sic Hugo de sancto Victore.

Hugo de S. Victor. in Exo.

28. *Iamq. aduenerat vigilia matutina.*] Iuxta Hebraeum: Et factum est in custodia, siue vigilia matutina: Sic Chaldaeus, & Septuaginta. Iam, sicut antiquitus noctem in quatuor aequales partes distribuentes, quatuor appellarunt noctis vigilias, sic & diei totidem, consimili facta horarum partitione.

29 *Et ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorũ per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum.*] Respicere dicitur Dominus, cum aliquid nouum & insigne operatur. Porro, per columnam ignis, & nubis, nisi positum dicamus Hebraeorũ more, singulare, scilicet, columnam, pro plurali, scilicet colũnas, satis aperte constaret, vnam eademq. columnã nunc ignis, nũc nubis dici, quod sic, vel aliter appareret. Iam, pro verbo, interfecit; In Hebraeo est *Vaiham*, quod etiam conturbauit, attriuit, & cõterendo perstrepere, significat. Curruum siquidem rotas confringebat, quod Iosephus explicare visus est, cũ de caelo, aut potius, quasi ex columna, tonitrua, & fulgura deferri scribit. Vulgatus vero ad horum effectum respiciens, vertit: Interfecit. At Chaldaeus, & Septuaginta, iuxta vim vocis legunt: Cõturbauit.

ויהם
Ioseph. 2. antiq. cap. 14.

30 H

30 *Et subuertit rotas curruum.*] Iuxta Hebrçum, & Chaldæum est: Et abstulit rotam, pro rotas, & ducebant eos grauiter, subaudi, Aegyptij, illos currus, vtpote detractis rotis. Septuaginta: & impediuit, seu colligauit axes curruum eorum.

32 *Ferebanturq. in profundum.*] Remotis siquidem axibus à curribus, certum est, & qui ipsis insidebant, simul cum curribus in terram cecidisse, & sessores conturbatos, etiā in ipsas aquas irruisse.

32 *Dominus pugnat pro eis.*] Chaldæus: Quia hæc est potentia Domini, quæ pugnat pro eis in Aegypto: sed idem est sensus.

33 *Reuersumq. est primo diluculo ad priorem locum.*] Iuxta Hebræum est: Ad fortitudinem suam, vel ad robur suum. Chaldæus: Ad vigorem suum. Septuaginta: Ad locum. Tunc enim mare fortitudinem suam recepit, cum aquæ ad priorem locum, reuersæ sunt.

34 *Et inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.*] Præ consternatione attoniti, in ipsis aquis medij maris ruebant. Iuxta Hebræum est: Et impulit, aut præcipitauit Dominus Aegyptios in medio maris. Chaldæus: Et suffocauit. Theodoretus, in pœnam submersionis infantum Hebrçorum factum interpretatur; ruptis etenim curribus, & aduenientibus aquis secundum naturam, effusis Aegyptijs, sepulcrum fuit vt Seuerus Episcopus scribit: & R. Salomoh, propter vim, inquit, ignis, accensas fuisse rotas, & currus implicatos, & qui super eos sedebant, excussos & eorū membra discerpebantur. Porro, refert Iosephus: Et ventum, & procellam, & imbres de cælo, & tonitrua, & fulgura, illa hora adeo percrebuisse, ita vt nihil abfuerit, eorum quæ ab irato Deo, hominibus immitti solent.

Theod. q. 26. in Exo.

Seuerus. R. Salomoh.

Ioseph. 2. antiq. c. 14.

35 *Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris.*] Sunt qui putent, filios Israel ad oppositam maris oram non pertransisse: sed cum interiectus esset mons iuxta mare, per modum circuli, siccato mari, ad eamdem maris oram, ex altera montis parte peruenisse rursus in terram promissionis cum Num. 33. aperte dicatur, transacto mari, venisse in desertum Ethan, ex quo progressi scilicet fuerant. Sed certe, iuxta Iosephum, certissimum puto, diuisum fuisse mare à littore in oppositum, vbi est desertum Sur, quod & Ethan dicitur Num. 33. Vel quod idem desertum etiam vsque ad alteram Rubri Maris partem pertingat, vel quod eiusdem sit nominis, cum eo, qui est ex ea parte, qua Aegyptus manet, cuius portio sit desertū Sur. Sunt & qui dicant Num. 33. Ethan non esse deserti nomen proprium, sed potius significare durum & forte. Alij cursum transitumq. velocem, sed iuxta sanctum Hieronymum, Ethan deserti nomen est, cuius Sur est portio quædam.

Ioseph. 2. antiq. c. 14.

Hieron. de locis Hebra.

36 *Et viderunt Aegyptios mortuos, super littus maris.*] subintelligendum est de illo littore, quo filij Israel peruenerant, quod diuina speciali dispensatione factum est, vt ad littus illud applicarent, satis apparet, ne filij Israel vltra eos timerēt, sed Deum collaudarent, maxime quod iuxta naturæ cursum, mortuum corpus demergitur, nec vsque ad dies aliquot ad oram proijcitur.

37 *Et manum magnam.*] Idest, potentiam magnam, qua in Aegyptios punitionem exercuerat.

38 *Crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.*] Ex hoc loco, Hieronymus in epistolam ad Philemonem infert, quomodo eamdem fidem habere quis possit in Deum, & in omnes sanctos eius, adeo vt nemo credat in Deum, qui non credat in sanctos eius: sed pie interpretandum est, idest, credat sanctis, vel de sanctis, non proprie in sanctos, sed in Deum, quod docte prosequuntur Theologi in 2. 2. S. Thomę q. 1. art. 2. in disputatione de fide: hoc vero loco proportionaliter intelligendum est, vt crediderint Moysi, non vt Deo, sed vt seruo Dei, & Dei internuncio, apud homines.

Hieron. in epistol. ad Philemonem.

S. Tho. 2. 2. disputatione de fide.

CAPVT XV.

b quod Moyses composuerit, dicitur in singulari cecinit. g versibus hexametris compositum. i i. in laudem Dei. l Moyse incohante, alijs respondentibus. m quia omnes cecinerunt præcinente Moyse viris, præcentrice Maria inter feminas. n i. in laudem Dei.

a b c d e f g h i K l m n
Tunc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt. Cantemus Domino:

a b c i. maiestatem suam mire extulit, seu magnum se ostendit. Iuxta Hebr. magnificando magnificatus est, seu gloriose glorificatus est. e f g pro, equos, & ascensores. l m quod fortiter pro ipsis contra Aegyptios egerit.

a b c d e f g h i k l m
gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea,

a b c d vnde, & materia laudis meritis fuit. e f g h i. liberauit me. l m n non ementita diuinitate, vt dij Aegyptiorum. p q i. quem, vt Deum verum, adorare, & colere instituo.

a b c d e f g h i K l m n o p q
& laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum:

Digitized by Google

a b c d e f g h i K l m n

i. non recens, sed quem prisci patres colebant. i. canticis, et laudibus, quantum potero, magnificabo. i. vincens ad modum pugnantium, iacula mittentium, & euertentium currus. i. virtutis infinita est, et cuncta potens. Iuxta Hebr. Iehoua. Septuag. Dominus.

a b c d e f g h i K l m n

Deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

---

i K l m

i. selecti præ robore, & militari arte, & dignitate præstantes.

a b c d e f g h i K l m n o

Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare: Electi principes eius submersi sunt in

---

a b c

dicitur Rubrum, forsan, quod & in sanguinem eius aqua conuersa, quando & reliqua Aegypti. i. aqua profunda.

a b c d e f g h i K l m

Mari Rubro. Abyssi operuerunt eos. descenderunt in profundum, quasi lapis. Dextera tua

---

l m a b c d e f i l. m n

i. potentia tua quod fortiter egeris, omnibus facta est palam, seu fortitudinis actu est ostensa magna. i. potentia. i. peremit. i. fortitudo magna, quam ostendisti, in magnam gloriam tuam cessit.

a b c d e f g h i k l m n

Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum. Et in multitudine

---

c d e g h i K n

i. deiecisti, & prostrasti. Chald. confregisti. etiam, quia populi tui aduersarij, & tui erant. i. pœnas, & supplicia, quæ ad modum irati, immisisti. ad modum, quo cibi deuorantur, & in stomacho includuntur; metaphorice itaque ira deuorasse dicitur, & ignis, & aqua similiter. i. ita facile, sicut ignis stipulam.

a b c d e f g h i K l m n

gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos: misisti iram tuam, quæ deuorauit eos, sicut stipulam.

---

a b c d e e f g h K K l m n

i. vento, quem ad modum irati impense flare fecisti. s. contra Aegyptios. ac si congelatæ steterunt, ut murus, diuiso mari in duas partes. quasi murus. Iuxta Hebræum: steterunt aquæ, sicut aceruus. quæ suapte natura fluens est. s. sic, ut medium iter præberent. i. aqua profunda.

a b c d e f g h i K l m n o p

Et in spiritu furoris congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens: congregatæ sunt abyssi in medio

---

b c d g i K

s. in corde suo. Hebræus. i. distribuam. s. explebitur voluptate, q. d. capiam ex eorum nece voluptatem. i. desiderium meum.

a b c d e f g h i K

mari. Dixit inimicus: Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima

---

b c d K

quod per manus exercitus fit, id per Regis, aut Ducis manum factum dici solet. i. ventus à me agitatus.

a b c d e f g h i K l m n

mea: Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Flauit spiritus eius, & operuit

---

K l m n o

quasi dicat nullus. Septuag. & alij: in dijs.

a b c d e f g h i K l m n o

eos Mare. Submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus

---

e f g h i K

i. qui scilicet sanctitate maxima pollens es. i. metuendus Aegyptijs, nobis tamen laude dignus. Iuxta Hebræum: Laudibus.

a b c d e f g h i K l

Domine? Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens

---

a b c d f g h

i. portenta. s. per executionem vindictæ prodeuntis à tua potentia. metaphorice, sicut cibi deuorari solent, & in stomacho includi. Aug. q. 54. in Exo. terræ nomine aquam intelligit: iuxta [illegible] diuisionem, in cælum & terram.

a b c d e f g h

mirabilia. Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Digitized by Google

SCHOLIA.

1 TVNC cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino.] Canticum canticorum vocat Origenes carmen hoc, non à præstantia, à qua Salomonis canticum sic inscribitur; sed ab eius antiquitate, quod vetustius cęteris sit, nec in humanis antiquius aliud inueniatur. S. Bernardus victoriæ canticum appellat: In quo, vt inquit Philo, Deum Moyses auctorem tanti beneficij celebrat, distributa tota gente in duos choros, altero, virorum, mulierum altero, ipse viris carmen præcecinit, sororem dedit præcentricem feminis, & prophetiæ Moysi contendit fuisse initium, & quasi proœmium. Nec desunt, qui carmina hæc in chorum cantata dicant, sic vt chorus choro responderet, sicut sæpe legimus, maxime 1. Reg. 18. mosq. iste peculiaris fuerit prophetis, vt in choreis laudes Deo dicerent. Porro, quod Moyses canticum hoc composuerit, licet populus etiam cecinerit, in singulari dictum est: Tunc cecinit Moyses: Septuaginta: tunc cecinerunt Moyses, & filij Israel. Iam Iosephus versibus exametris compositū fuisse canticum hoc scribit, licet Vulgatus in Latino eamdem metri mensuram non seruauerit. Deniq.: Domino, dictum est, ideſt, in laudem Domini, estq. huius cãtici genus encomiasticon, hoc est laudatoriū.

Orig. in Exo. *Bernard. in sententijs.* *Philo de vita Moysi.* *Ioseph. in fine 2. lib. antiq.* ἐγκωμιαστικόν.

2 *Cantemus Domino.*] Iuxta Hebræum est: Cantabo, quod Moyses, vt dixi, canticum hoc composuerit, sed quia populus cecinit, ideo Vulgatus, Septuaginta, & Chaldæus, in plurali legunt: Cantemus. Porro, Domino, ideſt, in Dei laudem, & gratiarum actionem.

3 *Gloriose enim magnificatus est.*] Iuxta Hebręū legunt aliqui: superbiendo superbiuit: superbiendi vtique verbo in bonam partem sumpto. Septuaginta: Gloriose enim glorificatus est. Chaldęus: Quia magnificatus est super magnificos, & magnificentia illius est: sed omnium vnus sensus, ideſt, magnificum, fortem, & strenuum, in Aegyptiorum nece, & Hebræorum transitu per Mare se ostendit, longe lateque diffusum est eius præconium, maiestatem suam extulit, & vno hoc opere spectatam voluit toti orbi.

4 *Equum, & ascensorem, proiecit in Mare.*] Hebræorum more, singulare, pro plurali ponitur, ideſt, equos, & ascẽsores: Sic Euthymius Zigabonus.

Euth. in hoc Cant.

5 *Fortitudo mea, & laus mea Dominus.*] Quasi dicat: Eius auxilio hostibus superior fui, & qui mihi propterea canticis est celebrandus: Fortitudo itaque dicitur, quia in eorū auxiliū, fortis contra hostes visus est: laus vero, quod materia laudis proinde extiterit: Sic Basilius. Septuaginta: Auxiliator & protector factus est mihi in salutẽ. Chaldæus: Fortitudo mea, & canticum meum, Dominus terribilis. In Hebræo est *Zimrath*, quod & laudem, seu psalmodiam significat, & præcisionem, vt Cant. 2. Tempus putationis aduenit. Vnde aliqui hic legũt: Et præcisio Dominus, quod Aegyptios præcidit. Certe hoc loco commode legitur: laus mea.

Basilius. זמרת

6 *Et factus est mihi in salutem.*] Ideſt, mihi opem tulit, & liberauit me. Chaldæus: Dixit in verbo suo, & fuit mihi in redemptionem. Septuaginta, sicut nos: sed omnium idem est sensus.

7 *Iste Deus meus, & glorificabo eum.*] Dictionem, iste, demonstrationis ad sensum, Hebræi esse putant, quod in Mari in specie visibili Deus illis apparuerit, clarius tunc ab illis visus, quam postmodum à prophetis, sed hoc absque fundamento dictum est. Quare ab effectu diuinæ potentiæ, Dei præsentiam peculiari modo adesse intelligentes: verus Deus, inquit Basilius, non mentita diuinitate nuncupatus est: non sicut illi, quos in Aegypto colebant; extra quem nullus verus Deus, quod demonstratione ad intellectum prædicant. Porro, iuxta Hebræum *El*, à fortitudine, Deus dictus est, inquit Heronymus, quia fortitudinem suam ostendit. Iam, glorificabo eum, ideſt, vt verum Deum colere, & adorare instituo. Iuxta Hebræum est: Decorabo, vel propterea exstruam illi tabernaculum, in quo eum colam: Vnde Chaldæus: Hic Deus meus, & ædificabo ei sanctuarium: *Naua* enim habitare etiam significat, & hic scribitur in Hiphil: sed Vulgatus alterum eius significatum expressit, scilicet, glorificabo: alterum autem congrue subintelligitur.

Basilius. אל *Hieronym. ad Marcellam.* נוה

8 *Deus patris mei, & exaltabo eum.*] Et quod propter sanctorum Patrum merita, beneficium hoc à Deo obtinuisse crediderint, & quod non recens Deus, sed quem eorum patres iam coluerint, Deus patris mei dicitur: ac propterea inquit: Exaltabo eum, ideſt, canticis atque laudibus, quantum potero, magnificabo.

9 *Dominus, quasi vir pugnator.*] Iuxta Hebræū: vir belli, ideſt, bellicosus admodum. Septuaginta: Conterens bella. Chaldæus: Dominus est victor bellorum: pugnator itaque; subintelligi tamen debet, sic, vt vicerit. Vulgatus modum tantum, pugnandi scilicet, expressit; vt enim pugnator ab arce in hostes iacula mittit, & in bello inimicorum currus subuertere solet, vt in eis pugnantes excutiantur, simile, tonitruis, & fulguribus, à Deo immissis, experti Aegyptij, dixisse legimus: fugiamus Israel, quia Dominus pugnat pro eis.

10 *Omnipotens nomen eius.*] Nomine Domini, eius maiestatem, & potentiam Scriptura intelligit quandoque, vt Marci vltimo: In nomine meo dæmonia eijcient, ideſt, in virtute, & potestate mea. Idque familiare est in Scripturis. Cæterum hoc loco, cum in Hebræo, vbi nos legimus: Omnipotens, sit nomen ineffabile *Adonai*, præstat dicere sermonem hic esse de Dei nomine ineffabili, quod Græci Tetragrammaton vocant.

יהוה τετραγράμματον.

11 *Currus Pharaonis, & exercitum eius, proiecit in Mare.*] Iuxta Hebræum: Eiaculatus est; quasi dicat: Veluti iaculis, fulminibus illos deiecit, & ea facilitate, quanta quis arcu sagittas emittere solet; id enim Hebraica vox *Iara*, importat.

ירה

12 *Electi principes eius, submersi sunt in Mari Rubro.*] Ideſt, electi bellatores, strenui, qui alijs præerant, & sicut bellandi arte, & viribus; ita & dignitate præstabant. Septuaginta: Electos ascensores Tristatas, demersit in Mari Rubro, quod explicans Euthymius, docet sic dici; quod tres essent in curru vno: qui habenas moderaretur vnus; duo reliquī contra hostes decertarent. Sed sanctus Hieronymus inquit, electi ascensores Tristatæ, pro his Latina simplicitas Statores transtulit: Trista-

Euth. in hoc Cant. *Hieron. in 23. cap. Ezech.*

tæ autem nomen apud Græcos, est secundus gradus post regiam dignitatem, de quibus Paralipomen. 11. Verumtamen ad tres primos non peruenit: qui principes equitum peditumque erant, & tributorum, quos nos magistratus vtriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus: quod quidem magis priori expositioni arridet. Porro, iam supra satis dictum est, quare Rubrum Mare dicatur: nec desunt, qui affirment, ideo etiam dictum, quod eius aquæ, sicut aliæ Aegypti, tunc in sanguinem fuerint conuersæ.

Ambr. lib. 3. de Spiritu sancto. Hieronym. in cap. 25. Isa. Euthim. in hoc Cant.

12 d. *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine.*] Ambrosius, & Hieronymus, filium Dei per dexterā intelligunt; sed hoc magis ad mysticum puto pertinere sensum, quare, iuxta Euthymium, dexteræ nomine, Dei potentia importatur, per quam fortiter egerit: quod cum omnibus factum sit peruium, hoc magnificare dixit, phrasi Hebraica.

Euthym. in hoc Cant. גאה

13 *Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.*] Hebraismus est, quasi dicat: excellenti tua fortitudine, & vi, eos destruxisti: Sic Euthymius. In Hebræo est *Gaba*, quod maiestatem, gloriam, altitudinem, & superbiam significat: Vnde aliqui vertunt: In multitudine superbiæ; cuius nomine, si gloriam intelligas, idem est sensus. Chaldæus: In multitudine fortitudinis tuę confregisti eos, qui insurrexerunt contra populum tuum. Qui enim contra Dei populum erant, & Dei aduersarij dicuntur: gloria itaque, pro fortitudine sumitur. Potest etiam, & congrue iuxta Hebraismum dici, & magna fortitudine inimicos deiecisse, quod in Dei magnam gloriam cessit, & vtrumque, gloriæ nomine, Vulgatum intellexisse.

Basilius. Hieronym. in 22. c. Ezech. Euthym. in hoc Cant.

14 *Misisti iram tuam, quæ deuorabit eos, sicut stipulam.*] Basilius, & Hieronymus, metaphorice Deum iratum ab effectu dicunt, sic & Euthymius: Vnde supplicia & pœnas à Deo illatas, iram Dei vocat, quibus ad instar stipulæ, quæ ab igne metaphorice deuorari dicitur, consumpti sunt: Vnde Chaldæus: consumpsit eos, sicut stipulam.

15 *Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.*] Iuxta Hebræum: Per flatum naris tuæ, idest, quem emisisti, quia Deus auctor est flatuum, & ventorum; ideo ventus naris eius dicitur, hoc est, ab eo emissus, quasi iratus Dominus in illos. quasi dicat: fecisti, vt spiraret ventus, & ad flatum illius, statim congregatæ sunt aquæ: sed Vulgatus optime, vt effectum iræ Dei in Aegyptios, spiritum, siue ventum describit, à Deo scilicet immissum. Chaldæus: In verbo oris tui, idest, ad præceptum tuum. Septuaginta: Et per spiritum iræ tuæ diuisa est aqua: per talem siquidem congregationem, Mare diuisum est in duas partes.

16 *Stetit vnda fluens, & congregati sunt abyssi in medio Mari.*] Stetit vnda, sicut murus, quæ sua natura fluens erat. Porro, iuxta Hebræum: Congelatæ, idest, sic steterunt, ac si congelatæ fuissent. Iam abyssi, idest, aquæ profundæ.

17 *Diuidam spolia, & implebitur anima mea.*] Diuidam spolia, cum scilicet victor euadam. Porro, anima hic pro desiderio sumitur, quasi dicat: direptis spolijs, desiderium meum explebitur.

17 d. *Interficiet eos manus mea.*] Vulgaris loquendi modus est, vt quod per manus exercitus fit, Regis vel Ducis manu factum dicatur.

18 *Flauit spiritus tuus, & operuit eos Mare.*] Illis siquidem sic cogitantibus, flante vento magno, & à Deo misso; ob id enim Dei spiritus dictus, reuersæ aquæ in locum suum, iuxta popriam naturam, operuerunt Aegyptios.

19 *Quis similis tui in fortibus Domine.*] Chaldæus affirmatiue legit: Non est absque te, subaudi, Deus, quia tu es Deus Dominus. Vulgatus cum interrogatione legit, quasi dicat: Non est alius ei similis. Cæterum *Baelim*, & fortes, & Deos significat: vnde aliqui legunt: inter Deos. Sed congruentius Vulgatus: Inter fortes. Porro, R. Isaach Benschola refert, Iudam Machabæum, cum aduersus Antiochum Iudæorum hostem esset prœlium initurus, militibus belli tesseram dedisse verba prędicta textus in Hebræo *Miche, Mocha, Baelim, Iehoua*, quæ, & in vexillis scribi iussit, initialibus literis quatuor tantum expressis, M. C. B. I. Sed militum vulgus, cum non secundum sententiam, sed vt vnam dictionem ex earum combinatione exprimerent, legebant: Machabæi: Vnde paulatim militaris consuetudo obtinuit, vt ipse, & sui, & eorum posteri, Machabæi cognomine appellarentur.

מי כמוך באלים יהוה
מ כ ב

20 *Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis.*] Quasi dicat: quis sicut tu? tu quidem magnificus in sanctitate, idest, sanctitate maxima pollens, sanctitate inquam, qua huius sæculi fortes raro prędíti sunt; cumque magnificentia opus magnum respiciat, & illud ex fine attendi debeat, nihilque honori Dei & cultui præstet (vnde Ethicorum 4. Honorabiles sumptus maxime dicuntur, qui in cultum Dei sunt) ideo magnificentia sanctitati hoc loco coniungitur: sic sanctus Thomas. Terribilis itaque cunctis es, sic tamen vt laudabilis à nostris merito sis, qui tam terribilis Aegyptijs visus es. Iuxta Hebræum est: Formidabilis laudibus: quasi dicat: terribilis quoque es cum laudaris; nam nemo mortalium te satis laudare valet, magno itaq. cum timore laudari debes. Sed prior expositio commodior videtur.

S. Tho. 22. q. 13. ar. 2. ad 3.

21 *Extendisti manum tuam.*] Diuinam potentiam, manum vocat, quam per iustam vindictam extendisse dicitur, cum enim non punit impios, contracta apparet.

22 *Et deuorauit eos terra.*] Euthymius & recentiorum multi asserunt, in littore maris, Aegyptiorum corpora iacuisse, donec ab Hebræis spoliarentur: At postmodum ad diuinæ iræ ostensionem, terræ hiatu absorptos fuisse. Præstat tamen Augustini, & Hugonis de S. Victore expositio, vt terræ nomine, mare, & hæc omnia inferiora intelligantur: sicut cum in Genes. dicitur: Creauit cælum, & terram: Et Psalm. 148. commemoratis cęlestibus, dicitur: Laudate Dominum de terra. cuncta inferiora, terræ appellatione complectens. Quod igitur ab aquis quasi à terra fuerint absorpti, ac terræ nomine & aquas vocans, dixit: Et deuorauit eos terra, per metaphoram, à cibis, qui deuorantur, & in stomacho quasi sepeliuntur, & absorbentur.

Euth. in istud cant. Aug. q. 54. in Exod. Hugo de S. Victor. in Exod.

Dux

Digitized by Google

a b c d h K n

per angelum praeuntem, & columnam.
non ex meritis populi, & in iustitia, eripiens populum à tyrannide Aegyptiorum.
i. saluasti seu liberasti opetua.
quasi in manibus, ne in aliquo læderetur: & hic incipit prophetia futurorum, vnde portasti, pro, portabis, idest, deduces.
i. longanimitate & operibus, quibus fortem te ostendisti.

a b c d e f g h i K l m n o

Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti: Et portasti eum in fortitudine tua,

---

b c d e h h i K

i. terram promissam, quam electione sanctificasti, vt in illa, in medio populi habitares. Vel tabernaculum, vel templum, vt aliqui volunt.
s. in prelium in cap. 17. præterita pro futuris. q. d. tentabunt resistere.
i. indignati.
præ inuidia, & putantes vellet terrã suam occupare.
præ inuidia.

a b c d e f g h i K l

ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi & irati sunt: dolores obtinuerunt

---

a b d f g i K

qui Palæstinam locaque terræ promissionis finitima inhabitant.
vt constat Num. 20. & Deut. 2.
i. Idumeæ regionem incolentes.
i. regionis Moab.
Num. 21.

a b c d e f g h i K

habitatores Philisthijm. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit

---

b d e i l

i. demisso animo erant, & præ deffectu virium membra rigebant.
s. omnes, idest, reliqui, qui terram Chanaan inhabitant, præter nominatos.
s. interius.
s. exterius.

a b c d e f g h i K l m

tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido & pauor, in

---

m a b c d e f g i

præ magnitudine operum, quibus vim brachij tui ostentas.
vt nec se deffendere, nec impedire iter valeant.
s. ad terram promissam.

a b c d e f g h i K l m

magnitudine brachij tui: Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus iste

---

b f f g h i K

quasi hereditatem tuam peculiarem elegisti.
i. fundabis.
s. ne facile euellatur, radices altas mittent.
quod montuosa sit, terra promissionis.
i. quam in hereditatem elegisti.

a b c d e f g h i K l

quem possedisti. Introduces eos & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmissimo habita-

---

l a b c d e f g h i K l m a l

i. quam, vt populus tuus, & tu in medio populi habitares, firmiter elegisti & effecisti.
Terra promissionis, ob peculiarem ritum & assistentiam Dei, sanctuarium Dei dicitur.
i. vt stabilem hereditatem elegisti.
pro, firmabunt. Chald. & Septuag. parauerunt.

a b c d e f g h i K l m

culo tuo, quod operatus es Domine: Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus

---

e f g h i k l m n o l

i. vltra cuiuscumque rei periodum, seu per totum præsens sæculum, & per futurum. Iuxta Hebræum: in sæculum & in æternũ.
repetit, quod à principio cecinerat, sicut sæpe in cantilenis fieri solet.
i. equitatus seu equi.

a b c d e f g h i K l m n o

tuæ: Dominus regnauit in æternum & vltra. Ingressus est enim eques Pharao cum cur-

---

f g h

sicut supra:

a b c d e f g h i k l m n

ribus, & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij au-

---

m

etiam, vt fertur, ante Moysi natiuitatem.

a b c d e f g h i K l m n

tem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror

---

b c d e f g h i K l m

vt sicut viri Domino cecinerant, & ipsa idem canticum cantaret.
sicut mos erat puellarum, conuenire in solennitatibus Chorais insistendo in diuinis laudibus.

a b c d e f g h i K l m n

Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis

---

Digitized by Google

tæ autem nomen apud Græcos, est secundus gradus post regiam dignitatem, de quibus Paralipomen. 11. Verumtamen ad tres primos non peruenit: qui principes equitum peditumque erant, & tributorum, quos nos magistratus vtriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus: quod quidem magis priori expositioni arridet. Porro, iam supra satis dictum est, quare Rubrum Mare dicatur: nec desunt, qui affirment, ideo etiam dictum, quod eius aquæ, sicut aliæ Aegypti, tunc in sanguinem fuerint conuersæ.

Ambr. lib. 3. de Spiritu sancto. Hieronym. in cap. 25. Isa. Euthim. in hoc Cant.

12 d. *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine.*] Ambrosius, & Hieronymus, filium Dei per dexterã intelligunt; sed hoc magis ad mysticum puto pertinere sensum, quare, iuxta Euthymium, dexteræ nomine, Dei potentia importatur, per quam fortiter egerit: quod cum omnibus factum sit peruium, hoc magnificare dixit, phrasi Hebraica.

Euthym. in hoc Cant. גבא

13 *Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.*] Hebraismus est, quasi dicat: excellenti tua fortitudine, & vi, eos destruxisti: Sic Euthymius. In Hebræo est *Gaba*, quod maiestatem, gloriam, altitudinem, & superbiam significat: Vnde aliqui vertunt: In multitudine superbiæ; cuius nomine, si gloriam intelligas, idem est sensus. Chaldæus: In multitudine fortitudinis tuę confregisti eos, qui insurrexerunt contra populum tuum. Qui enim contra Dei populum erant, & Dei aduersarij dicuntur: gloria itaque, pro fortitudine sumitur. Potest etiam, & congrue iuxta Hebraismum dici, & magna fortitudine inimicos deiecisse, quod in Dei magnam gloriam cessit, & vtrumque, gloriæ nomine, Vulgatum intellexisse.

Basilius. Hieronym. in 22. c. Ezech. Euthym. in hoc Cant.

14 *Misisti iram tuam, quæ deuorabit eos, sicut stipulam.*] Basilius, & Hieronymus, metaphorice Deum iratum ab effectu dicunt, sic & Euthymius: Vnde supplicia & pœnas à Deo illatas, iram Dei vocat, quibus ad instar stipulæ, quæ ab igne metaphorice deuorari dicitur, consumpti sunt: Vnde Chaldæus: consumpsit eos, sicut stipulam.

15 *Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.*] Iuxta Hebræum: Per flatum naris tuæ, idest, quem emisisti, quia Deus auctor est flatuum, & ventorum; ideo ventus naris eius dicitur, hoc est, ab eo emissus, quasi iratus Dominus in illos. quasi dicat: fecisti, vt spiraret ventus, & ad flatum illius, statim congregatæ sunt aquæ: sed Vulgatus optime, vt effectum iræ Dei in Aegyptios, spiritum, siue ventum describit, à Deo scilicet immissum. Chaldæus: In verbo oris tui, idest, ad præceptum tuum. Septuaginta: Et per spiritum iræ tuæ diuisa est aqua: per talem siquidem congregationem, Mare diuisum est in duas partes.

16 *Stetit vnda fluens, & congregati sunt abyssi in medio Mari.*] Stetit vnda, sicut murus, quæ sua natura fluens erat. Porro, iuxta Hebræum: Congelatæ, idest, sic steterunt, ac si congelatæ fuissent. Iam abyssi, idest, aquæ profundæ.

17 *Diuidam spolia, & implebitur anima mea.*] Diuidam spolia, cum scilicet victor euadam. Porro, anima hic pro desiderio sumitur, quasi dicat: direptis spolijs, desiderium meum explebitur.

17 d. *Interficiet eos manus mea.*] Vulgaris loquendi modus est, vt quod per manus exercitus fit, Regis vel Ducis manu factum dicatur.

18 *Flauit spiritus tuus, & operuit eos Mare.*] Illis siquidem sic cogitantibus, flante vento magno, & à Deo misso; ob id enim Dei spiritus dictus, reuersæ aquæ in locum suum, iuxta popriam naturam, operuerunt Aegyptios.

19 *Quis similis tui in fortibus Domine.*] Chaldæus affirmatiue legit: Non est absque te, subaudi, Deus, quia tu es Deus Dominus. Vulgatus cum interrogatione legit, quasi dicat: Non est alius ei similis. Cæterum *Baelim*, & fortes, & Deos significat: vnde aliqui legunt: inter Deos. Sed congruentius Vulgatus: Inter fortes. Porro, R. Isaach Benschola refert, Iudam Machabæum, cum aduersus Antiochum Iudæorum hostem esset prœlium initurus, militibus belli tesseram dedisse verba prędicta textus in Hebræo *Miche, Mocha, Baelim, Iehoua*, quæ, & in vexillis scribi iussit, initialibus literis quatuor tantum expressis, *M. C. B. I.* Sed militum vulgus, cum non secundum sententiam, sed vt vnam dictionem ex earum combinatione exprimerent, legebant: Machabæi: Vnde paulatim militaris consuetudo obtinuit, vt ipse, & sui, & eorum posteri, Machabæi cognomine appellarentur.

מי כמוך באלים יהוה מ כ ב

20 *Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis.*] Quasi dicat: quis sicut tu? tu quidem magnificus in sanctitate, idest, sanctitate maxima pollens, sanctitate inquam, qua huius sæculi fortes raro prędíti sunt; cumque magnificentia opus magnum respiciat, & illud ex fine attendi debeat, nihilque honori Dei & cultui præstet (vnde Ethicorum 4. Honorabiles sumptus maxime dicuntur, qui in cultum Dei sunt) ideo magnificentia sanctitati hoc loco coniungitur: sic sanctus Thomas. Terribilis itaque cunctis es, sic tamen vt laudabilis à nostris merito sis, qui tam terribilis Aegyptijs visus es. Iuxta Hebræum est: Formidabilis laudibus: quasi dicat: terribilis quoque es cum laudaris; nam nemo mortalium te satis laudare valet, magno itaq. cum timore laudari debes. Sed prior expositio commodior videtur.

S. Tho. 22. q. 13. ar. 2. ad 3.

21 *Extendisti manum tuam.*] Diuinam potentiam, manum vocat, quam per iustam vindictam extendisse dicitur, cum enim non punit impios, contracta apparet.

22 *Et deuorauit eos terra.*] Euthymius & recentiorum multi asserunt, in littore maris, Aegyptiorum corpora iacuisse, donec ab Hebræis spoliarentur: At postmodum ad diuinæ iræ ostensionem, terræ hiatu absorptos fuisse. Præstat tamen Augustini, & Hugonis de S. Victore expositio, vt terræ nomine, mare, & hæc omnia inferiora intelligantur: sicut cum in Genes. dicitur: Creauit cælum, & terram: Et Psalm. 148. commemoratis cęlestibus, dicitur: Laudate Dominum de terra. cuncta inferiora, terræ appellatione complectens. Quod igitur ab aquis quasi à terra fuerint absorpti, ac terræ nomine & aquas vocans, dixit: Et deuorauit eos terra, per metaphoram, à cibis, qui deuorantur, & in stomacho quasi sepeliuntur, & absorbentur.

Euth. in istud cant. Aug. q. 54. in Exod. Hugo de S. Victor. in Exod.

Dux

a b c d h K n

a b: per angelum præeuntem, & columnam. — *c d: non ex meritis populi, & in iustitia, eripiens populum à tyrannide Aegyptiorum.* — *h: i. saluasti seu liberasti ope tua.* — *K: quasi in manibus, ne in aliquo læderetur: & hic incipit prophetia futurorum, vnde portasti, pro, portabis, idest, deduces.* — *n: i. longanimitate & operibus, quibus fortem te ostendisti.*

a b c d e f g h i K l m n o

Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti: Et portasti eum in fortitudine tua,

---

b c d e h h i K

b c d: i. terram promissam, quam electione sanctificasti, vt in illa, in medio populi habitares. Vel tabernaculum, vel templum, vt aliqui volunt. — *e: s. in prœlium in cap. 17. præterita pro futuris. q. d. tentabunt resistere.* — *h: i. indignati.* — *h i: præ inuidia, & putantes velle terrã suam occupare.* — *K: præ inuidia.*

a b c d e f g h i K l

ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi & irati sunt: dolores obtinuerunt

---

a b d f g i K

a b: qui Palæstinam locaque terræ promissionis finitima inhabitant. — *d: vt constat Num. 20. & Deut. 2.* — *f g: i. Idumeã regionem incolentes.* — *i: i. regionis Moab.* — *K: Num. 21.*

a b c d e f g h i K

habitatores Philisthijm. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit

---

b d e i l

b: i. demisso animo erant, & præ deffectu virium membra rigebant. — *d e: s. omnes, idest, reliqui, qui terram Chanaan inhabitant, præter nominatos.* — *i: s. interius.* — *l: s. exterius.*

a b c d e f g h i K l m

tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido & pauor, in

---

m a b c d e f g i

m a b c: præ magnitudine operum, quibus vim brachij tui ostentas. — *d e f g: vt nec se deffendere, nec impedire iter valeant.* — *i: s. ad terram promissam.*

a b c d e f g h i K l m

magnitudine brachij tui: Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus iste

---

b f f g h i K

b: quasi hereditatem tuam peculiarem elegisti. — *f: i. fundabis.* — *f: s. ne facile euellãtur, radices altas mittent.* — *g h: quod montuosa sit, terra promissionis.* — *i K: i. quam in hereditatem elegisti.*

a b c d e f g h i K l

quem possedisti. Introduces eos & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmissimo habita-

---

l a b c d e f g h i K l m a l

l a b c d e f: i. quam, vt populus tuus, & tu in medio populi habitares, firmiter elegisti & effecisti. — *g h i: Terra promissionis, ob peculiarem ritum & assistentiam Dei, sanctuarium Dei dicitur.* — *K l m a: i. vt stabilem hereditatem elegisti.* — *l: pro, firmabunt. Chald. & Septuag. parauerunt.*

a b c d e f g h i K l m

culo tuo, quod operatus es Domine: Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus

---

e f g h i k l m n o l

e f g: i. vltra cuiuscumque rei periodum, seu per totum præsens sæculum, & per futurum. Iuxta Hebræum: in sæculum & in æternũ. — *h i k l m n o: repetit, quod à principio cecinerat, sicut sæpe in cantilenis fieri solet.* — *l: i. equitatus seu equi.*

a b c d e f g h i K l m n o

tuæ: Dominus regnauit in æternum & vltra. Ingressus est enim eques Pharao cum cur-

---

f g h

f g h: sicut supra:

a b c d e f g h i k l m n

ribus, & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij au-

---

m

m: etiam, vt fertur, ante Moysi natiuitatem.

a b c d e f g h i K l m n

tem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror

---

b c d e f g h i K l m

b c d e: vt sicut viri Domino cecinerant, & ipsa idem canticum cantaret. — *f g h i K l m: sicut mos erat puellarum, conuenire in solennitatibus Chorais insistendo in diuinis laudibus.*

a b c d e f g h i K l m n

Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis

---

c d d f g h i K l
sicut & Moyses viris. s. Maria. Totum canticum cecinisse credimus, licet initium eius tantum, hic repetatur.

a b c d e f g h i K l
& choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare.

S C H O L I A.

23 *Dux fuisti in misericordia, populo quem redemisti.*] Iuxta Hebræum est: Castra duxisti, siue castrametatus es: Sed cum hoc, quasi duce Domino, factum sit per angelum & columnam, Vulgatus vertit, sicut Septuaginta: dux fuisti, subintelligens, Israelitarum castra mouere faciens. Porro, quod nos legimus: In misericordia. Septuaginta legunt: In iustitia, quod Euthymius interpretatur, quia liberare oppressum, & eum à Tyrãnide eripere, iustitiæ opus est. Cæterum cum hoc non ex meritis Hebræi populi faceret, optime Vulgatus: in misericordia, legit. Iam, quem redemisti, non vtique auro aut argento, sed mirandis signis: Vnde hoc loco, redimere, idem est, quod saluare, & libertatem conferre.

Euth. in istud Cant.

24 *Et portasti in fortitudine tua.*] Iam ab hoc versu, quæ futura sunt Moyses prædicit, & ob prophetiæ certitudinem, quasi de præterito loquitur: Sic Euthymius, Rupertus, Hugo de S. Victore, & omnes recentiores. Porro Septuaginta legunt: Admonuisti, hortatus es: Sed Vulgatus, iuxta Hebræũ legit: portasti, metaphora sumpta ab eo, quod manibus ducitur, vt absque offensa & periculo sit, sicut & mater portare solet infantem, cuncta illi abunde suppeditans, & omnia mala depellens. Iam, in fortitudine, idest, virtute insuperabili, & per signa virtutis diuinæ, vt ex Maris Rubri transitu, fortissimorum Regum debellatione, Ciuitatis Hiericho subuersione expendere licet. Nec desunt, qui per fortitudinem, hic, longanimitatem Dei intelligunt, quod sæpe ad iracundiam Deum cum prouocauerint, quasi pater filijs, in multis indulgendo, eos ad destinatum portũ, sine eorum periculo deduxerit.

Euth. in istud cant. Ruper. in Exo. Hugo de S. Victor. in Exo.

25 *Ad habitaculum sanctum tuum.*] Terram promissionis, habitaculum Dei dicit, quod inhabitandam eã cũ populo Hebræo elegerit, peculiaribus ritibus colendus, & familiaribus auxilijs assistens: quam cum ad hoc elegerit, diuina electione quodammodo illam sanctificauit, ideo habitaculum sanctum dicitur. Sunt &, qui hoc referant ad locum, in quo templum ædificandum erat: sed germanior videtur prior expositio.

26 *Ascenderunt populi, & irati sunt.*] Quasi dicat: Audita Hebræorum prosperitate, eisque inuidentes, irati sunt, putantes velle terram illam occupare, & ita contra eos in bellum ascenderunt, vt infra cap. 17. dicitur. Coniunctio ergo illa, &, causalis potius est, idest, quia irati; ideo ascenderunt. Porro *Samu*, audire potius significat. Et *Irgazun*, contremuerunt, expauerunt, commoti sunt, hæc omnia importat. Vnde aliqui legunt iuxta Hebræum: Audierunt trementes. Et Chaldæus legit: commoti sunt. Vnde & Euthymius interpretatur: irati sunt, idest, turbati, formidantes. Quę omnia cum iuxta Hebræi fœcunditatem, & patrum intelligentiam, bene consonent: licet alterum tantum expresserit Vulgatus; alterum tamen, quod scilicet, audientes commoti sint, commode subintelligitur.

שמעו ירגזון

Euth. in istud cant.

27 *Dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm.*] Chaldæus: terror apprehendit omnes, qui habitant in Palęstina. Aliqui, iuxta Hebræum, legunt: tremor. Sed optime etiam iuxta Hebræum vertit Vulgatus: dolores, ex inuidia scilicet, ęgreque ferentes, quod tentarent talem terram occupare: habitant enim isti terram Palęstinam, locaque terræ promissionis finitima.

28 *Tunc conturbati sunt principes Edom.*] Edô ex Hieronymo terra est, in qua habitauit Esau, in regione Gabalena, quod, ex eo, quod pilosus esset & hispidus, Seir etiam nomen accepit: in quibus locis prius habitauerat Chorræus, quem interfecit Chodorlaomor. Habitantes itaque Idumeæ regionem, conturbati sunt, & tumultuati: sic interpretatur Euthymius, quod Septuaginta hic legunt: festinauerunt: Vnde & Deut. 2. dicitur: Timebunt vos. Et Num. 20. etiam conditiones pacis offerentibus, & transitum sine iniuria petentibus Israelitis ab illis, præ timore acquiescere noluerũt, sicut Deutero. 2. innuitur.

Hieronym. de locis Hebra.

Euthy. in hoc Cant.

29 *Robustos Moab obtinuit tremor.*] Moab ex S. Hieronymo, ab vno filiorum Loth, qui vocabatur Moab, vrbs Arabiæ, quæ nunc Areopolis dicitur: appellatur autem Moab, ex nomine vrbis, Regio tota & ciuitas ipsa, quasi proprium vocabulum possidet, vt apud nos Valencia: hoc autem loco pro incolis Moabitidis regionis ponitur, quos robustos fuisse Scriptura innuit, quorum Principes cum audissent, quæ facta fuerant Ammorrhæo, & Chananæo, timor magnus inuasit, & tremor, adeo vt ipse Rex eorum Balach, à Propheta Balaam, vt populo illi malediceret, petierit, Num. 21. dicens maioribus populi Madian: Ita delebit hic populus vniuersos, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere.

Hieron. de locis Hebra.

30 *Obriguerunt omnes habitatores Chanaan.*] Chanaan: Iuxta Hieronymum, filius Cham, obtinuit terram, à Sydone, vsq. ad Gaza: quam Iudęi, eiectis Chananæis, deinceps possederunt: cumque de aliquibus incolis proprijs nominibus mentionẽ fecisset, reliquos vnico Chananæi nomine comprehendit. Porro *Namogu*, defluxerunt, dissoluti sunt, pauore extabuerunt, idest, animo demisso erunt: Et quod ex timore exteriora membra rigescant, Vulgatus

Hieronym. de locis Hebra.

נמגו

Digitized by Google

gatus legit: obriguerunt. Septuaginta: Liquefacti sunt: Chaldæus: contriti sunt, subintelligementе & animo; viribus siquidem destitutos ex timore,& quasi exanimes fuisse, ex his, quæ Iosue 2. Raab meretrix exploratoribus dixit, satis constat.

31 *Irruat super eos formido & pauor.*] In Hebræo est: *Ematah*, idest, formido. Et *Pacad*, idest, pauor, interius formido, exterius vero pauor. אימתה פחד

32 *In magnitudine brachij tui, fiant immobiles quasi lapis.*] Brachij nomine, Dei fortitudinem intelligit, siue opera eius fortia, quæ magnam & eximiam Dei fortitudinem ostentabant, in Hebræorum beneficium,& Aegyptiorum punitionem. Vnde Chaldæus legit: In multitudine fortitudinis tuæ. Et sic etiam aliqui, iuxta Hebræum, vertunt. Porro fiant immobiles, sicut lapis. Septuaginta: lapidescant. Iuxta Hebræum: sileant vt lapis. Chaldæus: Taceant vt lapis. Omnia eumdem sensum reddunt: quasi dicat: In trāsitu veluti lapidei fiant, vt ita nec se defendere, nec impedire transitum valeant, audientes, quam fortiter in multis pro nobis te gesseris.

33 *Donec pertranseat populus iste quem possedisti.*] Quasi dicat: donec pertranseat ad terram sibi promissam. Porro, iuxta Hebræum est: quam acquisiuisti, idest, in peculium & possessionem tuam elegisti,& possedisti: Chaldæus: quam redemisti: sic enim possedit, mirabilibus factis à dura seruitute redimens, & in libertatem constituens.

34 *Plantabis in monte hereditatis tuæ.*] Metaphora arboris, quæ plantatur, vt radices mittat, ne facile inde euelli possit, sic filij Israel in terram promissionis introducti sunt, quasi perpetuo habitaturi, vt altas ibi producerent radices. Porro promissionis terram, quod montuosa, & in hereditatem Hebræis à Deo concessa fuerit, mons hereditatis dicitur: sic Euthymius: Non quam ipsi viribus,& arcu comparauerint, sed magis Dei fortitudine, infidelibus inde eradicatis.

Euthym. in hoc Cant.

35 *Firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.*] Euthymius interpretatur: in habitationem tibi paratam. Et Chaldæus legit: locum domus maiestatis tuæ præparasti. Vnde aliqui ad templum referunt, sed certe de terra promissionis loquitur, quam quasi in habitaculum, in peculiarem cultum elegit.

Euthym. in hoc Cant.

36 *Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.*] Circumlocutionibus, inquit Euthymius, vtitur Moyses, & quam habitaculum dixerat, nunc sanctuarium vocat, quod electione sua & assistentia quasi in peculiarem ritum sanctificauerit, & quasi in sanctuario in eorum medio adsit Dominus. Et quod dixit: operatus es, nunc ait: firmauerunt manus tuæ, idest, quod prædestinasti, vel præparasti, vt firmum Dei habitaculum operari visus sis. Origenes ad templum referre videtur, & sanctuarium dicit, quia ad illum accedentes sanctificat, sed prior sensus germanior videtur.

Euthym. in hoc Cant.

37 *Dominus regnauit in æternum & vltra.*] Sicut Creator in tempore, ita & Dominus & regnare cepit, regnabit tamen Dominus in æternum. In Hebræo est *Leolam Vaed*, quod hic in æternum & vltra, & Psalm. 9. legitur: in sæculum sæculi: *Holam* enim, & sæculum & æternum significat, & hic æternū, pro sæculo ponitur, vt auctor est S. Thomas: sæculum autem, vt ex primo de cælo constat, periodus est cuiuscumque rei: additur autem: & vltra, quo æternitas importatur, iuxta Origenem, Rupertum, & D. Thomam: quasi dicat: cuiuscumque rei etiam diutissimæ periodo data, adhuc vltra regnabit. לעלם ועד עלם

S. Thom. p. p. q. 10. ar. 2. ad 2. Arist. 1. de cælo. Orig. in Exod. Ruper. in Exo. S. Thom. p. p. q. 10. ar. 2. ad 2.

38 *Ingressus est enim eques Pharao.*] In fine repetit, quod à principio cecinerat, sicut in cantilenis fieri solet. Porro *Sus*, aliquando equum, aliquando animal cum ascensore significat. Septuaginta vertunt: Equus Pharaonis. Chaldæus: equitatus Pharaonis, cum curribus suis & equitibus: Sed hæc non discrepant inter se. Non igitur corrigere oportet, vt quidam, quod hic, & optime, legitur, eques. סוס

39 *Maria prophetissa soror Aaron.*] In Hebræo: *Mirria*, forsan ob soni asperitatem: Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus, Mariam, legunt. Hanc, ante Moysis natiuitatem, diuino Spiritu matri prophetasse ferunt, ex ea nasciturum, qui Hebræum populum ab Aegyptiaca seruitute liberaret, ideo forsan Aaron soror dicta est, quem iam tunc fratrem habebat; & quod Num. 12. multum, zelare visus sit, pro sororis lepra. מרי

40 *Egressæque sunt omnes mulieres post eam, cum tympanis & choris, quibus præcinebat.*] Rupertus, & Hugo de S. Victore prius Moysen cum viris, quorum exemplo feminæ postea, præcinente Maria, idē canticum cecinisse asserunt: & tripudiant in diuinis laudibus, choreas ducunt, non ad carnis petulantiam, sed ad iucumditatem spiritus, quod septem diebus ad maris littus fecisse refert Comestor, dum Hebræi Aegyptios spoliarent, mos quippe Iudæis fuit in festiuitatibus conuenire puellas, ad canendas sacras cantiones, triumphalia carmina & honesta ad ædificationem, & sincerum gaudium, aliqua præcinente, alijs succinentibus, vt mutuo se ad diuinas laudes allicerent. Porro, Strabus tympanum genus tubæ dicit, in summo fistulam habens, per quam vocem reddit sonoram: Chorum vero, pellem cum duobus foraminibus, per quorum vnū spirat, & per alterum sonum emittit.

Rupertus in Exod. Hugo de S. Victor. in Exod.

Comestor in sua hist.

Strabus.

41 *Cantemus Domino.*] Integrum canticum cecinisse, omnes fere interpretes affirmant, licet hoc loco initium illius tantum recitetur.

a — i. Castrametari fecit. h i — f. de littore maris. m n — Sur, pars deserti Ethan est.

a b c d e f g h i K l m n o

Tulit autem Moyses Israel de Mari Rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambularuntq.

tribus

a b f g h m
ipsi recto itinere vix iter sit trium milliarium. — *f. pro se & pecoribus.* — *per prolepsim sic dictus postea locus, ab aquis amaris.*
a b c d e f g h i k l m n
tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec

p
populus:
a b c d e f g h i K l m n o p
poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: vnde & congruum loco nomen imposuit

vocans illum Mara, idest, amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen,

e f i K m
cordis affectu orando. — *i. docuit, quod lignum.* — *i. arborem, vel quasi.*
a b c d e f g h i K l m n
dicens: Quid bibemus? Et ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod

f g h l m n o
f. adaugente Deo vim ligni, ad tantum effectum. — *f. populo.* — *f. ad mores & cultum.* — *ad causas decernendas f. statuta.*
a b c d e f g h i K l m n o
cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta atq. iudicia,

a b c d e g h i k l
i. periculum sumere, & experiri voluit, in sequentibus. — *f. populo.* — *aure cordis.* — *i. verba siue præcepta Domini Dei tui.*
a b c d e f g h i K l m n o p
& ibi tentauit eum, dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est

o p a b h
vt ei placeat. — *i. opere compleueris.*
a b c d e f g h i K l m
coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq. omnia præcepta illius, cunctum

a c n
i. ærumnas & pœnas. q. d. nullum languorem, seu plagam inducam, ex ijs, quibus Ægyptum affixi. — *i. intuli.* — *i. qui te ab illis incolumem seruaui.*
a b c d e f g h i K l m n
languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te: Ego enim Dominus sanator

e K
secunda mansio post transitum maris. — *iuxta duodecim tribus.*
a b c d e f g h i K l m n
tuus. Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, &

a d e f g
sicut & septuaginta iudices post Moysen habuerunt. — *vt refrigerium aliquod perciperent sibi.*
a b c d e f g
septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

S C H O L I A.

42 *Tulit autem Moyses Israel.*] Sic etiam Chaldæus: At iuxta Hebræum aliqui legunt: proficisci fecit. Septuaginta: Eleuauit, siue eduxit, siue castra mouere fecit.

43 *Egreßi sunt in desertum Sur.*] Chaldæus inquit: Egressi sunt, puta à littore maris, per desertum Agar. desertum vero vocatur, non quod nullus in eo habitet, sed quod sit aspera regio & montuosa. Porro Sur, inter Cades & Mara desertus locus est, vbi errantem Agar inuenit angelus, & Cades, inquit S. Hieronymus, prima pars Sur est, versus Mare Rubrum, & Sur etiam pars est deserti Ethan; *Hieronym. de locis Hebr.*
vnde Hieronymus: Egressis de Mari Rubro, occurrit eremus Sur, qui est solitudo Ethan: Vnde & ipsum Mare Rubrum, per fluuios Ethan, aliqui intelligunt, de quibus Psalm. 74. *Hieronym. ad Fabiolam.*

44 *Nec poterant bibere aquas de Mara.*] Per prolepsim dicitur: vt enim aperte textus docet, quod amaræ fuerint aquæ loci illius, a populo dictus est, Mara, idest, amaritudo.

45 *Murmu-*

45 *Murmurauit populus.*] Non de singulis sermo est, qui mirabilia Dei experti, eius auxilium in his expectabant; sed vulgares homines, populum vocat, qui præsentia tantum aduertunt, nec factorum recordantur.

46 *Clamauit ad Dominum.*] Cordis vtique desiderio & oratione, ob ingratitudinem itaque gentis non destitit, vt necessaria populo sibi commisso procuraret.

47 *Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt.*] Iosephus, scribit scisso ligno forte inuento, ambas partes in puteum proiecisse, & cum maiorem aquæ partem haurire iussisset, agitatione potabilem remansisse, quę non agitata amaricauerat. Porro, Augustinus dubius videtur, an hoc miraculo factum fuerit, an ex vi natiua ligni, siue arboris: sicut & Philo de vita Moysi, dubius est, an vis ea ligni natiua fuerit, hactenus ignorata, an tunc primum ad pręsentem vsum indita à Deo. Tamen S. Augustinus alibi, diuinę virtuti ascribit, quod tanta aquarum moles, & tam subito, ab agente naturali tam exiguę quantitatis, vix percipi possit, quomodo alterari valeat; factumque dicit, in figuram maioris cuiuspiam sacramenti: Accedit, ex Hebreorum sententia, lignum illud amarissimum fuisse, & mortiferum. Eamdem sententiam tenuerunt Ambrosius, & Theodoretus, licet non ita aperte. Sacramentum autem, ob quod factū fuerit, Andreas Hierosolymitanus sub Iustino 2. Christum Dominum esse dicit: Arnoldus vero, & Iulius Firmicius Maternus, & Ionas Aureliensis, Christi Domini crucem fuisse contendunt. Quod autem Ecclesiastici 38. in confirmationem medicinalium operum, & virtutem medicamentorum dicitur: Nonne à ligno indulcorata est aqua amara, quod nisi facultati ligni ascribatur, non videtur efficax Ecclesiastici argumentum. Forsan solum innuere voluit, Deum, qui talia per ligni instrumentum fecit, & plantis, alijsque rebus naturalibus miras virtutes conferre potuisse, omnemq. earum vim & efficaciam Deo, vt præcipuo auctori, acceptam referre oportere: nisi forsan dicamus, tunc mirabilem ligno illi vim contulisse ad illum effectum, vel quam habebat, Deo annuente, adauctam fuisse, vel secreticem aquæ, & exustæ terræ, cuius admistione fit amarus sapor, similem illi, qua acetum fundens, lac serum fecerit: aut esse tractricem partium amararum, gratia similitudinis, si amarum fuit lignum, alliciendo, imbibendoque amaras aquæ partes, illam dulcem, & potui aptam reddidisse.

Ioseph. 3. antiq. c. 1.
Aug. q. 57. in Exod.
Philo de vita Moysi.
Aug. c. 22. de mirab. sacræ script.
Ambro. de his qui initiantur mysterijs. c. 9.
Theod. q. 26. in Exod.
Andreas in salutationem Angelicam.
Arnoldus de verbis Domini.
Iulius de erro. proph. relig. cap. 28.
Ionas lib. 1. de cultu imaginum.

48 *Præcepta atque iudicia, & ibi tentauit eum.*] Ne otio vacarent, ferunt Hebræi, iudicialia quędam præcepta eis dedisse, & præceptum Sabbati, quod plerasque in se obseruantias continet. Sunt & qui de cineribus vaccę rufę, ad lustrationes, etiam tunc datum putent. Sed certe præstat dicere, datum fuisse, sicut & alia sacra, cum de tabernaculo erigendo cogitauit. Quidam iudicia dicunt, quæ cum comminatione sunt; quæ vero sine comminatione, præcepta dici: & quæ vbique obligant, & ad regulas vitæ spectant: at iudicia ad tempus tantum, & pro loco obligāt, & ad causas decidendas prosunt. Porro, quod ait: Tentauit eum, idest, periculum sumere, & experiri voluit; in quibus vero, satis ex his, quæ in litera subduntur, constat.

49 *Cunctum languorem quem posui, non inducam super te.*] Aerumnas & plagas, quibus Aegyptios puniuit, languores vocat, & de illis tantum loquitur.

50 *Ego sanator tuus.*] Quasi dicat: Ego Dominus, qui plagas infero, & salutem confero. Chaldæus legit: Ego medicus. Et certe *Rophe*, vtrumque significat. רפא

51 *Venerunt autem in Elim.*] Secunda hæc mansio est, post transitum maris.

52 *Vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ.*] Duodecim fontes: sicque, cum singulis tribubus fons esset, iurgiorum occasio non fuit. Septuaginta vero palmæ, inquit Augustinus, quod Septuaginta iudices sub Moyse essent futuri. & ibi castrametati sunt; vt aqua & palmarum fructus in aliquod eorum refrigerium cederent: quamuis, teste Iosepho, palmæ non proceræ, neque vberes fructus ederent, præ terræ siccitate: duodecim enim fontes adeo exigui erant, vt, turbata arena, vix ad eorum sitim exhauriedam sufficerent.

August. in Exod.
Ioseph. 3. antiq. c. 1.

CAPVT XVI.

a *consumptis vtique palmarum fructibus.* — l m n *primo castrametati sunt iuxta mare, & inde profecti in desertum Sin.*

a b c d e f g h i K l m n o
Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod

i *f. Lia.*

a b c d e f g h i K l m n o
est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra

Aegypti.

Digitized by Google

b c d e f g

Et arreptis saxis imperatorem suum lapidare tentarunt. Ioseph. 3. antiq. cap 1. — *exceptis quibusdam iustis, qui in similibus sperare in Domino ex preteritis didicerant.*

a b c d e f g h i K l

Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron

l m n

i. per plagas, quas in Aegypto illis intulit.

a b c d e f g h i K l m n

in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini

e f h l

i. comedebamus cum gaudio. — *i. iuxta.* — *i. ciborum, qui igne coquuntur.* — *i. cibos.*

a b c d e f g h i k l m n

in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?

h k m

i. admodum pluuia abundanter demittam. — *i. cibos.* — *i. aere.*

a b c d e f g h i K l m n

Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur

c f g h K

i. congreget. — *vt quotidie beneficia expertus, gratias agat.* — *i. probem.*

a b c d e f g h i K l m n o

populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in

a b h K n p

de colligendo & seruando manna, in qua lege multa immiscentur mandata. — *i. praparent.* — *s. etiam pro die sabbati.* — *i. duplam portionem colligat:* — *i. congregare.*

a b c d e f g h i K l m n o p

lege mea, an non. Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quam colligere, solebant per singulos dies. Dixerunique Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere

m n

i. fulgorem Dei præsentiam præseferentem.

a b c d e f g h i K l m n

scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriam Domini:

b c d i K

non innuit causam, sed occasionem. — *de quo, Psalm. 77.* — *quasi dicat: tantum exequentes Dei mandatum sumus.*

a b c d e f g h i K l m

Audiuit enim murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia mussitastis

K

s. coturnicum.

a b c d e f g h i K l m n

contra nos? & ait Moyses: Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane

a d e

i. cibum. s. manna. — *non innuit causam, sed occasionem.*

a b c d e f g h i K l

panes in saturitate; eo quod audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis

e f

quasi dicat: nisi eius ministri voluntatem illius exequentes.

a b c d e f g h i K l m n o

contra eum: nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Dixit quoque Moyses ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi filiorum Israel:

b c

s. ad nubem, & paruum tabernaculum, superposito ibidem nomine Iehoua: & erat locus ille quasi specialis sedes Dei.

a b c d e f g h i K

Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. Cumque loqueretur Aaron

l

i. claritas, seu fulgor.

a b c d e f g h i K l m

ad omnem coetum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria Domini apparuit in nube. Loquutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Audiui murmurationem filiorum Israel, loquere ad eos: Vespere comedetis carnes & mane saturabimini

a f g h

i. cibo, loco panis. *qui scilicet prouideo, quæ vobis expediunt, tempore necessitatis.*

a b c d e f g h i K l m

panibus, scietisque quod ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere,

b c d h

ex sinu Arabico. *i. coturnicum copia.* *hyperbole est.* *i. manna quod ad modum roris, & tempore, quo ros ex aere, demissum.*

a b c d e f g h i K l

& ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum

i

s. manna.

a b c d e f g h i

castrorum. Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum,

o a b c

quia album constipatum, y como aliofar. Iuxta Hebraeum: Rotundum. Septuag. Quasi coriandrum album. Chald. quasi decorticatum. i. album vt ligna decorticata.

a b c d e f g h i

& quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram.

S C H O L I A.

1 VENIT *omnis multitudo filiorum Israel in desertū Sin.*] Hoc loco Scriptura mediam mansionem tacet, quæ fuit inter Elim, & Sin, ad Mare Rubrum, non quod retrocesserint, sed quod ad sinum aliquem eiusdē maris recto pergentes peruenerint, qui ad remotiora pertingeret, sicut sæpe contingit pergentibus iuxta mare. Inde castrametati sunt in desertum Sin, vt hic dicitur: desertum scilicet, quod est inter Elim, & desertum Sina, aliud quidem à Zin, quod scribitur cum *Sadik*, quod trigesima tertia mansio numeratur, alio nomine Cades, vt docet S. Hieronymus. Hoc autem Sin, cum *Samech*, scribitur, quod Ieremiæ 2. vt vmbra mortis describitur; quod horridus & inhabitabilis videretur. Porro, consumptis palmarum fructibus, recesserunt ab Elim, vbi castrametati fuerant per aliquot dies.

Hieronym. ad Fabiolam.

Hieronym. ad Fabiolam. Tom. 3.

2 *Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel.*] Iosue, & Caleb, & iustos aliquos, non murmurasse credibile est, qui ex præteritis didicerant, spem suam in Deo constituere, cum necessaria deficerent: Sed cum isti, respectu multitudinis, pauci fuerint, communi loquendi modo, omnis multitudo murmurasse dicitur, cum iam plerisque, licet non omnibus, vt Comestor scribit, quæ ad victum ex Aegypto detulerant, defecissent: De quo murmure scribitur etiam Psalm. 77. sub tentationis nomine, vt aduertit Rupertus: Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Porro, Iosephus ad hoc peruenisse illorum furorem scribit, vt arreptis saxis imperatorem suum lapidare tentauerint, auctorem interitus sibi clamitantes.

Comestor in sua hist.

Ioseph. 3. antiq. cap. 1.

3 *Quando sedebamus super ollas carnium.*] Carnium nomine, omnem cibum intelligit, qui ad ignem applicabatur. Porro *Sir*, spinam significat, inde & ferrea instrumenta ad modum spinarum, ex

סיר

Digitized by Google

quibus pendere solent & ollæ, & cacabi, cum ad ignem apponuntur: Ex quo hoc loco, & ollam significat. Iam sedere, hoc loco, pro, comedere cum gaudio sumitur, ex pristina edendi consuetudine. Denique mortem longo cruciatu præstare putabant, & ita optabant Aegypti plagis (quas manum Domini vocant) interijsse potius, quam longo famis cruciatu torqueri.

Ioseph. 3. antiq. cap. 1.

4 *Ecce ego pluam vobis panes de cælo.*] Refert Iosephus, Moysen furentem populum longa oratione, quam refert, ad meliorem mentem prius reduxisse: deinde Dominum orasse: cui respondit Dominus, prædictis verbis: Ecce ego pluam, idest, ad modum pluuiæ, ex aeris regione, quam cælum vocat, abunde demittam panes, idest, cibum. Sic interpretatur Augustinus: licet aliqui affirment, mãna, panem dici; quod ad modum panis disponeretur, & ad ignem applicatum esset in cibum, sed præstat panis nomine, vt inquit Augustinus, cibum intelligere, quamuis & Philo de vita Moysi, etiam scribit, visum illius fuisse, vt primum collectum mollerent, aut tererent; deinde lixo, quasi placentis vterentur, absque pistoris opera.

Aug. q. 60. in Exo. & locut. 74. in Exod.
Ibidem.
Philo de vita Moysi.

5 *Per singulos dies.*] Sic super singulos dies, quadraginta annis, Deus manna de cælo demisit, quibus in deserto fuerant, vt ex sacra historia constat. Et Philo de vita Moysi, & Iosephus referunt; vt singulis diebus, Dei beneficia experti, gratias agerent: ideoque manna licet applicatum ad ignẽ conseruaretur, superuenientibus tamen solis radijs corrumpebatur; vt præuenirent, inquit sapiens, solem, ad benedictionem, siue gratiarum actionem.

Philo. de vita Moysi.
Ioseph. 3. antiq. cap. 1.

6 *Vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non,*] Tentare hoc loco, vt Augustinus aduertit, non est ad peccatum inducere, sed periculum facere, & experiri facto, quod iam Deus nouerat ita futurum, vt alij facto id discant. Porro, tentare voluit in præceptis circa manna, quid, & quomodo colligere, vel seruare deberent: An obseruarent iussa, an vero præcepta transgrederentur.

Aug. q. 58. in Exod.

7 *Die autem sexta, parent quod inferant.*] Subaudi, in domos suas. Iuxta Hebræum: Præparabunt. Sic Septuaginta, & Chaldæus. Hoc factum, inquit Rupertus, pro Sabbatho sequenti, quo vacare vel requiescere debeant, in commemorationem Creatoris, qui sex diebus operatus est, & in septimo requieuit.

Ruper. in Exo.

8 *Et sit duplum, quam colligere solebant.*] Iuxta Hebræum: Et erit duplum ad illud, quod collegerint de die in diem, siue per singulos dies: Sic Chaldæus, & Septuaginta. Iam, satis aperte hic loquitur Scriptura, duplicem scilicet portionem colligendam esse die sexta, pro eadem die, & ad diem Sabbathi, in quo non licebat colligere. Et apertius dicitur infra in hoc capite, collegerunt, inquit, cibos duplices. Non igitur simplex portio parabatur, quæ postea domi duplex reperiretur, vt quidam putant, sed duo gomor sexta die, duplicem scilicet portionem inferre voluit.

9 *Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam Domini.*] Quod regio cibo, & abunde Deus illos vespere in solitudine cibauerit; scietis, inquit, idest, experiemini, hæc Deo ascribenda esse, qui vos de Aegypto liberauit. Porro, per gloriam Dei, fulgorem illum intelligit, Dei vtique præsentiam præseferentem, de quo in sequentibus erit sermo.

10 *Audiuit enim murmur vestrum contra Dominum.*] Contra Dominum: In tertia persona vt sæpe loquitur; idest, contra se, murmur vestrum Deus audiuit. Porro, prædictorum beneficiorum causa non fuit murmur, sed occasio: sicut aduentus Christi, peccatum Adæ, non fuit causa, sed veritas promissionis Dei, quam illis, & eorum patribus fecerat. Simile huic est quod ad Rom. 7. inquit Paulus: Numquid incredulitas eorum fidem Dei euacuabit, & 2. ad Tim. 2. Si increduli sumus, ille fidelis manet, seipsum negare non potest.

11 *Nos vero, quid sumus?*] Quasi dicant: Dominus est, qui vos eduxit, nos enim ad rem tantam, quid sumus? inutiles vtique serui, Dei mandata exequentes: Vnde quod sequitur: Non contra nos est murmur vestrum, adducit Ignatius aduersus eos, qui præpositis detrahunt, & eorum præcepta contemnunt: quod prosequitur erudite Gregorius Papa.

Ignatius epist. 6.
Greg. 34. mor. cap. 10. & lib. 12. registro cap. 31.

12 *Accedite coram Domino.*] Sermo est de loco, in quo videbatur columna, in quo & paruum fuit tabernaculum, Iehoua nomine superposito: Et infra columnam forsan deducebatur, cum castra mouerent, & veluti Dei tunc peculiaris sedes putabatur.

13 *Et ecce gloria Domini apparuit in nube.*] Insolitus quidam fulgor, qui apparuit, Dei præsentiam præseferens, gloria Domini dicitur: Sic S. Thomas.

S. Thom. super 11. cap. 1. ad Cor. lect. 2.

14 *Et ascendens coturnix.*] Orante Moyse, refert Iosephus, ex Sinu Arabico, coturnicem, idest, harum auium multitudinem (singulari vt sæpe pro plurali posito) ascendisse, transacto Mari Rubro, in castra filiorum Israel, sic vt facile ab eis comprehendi possent; duorum enim cubitorum altitudine circa terram volare tantum consueuit animal hoc: Et Rupertus, ex insula Ortygia, in qua abundant, Dei nutu delatas affirmat. Porro, coturnix inquit Plinius, aduena auis est, terrestris magis, quam sublimis: de qua prædicto loco multa scribit.

Ioseph. 3. antiq. cap. 1.
Ruper. in Exo.
Plin. lib. 10. cap. 23.

15 *Mane quoque ros iacuit.*] Rursum orante Moyse, scribit Iosephus, & palmas attollente, ros de cælo labitur, qui cum manibus eius hærens concreuisset, suspicatus hanc quoque alimoniam à Deo demitti, degustauit: reque comperta, turbam ignaram & putantem hiberna tempestate descendere, monet, non vulgarem rorem esse, alimoniamque expertos, credidisse. Porro, R. Salomoh existimat, primo pruinã super terrã cecidisse, super pruinam, manna, super manna congelatum, rorem, ita vt manna inter pruinam esset, & rorem. Sed certe ex verbis Scripturæ, Philonis, & Iosephi, manna tantum decendisse constat, non vulgarem rorem nec pruinam, sed quod turbæ videretur ros, sic Scriptura rorem appellat, licet solitum

Ioseph. 3. antiq. cap. 1.
R. Salomoh.
Philo de vita Moysi.
Ioseph. 3. antiq. cap. 1.

Digitized by Google

litum matutinum rorem descendisse etiam tunc, non negemus. Et hoc est quod Num. 11. dicitur: Cumque descendisset ros super terram, descendit pariter & manna, idest, eodem tempore & simul, descendente consueto matutino rore, descendit & manna: non quod præter naturam, ros in maiori abundantia descenderet tunc, quam solebat. Præterea sunt qui putent, eiusdem naturæ fuisse manna hoc cum illo medicamine, quo expurgandi gratia vtimur, aereo vocato melle, & manna, cuius prouentus maximus est quotannis in Calabria, & in locis quibusdam etiam Hispaniæ raris annis gignitur, rore scilicet crassiore, maturationem quamdam à sole recipiente, & concretionem à noctis frigore, pruinæ more: vespasque & animalcula eius generis multa allici eius dulcedine, diuersificarique, vt Mesues dicit, secundum diuersitatem rerum, super quas cadit. Vnde optimum est, quod super petras cadit, de quo hoc loco dicitur: Minutum quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ super terram. Alterum quod super plantas, vel huiusmodi cadit, & hoc, est de quo Scriptura dicit, quod erat quasi semen coriandri, coloris bdelij, scilicet, subcitrinum. Asseruntque, quod, sicut alij cibi leues, iuxta Hypocratem libello de medicamentis expurgantibus, principio expurgauit illos cacochymia, quam ex esu cucumerum, peponum, porrorum, ceparum, & aliorum quibus multo tempore in Aegypto cibati fuerant, contraxerant: expurgatis vero iam consuetudinem ipsam idoneum fecisse cibum & suauem, sicut & venenum quandoque consuetudo idoneum cibum facit. Cæterum si totum hoc naturæ cursu tantum factum putent, erroneum existimo; nam & angelorum cibum Scriptura vocat, quod ministerio angelorum in superiori regione aeris fieret, & vt miraculum refert Salomon, quod ad radios solis tabefieret, & ardore ignis duresceret, & quod omnis saporis suauitatem haberet: si autem tantum contendant eiusdem speciei fuisse cum manna naturali, licet supernaturaliter efformatum, & quibusdam conditionibus desuper concretum sit, volens Deus se operibus naturæ accommodare, non displicet. Sed multa, quæ de illo legimus in Scriptura, miraculose, & naturæ viribus fieri, nemo sanæ mentis negare poterit.

Mesues. · *Hypocr. lib. de med. expurg.*

16 *Quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ.*] Philo inquit, milium tenuissimum. Iuxta Hebræum est: Minutum collectum, congregatum. Sic & R. Salomoh. Onchelos Chaldæus: Sicut lapillus. Septuaginta: Exiguum, tanquam coriandrum candidum, sicut glacies super terram. Auen Ezra quasi quadratum putat: at Num. 11. dicitur, eius figuram quasi bdelij fuisse: nos dicimus, *perlas pequeñas, o, aljofar*. Et quod album & constipatum esset, ideo Scriptura veluti pilo tusum fuisse dicit, ad similitudinem pruinæ: quod Augustinus die Dominica descendisse sentit. Porro, pruina in Hebræo dicitur *Chephor*, à *Chapha*, idest, secundum aliquos, tegere & operire; quod cum descendit, terram tegat, & quasi cooperiat. At secundum alios, eius radix est, *Caphar*.

Philo de vita Moysi. · *R. Salomoh.* · *Aug. q. no. test. cap. 93.* · כפר · חפה · כפר

h i — *Ma, idest, quid; hu, idest, hoc. V. autem euphoniæ causa appositum est. Et Man, pro, Mah. At Man, pro, quid, Syriacum est.*

a b c d e f g h i k l m
Quod cum vidissent filij Israel dixerunt adinuicem: Man hu? quod significat: quid

m — *i. cibus.*

a b c d e f g h i K l m n
est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem

h — *s. de manna, lex, vel hic est sermo, idest, res, seu hoc est præceptum,* · m — *i. congreget.*

a b c d e f g h i K l m
Dominus dedit vobis ad vescendum. Hic est sermo, quem præcepit Dominus: Colligat

i K — *i. pro singulis.*

a b c d e f g h i K l
vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: Gomor per singula capita,

c — *i. hominum:*

a b c d e f g h i K
iuxta numerum animarum vestrarum, quæ habitant in tabernaculo sic tolletis.

f — *i. congregauerunt.* · h — *prout sufficere putabant.* · l m n a b c — *cum iam introduxissent manna in tabernaculis.*

a b c d e f g h i K l m n
Feceruntque ita filij Israel: & collegerunt, alius plus, alius minus. Et mensi sunt

Digitized by Google

d e f g h i k l m n a b — d e f g h i K l m n a b

vt auaritia & gula aliquorum, conſultum eſſet. — *locum illum Paulus 2. ad Corinth. 8. iuxta Septuaginta refert.*

a b c d e f g h i K l m n

ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat,

---

f g g i

ſ. vnum gomor per capita.

a b c d e f g h i k l

reperit minus: Sed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque

---

d e f g h i m

ſimile huic eſt illud Math. 6. nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. — *i. obtemperauerunt ei.*

a b c d e f g h i K l m n o p

Moyſes ad eos: nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimi-

---

a g h i K l

Dathan, ſcilicet, & Abiron, vt Hebræi referunt. — *ratione violati præcepti, nam quod in Sabbathum ſeruabatur, non computruit.*

a b c d e f g h i K l

ſerunt quidam ex eis, vſque mane, & ſcatere coepit vermibus, atque computruit.

---

b c g l m a

non vitio, ſed zelo Dei. — *i. congregabant.* — *prout ſcilicet expedire putabant, pro quolibet vnum, ſcilicet, gomor.*

a b c d e f g h i K l m

Et iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere

---

g

ſ. quod in agro remanſerat.

a b c d e f g h i K l

poterat ad veſcendum: Cumque incaluiſſet ſol, liqueſiebat. In die autem ſexta

---

c e f

i. in duplo. — *vnum pro ſexta die, alterum ad diem Sabbathi.*

a b c d e f g h i K l

collegerunt cibos duplices, ideſt, duo gomor per ſingulos homines: Venerunt autem

---

d e

collectum ſcilicet eſſe duplicem cibum.

a b c d e f g h i K l m n

omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis: hoc eſt quod loquutus

---

c d e g i K a b

quæ ſcilicet præcipitur. — *i. in diem Sabbathi.* — *i. dicata.* — *i. in cultum Dei, ſeu Dei honorem.* — *hoc non eſt in editione, iuxta Hebræum.*

a b c d e f g h i K

eſt Dominus: Requies Sabbathi ſanctificata eſt Domino cras. Quodcumque operandum

---

b K l m

die ſexto, vel ante. — *de quibuſcumque cibis.* — *ſ. edendum poſtridie.*

a b c d e f g h i K l m

eſt, facite: & quæ coquenda ſunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite

---

a b f g i K

ſ. ad diem Sabbathi: — *de reſeruatione ciborum.* — *etiam per totum diem Sabbathi.*

a b c d e f g h i K l m n

vſque in mane. Fecerunt ita vt præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis in-

---

l m n

i. dies hic dicatus eſt Domino.

a b c d e f g h i K l m n

uentus eſt in eo. Dixitque Moyſes: Comedite illud hodie, quia Sabbathum eſt Domini:

---

non inue-

a b c h o p
quia non descendet die sabbati manna. i congregate. i. Domino dicatum.
a b c d e f g h i K l. . m n o p
non inuenietur bodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini,

b c h i K m
quia non cadet: vel prae gula, vel prae curiositate. i. congregarent.
a b c d e f g h i K l m n
idcirco non inuenietur. Venitque septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non

n a
quia non descendit eo die.
a b c d e f g h i K l m
inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moysen: vsque quo non vultis custodire mandata

d i
mandata de manna legem vocat. in diem festum.
a b c d e f g h i K l m n o
mea, & legem meam? Videte quod Dominus dederit vobis sabbatum, & propter hoc die

e f g h i
i. in duplo. vt de diuinis beneficijs cogitet.
a b c d e f g h i K l
sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisq. apud semetipsum, nullus egrediatur

n o a b c l
s. ad opus, quod sabbati fractionem inducat. per syncopen.
a b c d e f g h i k l m n o
de loco suo die septima. Appellauitque domus Israel nomen eius man: quod erat quasi

o a b c d e g
in quantitate & figura, non colore. quasi dicat: sed erat album, non coloris coriandri: communiter. i. floris farina.
a b c d e f g h i k l m
semen coriandri, album, gustusque eius quasi similae cum melle. Dixit autem Moyses:

c g h i k l m n o l m n o a b
circa manna. per prolepsim, quae sequuntur de reseruatione manna, apposita sunt hoc loco. vt memores sint beneficiorum Dei. Iuxta Hebr. vestras. q. d. posteros vestros.
a b c d e f g h i k l m n o
Iste est sermo, quem praecepit Dominus: imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras

m
i. extracti.
a b c d e f g h i k l m
retro generationes: vt nouerint panem quo alui vos in solitudine, quando educti

K
aureum, vt Paulus testatur ad Hebr. 9. Et haec per prolepsim dicta sunt; nam facta sunt post extructum tabernaculum.
a b c d e f g h i k l m n
estis de terra Aegypti. Dixitque Moyses ad Aaron: sume vas vnum, & mitte

i K
i. intra arcam in tabernaculo.
a b c d e f g h i K l m
ibi man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino ad seruandum

m a b f
in memoriam diuini beneficij. i. mihi.
a b c c d e f g h i
in generationes vestras, sicut praecepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron

a b c
quando scilicet factum est tabernaculum.
a b c d e f g h i
in tabernaculo reseruandum. Filij autem Israel comederunt man quadraginta

Digitized by Google

b c d e f — *i. non antea defecit, perseuerauit enim vsque ad transitum Iordanis & celebrationem Pascha. Iosue 5.* f — *i. habitandam ex diuina promissione.* h — *i. manna.* l m — *i. antea non defecit.*

a b c d e f g h i K l m n
annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsq. quo tangerent

d — *mensura est Atticorum chœnicum trium.* i — *mensura aridorum in eadem quantitate, qua batus liquidorum, & decima pars cori est.*

a b c d e f g h i
fines terræ Chanaan. Gomor autem decima pars est Ephi.

S C H O L I A.

17 *Manhu, quod significat, quid est hoc?*] Posteriora verba ab interprete addita sunt: cui interpretationi consonant Septuaginta, & Chaldæus, qui hoc loco legunt: Viso illo, alter ad alterum dixerunt: quid est hoc? Et quidem duæ ille dictiones, *Man hu*, pro *Ma hu*, positæ sunt, *Nun*, interiectio euphoniæ causa, *Ma*, idest, quid, *Hu*, idest, hoc, vel ipsum. R. Salomoh præparatum vertit, à *Mana*, quod est præparare, quasi dicat; cibus præparatus in se ipso, & qui alia ordinatione opus non habet. Alij legunt: Donum: *Mana* enim & præparare, & donare significat: Sed præstat prior interpretatio, ex textu ipso deprehensa, quam etiam Iosephus, & Theodoretus sequuntur.

(Margin: מן הוא — מ הוא — ן — מ — הוא — מנה — מנה — *R. Salomoh. Ioseph. 3. antiq. c. 1. Theod. q. in Exod.*)

18 *Iste est panis, quem vobis dedit Dominus ad vescendum.*] Indicat Moyses, quid illud sit, panis, scilicet, idest, cibus, quem vobis Dominus tribuit. Porro, in libro quodam Talmudico, qui Ioma inscribitur, de hoc cibo magna est disceptatio. R. Aquila, & R. Baquiba asserunt, esse panem, quo angeli etiam vescuntur; & R. Ismael dicit, angelos non vesci panibus, sed R. Moyses Gerundensis diffinit, angelos Dei lumine pasci, quod lumen Dei virtute incorporatum factum fuit Manna; ideoque angelorum panem dici. Sed certe cibus est insolitus, angelorum ministerio in aerea regione efformatus, qui proinde cæli, idest, aeris, & angelorum dicitur; quia illorum ministerio factus est, licet simile huic Auen Ezra, non solum in eadem prouincia, in mensibus Nyssan, & Iiar, sed & in Arabia inueniri affirmat, cuius vsum constat non in alimoniam, sed in medicinam esse, sed de his iam supra abunde.

(Margin: *R. Aquila. R. Baquiba. R. Ismael. R. Moyses.*)

19 *Gomor per singula capita.*] Quid Gomor, infra dicemus: Vnam tamen & eamdem mensuram assignari omnibus, & sufficientem fuisse, miraculo ascribi debet, sicut & multa alia, quæ de cibo isto mirabili scribuntur; temperantiæ siquidem mediū ex natura rei non est, vt de Milone constat, cui in cibum, singulis diebus, bos vnus erat.

20 *Iuxta numerum animarum.*] Animarum, idest, hominum; per sinecdochen: sicut Augustinus aduertit.

(Margin: *Aug. locut. 78 in Exod.*)

21 *Neque qui plus collegerat, habuit amplius, neque qui minus parauerat, reperit minus.*] Quasi dicat: licet inæqualiter in agro cōgregauerint, tamen deducto manna ad tabernaculū, tantum inuenerunt vnū gomor pro quolibet: quod miraculo tribuendum esse docet Gregorius Nyssenus. Licet D. Paschasius, & Guitmundus Auersanus Archiepiscopus, de speciebus panis & vini in Eucharistia interpretentur, hoc tamen ad allegoricum pertinet sensum. At Iosephus, iuxta genuinum sensum, rationem huius assignat; vt scilicet gulæ, aut aliquorum auaritiæ consultum foret. Porro, locum istum S. Paulus 2. ad Corinth. 8. citat iuxta Septuaginta versionem: sicut scriptum est, inquit, qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. Chaldæus legit: Nihil superfuit ei qui plus collegit, nec defuit ei qui minus collegerat. Quasi dicat: Omnes æquas mensuras inuenerunt pro quolibet.

(Margin: *Greg. Nyss. Pasch. de corp. & sang. Christi. cap. 17. Guitmundus de ver. Euch.*)

22 *Qui non audierunt.*] Hos Hebræi referunt, Datan & Abyron fuisse.

23 *Et scaturire cœpit vermibus.*] Quod manna in crastinum reseruatum, corrumperetur, non vero die Sabbathi, & quod in futuras generationes asseruaretur in vase, satis aperte constat, non ex natura mannæ, aut temporis, sed ratione violati præcepti sic contigisse, vt notant Theodoretus, Rupertus, & Moses Barchepha Syrus.

(Margin: *Theod. q. 31. in Exo. Ruper. in Exo. Moses de paradiso. cap. 9.*)

24 *Colligebant mane singuli.*] Iuxta Hebrǽum est: Mane & mane. Hebraismus est, idest, per singulos dies, mane.

25 *Cumque incaluisset sol, liquefiebat.*] Non quod in tabernaculis congregauerant iuxta mensuram, sed quod in agris remanserat: Vnde Chaldæus legit: Et quod manebat ex eo super faciem agri, cum incaluisset sol, liquefiebat.

26 *Duo gomor per singulos.*] Chaldæus: Duo gomor vnicuique. Septuaginta: Duo gomor vni. Sed omnium idem est sensus.

27 *Requies Sabbathi sanctificata est Domino erat.*] Multa, quæ Dominus Moysi præceperat, tantum ex illius verbis constant, quibus plebi, vt à Deo accepta, referebat. Porro, requies Sabbathi, idest, quæ die Sabbathi præcipitur: Sanctificata, idest, dedicata est Domino, idest, diuino cultui. Iam, Sabbathum aliquando in Scriptura, non solum pro die septimo sumitur, sed pro tota hebdomada: vt Lucæ 18. Ieiuno bis in Sabbatho.

28 *Quid*

Digitized by Google

28 *Quidquid autem reliquum fuerit, reponite vsque mane.*] Reliquum, tam de manna, quam de alijs coctis, vel non coctis, eorum, quæ feria sexta supererant, reponite vsque mane, idest, in diem Sabbathi, in quo nec colligere manna (immo neque descendebat) nec coquere, nec opus aliud facere licebat.

29 *Et egressi de populo, vt colligerent, non inuenerunt.*] Egressi vtique curiositate, vel gulæ appetitu moti, contra præceptum Domini, exire decreuerunt, vt colligerent. Ecce iam in lege veteri, contra mandatum Domini refertur voluntas aliquid perpetrandi, etiam illo non consequuto, quia scilicet, non descenderat manna. Et hanc tertiam tentationem filiorum Israel dicit fuisse Rupertus, in qua infidi reperti sunt. *Rupertus in Exod.*

30 *Mandata mea, & legem meam.*] Idem intelligit per vtrumque, priorem dictionem per posteriorem amplius perpendens, & explicans sæpe. Antequam igitur lex data esset, Dei mandata, legem vocat, vt annotauit Hugo de sancto Victore. *Hugo de s. Victor. in Exod.*

31 *Nullus egrediatur de loco suo die septimo.*] Intelligendum est, ad opus, quod Sabbathi fractionem induceret.

32 *Appellauitq. domus Israel nomen eius, man.*] *Auen Ezra.* Auen Ezra nomen man, putat Arabicum esse: Sed satis apparet per sincopem sic dictum, ab eo quod antea dixerant *Manhu*: litera *Nun* apposita, euphoniæ gratia, nisi velis dicere, diuino consilio hoc nomen remansisse, quo non solum hoc innuerent filij Israel, sed & donum esse à Deo, & præparatum, cum verbum manna, vt diximus, & donare, & præparare etiam significet, quod non est improbabile. *מנהוא · ז*

33 *Quod erat quasi semen coriandri album.*] Quantitate, & figura, vt semen coriandri, erat tamen album, & non coloris coriandri.

34 *Gustusq. eius, quasi similæ cum melle.*] *Sapichit* Hebræis, laganã frixam, scilicet, cum oleo, & melle importat. Vnde Chaldæus: Quasi lagana frixa cum melle. Septuaginta vertunt: Sicut nos habemus, scilicet: sicut similę, quæ farinæ flos est. Itali vocant *frittella melata*, nos *fruta de sarten*. Porro, eius communis sapor hic erat: quod enim Sapientię 11. dicitur: sapere vnicuique iuxta proprium desiderium: iustis quidem, & fidelibus, sic fuit, non reliquis, de quibus Num. 11. refertur dixisse: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. *צפיחת*

35 *Sume vas vnum, & mitte ibi man.*] Licet ex hoc loco, nec iuxta Hebræum, nec Chaldæum, constet, vas aureum fuisse, Septuaginta ita ferunt, & certissimum fuisse, ex sancto Paulo ad Hebręos 9. deprehenditur, qui ait: In qua erat vrna aurea, habens manna: Hocq. reseruari voluit Dominus, in futuras generationes; vt beneficiorum Dei memores essent. Porro, mandatum hoc, de reseruatione mannæ, per prolepsim hic appositum esse aduertunt Augustinus, & Hugo de sancto Victore, & ex recentioribus viri graues, quod appropinquante Moysi morte datum existimant, & seruandum, cum iam fuisset tabernaculum magnum. *Aug. q. 61. in Exod. Hugo de s. Victor. in Exod.*

36 *Repone coram Domino ad seruandum.*] Coram Domino, quia in tabernaculo, quod Dei specialis sedes reputabatur, & intra arcam.

37 *Sicut præcepit Dominus Moysi.*] Chaldæus, & Septuaginta, cum sequentibus verba hæc coniungunt; quasi dicat: sicut præcepit Dominus, ita Aaron fecit. Sed iuxta vltimam emendationem textus sacri sub Clemente VIII. cum antecedentibus verba hæc connectuntur: Sicque de se Moyses loquitur in tertia persona, sicut sæpe in Scriptura reperitur; quasi dicat: Dixit Moyses ad Aaron, id quod præceperat Dominus Moysi, idest, sibi.

38 *Donec venirent in terram habitabilem.*] Sic & Chaldæus: Sed puto habitabilem exponi debere, idest, habitandam, quam scilicet habitandam Deus illis promiserat. Septuaginta in partem Phœnicis scribunt: quod, vt Augustinus docet, non est intelligendum de regione Phœnicis, quæ nunc scilicet dicitur Tyrus, & Sydon, quo illos transisse non legitur; sed quod tunc pars Chanaan sic etiam vocaretur. *Aug. q. 63. in Exod.*

39 *Hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines terræ Chanaan.*] Quasi dicat: eousque non defecit: non vero quod quamprimum ingressi, defecerit, nec descenderit; transacto siquidem Iordanis amne, circumcisi sunt in Galgalis, & pascha celebrarunt; in crastino vero paschæ, tunc defecit manna, vt Iosue 5. constat.

40 *Gomor autem decima pars est ephi.*] Gomor, assarium, siue assaronem nominat Iosephus, mensura scilicet sextariorum quinque. R. Salomoh inquit ephad tria continere sata, satum autem, sex cabos, cabum vero vnum, quatuor sextarios. Rupertus: Attica, inquit mensura, duodecim sextarios habens, quæ est decima pars ephi: ephi vero & batus vna est mensura modiorum trium. Rabanus: ephi, inquit mensura est trium modiorum; & vt in libro Ruth ostenditur, & Gomor, mensura est Atticorum chœnicum trium: Vnde in Leuitico, & Numerorum libro, quoties decima pars ephi in sacrificio exhiberi iubetur, mensura Gomor expensa intelligitur. Sanctus Hieronymus in Isaiam: Batus continet tres amphoras, & ephi: quod Septuaginta, tres mensuras, interpretati sunt tres modios. Batus autem in liquidis, ephi in aridis: sed batus, & ephi eiusdem quantitatis mensuræ sunt, & vtraque decima pars cori est. Sed de his videndus est Budæus de Asse. Et certe nobis satis ignotæ sunt illius temporis mensuræ, quarum, pro temporibus, & regionibus, maximam experimur diuersitatem. *Ioseph. 3. antiq. c. 1. R. Salomoh. Ruper. in Exo. Raban. in Exod. Hieronym. in 5. cap. Isa. Budæus de Asse f. 141.*

CAPVT XVII.

Alus scilicet, & Depheca. Num. 33.

Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta

quem indicabat columna, quæ præcedebat, quiete sua, cum sistebat. — *quod est in deserto Sin, non longe à Sina.* — *nec humidum manna ad sitim extinguendam sufficiebat.*

sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo.

s. verbo impugnantes, & reprehendentes. — *iuxta Hebræum, date: pro, da.*

Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses:

i. irascimini, & verbis contenditis. — *cum diffidentia, volentes, & petentes aquam.* — *sic deducere voluit Dominus Israelitas, vt frequenter ad illum recurrerent, & in eius amore, & timore contineret illos.*

Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria,

i. propterea.

& murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, &

licet ex liquefacto manna, aliquo modo sitim temperarent. — *non voce, sed corde, & oratione, inuocans Dominum.* — *propter ingratitudinem populi, sed non prætermittens, bona gregi commisso curare.*

liberos nostros, ac iumenta siti? Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: quid faciam

i. parum abest, quin lapidibus me obruant. — *s. sic, vt prius per medium illorum, absque metu, transeat.*

populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dominus ad Moysen: antecede populum,

non ætate, sed officio, & dignitate præstantes i. Senatores, vt essent testes, quod non fuerit hactenus fontis, aut aquæ vestigium. — *vt etiam esset instrumentum bonorum, sicut fuerat hactenus ad mala infligeda.* — *per manum Aaronis, vt coadiutoris Moysi.* — *i. aquas dulces Aegypti, quarum maior pars, Nilus erat.*

& sume tecum de senioribus Israel, & virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, &

i. assistam, in procinctu opem ferens, adero. — *aliam à monte Sina, licet eiusdem nominis.*

vade. En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesq. petram, & exibit ex ea

vt deinceps, testes, vtpote huius facti, plebem à murmure in similibus compescerent.

aqua, vt bibat populus. Fecitque Moyses ita coram senioribus Israel: & vocauit nomen loci

subintelligendum: Et contentio, massa, & meriba, in Hebræo. — *ideo tentatio, massa.*

illius, Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes:

Sub. potens, aut volens in hac necessitate opem ferre, & dare aquam.

Est ne Dominus in nobis an non?

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIA.

Orig. in Exo. Hieronym. ad Fabiolam.

1 DESERTO *Sin, per mansiones suas.*] Sin, iuxta Origenem, & Hieronymum, desertum est, ab Elim, vsque ad desertum Sina, in quo, & quinque mansiones recensentur Num. 33. Suph Sin, Alus, Depheca, & Raphidim: hoc vero loco duæ subticentur, Alus, scilicet, & Depheca: Et earum tantum mentio fit, in quibus peculiare aliquid accidit: quare Sin, cuius hic meminit, locus est peculiaris, totius deserti nomen singulari ratione obtinens: Sicut & Moab, nomen est hominis, & regionis. Porro, per mansiones suas: Sic Chaldaica. Septuaginta: Per castra. Idem tamen est omnium sensus.

אלפי יהוה

2 *Iuxta sermonem Domini.*] In Hebræo est *Halpi Iehoua*, idest, secundum os Domini: Hebraismus est, os, pro sermone: Vnde optime Vulgatus, & Septuaginta: Verbum Domini. Chaldæus: Præceptum Domini. Omnium idem est sensus: hoc tamen innotescere dicunt illis viri graues, non verbo, sed quiete, vel motu columnæ, quæ præcedebat; ipsa enim cum quiesceret, indicabat eo in loco castrametandum esse.

Seder Olam Raba.

3 *Castrametati sunt in Raphidim: Vbi non erat aqua ad bibendum populo.*] Altera die post Sabbathū, vigesimatertia Aprilis, eo peruenisse cōstat ex Seder Olam Raba: Raphidim autem in deserto Sin est, non longe à deserto Sina. Porro, cum penuria ciborum, & aquæ, deducere illos voluit Dominus; vt frequenter ad illum recurrere oporteret, & sic in timore, & amore Dei continerentur: & per sustinentiam, quam habere oportebat, illos probaret.

4 *Qui iurgatus contra Moysen.*] Iurgari hoc loco est, verbis aliquem impugnare, & reprehendere.

תנו נתן

5 *Da nobis aquam.*] Iuxta Hebræum est: *Date Tenu*, quod plurale est, à verbo *Nathan*; sed quod cum Moyse præcipue esset sermo, plurale, pro singulari positum est.

Hugo de S. Victor. in Exo. S. Tho. 2. 2. q. 97. ar. 2. corp.

6 *Cur tentatis Dominum?*] Tentationem hanc, satis ipse textus infra, qualis fuerit, ostendit, cum ex eorum ore referat: Est ne Dominus in nobis an non? quasi dicat: poterit, aut aquam nobis dabit, quare optime, vt ex Hugone de sancto Victore, & sancto Thoma deprehenditur, tentare, hoc loco est velle, aut petere cum aliqua diffidentia; oportebat enim illos ex præteritis certos esse, Deum non esse illos deserturum, cum necessitas vrgeret. Sunt qui hoc loco tentare, exacerbare, & irritare Deum, interpretentur. Sed hæc consequenter se habent ad hanc diffidentiam.

7 *Sitiuit enim ibi populus, præ aquæ penuria.*] Licet enim manna humidæ esset naturæ, non tamen sic, vt ad sitim extinguendam sufficeret, quam non solum homines, sed & pecora præ aquæ penuria patiebantur, licet ex aqua, quæ ex liquefacto manna percurreret, non parum pecoribus consultum esset: quos itaque experiri voluit Deus in Mara, in aquis amaris, in Raphidim, præ aquæ penuria probauit.

8 *Clamauit Moyses ad Dominum.*] Non voce, sed cordis desiderio, & oratione, nec præ eorum ingratitudine, superioris munia prætermisit, imminente scilicet penuria, commisso gregi profutura, & necessaria curare.

9 *Adhuc paululum, & lapidabit me.*] Quasi dicat: Si res paulo magis processerit, parum abest, quin lapidibus me obruant. Ita iuxta Hebræum: Hoc vero non metu mortis, sed magis zelo diuini cultus, & populi sibi commissi, dixit; ne scilicet, illo interfecto, à Deo per idololatriam recederent.

10 *Antecede populum.*] Septuaginta legunt, sicut nos: Iuxta Hebræum est: Transi coram populo. Chaldæus: Per mediū illorum vade: cum enim Moyses posterior incederet, sic Deus præire tunc populum iussit, vt per medium illorum transiret; quasi dicat: Hinc, & inde illos absque metu intuens transi; ego enim tecum ero, & antecede populum. Vulgatus tantum expressit vltimum, subintelligiturq. quod Chaldæus iuxta sensum literæ innuit.

11 *Sume tecum de senioribus Israel.*] Seniores, vt sæpe aduertimus, nō tam ætate prouectos, quam officio, & dignitate cæteris præstantiores in populo, intelligit: hos secum duxit, vt exploratores, fontis, nec aquæ vestigium adesse; sed noui fontis stilicidio maternorum vberum instar (vt Maximus Taurinensis Episcopus dicit) puerum suum Israel, nutrire cum viderēt, in similibus possent deinceps populi murmur compescere. *Maximus ho. 1. in Epiph. & ho. 1. S. Petri, & Pau.*

12 *Et virgam qua percussisti fluuium.*] Augustinus vt dubium relinquit, an per fluuium, non tantum Aegyptiacum, sed & Mare Rubrum intelligat, quod improbabile non est: sed, cum percussione amnis Aegyptios potu priuauerit, & nunc sitienti populo, cum virgæ percussione aquam potabilem præbere velit, fluminis nomine aquas dulces, quarum maior pars Nili erat, & non amaras maris, intelligere præstat. Porro, R. Salomoh, quod aliqui de populo dicerent, Moysi virgam tantum ad infligenda mala deseruisse, nunc ea etiam vti voluit ad beneficia, & commoda, ex Dei dono futura. Iam, licet Aaron Ægypti aquas virga percusserit; tamen cum ex præcepto Moysi fecerit (quos vt vnum Dei ministrum contemplamur) dicitur Moysen percussisse; maxime cum Dux facere dicatur, quod per ministrum operatus est. Sic Augustinus. *Aug. q. 64. in Exod.* *R. Salomoh.* *Aug. q. 64. in Exod.*

13 *Ego stabo ibi coram te.*] Iuxta Hebræum est: Sto, præsens tamen pro futuro ponitur: Sto, idest, stabo: Sic Chaldæus, & Septuaginta legunt. Porro, stare dicitur Dominus per metaphoram, à situs positione, quam apud nos experimur, in his, qui prompti sunt auxilium ferre, quod peculiari assistentia promptus sit, vt in eo, quod Moysi iniunxerat, opem ferret.

14 *Super petram Horeb.*] Ex Iudic. cap. 7. constat, & aliam fuisse petram Horeb (quod super eam Horeb Rex occisus fuerit) ab Horeb monte, qui idem cum monte Sina: & licet aliqui dicant, vsque ad hanc petram montem illum pertingere, probabilius videtur, alium esse locum, licet eiusdem nominis cum monte Horeb, idest, Sina.

15 Fecit

Digitized by Google

Ioseph. 3. antiq. c. 1.

15 *Fecit Moyses ita.*] Quod Moyses è rupe eductur ū se aquas dixerit, refert Iosephus: Spectantibus illis, si lassitudine, & siti enectis, petra esset excidenda, Moyses ferit eam virga, quæ aquam euomuit copiosissimam simul & limpidissimam, quod factum in Baptismo secundum vsum Aethiopum sacerdos referre solet: Tu, inquit, præcepisti rupi duræ, & effudit aquam populo tuo.

מסה ומרבה מסה מרבה

16 *Vocauit nomen loci illius tentatio.*] In Hebræo est: *Massa Vmriba*, idest, tentatio, & contentio: duo itaque nomina imposuit, *Massa*, & *Meriba*, Vulgatus alterum tantum expressit, altero subintellecto: Vnde Psalm. 94. vbi dicitur: Secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, iuxta Hebræum est: Sicut in *Mariba*, sicut eo die, quo fuistis in *Massa*. Porro, cum post datam legem, vt Num. 20. scribitur (& est trigesimatertia mansio in Zin apud Cades) bis Moyses silicem percusserit, & aquæ inde fluxerint, quę contradictionis aquę dicuntur in Scriptura, sicut locus hic, tentationis, hinc non parua æquiuocatio inter interpretes in aliquibus locis Scripturæ sacræ contingit, quam præcauere oportet. Iam non desunt, qui affirment, sæpe Moysen percussione virgæ, in itinere per desertum aquas eduxisse, licet duarum tantum mentio fiat: sicque intelligunt illud 1. ad Cor. 10. Bibebant de spiritali consequēte eos petra.

a pro, venerunt. c pro. Amalechita. e pro pugnabant. i vt supra. n qui, & Iesus, & Hosea.
a b c d e f g h i K l m n o
Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitq. Moyses ad Iosue: Elige

a strennuos scilicet, & fortes. c i. procedens. f pro Amalechitas. l i. summitate. o p i. quam Deus dedit instrumentum mirabilium.
a b c d e f g h i . K l m n o p q
viros, & egressus pugna contra Amalec: Cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iosue, vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem, &

c maritus Mariæ. f i. summitatem. i i. erigeret. i K l m n eleuatio quippe, et manuum depressio, signa erant pugnæ, vel nō pugnæ inuisibilis ipsius Dei, cotra Amalechitas.
a b c d e f g h i K l m n
Aaron, et Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel:

d i. relaxasset, seu demisisset. e pro, superabant. f i. Amalechita. m s. Aaron, & Hur.
a b c d e f g h i K l m
sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autem Moysi erant graues: sumentes

h s. Moyses. n ex iussu Mosis.
a b c d e f g h i K l m n
igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est, vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum

b Iuxta Hebr. Debilitauit, seu contriuit Chald. contriuit. Septuag. fugauit. d pro Amalechitas. f g i. eos, qui Amalechitis in bello socij erant. i i. acie.
a b c d e f g h i k l m n o
Solis. Fugauitque Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit autem Dominus ad

e i. memoriam. i i. inculca. k qui Dux futurus ad ingressum terræ promissæ. l m quasi dicat: quod delebo. m n o completū 1. Reg. 25.
a b c d e f g h i K l m n o
Moysen: scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriam

f ad litandum in gratiarum actionem. l m ab effectu Domini, qui populum, & nomen suum illo facto exaltauit.
a b c d e f g h i k l m
Amalec sub cælo. Aedificauitque Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio

c d e f i. iurauit per solium suum: Hebraismus est. g i. quod. h i K i. hostiliter vos semper habebitis cum illis. m pro, Amalechitas. n o i. in posterum, quo vsq. funditus deleantur.
a b c d e f g h i K l m n o
mea, dicens: Quia manus solij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

SCHO-

Digitized by Google

S C H O L I A.

17 *Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israel.*] Hebræorum fama longe lateq. diuulgata, vt Iosephus refert, legationes miserunt Amalechitæ ad gentes alias, non contemnendos esse eos, indicantes, quod ab Aegypto fugerant, & priusquam augerentur, aut vberem aliquam regionem occupassent, reprimendos: sicq. conclusum est, aduersus illos iniendum bellum. Porro, Amalechites, vt inquit Hieronymus, regio est in deserto ad Meridiem Iudæ, trans vrbem Petram, vt etiam Iosephus scribit: Euntibus Ailam, cuius Scriptura recordatur, dicens: Amalec habitat ad Austrum, sed & iuxta eum alius Chananæus habitat, qui & dimicauit contra filios Israel in deserto, de quibus ita scribitur: Amalec, & Chananæus habitant in Valle. Iam licet aliqui contendant ab Ismaele Abrahæ filio, Amalechitas originem ducere; certum tamen est, à filio Eliphaz, quem genuit Esau, ortos, Genes. 36. & 1. Paralipomen. 1. nec alius Amalec legitur: ita sentit Iosephus. Vnde 2. Reg. 1. qui Israel mortem nunciauit, Amalechita, iuxta interpretum sententiam; filius fuit Doeg Idumæi Amalechitæ, itaque, qui & Idumæi, ab Esau ortum habent. Quare non desunt qui dicant; timuisse Amalech, ne tunc benedictio Isaac impleretur, quã Iacob fratri suo Esau præripuerat.

Ioseph. 3. antiq. c. 2. *Hieronym. de locis Hebr.* *Ioseph. 2. antiq. cap. 2.* *Ioseph. 3. Reg. 1.*

18 *Dixitque Moyses ad Iosue.*] Quem prophetico spiritu nouit futurum populi ducem, exercitui præfecit, Iosue scilicet filiũ Nun, de tribu Ephraim: qui in hoc facto, iuxta Origenem, dictus est etiam Iesus: in Hebræo *Iehosua*, qui & Hosea; trinomius enim fuit: hic solet à Græcis auctoribus, Auses nominari.

יהושע

19 *Pugna contra Amalec.*] *Lacham*, proprie comedere, inde prœliari; quod prœlium in ore gladij deuorare videatur homines, sicut os cibum. Porro, licet ex Aegypto arma aliqua detulerint, vt Diodorus aduertit, vt cum hostibus pugnarent, maxime tamen Aegyptiorum armis muniti sunt, quos ad litus maris mortuos, Dei nutu cum armis deductos spoliauerant. Sic & Theodoretus.

לחם *Diodorus.* *Theod. q. 33. in Exo.*

20 *Ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.*] Stando orare antiquitus solebant, vnde Luc. 18. Pharisæus stans orabat; virgam autem, quam, vt mirabilium instrumentum, Deus illi dederat, manu tenens, quasi illa percuteret, & verberaret Amalechitas, quod factum memorans Iulius Firmicus maternus, inquit: Crucem sibi Moyses fecit ex virga, quod amplius infra explicat, vbi ait: circa virgam Moyses expansis manibus extenditur, ad modum crucis. Vide quam proprie Theodoretus secundum allegoriam ad Christi crucem referat.

Iulius de erro. proph. relig. cap. 22. & 28. *Theod. q. 34. in Exod.*

21 *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.*] Philo sic loquitur: Nouum accidit prodigium in ipsius Prophetæ manibus, modo leuissimis, modo vero grauibus, quæ quoties leuitatem suscipiebant ad cælum subleuatæ, confirmabant suos ad rem gerendam fortiter: quoties vero degrauabantur, prævalebat hostilis acies. Quibus verbis, grauitatem ad tempus in manibus Moysi esse, sicut & leuitatem, insinuat: hoc quidem in signum feruentioris orationis, vel remissioris fuisse, ex recentioribus quidam putant. Sed verosimilius existimo, in mysterium, disposuisse Deum, adibitis his externis signis, victoriam populo concedere, vt Deo merito adscriberetur: sicut eleuatio clypei Iosue contra Ciuitatem Hay, signum fuit à Deo, diuinæ pugnæ contra Hay: sic & extensæ in cælum Moysis manus, pugnam Dei contra Amalechitas præfigurarent.

Philo de vita Moysi.

22 *Aaron autem, & Hur, sustentabant manus eius,*] Hoc ad iussum eiusdem Moysis factum refert Iosephus, & Hur maritum Mariæ fuisse, quod verosimilius, quam fuisse filium Caleb, vt aliqui volunt, & Mariæ; cum iste Hur infra cap. 24. grauissimus vir, ad quæstiones elucidandas simul Aaroni assignetur. Caleb autem cum terram promissionis exploraturus intrauit, quadraginta annorum describitur; & Maria ad minus erat nonaginta duorum annorum, sunt itaque diuersi, etsi eiusdem nominis, & eiusdem tribus, scilicet Iudæ. In Hebræo dicitur: *Chur*.

Ioseph. 3. antiq. c. 2. חור

22 *Populum.*] Qui scilicet non erant Amalechitæ, sed in eorum auxilium venerant.

23 *In ore gladij.*] Hebraismus est, idest, in acie gladij, quod deuoret hominum vitas, sicut ore cibi deuorari, & abscondi solent: Septuaginta: In occisione gladij. Porro, Iosephus scribit, quod nisi superueniente nocte fugissent, in ore gladij omnes vtique perijssent, & ex tunc formidolosos factos, & multum auri & argenti in castris reperisse, multamque castrensem supellectilem, & iumentorum varia pecora, & illis, quorum opera insignior fuerat, Moysen præmia distribuisse, ipsumq. exercitus præfectum collaudasse: adeoq. incruentam victoriam hanc fuisse, vt nec vnus ex militibus Hebræis desideraretur.

Ioseph. 3. antiq. c. 2.

24 *Scribe hoc, ob monimentum in libro.*] Monimentum, idest, memoriale, quasi dicat: In memoriam. Porro, librum istum quidam putant, iustorum librum, de quo Iosue 10. Et Theodoretus Cyrenensis Episcopus autumat hunc esse vetustissimum commentarium, à quo historia libri Iosue ab incerto auctore per compendium collecta fuit quamuis de libro Iustorum variæ sint patrum sententiæ: de quo & Hieronymus.

Theod. q. in Exod. *Hieronym. q. in lib. Reg.*

25 *Et trade auribus Iosue.*] Idest, inculca, & sæpe illi repete; cum enim ad bellum profectus fuisset Iosue, de eleuatione, & manuum Moysi suppressione nihil viderat: Et in hoc innuere voluit Dominus, Iosue introducturum populum in terram promissionis.

26 *Delebo enim memoriam Amalec sub cælo.*] In Hebræo est, *Secher*, idest, memoriam. Et Hebræi ferunt, Samuelem cum ex Dei mandato iniunxisset Sauli, vt pugnaret contra Amalec, tradidisse hanc Scripturam, vt impleret quod in ea scriptum erat: Et cum dictio hæc ambigua sit, ita vt suppositis alijs vocalibus sit *Sachar*, idest, masculinum: Saulem dicunt vocis ambiguitate deceptum, excepto Rege, cunctis masculis deletis, reliqua reseruasse:

זכר זכר

Digitized by Google

seruasse : & ne in posterum ex huiusmodi ambiguitatibus labendi occasio nasceretur, visum esse Iudæorum magistris, aduocalare per puncta omnes sacras dictiones. Et ita sub Zain, posuerunt Zere, & sub Caph. segol. Porro, iuxta Hebræum est: Quoniam delens delebo. Sic Chaldæus. Septuaginta : Quoniam deletione delebo, quasi dicat : Dic Iosue, quod proculdubio delebo memoriam Amalec. Quod factum fuit post quadringentos circiter annos 1. Regum 15.

ז

כ

27 *Aedificauitq. Moyses altare.*] Ad sacrificia vtique libanda in gratiarum actionem : Vnde Philo : Vota, inquit, persoluit, mactatis victimis. Quod & abstulisse deinde, quidam probabiliter tradunt ; ne gentibus ad idololatriam deseruiret.

Philo de vita Moysi.

28 *Et vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea.*] Septuaginta : Dominus refugium meum. Chaldæus : Immolauit super altare, qui fecit sibi miracula. Alij exaltationem legunt. Iosephus : Aram Deo Victori posuit; dictio siquidem Nes, anceps est, & exaltationem, eleuationem, protectionem, triumphum, victoriam, vexillum, & refugium significat. Hinc interpretes tam varie legunt. Ab effectu itaque Domini, qui hoc facto, & nomen suum, & populum suum exaltauit, exaltatio dicta est : Et licet Vulgatus vnam significationem tantum expresserit, forsan diuino consilio, vocibus tot significata comprehendētibus vsus est Moyses, vt illorum multa sint subintelligenda, & quod Dei miraculo factum sit opus, & refugium fuerit Dominus populo suo, & vexillum suæ protectionis, & potentiæ ibi leuauerit; & Deo, vt victori, hæc omnia sint adscribenda.

Ioseph. 3. antiq. c. 2.

נס

29 *Quia manus solij Domini.*] Iuxta Hebræum sensus est, manus super solium Domini : sicque innuit Chaldæus, & placet R. Salomoni, & Auen Ezre : estque Hebraismus, quo iurasse Deum per solium intelligitur, quod hostiliter contra Amalechitas se habere deberent.

R. Salomoh. Auen Ezra.

30 *Et bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.*] Verba hæc docte explicat sanctus Thomas; dicens : Amalechitæ autem, qui magis eis fuerant aduersati, & nullam cum illis cognationem habebant, quasi hostes perpetuo habebantur, quasi dicat : hostiliter tum illis semper vos habebitis; quod solutione ad primum expendens, ait : licet Dominus neminem excluserit, quantum ad Dei cultum, & animæ salutem : & in temporalibus, quantum ad ea, quæ ad communitatem pertinent, Ammonitæ, Moabitæ, & Amalechitæ exclusi sunt, in culpæ præteritæ detestationem : poterat tamen per dispensationem aliquis in collegium admitti, ob aliquem virtutis actum, sicut de Achor filiorum Amon Duce Iudith 10. legimus, & de Ruth Moabitide. Et ex hoc loco Augustinus multa contra Faustum de iusto bello disserit. Porro, à generatione in generationem, idest, in posterum, quousque deleantur : cuius causam assignat Moyses Deuter. 25. cuius verba, ibidem Rupertus acute interpretatur.

S. Tho. 12. q. 105. art. 3. in corp.

S. Tho. 12. q. 105. ar. 3. ad 5.

Aug. 22. contra Faust.

Ruper. in 25. cap. Deut.

CAPVT XVIII.

b *i. intellexisset.* d *primas. Chald. princeps.* o *ciuitas erat Amalechitarum.* f *i. socer, iuxta Hebr. & Chald. & Septuag.* g h *s. beneficia.* l *i. in gratiam Moysi, & Israelis.* m

a b c d e f g h i k l m n

Cumque audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, &

f *i. extraxisset.* l *i. secum duxit.* m *supra cap. 2.*

a b c d e f g h i k l m n o

Israeli populo suo, & quod eduxisset Dominus Israel de Aegypto, tulit Sephoram vxorem Moysi,

a b *ne impedimento ei esset ad Aegypti legationem exequendam, in domum soceri sui ex itinere in Aegyptum.* K *supra cap. 2.* l m *Sub. sic vocabitur, quod aduena.*

a b c d e f g h i x l m n

quam remiserat, & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre : aduena

g *supra cap. 2.* i K l *sub. sic vocabitur, Deus enim patris mei, &c.* q *i. liberauit.*

a b c d e f g h i x l m n o p q

fui in terra aliena. Alter vero Eliazer : Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit

c *s. ne me interficeret:* h *i. socer.*

a b c d e f g h i x l m n o p q

me de gladio Pharaonis: Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius ad

Moysen

Digitized by Google

c Sinai. h f.Horeb: Dei, per prolepsim, ob datam ibi legem, & apparitionem in rubo. l per nuntios. f.nuntiari.

a b c d e f g h i K l m

Moysen in desertum, ubi erat castrametatus iuxta montem Dei. Et mandauit, dicens:

c i.socer. i Sephora. r f.Moyses.

a b c d e f g h i K l m n o p q r

Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. Qui

d i.soceri. f i. solitam reuerentiam exibuit.

a b c d e f g h i K l m

egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutaueruntque se

g i.percontantes, num recte se haberent, esset ne pax, vale ne? f i.tentorium Moysi, quo vtebatur ad habitationem propriam, & familia. i i.socero.

a b c d e f g h i K

mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo

a b c d e f g i.puniriones. & flagella, quibus illos cecidet, & tandem interfecit. h i i.in gratiam Israel, quod illos male tractassent, & occidere voluissent. K a b c d e f f.periculum Aegyptiorum, & Amalechitarum, & penuriam cibi, & potus.

a b c d e f g h i K

cuncta quae fecerat Dominus Pharaoni, & Aegyptijs propter Israel: vniuersumque

g h i K l cunctis prouidens de cibo & potu, & submergens Aegyptios, & Amalechitas fugans. m f.& obstupuit in mirabilibus Dei.

a b c d e f g h i K l m n

laborem, qui accidisset eis in itinere, & quod liberauerat eos Dominus. Laetatusque est

b c d i.donis, & mirabilibus, quae in eorum gratiam fecerat. h i.in gratiam Israelis. m f.populum Israel. o i.potentia, & tyrannide.

a b c d e f g h i K l m n o

Iethro super omnibus bonis, quae fecerat Dominus Israeli, & quod eruisset eum de manu

d i.laude, seu benedictione dignus. K i.seruitute.

a b c d e f g h i K l m n

Aegyptiorum, & ait: Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de

a i.potentia, seu tyrannide. h i.seruitute. l i.credidi. n i.immensus, & praepotens.

a b c d e f g h i K l m n

manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quod magnus

c d i.idola, & daemones. e f g h in eodem puniens, quo superbe egerant, scilicet submergendo Aegyptios, sicut Israelis infantes extinguere putarant. g h f.Aegyptij. x f.Hebraeos. l in gratiarum actionem.

a b c d e f g h i K l m n

Dominus super omnes deos, eo quod superbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro

a i.socer. c quae scilicet tota igne consumebantur. e i.pacificas, quarum pars comburebatur, & alia pro ministris erat, alia in cibum offerentium. g Quod socer Moysi ad fidem, & cultu Dei veri denuo venisset. l i.Senatores.

a b c d e f g h i k l m

cognatus Moysi holocausta, & hostias Deo: Veneruntque Aaron, & omnes seniores Israel,

c i.cibum. f i.non longe à loco, vbi obtulit sacrificia, & responsa à Deo accipiebant, & quia in honorem Dei erat conuiuium.

a b c d e f g

vt comederent panem cum eo coram Deo.

SCHOLIA.

1 CVMQVE *audisset Iethro Sacerdos Madian.*] Quis fuerit iste Iethro, siue Iether, & de varijs eius nominibus, iam supra capite secundo. Porro, *Kohen*, & principem, & sacerdotem significat: Vnde Chaldæus principem scribit; mos siquidem apud antiquos fuit, vt qui magistratibus Reipublicæ præerant, sacerdotio fungerentur: vnde hic sacerdos, non quilibet, sed primas Madian intelligitur.

כהן

2 *Cognatus Moysi.*] *Khoten*, & cognatum, & socerum significat. Septuaginta, & Chaldæus, socerum legunt, & Iosephus, & Seuerus Sulpicius ita scribunt: Hic ergo, & Iudith 4. cognati nomine large sumpto, Vulgatus pro socero vtitur. Adde, & consanguineum ab Abraham ex Cetura fuisse, vt vidimus supra capite 2.

חתן

Ioseph. 3. antiq. c. 3. Seuerus in sua hist.

3 *Omnia quæ fecerat Dominus.*] Cum autem rei feliciter gestæ, inquit Iosephus, fama ad Raguelem peruenisset, gratulabundus occurrit Moysi. Porro, omnia, scilicet signa, quæ in Aegypto, & in Mari Rubro, & quod cotingit cum Amalechitis.

Ioseph. 3. antiq. c. 3.

4 *Tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat.*] De nominibus Sephoræ, & filiorum eius, supra cap. 2. de illius remissione, supra cap. 4. quamuis textus ibi, de hac remissione non loquatur, vt ibidem aduertimus. Porro, Epiphanius à die qua Moyses prophetare cœpit, non cognouisse vxorem affirmat: Et sanctus Chrysostomus ex hoc loco multa in laudem matrimonij diserte, vt solet, scribit.

Epiphanius. Chrysost. hom. de nuptiis in Canna.

5 *Dicente patre: aduena fui.*] Subintelligitur, quia; quasi dicat: Vocabitur Gersan, dicente patre, qui ei nomen imposuerat: sic vocabitur Gersan, idest, aduena, quia scilicet, aduena fui. Similiter cum subditur: Eliazer, ait pater: sic dicatur, idest, adiutor; Deus enim patris mei, adiutor meus fuit.

6 *In desertum, vbi erat castrametatus, iuxta montem Dei.*] Aliqui contendunt, aduentum Iethro, fuisse post annos duos, & datam legem; quod sic Deuteron. 1. Moyses videatur insinuare. Sed certe, ibi tantum dicit: Illo in tempore, quo scilicet, eramus in Sina. Vnde per desertum istum, Sina intelligo: sicut & Iosephus. Qui cum non longe esset à Madian (sicut ex cap. 6. huius libri deprehenditur; ibi enim pascebat quondam Moyses gregem soceri sui, quando in rubo Deus illi apparuit) cito peruenire potuit Iethro. Vnde Iosephus, tertio mense post egressum de Aegypto hoc contigisse, visus est insinuare. Porro, montem Dei vocat per prolepsim; ex quo Dominus ibi legem dedit, quod hoc loco probabilius est sic interpretari, quam montem magnum, vt aliqui volunt, sicut cedros Dei, altissimos quoque Scriptura dicere consueuit: quamuis & Horeb montem excelsissimum fuisse, constet ex Iosepho.

Ioseph. 3. antiq. c. 2.

Ioseph. in fine c. 2. lib. 3. antiqu.

Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

7 *Adorauit.*] *Sacha*, adorare, & incuruare, significat; quod corporis incuruatione adorare essent soliti: Et hoc loco pro reuerentia, quæ tunc nobilibus exhiberi solebat, ponitur.

שחח

8 *Salutaueruntque se mutuo, verbis pacificis.*] Chaldæus: Salutauerunt se mutuo pacifice. Septuaginta: Amplexati sunt ad inuicem. Sed iuxta Hebræum est: Interrogauit alter ad alterum de pace. Hebraismus est, idest, de salute, & valetudine, num scilicet recte se haberent: hæc vocat pacifica, idest, amicabilia verba; nulla enim inter illos discordia præcesserat.

9 *Cumque intrasset tabernaculum.*] De Moysi tabernaculo, idest, tentorio, intelligendum est: sicut Hugo de sancto Victore interpretatur, solebant enim in itinere tentorijs, seu tabernaculis vti, pro domibus, sicut solent Duces exercitus, in solitudine.

Hugo de s. Victor. in Exod.

10 *Vniuersumque laborem.*] Cum scilicet insequerentur eos Aegyptij iuxta mare, vbi nullum videbatur refugium, & cum cibo, potuque, in solitudine carerent, & Amalechitæ contra ipsos insurrexissent.

11 *Lætatusque est Iethro.*] Septuaginta: Obstupuit. Sicque subintelligendum est: lætatum quidem de bonis, & obstupuisse in mirabilibus Dei.

12 *Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis.*] Benedictus, idest, laude, seu benedictione dignus. Porro, verba quæ sequuntur, non sunt apud Septuaginta. Chaldæus legit: Qui liberauit populum, de medio angustiæ, de manu Aegyptiorum. Manus autem hic, pro potentia, & tyrannide ponitur.

13 *Nunc cognoui, quod magnus Dominus super omnes Deos.*] Cognoui, idest, credidi. Magnus, idest, immensus, seu præpotens, super omnes Deos, scilicet, idola, seu ementitos Deos. Porro, quia aliqua de Deo Israel audierat, his perceptis, cœpit credere, hunc solum verum Deum, & ad eius cultum aggregari, sicut Achior etiam Iudith 4.

14 *Eo quod superbe agerent contra illos.*] Subintelligendum est, in eadem re puniti sunt. Vnde iuxta Hebræum est: Eadem re qua superbe agebant in eos, subintelligitur, perdidit eos submergendo in aquis, sicut infantes ipsi necauerant. Hinc Chaldæus legit: Quoniam in re, qua cogitauerunt Aegyptij iudicare, idest, punire Israel, iudicabit, idest, puniuit eos Dominus.

15 *Holocausta, & hostias Deo.*] In gratiarum actionem Deo Israel obtulit holocausta, quæ tota accendebantur: Et hostias, scilicet, pacificas, quarum pars vna accendebatur, pars altera sacerdotibus dabatur, reliqua erat in cibum his qui litabant: erantq. isti veluti cibi sacri, sicut de panibus, quibus Melchisedech Abrahæ pueros refecit, diximus. Vnde sequitur: Et venerunt Aaron et seniores, vt comederent.

16 Vene-

Digitized by Google

16 *Veneruntq. Aaron, & omnes seniores Israel.*] In gratiam Moysi, cuius socer erat, in illius tabernaculo, hospitio fuerat receptus, maxime quod multa in laudem Dei, Moysi, & populi, cum cecinisset, vt auctor est Iosephus, veri Dei fidem, & ritum populi, amplexatum fuisse creditur. Seniores autem hoc loco, sicut supra, populi senatores vocat.

Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

17 *Vt comederent panem cum eo, coram Domino.*] Panem, idest, cibum. idiotismus est: comedere panem, idest, comedere, seu prandere. Porro, coram Domino: Augustinus, & Rabanus, idest, in honorem Dei: alij coram Deo, idest, non longe à loco, vbi Deum consulebant, & hostias obtulerat Iethro, qui non multum à tentorio Moysi distabat: Et certe vtrumque intelligi potest. Sunt & alij, qui interpretentur, coram Domino, idest, tanta vitæ sanctimonia, & pietate, quasi in conspectu Domini epulati fuerint, quasi vidente, & approbāte Domino tale conuiuium. Sed præstat secunda expositio.

Aug. q. 66. in Exod. Rabanus.

a b c — g — K l m
qua scilicet Iethro venerat. — *i. ius diceret, seu redderet.* — *expectans vnusquisque, vt suam causam Moyses finiret.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, & qui assistebat Moysi à mane vsque

e f — p q
i. intellexisset. — *i. socer.* — *i. Quid facis? quod per totum diem expectare, & adesse cogatur hic populus.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est

c — g
f vt iudices. — *iuxta Hebr. stat iuxta te.*
q r s t u a b c d e f g h i k l
hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad

e f g h i K l — K
quasi dicat: vt consulam Dominum, & ab eo nouerit ius suum, & in his quæ scire, & facere debeat, instruatur. — *Chald. instructionem.*
a b c d e f g h i k l m
vesperam? cui respondit Moyses: venit ad me populus quærens sententiam Dei. Cumque

a b c d — e f g h i — m n — m n o p
i. secundum Dei voluntatem, vel oraculum. — *i. venire ad me solent.* — *i. &.* — *pro. iudice.* — *pro, ostendo, scilicet ius, & id quod petunt.* — *i. non secundū proprios affectus, sed iuxta quod Deus inspirat, et in difficilioribus cōsulo eum, & illis ostendo, quæ præcipit.*
a b c d e f g h i K l m n o p
acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei,

f g h i K — l
i. non ita expedit, no lo acertais. — *i. improbo, sine causa. Iuxta Hebr. nimio. Septuag. intolerabili.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r
& leges eius. At ille: Non bonam, inquit rem facis: stulto labore consumeris, & tu, & populus

e f g h i — p q
i. grauius est, quam ferre possis. — *i. acquiesce monitis, & consilijs meis.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
iste, qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi

a b c d — e f g h — i k l m n o p q r — m n o p q r
i. mentem meam, mis pensamientos, y parecer. — *i. vt Deus sit tibi auxilio, y aiudarte à Dios, vel bene tibi succedet, Deo iuuante, si consilium meū sequaris.* — *i. ex parte populi, refer ad Deum, quæ populus scire desiderat; & Dei responsa populo indica.* — *iuxta Hebr. coram Deo, q. d. age causam populi apud Deum.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r
verba mea atque consilia, & erit Deus tecum. Esto in populo in his quæ ad Deum pertinent,

c d e f — i k l — k l m
i. quæ populus à Deo scire desiderans præstolatur. — *iuxta Hebr. Statuta, & leges.* — *idem quod dixerat ceremonias, scilicet ritum adorandi Deum.*
a b c d e f g h i k l m n
vt referas quæ dicuntur ad eum: ostendasque populo cæremonias, & ritum colendi, viamque

SCHOLIA.

18 *Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum.*] Altera die, qua, scilicet, Iethro venerat, sedit: Vnde ortum habuit iudicium ferre, pro tribunali sedendo, quasi mature rem perpendentes, & non ex abrupto iudicantes. Porro, vt iudicaret, idest, vt suum ius cuique redderet; putabat enim populus, vt Iosephus refert, aliorum arbitrio suum ius tenere non posse; ac proinde omnes ad Moysen confluebant.

Ioseph. 3. antiq. c. 3.

19 *Qui assistebant Moysi, à mane vsque ad Vesperam.*] Septuaginta legunt, sicut & nos. Iuxta Hebræum vero est: Et stabat populus iuxta Moysen. Chaldæus: Stetitq. populus apud Moysen; ob multitudinẽ quippe causarum, quę cum facile expediri non possent, qui ius petebant, quorum ingens erat numerus, tota die erant apud Moysen, præstolantes, & expectantes, vt singulorum causas finiret, à quibus tamen, nullum emolumentum Moysen reportasse, Num. 16. scribitur.

20 *Quid est hoc, quod facis in plebe?*] Chaldęus, & Septuaginta eodem modo legunt. Iuxta Hebręũ vero est: Quid est verbum hoc, quod facis in populo? Quidam, in plebe, vel in populo, interpretantur; propter plebem, vel populi causa: sed germanior sensus videtur, quasi dicat: Quid est hoc, quod tu populo sic facis, vt per totam diem hic expectare, & adesse cogantur? Porro, refert Iosephus, tunc Moysi socerum siluisse, neminem impedire volens, quo minus desiderata iustitia frueretur, sed iam dissolutis causis, seorsum illum fuisse alloquutum.

Ioseph. 3. antiq. c. 3.

21 *Venit ad me populus, quærens sententiam Dei.*] Iuxta Hebræum est: Vt consulat Dominum, vel requirat sententiam Dei. Chaldæus paraphrastes: Vt inquirat instructionem à Deo. Septuaginta: Quærere iudiciũ à Deo. Sensus ergo est: quęrẽs sententiam Dei, idest, vt consulat Dominum, & ab eo nouerit ius suum in causis, & in his, quæ scire, & facere debeat, instruatur: hæc omnia subintelliguntur in verbis Vulgati, quod ex his, quæ sequuntur, aperte constat.

22 *Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta, & leges Dei.*] Disceptatio, quo nomine vtuntur hic Septuaginta, Chaldæus legit, iudicium. Porro, veniunt ad me, idest, venire ad me solent. Iã, vt iudicem inter, in eos. iuxta Hebræum est: Et iudico inter virum, & proximum. Ita Chaldæus, idest, inter vnum, & alterum. Septuaginta: Dijudico vnumquemque. Sed omnium idem est sensus. Vt iudicem: *Saphati*, verbum præteritum, pro præsenti, idest, iudico: quasi dicat: iuxta legem Dei, & dictamen Spiritus sancti, indico populum, & lites compono, non iuxta meos affectus. Non quod in singulis Deum consuleret, sed in his, quæ iuxta diuinam voluntatem nouerat, quæ in corde eius erat, homo, scilicet, Spiritu sancto plenus, ius dicebat, sentẽtiamq. ferebat, licet in alijs Deum consuleret, ne laberetur, vt Augustinus aduertit.

שפטתי

Aug. q. 67. in Exod.

23 *Non bonam rem facis.*] Non quod malũ, idest, peccatum esset, sed quod nos vulgo dicimus: *No aciertas en lo que hazes*, ita expedit.

24 *Stulto labore consumeris.*] In Hebræo *Nabol*, *Tibol*, at verbum *Nabal*, & defluere, & decidere, cadere, euanescere, stultũ esse significat. Hinc quidam legunt: deficiendo deficies. Alij defatigando defatigaberis. Sic Chaldæus. Septuaginta: Corruptela corrumperis. Et iuxta Hebræorum geminationem, sensus est, proculdubio defatigaberis, corrumperis, & decides, quod significantius Vulgatus expressit, cum ait: Stulto labore, idest, præ inepto labore, consumeris.

נבל תבל נבל

25 *Vltra vires tuas est negotiũ.*] Iuxta Hebræũ: Quoniã graue præ te verbum, siue negotiũ. Septuaginta: Graue tibi verbum hoc. Chaldęus: Quia grauis tibi est res ista. idem est omniũ sensus, idest, grauius est, quã ferre possis; sustinere illud non poteris.

26 *Sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum.*] Iuxta Hebræum: Nunc audi verba mea, consilium tibi dabo, idest, acquiesce mihi monenti. Vnde Chaldæus legit: Nunc acquiesce mihi, & dabo tibi consilium. Septuaginta: Nunc audi me, & consulam tibi: Audi itaque verba, idest, acquiesce sermonibus meis, & consilijs, quæ tibi dabo. Porrò, Et erit Dominus tecum: ita & Septuaginta. Chaldæus: Et erit verbum Domini in adiutorium tibi: Sensus est: Et erit Dominus tibi auxilio, quod nos dicimus: *Y Dios te aiudara, Dios te fauorecera*.

27 *Sta tu populo, in his quæ ad Deum pertinent.*] Iuxta Hebræum: Ante Deum, siue coram Deo, idest, tu propter populum sta coram Deo. Vnde Chaldæus: Sta tu populo, quærens doctrinam à facie Dei. Septuaginta: Sta tu populo, quæ ad Deum. quasi dicat: Ex parte populi accede ad Deum, vt ei referas, quæ populus desiderat, & petit, & Dei responsa populo indica: huncq. legitimum esse sensum, constat ex verbis, quæ immediate subduntur. Quæ enim Iosephus soceri verba scribit: Tu tantum Reipublicæ negotia tracta, non priuata, & diuino tantum cultui deditus esto, subintelligi quidem possunt: quæ tamen textus exprimit, prædicto modo intelligenda sunt. Sunt & qui interpretentur, iuxta Hebræum: Sis tu medius inter populum, & Deũ. Alij sta tu supremus iudex, vt Deus, idest, Dei vices gerens; Sed prior expositio præstat.

Ioseph. 3. antiq. c. 3.

28 *Vt referas, quæ dicuntur ad Deum.*] Chaldęus: Et tu referes verba eorũ in conspectu Domini. Septuaginta: Referes sermones eorum ad Deum. Idem est omnium sensus; quasi dicat: In rebus arduis, quæ ad Deum deferendæ sunt, & petendis oraculis, & quærenda eius doctrina, tu referes Deo, quæ populus ab eo scire desiderat.

29 *Ostendasq. populo cæremonias, & ritũm colendi, viamq. per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.*] Ritum colendi; aliqui, iuxta Hebræum legunt: Et leges. Sed sermo est de legibus colendi Deum. Chaldæus: Et admonebis eos præceptis & legibus. Septuaginta: Et testificare eis præcepta Dei, & legem eius, quæ non variant: hæc enim intelliguntur per sequentia verba. Et viam, per quam ingredi debeant, & opus quod faciant, idest, Ex ore Dei perscribes, non solumquæ ad ritum, sed quæ sit iustitia, æquitas, pax, beneficentia, & quæcumque ad bene vitam instituendam iuxta Dei beneplacitum expedient.

30 *Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum.*] Prouide: iuxta Hebræum est:

Digitized by Google

Synonymia est. — *percutiendo in Aegypto, & submergendo in mari.*

Iacob, & annuntiabis filijs Israel: Vos ipsi vidistis quæ fecerim Aegyptijs, quomodo

sub. quasi. — *quasi dicat: ita secure, ac si super aquilarum alas portaremini, vt earum pulli. Chald. & Septuag. quasi super alas.* — *i. in familiam meam susceperim. Septuag. ad me adduxerim.* — *i. obedieritis præceptis meis.*

portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem

i. opere adimpleueritis? — *i. conuentionem.* — *& pascam & defendam, sicut oues peculij mei. Adde, iuxta Hebræum: Et vt rem pretiosam & charam, ad cuius consortium, alienum non admittam. Vel peculium, idest, thesaurum. q.d. vnice dilecti.*

meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea

quasi dicat: licet per creationem mei sint, omnes terram inhabitantes: vos tamen inter omnes delegi in peculiarem populum & ritum. — *i. celebre & eximium, & speciali ritu Deo dicatum, & in quo Dei cultus viget. Septuag. regale sacerdotium. Chald. reges & sacerdotes.* — *i. electa.*

est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: Hæc

schema linguæ est, idest, hæc loqueris. — *i. primogenitis.*

sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses & conuocatis maioribus natu

i. quæcumque ei Dominus præceperat, vt eis indicaret. — *quasi subscribendo instrumento pacti.*

populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. Respondítque omnis populus

Non quod nesciret, sed quasi præsentans Domino ex parte populi: sicut angeli perferre dicuntur nostra bona opera ante Deum. — *prædicta, scilicet, cuncta, quæ loquutus est Dominus, faciemus.*

simul: cuncta quæ loquutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba

i. apparebo tibi. — *i. nube caliginosa.* — *licet non videat:*

populi ad Dominum, ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat

vt Dei interpreti. — *i. deinceps.* — *pro, nuntiauerat.* — *repetit subscriptionem siue consensum populi, vt supra.*

me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses verba

i. prepara, apercibe, ritu sanctificationis. Chald. preparabis.

populi ad Dominum. Qui dixit ei: Vade ad populum & sanctifica illos hodie & cras,

sine mundent. — *s. quæ per quadraginta annos non sunt attrita.* — *& quinquagesimum ab egressu de Aegypto.* — *i. apparebit, pro apparebo ego.*

lauentque vestimenta sua. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertio descendet

Dominus

Digitized by Google

b c d
qui caliginem, & fumum, & vocem buccinae, videbant, & audiant.
a b c d e f g h i K l
Dominus coram omni plebe super montem Synai. Constituesque terminos populo per circui-

l m
i. peruenietis. i. terminos.
a b c d e f g h i K l m n o p
tum, & dices ad eos: cauete ne ascendatis montem nec tangatis fines illius: omnis qui

a b c d e f g h i K l
i. peruenerit siue attigerit. | s. vltra terminos prafixos. | i. indubie peribit, siue erit reus mortis. | s. alicuius, qui eum liberare desiderat. | Iuxta Hebraeum: lapidando lapidabitur, idest, proculdubio lapidabitur.
a b c d e f g h i K l
tetigerit montem, morte moriatur. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur,

b c d e
iuxta Hebraeum: iaculando iaculabitur, idest, procul dubio sagittis configetur. | propter negligentiam suam, qui non cohibuit.
a b c d e f g h i K
aut confodietur iaculis, siue iumentum, fuerit siue homo, non viuet.

a b c d f
i. Cum buccina vox concisior & protractior fit finiendo sonum, in signum recessui Dei è monte. Septuag. voluerit sonum cadere Chald. & Septuag. fecerit finem sonandi. | i. ascendere poterunt.
a b c d e f g h
Cum coeperit clangere buccina, tunc ascendent in montem.

SCHOLIA.

1 M*ENSE tertio.*] Lunatione scilicet, quae fit in mense Majo.

1 *In die hac venerunt in solitudinem Sinai.*] In die hac, idest, eadem die, qua de Raphadim profecti. Venerunt in solitudinem Sinai, iuxta montem Sina, qui & Horeb. Sina siquidem, & deserti nomen est, & eminentissimi montis, qui in illo erat, qui & Cassium ab aliquibus dictus est. Vel in die hac, idest, die tertia mensis tertij, eiusdem scilicet numeri dies cum mense, vt sicut est mensis tertius, ita & dies eius mensis sit tertius. [...stola lib. 1. cap. 10.]

2 *Castrametati sunt in eodem loco.*] Castrametati sunt, idest, tentoria fixerunt, vt in sequentibus verbis dicitur, quae sunt priorum expositio, vt saepe in Scriptura contingit. Haec duodecima mansio filiorum Israel fuit caeteris diuturnior, vt inquit Hieronymus: Vbi media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & Numerorum praecepta, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum, descripta sunt: multorumque voluminum disputatio huic loco sufficere vix potest. [Hieronym. ad Fabiolam.]

3 *E regione montis.*] Idest, prope montem. Et licet ab Occidente venerint, ad Orientem montis castra fixisse feruntur, vt ad Occidentem, in monte Dominum, cum apparuisset, adorarent Iudaeorum more. Vnde & tabernaculi, & templi ostia ad Orientem erant. Nos vero iuxta canonicas sanctiones, altare ad Orientem, cum commode possumus, constituimus. Sic & Pythagorici ad Orientem adorabant, sicut & Trimegistus, & eius sequaces, ad Meridiem, vt quidam testantur. [...d. 2. Ecclesiasticarum.] [Ludouicus Celius. lib. 22 cap. 9.]

4 *Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitq. eum Dominus de monte.*] Hebraei subintelligunt, & legunt: Ascendit in montem; dicunt enim, Moysen accessisse vsque ad locum, in quo in rubo Dominus illi apparuerat; & immolaturus accessit, vt Rupertus aduertit: Iuxta quod supra cap. 3. ei dixerit Dominus: Cum eduxeris populũ meũ, immolabis Deo super montẽ istum: noluit tamẽ vltro conscendere, nisi à Deo admoneretur, memor eius, quod eodem capite ei dixerat Dominus de rubo: Ne appropies huc: Vocatus itaq. à Deo, in montẽ ascendit. Vnde verbũ, vocauit, hoc loco, pro, vocauerat, positum est: quasi dicat: ascendit ad Deum, vocauerat enim eum Dominus de monte. Et sic legit Chaldaeus. [Ruper. in Exo.]

5 *Haec dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel.*] Domui, idest, stirpi Iacob, & hi sunt filij Israel: Et idem importat, dices, quod annunciabis; est siquidem apud Hebraeos grata consimilis repetitio, quam dicendi figuram Graeci Synonimiam vocant, Latini interpretationem.

6 *Quomodo portauerim vos super alas aquilarum.*] Quasi dicat: Ita secure traduxi vos, ac si super aquilarum alas portaremini: Sicut enim R. Salomoh aduertit, cum pullorum nidum aquila mutat, non pedibus pullos apprehendit, sed super humeros, & ita in sublime se atollit, vt extra omnem telorum iactum, extra omne periculum, quod desubtus immineat, sese pro salute illorum opponens, secure deducat. Sic Eucherius exponit: Sic & [R. Salomoh.] [Eucher. de formulis spiritualibus.]

Deut. 32. dicitur: Sicut aquila prouocans ad volandum. Et subditur: Expandit alas suas, & assumpsit eum, portauitque in humeris suis. Et psalmista ad hoc alludit, cum ait: Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum.

7 *Et assumpserim mihi.*] Subintellige, in populum: quasi dicat: Eduxi, defendi, liberaui, constitui, suscepique in familiam meam.

8 *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum.*] Audieritis: idest, obedieritis. Vocem, idest, præcepta custodieritis, idest, opere adimpleueritis, pactum, idest, conuentionem: siue quæ in pactum, tamquam fœderis conditiones constituam, sic Rupertus.

Ruper. in Exo.

9 *Eritis mihi in peculium, de cunctis populis.*] Septuaginta: Eritis mihi populus peculiaris, ex omnibus gentibus: quod vt Theodoretus aduertit, factum est; quia futurus ex eis esset Messias; licet enim, per creationem, inquit Seuerus Antiochensis Episcopus, omnes, Dei sint; qui, non falso Deo subiciuntur, peculiaris Dei populus dicuntur; ideo enim subditur: mea est omnis terra: quasi dicat: licet per creationem omnes mei sint, vos tamen elegi in peculiarem cultum. Chaldæus legit: Eritis coram me dilecti, præ omnibus populis. Symmachus: Populus electus. Quæ omnia in sensu non discrepant. Porro, in Hebræo est: *Segulla*, quę vox & peculium, & pretiosum, & selectionem significat, & in abstracto; quasi dicat: inter electos, electissimum: Vulgatus tantum expressit peculium; quod scilicet pascet, nutriet, & defendet, sicut pastor oues peculij sui: subintelligi tamen possunt & alia significata, vt scilicet, forent sicut res pretiosa, & chara, qualis est sponsa, quæ sic diligatur, vt neminem ad eius consortium admittat. Quæ verba docte S. Thomas collatione facta ad gentes, quæ idolis seruiunt, intelligenda docet, non vero ad Christianos, de quibus 1. Petri 2. Vos estis gens sancta, & regale sacerdotium; nam vt Paulus ad Rom. 9. scribit: Non qui secundum carnem, sed qui ex promissione, ij computantur in semine. Porro, quod in peculium Hebræorum populum Deus elegerit, sicut & Deut. 7. etiam dicitur, annotat S. Thomas, ideo summi principis in eo constitutionem, & regis sibi reseruasse: nec vtiq. populo commisisse. Vnde Num. 27. dicitur: prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc. Et Iud. 2. suscitauit Dominus saluatorem. Et Deut. 17. Constitues Regem, quem Dominus tuus elegerit.

Theod. q. in Exod. Seuerus in sua hist.

סגלה

S. Tho. 4. d. 8. q. 1. a. 3. q. 2. ad 2.

S. Tho. 12. q. 105. a. 1. ad 1.

10 *Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.*] Sunt qui sacerdotale regnum dici volunt, quod ad diuinum cultum dicatum, & à sacerdotibus regeretur, & non opibus, & armis, sicut alia regna, sed sacrum, & diuinum, futurum esset. Addam etiam hoc loco, non tantum his causis dictum regnum sacerdotale; sed quod insigne, & celebre futurum esset: cui consonat Septuaginta interpretum lectio. Et quidem, sacerdotis nomen aliquando magis dignitatem, quam officium importat in Scripturis: Vnde 2. Reg. 8. filij Dauid sacerdotes dicti sunt, idest, maiores & primi post regem; vt sicut ex omnibus sacerdotes eliguntur & Reges, ita filij Israel à Deo electi sint ex cunctis populis, in Dei populum. Porro, gens sancta, idest, segregata ab idolorum pollutionibus; id enim apud Hebræos sanctum dicitur, quod ab immunditijs est separatum.

11 *Cuncta quæ loquutus est Dominus, faciemus.*] Consensum & quasi populi subscriptionem, in pacti instrumento, verba prædicta fuisse, docent Theodoretus, & Rupertus, & quasi initi fœderis, cum quibusdam conditionibus; & ad perpetuam facti memoriam, lapideis tabulis digito suo Dominus insculpsit, quare Moyses tabulas testimonij illas vocauit, & Paulus, tabulas testamenti, vel pacti.

Theod. q. 35. in Exod. Ruper. in Exo.

12 *Iam nunc veniam ad te, in caligine nubis.*] Venire dicitur Dominus à S. Thoma, & Eucherio, quando denuo beneficium aliquod impertitur, at præter legem, quam daturus erat, apparuit Dominus in nubis caligine, & loquutus est Moysi: Vnde hoc loco veniam, idest, apparebo. Porro, in caligine nubis, idest, in densa nube, sic Chaldæus: itaque illius nubis caligo totum montem occupauit, & populus, licet non viderit, audiuit tamen vocem Dei loquentis Moysi, vt in textu dicitur.

S. Tho. in cap. 9. Iob lect. 3. & p. p. q. 3. ar. 1 ad 3. Euch. de for. spiritual.

13 *Et credat tibi in perpetuum.*] Idest, tamquam Dei interpreti tibi credant in perpetuum, idest, deinceps.

14 *Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum.*] Verba populi, quæ scilicet dixerat: nempe, cuncta quæ loquutus est Dominus, faciemus, vt Hugo de S. Victore aduertit. Non quod Deus illa nesciret, sed ex parte populi Deo offerens: sicut angeli, bona nostra ante Deum perferre dicuntur.

Hugo de S. Victor. in Exod.

15 *Sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua.*] Chaldæus: Et præparabis eos. Vnde aliqui existimant, hoc loco sanctificare idem esse, quod præparare se, *apercebirse*, sed certe puto amplius importare, scilicet, præparare sanctificatione, siue munditia corporea, hic enim erat illis sanctificationis ritus, ne scilicet pollutum tangerent, & mundare corpus, & vestes: quare merito Paulus ad Hebræos Iudæorum purificationes, carnis iustitias vocat; Et Iosephus addit, præparationem hanc & sanctificationem fuisse, dies festos ducere, lautiori cibo vti, & ornatu splendidiore, vna cum vxoribus & liberis, & à mulierum congressu abstinere: itaq. sanctifica, idest, iube illos sanctificari. Porro non iubet Dominus nouis indui vestibus, quod vt Hieronymus & Saluianus Massiliensis Episcopus scribunt, non sunt attrita vestimenta eorum, per quadraginta annos, nec calceamenta vetustate consumpta, vt Deut. 29. dicitur: Et ita lauari tantum, & mundari iubet. Et addunt, neque dentes defecisse, neque vngues illorum creuisse, quæ adhuc post mortem crescere docent Aristoteles, & Plinius.

Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

Hieronym. ad Pamachium. Saluia. de vero iudicio et prouidentia.

Arist. de natura animal. cap. 11. Plin. lib. 11. cap. 39. & 45.

16 *Die enim tertia, descendet Dominus.*] Diem hanc, Augustinus tertiam diem mensis tertij dicit fuisse: Hieronymus, Et Comestor, diem quartam mensis tertij. Seder Olam Raba, & Hugo de S. Victore, sextam mensis tertij. In hoc omnes conueniunt, fuisse quinquagesimam, ab egressu de Aegypto. Porro, descendit Dominus: Hebraismus est, idest, descendam ego: hunc autem descensum explicat, sicut sæpe alia solet doctissime, Chaldæus paraphra-

Aug. q. in Exod. Hieronym. ad Fabiolam. Comestor in sua hist. Seder Olam Raba. Hugo de S. Victor. in Exod.

Digitized by Google

paraphraſtes, qui legit: Quoniam in die tertio, reuelabitur Dominus in oculis omnis populi, ſuper montem Sina, ideſt, manifeſtabitur, ſeu apparebit Deus, in nube caliginoſa, cum Moyſe loquens.

17 *Per circuitum.*] Scilicet, montis, vt fines & terminos præfigat, ne irreuerenter fines illos transgrediantur, & ad locum peruenire contendant, in quo Dominus appareret: & hoc eſt, quod ſubditur: Non aſcendatis in montem, neque tangatis fines illius, ideſt, ne etiam ad fines ipſos perueniatis, quaſi vltra progredi volentes.

18 *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.*] Ideſt, qui vltra fines montis contigerit, morte morietur Hebraiſmus eſt, ideſt, indubie peribit, ſeu mortis reus erit.

19 *Manus non tanget eum.*] Quaſi dicat: nemo ſequetur illum, qui montem tetigerit, vt eripiat eum, ne lapidetur.

20 *Sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis.*] Iuxta Hebræum eſt; lapidando lapidabitur, iaculando iaculabitur, ideſt, proculdubio lapidibus obruetur, & conficietur iaculis.

21 *Cum cœperit clangere buccina, tunc aſcendet in montem.*] Iobel, & cornu, & buccinam, & ſonitum כל
editum ſignificat: Vnde iuxta Hebræum eſt: Cum traxerit buccina, ſubintellige, vocem ſuam, ideſt, cum prolixius inſonuerit; erat enim ſignum ceſſandi à ſonitu, cum buccinæ vox longior, & conciſior fieret. Et, vt R. Salomoh aduertit, erat etiam ſi- R. Salomoh.
gnũ receſſus Dei à monte: Vnde Chaldæus: Quando tuba ſubſtracta fuerit. Septuaginta: Quando autem voces & tubæ receſſerint de monte. Porro, tunc aſcendent in montem, ideſt, aſcendere tunc poterunt. Vnde Chaldæus: Ibi habebunt facultatem aſcendendi in montem. Septuaginta vt nos legunt.

---

d *Sina.* — h *i. praparari in ſanctitate iuſſit.* — l *ſ. & mundaſſent.*

Deſcenditque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Cumque lauiſſent

c *i. Moyſes.* — l m n o *i. abſtineat vir ab vxore ſua.*

veſtimenta ſua, ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: Et ecce cœperunt

b *quæ Dei voces Hebraiſmo dicuntur.*

audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque

b c *i. magis ſonorum, & vehementiorem edebat ſonitum.* — e f *& putarunt de Moyſe actum eſſe, & per iram Dei ſublatum.*

buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus, qui erat in caſtris. Cumque

a *i. extraxiſſet.* — d e f *tamquam ſponſam in occurſum ſponſi.* — k *ſuo ordine, iuxta dignitatem & ſexum.* — l m *huc accedere poterant poſt tubæ ſonum, ſed non aſcendere in montem.*

eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.

h i K l m n *in nube & igne Dominus apparuit; vt idololatriam præcaueret, ad quam pronos nouerat. Deut. 4.*

Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne,

i K l m *Iuxta Hebræum eſt, tremuit, ſicque ſubintelligendum eſt.* — m *i. horribilis. Iuxta Hebra. & Chald. Contremiſcens.*

& aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: Eratque omnis mons terribilis. Et ſonitus

c d e g h
i. inualescebat, & sonorius insonabat. non sicut fiendus.
a b c d e f g h i K
buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur,

b c d e f n
voce audibili in aere efformata: vnde iuxta Hebra. Respondebat ei in voce. quantum ad effectum spectet, qua Deum proferebat. i. summitate.
a b c d e f g h i K l m n
& Deus respondebat ei. Descenditque Dominus super montem Sinai, in ipso montis ver-

e
i. summitatem.
a b c d e f g h i K l m n
tice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quo cum ascendisset, dixit ad eum: descende

b d e f g h i K l
i. denuncia, quasi testibus adhibitis. instante iam hora idem denunciant, vt vehementior, & efficacior sit admonitio.
a b c d e f g h i K l
& contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum,

b g g h K
non solum iaculis, sed à Deo percussi. prolepsis est, vel de primogenitis est sermo. ne quod ad Dominum accedere soleant, vt liceat, putent cuncta sibi licere. i. accessuri sunt postea.
a b c d e f g h i K l m
& pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum,

a c K
i. sanctimonia vacent, & dent operam. i. ne occidat. quasi dicat: non reputo possibile, vt ascendat, cum tu prohibueris.
a b c d e f g h i K l
sanctificentur, ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad Dominum: Non poterit vulgus

g m
i. denunciasti. i. praefige.
a b c d e f g h i K l m n
ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: pone terminos

a b d l m
in radice scilicet eius vndique. i. admone, vt se homines praeparent, vel ne, vtpote res sancta, contingatur mons. quibus non solum legem, quam populus audiebat, sed & sacratiora reuelauit, quæ tantum ipsi perciperent.
a b c d e f g h i K l m
circa montem, & sanctifica illum. Cui ait Dominus: Vade descende: ascendesq. tu,

d l m a
i. primogeniti, qui Sacerdotis munere adhuc fungebantur. quo tu, & Aaron.
a b c d e f g h i K l m
& Aaron tecum. Sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascen-

f
pro, interficiam.
a b c d e f g h i K l
dant ad Dominum, ne forte interficiat illos. Descenditque Moyses ad populum,

a b c d
quæ ei Dominus dixerat, vt referret.
a b c d
& omnia narrauit eis.

SCHO-

SCHOLIA.

22 *Et sanctificauit eum.*] Chaldæus legit: Præparauit: Hanc autem præparationem intelligo ad monitionem, & exhortationem Moysi, ad munditiam animæ, & corporis, & ad alia, quæ insinuauimus supra in hoc eodem capite, & aduertũt Gregorius Nyssenus, & Hugo de S. Victore, qui, & lauacra & aspersiones quasdam addunt, ad macularum abstersionem.

Greg. Nyss. de vita Moysi. Hugo de S. Victor. in Exo.

23 *Et ne appropinquetis vxoribus vestris.*] Idest, abstineat vir ab vxore sua: licet enim hoc ex se peccatum non sit, ex præcepto tamen Dei, multa tunc ad carnis munditias exigebantur, vt docet S. Thomas, quæ modo non sunt necessaria; quia lex nostra spiritualem munditiam requirit, non carnis, quam tamen ad vrbanitatem non respuit.

S. Thom. 4. d. 32. a. 5. ad 2.

24 *Et mane inclaruerat, & cœperunt audiri tonitrua.*] Iuxta Hebræum: Cum esset mane, & : fuerunt voces: Sic & Chaldæus, Hebraismo siquidem, tonitrua, Dei voces dicuntur, vt Psalm. . Altissimus dedit vocem suam.

25 *Clangor buccinæ vehementius perstrepebat.*] Idest, cum vox buccinæ non languesceret, sed cresceret, & intenderetur. Iuxta Hebræum est: Procederet, & roboraretur valde, siue vehementer resonaret. Chaldæus: Vox autem tubæ ibat, & conualescebat nimis. Septuaginta: Factæ sunt autem voces tubæ procedentes, fortiores valde. Idem est omnium sensus. Siue igitur amplius resonaret, & sonum vehementiorem ederet, & amplius audiretur, hoc est vehementius perstrepere: non quod concisior & protractior fieret, sicut cum signum finiendi esset, & recessus Dei à monte vt diximus. Porro his omnibus, maiestatem suam insinuare voluit, vt inquit Chrysostomus, sicut & in promulgatione Euangelij, ad id multa edidit signa, & miracula, sed quæ in vtilitatem hominum cederent, cum etiam bonitatem suam & misericordiam ostentare vellet. Iam, Hebræi fabulantur, clangorem istum cornu arietis fieri, eius qui pro Isaac in monte immolatus fuit.

Chrys. ho. 32. in epist. ad Hebra.

26 *Et timuit populus, qui erat in castris.*] Iuxta Hebræum: Et commotus est omnis populus, qui erat in castris: Sic & Chaldæus. Causam autem metus expresit Vulgatus, scilicet, timorem, quem ex illis signis conceperant. Et addit Iosephus, existimasse de Moyse actũ esse, & per iram Dei sublatum: Et subdit: Et preter omnium spem, exultans lætitia, vultuque ipso animum gaudio gestientem præferens, descendit.

Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

27 *Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei.*] Tamquam sponsam in occursum sponsi deduxit eos, qui in castris pleni erant metu. Porro Hebræi, ad radices montis ordine quodam stetisse ferunt, vt primo loco essent primogeniti, qui & sacerdotes, deinde seniores, & præfecti, post quos, hominum vulgus, hos sequebantur pueri, post quos mulieres, & vltimo loco proselyti.

28 *Eo quod descendisset super eum in igne.*] R. Salomoh affirmat, in igne & nube Dominum apparuisse, quorum imaginem depingere non poterant; quod ad idololatriam pronos cognosceret, idque aperte Deut. 4. sacer textus indicat. Porro quantum ad effectum, descendere dicitur Dominus, cum similes species ipsum præferentes in terra ostendit.

R. Salomoh.

29 *Eratque omnis mons terribilis.*] Iuxta Hebræum: Contremuit. Sic Chaldæus; de qua montis motione ad Hebræos 12. inquit Paulus: Accessistis ad contactum montem, idest, quem Deus tetigit, siue tremere fecit. Hinc Chromatius Romanus Aquileiæ Episcopus dicebat: illic tremor incredulis incutitur.

Chromatius in 5. c. Math. ser. 1.

30 *Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.*] Subintellige in voce, siue per vocem, est enim Bekol. Sic & Chaldæus, & Septuaginta, quasi dicat: Voce clara & exaudibili. Sic tenent Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, & S. Gregorius, cum Iosepho; in aere enim, angelorum ministerio, sonoræ, & quasi humanæ voces efformabãtur; Moysi quippe vox exilis erat; & filij Israel vocem Domini audiebant. Quamuis & Hugo de S. Victore idem affirmet, cum decalogi præcepta à Deo darentur; Addit tamen, solos Moysen, & Aaron, vocem Domini percepisse, cum de sacratioribus cum illis loqueretur.

בקול

Greg. Nyss. de vita Moysi. Chrys. in 12. cap. epist. ad Hebra. Greg. 28. mor. Ioseph. 3. antiq. cap. 4. Hugo de s. Victor. in Exod.

31 *Contestare populum, ne forte velit transcendere terminos.*] Contestare, idest, denunica, quasi adhibitis testibus. Imminente hora, repetit Dominus, quod dixerat ad maiorem certitudinem, & quod vehementius admoneat eos, vt caueant. Porro verbum Ieherssu, recte vertit interpres, sed quoniam & diruptionem significat, aliqui legunt: Ne dissipent, ne destruant, forte si ramis, vel quouis alio essent termini præfixi, & quasi circumdatus mons, ne dirumperent, vt accederent, plusquam oporteret, ad montem. Chaldæus: Ne forte transgrediantur, vt videant Dominum. Septuaginta: Ne forte appropinquent ad Dominum, ad videndũ. Idem est omnium sensus.

יהרסו

32 *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur.*] Per prolepsim hoc intelligi debere de his, qui Aaronis sacerdotio essent initiandi, grauissimi viri suspicati sunt: Sed probalius credunt, intelligendum de primogenitis, qui tunc sacerdotis functione litabant, vt infra cap. 24. videre est, quos & sanctificari, nec terminos transgredi infra iubet; ne forte sacerdotis dignitate freti, cuncta sibi licere putarent. Porro sanctificentur, idest, sanctimoniæ operam dent: Et quid per sanctificationem intelligatur, supra, hoc eodem capite expressimus.

33 *Ne precutiat eos.*] Chaldæus: Ne interficiat eos. Et quidem percutere hoc loco, interficere significat.

34 *Non poterit vulgus accedere, tu enim testificatus es, & iussisti.*] In Hebræo non est, iussisti, sed ab interprete additum est, ad maiorem expressionem eius, quod dicitur: Testificatus es: Et est sen-

Digitized by Google

sus: non metuo quod ascendet, cum eis fueris interminatus. *No es possible ni me rezelo dello, pues saben que selo teneis defendido.*

35 *Ascendesque tu, & Aaron tecum.*] Subintelligendum est, in montem, quo alij vltra terminos non progrediantur: quamuis neque ad montis cacumen ausus sit peruenire Moyses, nisi cum denuo à Deo illuc ire iussus esset. Porro, Iosephus longa oratione, quam refert, Moysen exhortatum fuisse populum scribit, ad legem à Deo suscipiendam. *Ioseph. 3. antiq. cap. 4.*

CAPVT XX.

a *Voce exaudibili.* i *per communem prouidentiam.* K *quod te creauerim, & per speciale pactum cum tuis patribus initum.* n *i. traxi.*

Locutusque est Dominus cunctos sermones hos: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te

d e f *i. loco vbi seruiebas.* g h *pro ne habeto.* i K *etiam citra idolum, & imaginem, sicut aliquando Romani.* i *subintellige quos colas.* K *Chald. & Septuag. alios præter me.* l m *i. me inspectante, vel præter me.* n o *pro, non facito.*

de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies

b *siue idolum rei non existentis. s. sub. ad colendum pro Deo.* c d *pro aliquam. q. d. nec vllam imaginem cælestium, aut terrestrium pro Deo colendã.* e *rei. s. existentis.* f g h i *vt solis, lunæ, stellarum, volatilium, angelorum.* p a *vt animalium terrestrium.*

tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ est in terra

e f g h i *i. aquatilium. vt dagon apud Philisteos fuit postea.* K l m *externo cultu,* n o *s. interno affectu.* p *sub. ex Hebræo Chi. i. quoniam*

deorsum, neque eorum, quæ sunt in aquis sub terra: Non adorabis ea, neque coles: Ego

c d e *vt. s. iniurias vlciscar.* f *i. Zelum habens, vt ad propriam vxorem, seu zelotypus.* g *i. puniens.* i K l *inquantum aliquid patris secundum corpus.*

sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam

m n a b c *tamdiu viuere solent patres, vt sic in filijs afflictis puniantur, & dilata vltione resipiscant.* d e f g *i. qui in crimine communicant, siue per originem, siue per imitationem.* f g *non in se, sed in effectibus vt s. pœna infflictor concipitur Deus.* l m *finitus numerus & certus, pro incerto. q. d. in mille eorum generationes.*

& quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his,

n a b c d e f *in quo benignior in pios, quam seuerior in impios ostenditur.* h i k l *i. non iurabis, siue non assumes iurandò.*

qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Non assumes nomen Domini Dei tui in

a *i. falso, & per consequens indebito modo vel temere s. peierando.* d *sed vt sceleratum, seu pro insonte, sed puniet.* i *i. iurauerit.*

vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini

c *i. in vanum, vel indebito modo.*

Dei sui frustra.

SCHOLIA.

S.Pacianus de baptismo. Hieronym in 20.cap. Esaia. Aug. in Psal. 57. Cassian. coll. 8 c.23. et 24. S.Tho. opusc. 8 Gaud. Brix. tract. 10. in Exod.

1 LOCVTVSQVE est Dominus cunctos sermones hos.] Quæ de lege naturæ sunt, & in corde indita, vt S.Pacianus, Hieronymus,& Augustinus,& Gaudentius Brixiēsis Episcopus aduertunt: & collatione octaua Cassiani, & opusculo octauo S. Thomæ dicitur (vnde Paulus ad Romanos 2. gentes, quæ legem scilicet scriptam non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt) ne Moysis commenta populus putaret, & quod obliterata inter homines viderentur, infidelitatis & peccatorum nebulis mente quodammodo obtenebrata, diuina voce, quasi denuo hominibus tradūtur. Porro, sicut per miraculum in aere voces illæ diuinæ efformabantur, ita eodem miraculo, ad singulorum aures, qui in radice montis stabant, perueniebant: ac proinde non oportet voces has, vt tonitrui sonum vehementissimum fingere.

Hieron. in 32. cap. Ieremiæ & 4. c. Ezech. Greg. hom. 18. in Ezech. Chrysost. ho. 1. in Math.

2 Ego sum Dominus Deus tuus.] Decalogi precepta omnes decem annumerant: quem numerum mysticum esse, aduertunt Hieronymus, Gregorius, & Author secundi operis in Matthæum sub nomine Chrysostomi, vbi dicitur, perfectionem importare, & propter hoc, sacratissimi nominis Iesu literā primam *Iod*, decem denotare. Est tamen discrimen; nam Origenes,& Athanasius,& Rupertus, cum Iosepho, duo dicunt esse præcepta, colendi scilicet verum Deum, affirmatiuum: & negatiuum non faciendi sculptile: oppositum est ex communi fere omniū consensu cum Augustino, Isidoro, & Hugone de S. Victore, qui omnia verba hęc vsq. ad secundum preceptum, non assumendi scilicet nomen Dei frustra, vnum tantum dicunt esse præceptum: Et his prioribus verbis, iuxta Origenem, perseuerātia in cultu vnius veri Dei indicitur. Porro Dominus ab *Haya*, idest, esse, dicitur, quasi dicat: Ego à me esse habeo, alia vero à me: vnde si originem tuam spectes, ego sum Deus tuus per creationem, & Dominus per cōmunem prouidentiā, & beneficiorum collator, vnde subdit loquēs de eductione de Ægypto, cuius peculiarem mentionem facit, quod libertatis à peccato, quæ per Christum facta est, symbolum esset aptissimum, immo ex Epistola Iudæ canonica vbi dicitur: Iesus populum suum de Ægypto saluans. Eductionem hāc Domino Iesu tribuunt quidam, sed hoc intelligendum est, loqui de Iesu Domino secundum diuinitatē: vnde & in Greco, pro Iesu, est Dominus *o Kyrios*, qui idem Dominus, serui forma assumpta, figuram libertatis impleuit, homines à peccati seruitute liberās. Adde, tuum, dici, quasi ex pacto cum patribus tuis, quod præterire fas est. Tandem angelum fuisse, qui eum Moyse loquebatur, Act. 7. constat: sed quod in persona Dei sermonem faceret, dixit: Ego sum Dominus Deus tuus.

Orig. in Exod. Athanas. in Synopsi. Ruper. in Exo. Ioseph. 3. antiq. c. 3. August. q. 71. in Exod. Isidorus. Hugo de s. Victor. in Exod.

היה

Orig. in Exod.

ὁ κύριος

3 De domo seruitutis.] Hebraismus est, idest, de loco vbi seruiebas.

4 Non habebis Deos alienos, coram me.] Nō habebis, idest, non habeas, siue non habeto: futurum, pro, imperatiuo, secundum Hebræorum vsum. Iuxta Hebræum: Nō erit tibi dij alieni, erit, pro, erunt, huiusmodi enim numerorum discrepantias sæpe apud Hebræos esse, super Genes. cap. 2. aduertimus. Porro, licet his & sequentibus verbis, omnis idololatria prohibeatur, tamen his prioribus verbis, vt aduertunt S.Thomas, & R. Salomoh illa interdicitur, quæ sine aliqua imagine erat, vt de Romanis testatur Varro, Deos aliquando absq. imagine coluisse. Quāuis non desint, qui verbis prædictis, internum idololatrię cultum interdici dicāt, sicut verbis sequentibus externum, sed præstat S. Thomę intelligentia, vt his, siue internus siue externus cultus interdicatur deorum absque imagine: sequentibus vero, cultus deorum secundum imaginem, vel idolum. Præterea, coram me, idest, me inspectante. quasi dicat: neque publice, neque in occulto, cum nihil me latere possit: ita Hieronymus. Chaldęus, & Septuaginta, legunt: præter me: quod optime subintelligi potest, in illo verbo, alienos. Denique, coram me: minax sermo est, & vehemens, veluti patris cum filio, dicentis: caue ne hoc coram me perpetrare tentes.

S.Thom. 22. q. 122. a. 2. corp. & ad 2. R. Salomoh.

Hieronym. in c. 65. Esaia.

5 Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem.] Similiter non facias, pro, non fac, quasi imperando. Chaldæus pro sculptili, imaginem legit: Septuaginta: Idolum, dictio enim *Pesel*, omnia ista significat: & statuā, vt aliqui legunt: sed hæc omnia idem sunt. Porro, discrimen inter idolum, siue sculptile, & similitudinem, docte Theodoretus assignat, dicens: idolum nihil repræsentat, quod subsistat: vt cum Græci formas minime subsistentes effingunt, veluti Sphingas, Tritonas, & Centauros, Ægyptij homines canino vultu, Bucephalos, tales rerum non subsistentium fictiones, idola vocat: Similitudo vero est alicuius subsistentis imago, & effigies, veluti solis, lunę, stellarum, hominum, belluarū, reptilium, & his similium.

פסל

Theod. q. 58. in Exod.

6 Quæ in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, neque eorum quæ sunt in aquis.] De cælo, vt angelorum, solis, lunæ, stellarum, volatilium: In terra, animantium terrestrium, in aqua, aquatilium, vt apud Philisthæos Dagon vultu piscis: *Dag*, quippe, piscem significat, quæ Deut. 4. expenduntur.

דג

7 Non adorabis ea, neque coles.] Theodoretus inquit: Non temere vtrumque prohibuit, sed quia sæpe contingit, quosdam humano metu perterritos, tam idola, quam similitudines adorare, non tamen animo colere, vtrumque impium esse docuit: & licet adorare proprie, non cultum, sed magis externā reuerentiam, quæ exhibetur, significet: vt Gen. 23. & Matth. 8. dicitur, leprosum adorasse, idest, ad genua Christi procidisse, aliquando tamen & integrā religionē siue cultum, & ritus omnes externos, quos Deo exhibemus, importat, vt ex antecedentibus & consequentibus conijcere oportet, vt in hoc loco: sensus itaq. predictorū verborū est: abstine ab omni creaturarum cultu: non itaq. tamquā malum ex se, efformare idola, neq. imagines vetuit; nam & Cherub Exo. 25. fieri præcepit, & serpentē æneum Num. 21. & licet Ezechias illū fregerit 4. Reg. 18. nō quia malū, sed quod vidisset, illi diuinos deferri honores: sed quoniā pronos ad idololatriā tunc filios Israel Deus cognouerat: ideo Cherub depingi voluit in tabernaculo; nā cum soli viri graues, scilicet sacerdotes, ingrederētur, nullum suberat periculum. Ceterū cūm nō alia imagini reuerentia exhibetur, quā illa quæ rei, cuius est imago, debita est, solita, & licita non sunt prohibita: ita sexta Synodus, Damascenus, Gregorius papa, Ionas Aurelienis, & S.Tho.

Theod. q. 58 in Exod.

Sexta Synodus Damasc. lib. 4 de fid. orthod. Greg. lib. 7. regist. & epist. 109. & lib. 9. epist. 9. Ionas duobus libris de cultu imaginum. S. Tho. 22. q. 84. a. 1. ad 1 & 3. d. 9. a. 2.

8 Ego.

כי

8 *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes.*] In Hebræo est: *Chi*, ideſt, quoniam: quaſi dicat: Nolite colere alienos Deos, quia ego ſum Deus, illatas iniurias vt fortis vlciſci valeo. Porro ab effectu, quaſi humanis affectibus Deus deſcribitur, vt aduertunt Origenes, Auguſtinus, Theodoretus, ſicut Eze. 16. Auferetur zelus meus à te. Quaſi dicat: Cum te diligerem vtebar zelo, vbi vero te repuli, zelum extinxi. Similiter Oſe. 4. & vt S. Maximus capitum œconomicorũ centuria 5. cap. 86. dicit: Ex zelo oſtendit, quæ præcepit, procedere, quem habet erga nos, quos vnice diligit: vel vt alij legunt: zelotypus: ſicut vir ignauam habens vxorẽ admonet: zelotypus ſum, videre te non poſſum cum viro altero. Vnde S. Pater Maximus capitum œconomicorum centuria 5. cap. 86. Zelotem Deum denominant, tamquam ſummum erga creaturas bonum amorem & deſiderium, illius amore captum excitantem ad zelum, & qui zelotem eum demonſtret: quaſi quæ expetuntur, zelo ſint obnoxia, & ea, quibus prouidetur, ſub zelum cadant. Præterea *Canna*, non ſolum affectum inter amantes ſignificat, qui non fert conſortem, ſed etiam cum quo animus commouetur, & ſuis, & ſuorum contumelijs & iniurijs.

Orig. in Exod. Aug. de eſſentia diuinit. a-... Theod. q. 39 in Exod. S. Maximus centuria 5. cap. 86. S. Maximus

כנא

9 *Viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me.*] Cum præcepta hæc naturæ lumine nota ſint, nulla eorum ratio in litera aſſignatur, niſi forte ratione alicuius cęremonialis quod adiungitur, quaſi ſpecificans: in duobus autem prioribus; quod procliues filij Iſrael ad illa viderentur, pœnæ comminatio adhibita eſt. Sic S. Thomas. Rurſum filios numquam ſpirituali pœna puniri, niſi in culpa communicent, ſiue per originem, ſiue per imitationem, quod anima non ſit ex traduce, bene tamen temporali pœna ſecundum omnes leges, inquantum aliquid patris ſecundum corpus, docet S. Thomas ex Hieronymo: quæ reſpectu filij, magis medicinæ rationem habet ad bonum animæ, reſpectu vero patris, eſt pœna, vt etiam S. Gregorius adnotat. Vnde vſq. ad tertiam, & quartam generationem dicitur: quod vſq. ad id tẽporis viuere ſoleant homines, qui in plagis, quas filijs & nepotibus inflictas vident, puniuntur, & differtur pęna vſq. ad poſteros, vt interim ipſi reſipiſcant. Sic Hieronymus, & Auguſtinus, Chryſoſtomus, Gregorius, Theodoretus, Acacius, Seuerus, Diodorus, & Hugo de S. Victore. Cæterum hoc loco, ſecundũ germanum literæ ſenſum, ſolum loquitur de pęna, quę filijs infligitur, cum in peccato eum parentibus communicant, quod ſatis oſtendunt verba ſequentia, ſcilicet: Eorum qui oderunt me. Vnde Chaldæus paraphraſtes, qui dubia diſſoluere ſolet, legit: Viſitans peccata patrum ſuper filios tranſgreſſores, in tertiam, & quartam generationem, his qui oderunt me: Sic S. Hieronymus, Auguſtinus, Acacius, Seuerus, Diodorus & Rabanus. Porro viſitans, ideſt, puniens. Deniq. licet in ſe Deus à nobis odio haberi nõ poſſit, bene tamen in effectibus, quatenus vt pęnarum inflictor concipitur: Sic S. Tho.

S. Tho. 22. q. 100. a. 7. ad 2. S. Tho. 12. q. 81. ar. 2. ad 1. ex S. Hieron. To. 2. ad Auitum, & q. 87. art. 8. ad 1. & 22. q. 108. a. 4. ad. 1. Greg. 15. mor. cap. 22. Hieron. in 31. cap. Ieremiæ & 18. Ezech. Augu. contra Adamantiũ c. 7. & q. no. et vet. teſt. c. 14. Greg. 5. mor. cap. 22. Chryſ. in illud Pſal. 84. non in æternum iraſceris. Theod. q. 40. in Gen. Acatius. Seuerus. Diodorus. Hugo de S. Victor. in Exod.

Hierony. vbi ſupra. Aug. vbi ſupra. Acatius. Seuerus. Diodorus. Raban. in Exod. S. Tho. 22. q. 34. ar. 1

10 *Et faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me.*] Millia, numerus certus pro incerto ponitur: In quo benignior in pios oſtenditur Deus, quam in malos ſeuerior, ſic Seuerianus.

Seuerianus.

יהוה

11 *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.*] Hebræi nomen *Iehoua*, non eſſe ore proferendum, niſi à ſummo ſacerdote, prædictis verbis prohibitum intelligunt: ſed certe aſſumere Dei nomen hoc loco, idem eſt, quod iurare; nam *Naſa*, cum puncto *cebolebth*, iurare etiam ſignificat. Vnde Chaldæus legit: Non iurabis. Porro *Saue*, vacuum, fruſtra, inane, gratis ſignificat, & aliquando pro mendacio ponitur, vt Prouer. 30. Verba mendacij longe fac à me, & Treno. 2. Prophetæ tui viderunt tibi falſa. Hinc verbis prædictis iurare, etiam fruſtra & ſine cauſa, interdictũ, tenent Ambroſius, Chryſoſtomus, Theodoretus & Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus. At S. Thomas docte, vt ſolet, proprie periurium, ſiue falſum iuramentum prohiberi dicit, & ex conſequenti omnem inordinatam nominis Dei aſſumptionem: blaſphemiam vero non expreſſit, etiam deteſtabile crimen, quod raro accideret. Quomodo autem iuramentum, religionis actus ſit, ſi debitæ circumſtantię adſint, docte pertractant Scolaſtici in materia de iuramento & periurio.

נשא

שוא

Ambroſ. in Pſal. 57. Chryſ. ho. 26. & 27. Theod. q. 41. in Exod. Saluia. de prouidentia Dei. S. Tho. 22. q. 122. ar. 3.

12 *Nec habebit inſontem Dominus.*] Quaſi dicat: Pro ſcelerato habebit Dominus: Hebræi enim per negationem augere ſolent, ſicut nos per ſuperlatiua. Porro *IenaKke*, inſontem, & impunitum ſignificat, vel non euadet ſine pęna, ideſt, non impunitum. Chaldæus: Quia non iuſtificabit Dominus illum, qui iurauit in nomine ſuo in vanum. Septuaginta: Non enim mundabit Dominus accipientem nomen eius in vano. Et certe *NaKa*, & innocentem eſſe, & parcere, & mundare ſignificat: in quo peccati huius grauitas innuitur.

ינקה

נקה

a — *i. curam habe, ſiue recordare, ſi à mundi exordio præceptum forſan fuiſſet.* e — *i. ſepares ab alijs, vt diuino cultui dicatum, & ſancte colas.* l — *non ſolum ſeruilia, ſed & multa alia, quæ ceſſante cæremoniali Sabbathi, quod admiſcetur, non ſunt interdicta.*

a b c d e f g h i K l m n

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

d e f g h — *i. quieſcendum eſt à corporeis operibus, vt libentius Spiritus vacet Deo.* i K l m n o — *ſ. quod preuenire poſſit.* l — *pro vllum.*

a b c d e f g h i K l m n o p q

Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui eſt: Non facies omne opus in eo, tu, &

a b — *non adultus.* c — *ſ. gentilis.* h — *non accomodando, nec conducendo.* i l — *gentilis ad Iudæorum ritum admiſſus.* m n o p a — *i. qui in vrbe habitat, vnde iuxta Hebræum legitur: portas vrbis.*

a b c d e f g h i K l m n o p

filius tuus, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui eſt intra portas

Digitized by Google

g h i
ea scilicet, quæ ad primariam orbis conditionem spectabant.
a b c d e f g h i k l m n o p q
tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis

c n
cessando ab opere primæ conditionis. *i. diuino cultui dicauit, seu ut sanctum celebrandum instituit.*
a b c d e f g h i K l m n
sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificauit

c d f g h i K l m
opere, honore & reuerentia, & necessaria eis ministrando, sub. Hieronym. *ideo ad Ephe.6. primum mandatum cum promissione.*
a b c d e f g h i k l m n o
eum. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Domi-

e f g h
omne damnum, in propria & aliena persona iniuste illatum, interdicitur dicetur. *omnis illicita cōmistio maris & feminæ intelligitur, & reducuntur ab hoc mandatum omnia ad luxuriam spectantia, siue verbo, siue opere, & externis signis fiant.*
a b c d e f g h
nus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis.

SCHOLIA.

13 *Memento vt diem Sabbathi sanctifices.*] Hebręi in memoriam credunt reuocari vsum cuiuscūq. rei pretiosę, siue vestes sint, siue iocalia, vt primo fiat in die Sabbathi. Porro, iuxta Hebręum est: Memento diei Sabbathi, vt sanctifices eum: & sic legit Chaldęus, & est Hebraismus, idest, da operā vt cesses ab operibus tuis. Aut forte, memento, dicitur; quod memoratiuum sit præceptum præteriti beneficij, & iā dati pręcepti à mundi exordio: sic S. Thomas. Porro *Chades*, idest, sanctificare, estque cultui Dei applicari, & à rebus profanis separari, & immundis: vnde sanctificare diem Sabbathi, est, illum ab alijs profanis diebus & operibus separare; & diuino cultui dicare. & quidem, quod eo die lex Dei legeretur, & ad timorem & amorem erudirentur, admonerenturq. de venturo Messia, ac pietatem & gratitudinem exercerent, id erat, diem sanctificare.

S. Thom. 12. q. 100. a. 7. ad 5. קדש

14 *Die septimo Sabbathum Domini Dei tui est.*] Idest, quiescendum est à corporis operibus, vt liberius Deo vaccet spiritus, in beneficiorum Dei meditatione, & gratiarum actione: quare accidiam, huic morali pręcepto aduersari, docet S. Thomas.

S. Thom. 22. q. 35. a. 7. ad 1.

15 *Non facies omne opus in eo.*] Nō solum seruilia opera tunc prohibita erant, sed & multa alia, ratione cęremonialis pręcepti, quod morali pręcepto erat adiunctum: vt coquere, nisi expediret pro infirmis, qui in maxima essent necessitate cōstituti, emere, vēdere, cōtrahere, iter agere, accēdere ignē, & similia, quę adueniente veritate, sicut vmbræ, sic cęremonialia cessarunt, & quę illis coniuncta erant: licebant tamen etiam tunc, quę pęrueniri non poterant: vt adaquare iumenta, bouem in foueam lapsum leuare, contra inuadentem præliari, vt primi Machabęorum 2. & huiusmodi aliqua. Ita S. Thom.

S. Tho. 12. q. 100. a. 8. ad 4.

16 *Filius tuus, seruus tuus, ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas.*] Filius, qui non adultus; nam hic, sicut & pater, pręcepto astringebatur. Seruus, qui non Iudęus: Iudęi tamen seruus non poterat operari, nec similiter ancilla; qui enim Iudęi, iam ex se præcepto ad id tenebantur: exempti erant pastores, in his, quę pręueniri in gregis cura nequibant. Aduena, idest, gentilis ad Iudęorum ritum admissus. Iumentum, quod nec accommodari aut conduci ad onera poterat. Porro, iuxta portas tuas, idest, qui habitat in vrbe tua.

17 *Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram.*] Propter cęremoniale, scilicet, Sabbathi determinationē, quę morali pręcepto admiscetur, vacandi scilicet aliquando Deo, ideo adhibetur ratio; moralia etenim pręcepta, cum naturæ lumine nota sint, ratione illa confirmare non oportebat: sic S. Thomas. Diodorus addit etiam aliam rationem, vt scilicet, seruus, & iumentū, requiescant: quam Scriptura in sequentibus assignat, vt videbimus. Porro, quomodo hæc omnia, sex diebus condita dicantur, & ipsum die septimo requiescere, vidimus in scholijs super Genesim.

S. Tho. 12. q. 100. art. 7. & 22. q. 122. a. 4. ad 1. & 3. d. 37. a. 2. q. 1. ad 3. *Diodorus.*

18 *Et sanctificauit eum.*] Idest, ad cultum suum deputauit.

19 *Honora patrem tuum, & matrem tuam.*] Beneficia parentibus impendenda, hoc præcepto intellexerunt Hieronymus, Athenagoras Atheniensis Christianus Philosophus, Isidorus, & S. Thomas. At idem Angelicus Doctor, hoc per accidens esse docet, quādo scilicet indigere parentes contingit: honor tamen & reuerentia per se debita sunt ex præcepto hoc: ad quod & omnia, quæ ad impendenda proximis beneficia pertinent, reducenda docet S. Thomas. Vt sunt præceptum eleemosynæ, & quæcūque alia, quæ ad affirmatiua præcepta spectare possunt in ordine ad proximum: parentum autē tantum mentio fit; quod ipsi in proximis primum locum teneant, & magis iustitiæ ratio elucescat in eo, quod parentibus, quam in eo, quod alijs debemus.

Hieronym. in 15. cap. Math. Athenagoras de mortuorū resurrectione. Isidorus. S. Thom. 22. q. 122. a. 5. ad 2. 3. & 4. S. Tho. 22. q. 101. a. 2. corp. S. Tho. 22. q. 33. a. 2. ad 2

20 *Vt sis longæuus super terram.*] Ita Chaldæus: Iuxta Hebræum est: vt prolongentur dies tui, sed idem est. Porro hinc, Paulus ad Eph. 6. primum

mandatum

Digitized by Google

Hieronym. in 6. cap. ad Ephes. Ambros. in 6. cap. ad Ephe. Aug. de decē chordis. S. Tho. 1. 2. q. 100. a. 7. ad 3.

mandatum nominat, cum promissione, idest, cui adiuncta est promissio, quæ prioribus adhuc non est addita: sic Hieronymus: quamuis Ambrosius, & Augustinus primum explicent inter præcepta ad secundam tabulam pertinentia, & certe vtroque modo apte primum à B. Paulo dici potuit. Quare vero huic addita sit promissio, docet S. Thomas in prima secundæ, & ratio optima esse potest; nam dignum est, vt qui gratus est, diu beneficio accepto fruatur, ita filius qui à patre vitam accepit, *y pues se la agradescio, que la goze largo tiempo.*

21 *Quam Dominus Deus tuus dabit tibi.*] Sic Chaldæus: Iuxta Hebręum est: Dat. Sed præsens, pro futuro, Hebræorum more, quandoque ponitur, sicut hic.

22 *Non occides.*] Chaldæus: Non occides animam. Sed hoc loco, animam pro homine posuit, vel pro eius vita: quo præcepto, licet per se homicidium prohibeatur, vt R. Salomoh cum Hebræis docet, cęterum ad hoc etiam reducitur damnum omne, quod in propria persona iniuste infertur: dixi iniuste, quę enim iuste authoritate publica fiunt, nō sunt lege interdicta, vt Hieronymus, & Augustinus aduertunt.

R. Salomoh.

Hieronym. in 22. c. Ieremię. Aug. q. 71. in Exod. & 1. de ci. Dei. c. 20. 21 & 26.

23 *Non mæchaberis,*] Quamuis ex multis alijs locis, simplicem fornicationē interdictam fuisse constet, tamquam ex lege naturę illicitam, prima Corin. 5. & 10. & ad Ephes. 5. ad Hebr. 12. Apoc. 21. Et in veteri testamento Num. 25. taxatur populus, qui cum filiabus Moab fornicatus fuerat, & Deut. 22. constat de Sacerdotis filia, & Ozeę 4. Non visitabo super filias tuas, cum fornicatę fuerint. Tamen prędictis verbis adulterium tantum prohiberi, putarunt aliqui, & Augustinus dubius videtur. Certe vox Hebręa *Naaph* proprie adulterium importat. Cęterum licet ex vi vocis proprie sumptę ita videatur, tamen large hic sumi, pro quacumque maris & feminę illicita copula, tenent Chrysostomus, Gregorius, Isidorus, Cyrillus, & S. Thomas, maxime cum Christus Dominus, author & fidelissimus interpres, cum dixit: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo: fornicationem omnem, mœchiam vocans. & ad hoc pręceptum reducuntur, quęcumque luxurię inordinationes, siue lingua, siue opere fiant.

Aug. q. 71. in Exod.

נאף

Chrys. hom. 17 in Math. Greg. hom. 13. in Ezech. Isidorus. Cyrill. lib. 3. de Trinit. S. Tho. in 6. cap. Math.

---

a b i K

Species pro genere, vel commune, sub quo vsura, fraudes, & huiusmodi subintelliguntur. — *Species pro genere, vel commune, sub quo mendacium, calumnia, detractio, & huiusmodi subintelliguntur.*

a b c d e f g h i K l

Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: Non

---

a b c d e f g h h i K

decimum præceptum. quod appetitus rei alienæ, vtilis appareat. Et sermo est de voluntate deliberata. — *Nonum præceptum. & non est sermo de concupiscentia sensualitate, sed voluntate deliberata.* — *Species pro genere .s. non tuam.* — *hæc ad decimum præceptum pertinent cum sequentibus.*

a b c d e f g h i K l

concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, nec asinum, nec omnia quæ illius sunt. Cunctus autem populus

---

a b d abcdefghiK l

particularis sensus pro omnibus indifferenter. q. d. sentiebat, audiebat. — *i. tonitrua.* — *i. fulgura.* — *antequam inciperet loqui Deus, & postquam sermones finiuit.* — *ad talia portenta.*

a b c d e f g h i K l

videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti

---

d e h i K l m

s. etiam à constitutis terminis recedentes. — *Quæ à Deo habes, vt nobis referas.* — *s. libenter. vel, obediemus tamquam Dei verbis.*

a b c d e f g h i K l m

ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus:

---

a b c e f g n a

immediate. — *ad superioris naturæ aspectum & sermonem, timet corruptibilis natura immutari.* — *q. d. non moriemini.*

a b c d e f g h i k l m n

non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite

---

d f g K r

s. & vt exaltaret. Iuxta Hebræum & Septuag. Tentaret, sed Dei tentatio probatio est. — *s. apparuit.* — *i. gloria Domini.* — *quia terroris lex dabatur.* — *Pro. 15. Per timorem declinat homo à malo.*

a b c d e f g h i K l m n o p q r

timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

---

g i K l m n

i. appropinquauit, seu penetrauit. — *densam.* — *s. apparebat Dei gloria.*

a b c d e f g h i K l m n

Stetitque populus de longe: Moyses autem accessit ad caliginem in, qua erat Deus.

SCHOLIA.

24 *Non furtum facies.*] Hebræi vt R. Salomoh scribit de furto illo tantum prædicta verba intelligunt, de quo pęna mortis fur plectendus esset, non vero de illo, pro quo duplum, vel quid simile restitui præcipitur: sed certe omnis contractio, seu retentio iniusta rei alienæ inuito Domino, illis verbis intelligitur, siue per vim, siue per dolum, sic S. Thomas: & huic præcepto, per modum additionis cuiusdam Deut. 18. vsuræ prohibitio adiungitur, & fraudis, Deut. 25. Non habebis diuersa pondera, vt S. Thomas aduertit.

S. Tho. in 13. ad Rom. S. Tho. 12. q. 100 ar. 11. corp.

25 *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.*] Chaldæus: Non respondebis. Septuaginta: Non falso testificaberis: & certe *Aana*, & respondere, & testificari significat. & quidem non tantum in iudicio testimonium falsum interdicitur, vt Hebræi putant, sed etiam extra, & detractio, & mendacium, & quodcumque verbo nocet sibi, vel alteri, contra charitatem. Vnde Beatus Antonius magnus ad idem caput reducit mendacium, calumniam, falsum testimonium, & id genus. Quod bifariam intelligimus, vel quod species, scilicet falsum testimonium, pro genere ponatur, scilicet, pro quocumque damno, quod ex verbo proueniat, contra charitatem, vel quod præcepta dentur de communibus, vt de homicidio, falso testimonio, furto, sub quibus & minus communia subintelligantur sic S. Thomas. Vnde & alijs in locis aliquorum memoria expressa sit, vt S. Thomas aduertit, verbi causa, prohibitionis falsi iudicij, Exod. 23. Mendacij & detractionis, Leuit. 19.

ענה

B. Antonius ser. 22.

S. Thom. 22. q. 122 a. 6. ad 2. S. Tho. 12. q. 100. art. 11. corp.

26 *Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis vxorem eius.*] Quod fornicationis delectatio, & rei alienę vtilitas, in se appetibilia sint, homicidij vero, & falsi, in se horribilia, cum verum, & proximum, suapte natura diligat quis, ideo præter præcepta ad actus externos pertinentia, fornicationis & furti, singularia duo alia concupiscentiæ adduntur: ita S. Thomas, maxime quod ex deprauatione, non adeo mala ab hominibus viderentur, vt inquit Ambrosius. Concupiscentia inquam, non vt sensualitas est, sed vt voluntas cum deliberatione, ita Chrysostomus, & S. Thomas. Porro, cum hic in Vulgato, & Hebræo, & Chaldæo, intermissa enarrari videantur, quę ad vxoris, & rei alienæ concupiscentiam, pertinent: hinc, non solum Hebræi, sed non pauci ex recentioribus, vnum dicunt esse vtriusque præceptum, & Augustinus sub dubio relinquit. Sed Hugo de S. Victore, & omnes qui tria tantum mandata ad Deum pertinentia enumerant, in duo distribuunt, vnum de concupiscentia alienæ mulieris, alterum de concupiscentia rei alienæ, & Septuaginta, sicut & Deut. 5. scribitur, impermiste, vt diuersa legunt. Iam Hebræi concupiscentiam illam hoc loco tantum interdici putant, quæ in actum externum prorumpit, muneris, verbi causa, vel oris, quod & Iosephus innuere videtur, de Antiocho Illustri sermonem faciens contra Polybium Persarum Historiographum. Sed certe malitia, ex qua hæc pensari debent, ab actu interno scaturit, & in illo est, licet externum etiam denominet: Omnis igitur consensus in carnalem actum, vel quid simile, extra matrimonij legem, prohibetur: & similiter in vltimo præcepto, circa vtile bonum, ratiocinandum est.

S. Thom. 12. q. 100. a. 5. ad 6. Ambros. in 7. cap. ad Rom. Chrys. 17. hom. 52. in Math. S. Tho. 22. q. 122. a. 6. ad 3. & 4.

August. de decem chordis. Hugo de S. Victor. in Exod.

Ioseph. 12. antiq.

27 *Videbant voces & lampades.*] Augustinus, videre, specialem sensum, pro, omni sensu, poni docet; & certe apud Hebræos, sensus vnus, pro altero sæpe ponitur. Sic voces, quæ tonitrua sunt, videbantur, idest, audiebantur: & lampades, per quas fulmina intelligimus; oculis cernebantur eorum, qui ad montis radices stabant.

Aug. q. 72. in Exo. & tract. 21. in Ioan.

28 *Perterriti & pauore concussi.*] Hæc primo facta, antequam loqui cœpisset Dominus, & cessasse interim, dum loqueretur, audiente populo, finitoque Dei sermone, iterum & tonitrua, & buccinæ voces insonuisse, puto. & Deut. 5. huius timoris & alia causa additur, scilicet, Dei sermo; solent enim homines frequenter ad Regis aspectum & colloquium pauere. Porro, iuxta Hebræum est: Vidit populus, & contremuerunt. Sic & Chaldæus, Septuaginta: Perterriti autem omnis populus steterunt. & certe verbum *Noah* mouere, commouere, concutere, agitare, & expauescere significat: & idē est omnium sensus. Hinc Philastrius Brixiensis Episcopus, timoris & horroris signa, in mōte Sina, Dominum ostendisse scribit; Quod timoris lex esset, sicut fere omnes patres aduertunt.

נוע

Philast. de heresibus.

29 *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.*] Loquere nobis, quę scilicet Deus præcepit tibi, vt nobis referas ea, quæ nos scire voluerit. Et audiemus, idest, tamquā Dei verbo obediemus. Non loquatur nobis Dominus: subintellige, immediate, sed per tę, vt internuntium; ne forte moriamur; fragilis namque & corruptibilis natura, ad aspectum superioris iumutari timet, maxime cum tot horribilibus portentis comitata appareat.

30 *Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus.*] Quasi dicat: Non vt vos occidat, sed vt probet. Chaldæus: Quia vt probaret vos Dominus, reuelata est gloria Domini, & vt sit timor eius super faciem vestram, vt non peccetis. Idem est sensus: Aliqui legunt: Vt tentaret. Sed Ambrosius, Augustinus, & Chrysostomus, tentationis nomine, probationem intellexerunt. Nec desunt, qui iuxta Hebræum legant: Vt exaltet vos, venit Deus. His siquidem, super omnes gentes, celebre populi huius nomen extitisse, Deut. 4. constat: & certe in Hebræo *Nazoth*, & tentare, seu probare, significat, & exaltare, siue eleuare vexillum, vel signum: vt Esaiæ 5. Eleuauit signum in nationibus, & alibi sæpe. Vulgatus vnum expressit, alterumque satis commode subintelligi potest.

Ambro. in 13. cap. 2. ad Cor. Aug. q. 74. in Exod. Chrys. hom. 46 in 6. cap. Ioan.

נסות

31 *Accessit ad caliginem in qua erat Deus.*] Accessit, idest, appropinquauit versus caliginem, siue vsque ad densam caliginem penetrauit, hoc enim *Haraphel*, importat. Porro, in qua erat Deus, idest, gloria Domini: Sic Chaldæus. Quasi dicat: vbi Deus per noua signa ostendebat se.

ערפל

Digitized by Google

n o
i. de super, non è terra, vt idola vestra.
a b c d e f g h i K l m n o
Dixit praeterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Vos vidistis quod de cælo

d e f g h i k l f g n o p
idem sæpe repetit, quod illos ad idololatriam pronos nouerat. — *idola omnia, & simulacra intelligit.* — *In execrationē idololatriæ apud gentes, quæ ex pretiosissimis lapidibus excelsa altaria erigebant. Ex terra implebatur altare aneum.*
a b c d e f g h i K l m n o p
locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra

g i l
quæ tota in Dei honorem accendebantur. — *Quæ pro obtinendis, vel obtentis beneficijs dabantur: vt quæ pro pace, & incolumitate offerebantur.* — *Quod ex his frequentiora erant sacrificia.*
a b c d e f g h i K l m n o
facietis mihi: & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues

a b c d e f g k l m o
s. deputato ad sacrificia; erat enim vnus in Israel, licet multæ synagogæ. — *Chaldæus: In quo habitare fecero gloriam meam.* — *i. exaudiam te.* — *i. fœlicem reddam, et bonis cumulabo.*
a b c d e f g h i K l m n o p q r
in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei: Veniam ad te, & benedicam tibi. Quod si

e f g h i K o
ad destructionē idololatriæ, ad quam lapides sculpti, & expoliti, ad construenda altaria erant. — *ponitur pro omni ferreo instrumento ad poliendos lapides.*
a b c d e f g h i K l m n o
altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum

a b c d e f g h i k n o
s. altare, idest, contaminabitur, quare, nec placebit quod in eo offeres. — *In execrationem cultus Priapi. Et ne crurium distensione minus quid honestum appareret.* — *i. pudenda, quæ videri turpe est.*
a b c d e f g h i k l m n o
super eo, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

SCHOLIA.

32 *Vos vidistis, quod de cælo locutus sum vobis.*] In montis cacumine voces efformabantur, quas populus perciperet: de cælo igitur, idest, aeris regione, siue superne, non è terra locutus sum vobis, tamquam idolum mutum.

33 *Non facietis deos alienos, nec deos aureos facietis vobis.*] Supra iam dixerat, sed idem sæpe repetit, quod pronos illos ad idololatriam videret. Porro, per deos argenteos, & aureos, iuxta Augustinum: simulacra omnia intelligit, sicut in illo Psal. 113. Idola gentium, argentum & aurum. Eorum tamen cultum interdicens, ex pretiosiori materia confecta exprimit, quia cum in eo quisque, quod illi pretiosius est, erubuerit, multo facilius, à viliorum veneratione auertetur: Sic Augustinus. Porro, vbi nos legimus; Vobis: in Hebræo est *Itti*, idest, meum. Chaldæus: Coram me: Sensus est, ne eos vna mecum colatis: non igitur facietis simulacra, quæ pro dijs habeatis, sicut me; socium, quem vna mecum veneremini, habere nolo: Vnde & Deus Zelotes in Scriptura sæpe dicitur.

Aug. q. 76. in Exod.

Aug. in Psal. 113.

אתי

34 *Altare de terra facietis mihi.*] Excelsa altaria, in signum cuiusdam diuinitatis, vt S. Thomas aduertit, miræq. constructionis, & fabricæ gentes olim suis idolis erigebant. Vt 4. Reg. 16. videre est, in altari Regis Syriæ, quod in Damasco erat, ad cuius stupendam molem, ac similitudinem, Rex Achaz simile in Hierusalem construi iussit. Meminerunt etiam historiæ de aris Cæsaris, Herculis, & aliorum, miro artificio, & structura, innumerisq. cæremonijs compositis, simul & consecratis. In idololatriæ igitur detestationem, de terra fieri voluit holocausti altare, vbi hostiæ accendebantur: (nam de altero incensi, infra 30. capite, quid fieri iussit, videbimus.)

S. Tho. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 7. & 3. par. q. 83. ar. 3. ad 5.

35 *Et offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra.*] Holocausta, victimas vocat, quæ omnes in Dei honorem accendebantur. Pacifica vero, quæ alijs de causis, vt pro obtinendis, vel obtentis beneficijs offerebantur. Septuaginta legunt: salutaria, quod pro salute, & incolumitate domus etiam, sicut & pro pace offerrentur, quæ omnia pacis nomine apud Hebræos comprehenduntur, & certe vox *Salam*, integrum, & perfectum etiam importat; nam & pro domus, & rerum integritate dabantur: harum pars vna incendebatur, altera sacerdotibus, tertia in sacratū cibum coram Domino, ipsis offerentibus, cedebat. vnde aliqui pacifica dicta putarunt, quod comessationibus maxime homines conciliari consueuerint. Porro, oues & boues, subditur, quod ex his esset communior vsus. שלם

36 *In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.*] Ad sacrificia vnus tantum deputabatur locus, ad idololatriæ occasiones vitandas. At si quan-

do alibi

do alibi litasse iustos legimus, ex speciali causa, & reuelatione, factum credimus: vt cum Dauid ex iussu Gad prophetæ, in monte Moria, antequam templum ibi fieret, litauit 2. Reg. 24. & cum Elias in monte Carmeli ligna, & sacrificia construxit, vt vanam sacerdotum Baal religionem ostenderet, & irrideret 3. Reg. 18. Iam, postquam filij Israel terram promissionis ingressi fuerunt, destinatus ad sacrificia locus fuit in Silo, vbi tabernaculum, & holocaustorum altare constituta fuerunt. Destructa Silo translatus est in Nobe, & Nobe per Saulem diruta, sacratus est in Gabaa, inde in Hierusalem, cum Salomonis templum erectum fuit. In singulis tamen ciuitatibus Sinagogæ erant, vbi ad Dei laudes, & legis intelligentiam, & eruditionem conuenirent. Porro, in quo fuerit memoria nominis mei: Iuxta Hebræum est: In quo memorari fecero nomen meum. Chaldæus: In quo habitare fecero gloriam meam. Idem est omnium sensus.

37 *Veniam ad te, & benedicam tibi.*] Idest, te exaudiam, & felicem reddam. Chaldæus: Ibi mittam benedictionem meam, & benedicam tibi.

38 *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus.*] Chaldæus, & Septuaginta, sectos lapides legunt, sicut & nos: Iuxta Hebræum, politos. Idem est omnium sensus. Porro, apud gentes, ex marmore alijsq. pretiosis lapidibus expolitis & sculptis altaria erigebant: & in horum execratione, vel de terra, vel de non dolatis lapidibus altaria sua Deus esse voluit, & ne per sculpturæ imagines in altari positas, ad earum cultum allicerentur. Iam sub conditione dictum, scilicet, si altare: aduertit Anastasius q. 50. ex constitutionibus Apostolicis lib. 6. cap. 21. vt insinuaret Abelem, Noe, & qui deinceps sunt secuti, non iussos, sed naturali lege motos, ex seipsis Deo sacrificium obtulisse, quod grati est animi. In fine.5.38.

36 *Si enim leuaueris cultrum tuum.*] Cultri nomen pro quocumque ferreo instrumento vsurpat: Si igitur illud leuaueris, subintellige, ad poliendũ; quod etiam præcepisse Dominum, Theodoretus affirmat, vt facile altaria dissoluerent, ne vicinæ gentes illud pollueront, sicut Elias, adhibitis tantum lapidibus, quasi in cumulum vnum, in monte Carmeli altare fecit; vt eisdem remotis facile dissolui posset, ne à gentibus pollueretur. Theod. q. 41. in Exod.

40 *Non ascendas per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.*] Ad idololatriç execrationem hæc omnia alludunt, vt enim sanctus Thomas innuit, in abominabili Priapi cultu, sacerdotes, cum ad excelsiorem ascensus altaris gradum peruenirent, verenda populo denudabant, & ob illorum inusitatam magnitudinẽ, iuuenis Priapus in Deum est habitus: quia omne insolitum, vt diuinum reputabant, & Deus hortorũ ideo dictus fuit, quod mẽbrum illud fœcunditatis videatur inditium: Nec per gradus aliquos ascendere ministros voluit, ne crurum distentione, minus quid honestum in illis appareret. Et licet vt R. Salomoh annotat, altare adeo altum esset, vt sacerdotes, nisi ascensus aliquis esset, litare nequirent; non tamen per gradus, sed per continuam soli versus altare eleuationem, eo ascendere consueuerant, & femoralium vsus, pro sacerdotibus, infra vigesimooctauo capite, introductus fuit. S.Tho. 12. q. 102. artic. 4. ad 3. R. Salomoh.

CAPVT XXI.

c *ad lites. s. exortas in populo dirimendas, præcepta scilicet iudicialia.* d e *A Deo iam instituta.* K *quoquo modo iuxta legis dispositionem licito.* l m n o *vt humana seruitus tolerabilis fieret.*

a b c d e f g h i K l m n o
Hæc sunt iudicia, quæ propones eis. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi:

c *i. discedet.* e *i. absq. aliquo pretio.* f g h i K *Hebraismus est. i. si solus, ipse solus egredietur, sic Chaldæus, & Septuaginta, iuxta Hebræum: cum corpore.*

a b c d e f g h i K l m n o
in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat: si habens

d *i. discedet.* h *i. herus ipsius serui.* i l *s. ex gentilibus perpetua seruituti addictis.*

a b c d e f g h i K l m n
vxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit,

d *hinc ortum habuit lex: partus sequitur ventrem.* n o p q *Hebraismus est. i. solus ipse exibit.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
filios, & filias: mulier, & liberi eius erunt domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo.

a b c d *Iuri suo renuncians.* m n o *i. nolo libertate donari.*

a b c d e f g h i K l m n o
Quod si dixerit seruus: Diligo dominum meum, & vxorem, & liberos, non egrediar liber:

offeret

Digitized by Google

c d f h i K l m n
i. herus. i. iudicibus. ſ. ex iudicũ decreto. ſ. vel domus, ſeu potius vrbis. pro ideſt. ſua domus, vbi teſtes adeſſe ſolent, vt ſit nullus fraudi, ac dolo locus reliquus ſit, vel poſtes portæ vrbis. In pœnam, & dedecus eius, qui ſpreta libertate ſeruitutẽ elegit, et vt ad omnia ſibi à Domino iniuncta, et obedientiæ aurem præbiturum ſciat.
a b c d e f g h i K l m n
offeret eum Dominus dijs, & applicabitur ad oſtium, & poſtes, perforabitque aurem eius

f g
i. vſque ad annum Iubilæi, ſiue multum, ſiue parum diſtet.
a b c d e f g
ſubula : & erit ei ſeruus in ſæculum.

S C H O L I A.

Ioſeph. 3. ant. 17. cap. 6. HAEC *ſunt iudicia, quæ propones eis.*] Sæpe ad Moyſi tentorium Hebræos acceſſiſſe refert Ioſephus; vt leges per ipſius manum à Deo acciperent, quod & præſtitit. Eas tamen nunc tradidit, quibus inter ſe lites ortas dirimerent, quæ in hoc à moralibus præceptis diſtingui docet ſanctus Thomas, quod licet omnia à naturali lumine ortum habeant, moralia ex ſua natura rationem habent debiti, citra aliquam nouam inſtitutionem, & ſic cum naturali lumine omni tempore perſeuerant. Iudicialia vero licet etiam ſecundum dictamen rationis ſint, non tamen rationem debiti, vel indebiti ex ſe habent, niſi ſecundum aliquam diuinam, vel humanam in tempore inſtitutionem. A cæremonialibus vero in hoc ſecernuntur, quod illa ex ſui inſtitutione, ad figuram pertinent, quare adueniente veritate, ceſſare oportuit. Iudicialia vero, primo & per ſe, ad populi regimen inſtituta ſunt, conſequenter vero, ſicut & populus ipſe, vmbram futurorum habuerũt, ſicut & geſta omnia, & populus ipſe legis veteris: Quare ſimiliter, adueniente Chriſto, cuncta ceſſarunt, niſi forte, vt eorum aliqua ad populi regimen congruebant, & aſſumpta, & quaſi denuo inſtituta ſunt: ſic ſanctus Thomas. Quantum vero cuique genti & populo, quomodo eſſe poſſit, ex his legibus rationem ſuæ reipublicæ inſtituendæ, ac moderandę mutuare, facile dijudicari poteſt, neque enim eſt aliquis Solon, Plato, aut Lycurgus, nulli denique Iuriſconſulti, aut Cæſares, qui leges meliores Deo dare potuerint. Porro, quod Dei auctoritate inſtituta intelligerent, non denuo inſtituendi, ſed à Deo tradita populo proponendi Moyſi cura tantum committitur. Denique in quo lex, mandata, teſtimonia, & iudicia inter ſe differant, refert Anaſtaſius Nyſſeni Epiſcopus ex Euſebio q. 54. in ſacram Scripturam, dicens: Lex dicitur, quæ eſt vniuerſi: Mandata autem, quæ ſunt ſigillatim: vt, non Occides, non Mœchaberis: Teſtimonia, quæ cum aliqua teſtificatione auditoribus præcipit legiſlator, vt dicebat Moyſes Deuteron. 33. Teſtor vobis hodie cælum, & terram. Iudicia autem, quæ ſcripſit cum iudicaſſet. Iuſtificationes vero, quæ obſeruantur ab his etiam, qui carent lege.

S. Tho. 12. q. 104. artic. 2. corp.

S. Tho. 12. q. 104. artic. 2. corp.

In fine. S. 1.

קנה 2 *Si emeris ſeruum Hebræum.*] *Cana* & poſſidere, & emere ſignificat: vt Gen. 25. De agro, quem
קנה *Cana*, ideſt, emit Abraham. & Prouerb. 8. Dominus
קנני *Canani*, ideſt, poſſedit me in initio viarum ſuarum.
מקנה Inde *Micne*, ideſt, pecus minutum; quod omnis poſſeſſio antiquis in pecudibus eſſet. Porro, Hebræum ſeruum dicit; etenim aliarum nationum ſeruos, in perpetuum habere licebat; Hebræum autem non ſolum quem gentilis in ſeruum prius habuerat, & à Iudæo emptum intelligit, vt quidam putarunt; ſed vt R. Salomoh aduertit, etiamſi immediate in alterius Hebræi ſeruitutem, iuxta legis diſpoſitionẽ quocumque modo venerit, vt cum fur non habens, vnde reſtituat, ex iudicis mandato ad reſtitutionẽ faciendam venditus, in ſeruitutem fuerit reductus, vt ſequenti capite dicitur: vel cum Hebræus paupertate conſtrictus, ſe alteri Hebræo in ſeruitutem vendiderit, Leuit. 25. Vel denique, ſi Hebræus Iudæum ſeruum, alteri Hebræo vendiderit, in illud ſeruitutis tempus, quod ſupereſſet. R. Salomoh.

3 *Sex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur liber gratis.*] Eamdem legem habes Leuit. 25. Deuteron. 15. Iere. 34. Etenim filij Iſrael de Aegyptiaca ſeruitute liberati fuerunt, & per hoc diuinæ addicti ſeruituti; ideo, vt ſanctus Thomas annotat, noluit Dominus, vt in perpetuum ſerui eſſent: ſic aperte Leuit. 25. dicitur: Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, nõ eum opprimes famulorum ſeruitute, ſed quaſi mercenarius, & colonus erit, mei enim ſunt ſerui, & ego eduxi eos de terra Aegypti, vt non væneant conditione ſeruorum. Porro, *Chopſi*, & liberum, & ſolitarium importat; ideſt, ſolus liber exibit. Additur tamen gratis, quod ſeptimo anno non oporteret aliquid pro ſua libertate domino, aut iudici dare, ſed ſine vllo pretio liber egrediebatur. S. Tho. 12. q. 105. art. 4. ad 1. חפשי

4 *Cum quali veſte intrauerit, cum tali exeat.*] Dictionis Hebrææ *Gappo*, quidam radicem conſtituunt *Guph*, ideſt, corpus: alij *Gaph*, ideſt, ala, vel veſtis: hinc aliqui legunt: Si in corpore ſuo venerit, vel in perſona ſua venerit. Alij cum quali veſte: & iuxta Hebraiſmum, idem eſt ſenſus vtriuſque, quem ſatis verba ſequentia explicant, cum ſubditur: Si habens vxorem: quaſi in prioribus verbis dixerit; Si ſolus venerit, ſolus liber exibit; ſi vero cum vxore, & vxor egredietur ſimul. Similis Hebraiſmus eſt Gen. 32. cum dicitur: In baculo meo tranſiui Iordanem, ideſt ſolus, & abſque comite: Sic Septuaginta, & Chaldæus intellexerunt, iuxta ſenſum legentes: Ipſe ſolus egredietur. Quare abſque ratione Vulgatus noſter à quibuſdam carpitur, quod verterit: Cum quali veſte; nam iuxta vim Hebraicæ vocis tranſtulit, ſeruato Hebraiſmo, quem aliqui minus plene intelligentes, de indumento, ſeu veſte interpretati ſunt; nam quomodo cum eadem veſte גפו גוף גף

exibit

exibit seruus à Domino post annos sex? an non attrita, ac dilacerata vestis,tunc esset? quod enim de simili, vel meliori asserunt, ex Hebraismi ignorantia ortum habuit. Qui autem,solus,legunt, aut solitarius, magis sensum, quam verba referunt.

5 *Sin autem Dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios,& filias: mulier, & liberi eius erunt domini sui.*] Hinc ortum habuit lex illa, in qua dicitur: partus sequitur ventrem,& intelligendum puto de gentili: Si enim Hebræa esset,in anno remissionis liber etiam exiret. Porro, præter libellum repudij, & alius modus hoc loco innuitur, secundum Moysi legem,quo vir ab vxore separari poterat, ipsa in seruitute remanente,cum filijs, ipso vero libere,quo vellet,abeunte.

בגפו

6 *Ipse vero exibit cum vestitu suo.*] Eadem dictio Hebræa est hic *Begappo*, & iuxta eius diuersam radicem, alij vertunt: In corpore suo, siue in persona sua, prædicto Hebraismo,idest,solus, sine vxore,& filijs egredietur,sic Septuaginta, & Chaldæus intellexerunt, idest, Ipse solus egredietur.

7 *Non egrediar liber.*] Idest, nolo libertate donari, iuri suo renuncians.

אלהים

R.Salomoh. אלהים

8 *Offerat eum dominus dijs.*] In Hebræo est, *Eloim*, vnde Septuaginta legunt: Ad tribunal Dei. Chaldæus: Et applicabit eum Dominus eius coram iudicibus. R.Salomoh: sistet eum in forum iudicis. & certe *Eloim*, iudices etiam significat. dijs tamen Vulgatus transtulit, & optime; consueuit enim Scriptura, quoduis excellens diuinum appellare, & vere in homines ius habere diuinum quiddam est.

9 *Et applicabitur ad ostium, & postes.*] Postes ligna sunt, vel lapides ad ostij latera, quibus lignũ superius transuerse positum sustentatur. Quidam de ostio, seu ciuitatis foribus intelligunt, vbi redituri populo iudicia,sedere iudices consueuerant: sed probabilius videtur,de ostio priuatę domus intelligi, vt se domui illi in longam seruitutem addictum nosceret,& profiteretur.Porro,ad ostium,& postes, palam scilicet, vbi multi testes adesse solent,& ex iudicis decreto hæc fiebant, vt dolo, aut fraudi nullus superesset locus, & ne fraude à Domino aures perforatas seruus fingere posset: ita Rupertus. Ruper. in 21. Exo.
Addit Theodoretus,id etiam factum; ne fores quidem egredi, absque domini licentia posse intelligeret. Theod. q. 45. in Exod.

10 *Perforabitque aures eius subula.*] Auris terebratio inquiunt Theodoretus, & S. Thomas, Theod. q. 45. in Exod. S Tho. 12. q. 105. art. 2. ad 10.
in pœnam & dedecus eius cedebat, qui postposita libertate, qua nihil in hac vita præstantius est,seruitutem amplecteretur: & in organo, quo imperij verba percipiuntur,vt ad omnem obedientiam seruum se esse profiteretur: vnde aurem desingere Hebræis est, esse perpetuæ seruituti addictum: sic Psal. 39. vbi dicitur: Aures autem perfecisti mihi, seu iuxta Hebræum: Perforasti mihi, idest, me in seruum perpetuum addixisti: & iuxta Pauli interpretationem, verba Christi sunt, secundum naturam assumptam.

11 *In sæculum.*] Iuxta Hieronymum,*Olam*,vbi literam *Vau*, positam habet, æternitatem significat: vbi vero sine *Vau* scribitur, annum quinquagesimum, quem illi Iubilæum vocant: & in huius exemplum, locum istum citat, sic etiam intellexerunt Augustinus, & Theodoretus, seruituti itaque addictus erat vsque ad Iubilæi annum, siue parum, siue multum distaret; eo siquidem anno, à seruitute cuncti liberabantur.

Hieronym. in ep. ad Galat. עולם ו ו

Aug. de locut. Exod. Theod. q. 46. in Exod.

---

a b c d e f g h i K l m n
Ex hebrais. (a b) — *f. quod expertis eius moribus, in vxorem sibi, aut filio, assumet.* (c–g) — *f. sed meliori conditione. f. vxor domini, aut filij, vel antea tempus, quam primum illam ducere non statuerit.* (h–l) — *f. sine mercede, cum libertate donantur.* (m n)

a b c d e f g h i K l m n
Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur, sicut ancillæ exire consueuerunt.

---

g h i k l m n
f. in sponsam, vel famulam. Chaldæus, & Septuaginta: Qui sibi eam desponderat. (g h) — *f. liberam ante sex annos, quod ducere promiserat, nec fecerit.* (i k) — *i. alteri, quicumque ille sit.* (l m n)

a b c d e f g h i K l m n o
Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerat, dimittet eam: populo tamen alieno vendendi

---

d e f n o
Sub. maxime, seu præsertim. (d) — *i. illam violando.* (e f) — *f. dotando eam.* (n o)

a b c d e f g h i K l m n o
non habeat potestatem, si spreuerit eam. Sin autem filio suo desponderit eam, iuxta morem

---

a b c g h k l
f. quæ libera sunt. (a) — *i. conferat, dotando illam.* (b c) — *sub. vel sibi.* (g) — *i. superduxerit.* (h) — *si illam abiecerit.* (k) — *iuxta Hebr. cibum, seu alimentum.* (l)

a b c d e f g h i K l m
filiarum faciet illi. Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, &

vestimenta,

Digitized by Google

a b c d e f g h i K l m

ad nuptias. — *quod ipſam violauerit, & abiecerit, quo honeſti matrimonij conditionem inuenire poſſit: Chald. & Septuag. cõcubitum: q. d. filius, vt vxorem tractabit, per omnia, etiam ſi alteram habeat.* — *i. nec ſibi, aut filio, aut cognato nupſerit, nec violata, ac proinde nec veſtes, nec pretium pudicitiæ det. q. d. tria prædicta.* — *ſub. ſi ſponte recedere velit, ſaltem egredietur.*

a b c d e f g h i K l m n

veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis

a b

ſub. ſicut & alij ſerui.

a b

abſque pecunia.

S C H O L I A.

12 *Siquis vendiderit filiam ſuam in famulam.*] Ex hoc loco ſanctus Thomas infert, parentes, ſicut ſeipſos potuiſſe vrgente neceſſitate in ſeruas vendere; hoc tamen loco, vt R. Salomoh aduertit, ſermo eſt de Hebræis, quæ nondum annum duodecimum attingerent, quarum pretium erat, ſubarratio quædam, quod expertis interim eius moribus, in futurum deſponſanda ſibi, aut filio promitteretur; vnde ſubditur: ſi diſplicuerit, &c. Quod enim quidam putarunt loqui de illa, quæ in mere concubinam cedebat, idque à lege permiſſum, propter Hebræorum libidinem, ſicut & dare ad vſuras extraneis, propter eorum cupiditatem, falſò aſſeritur, cum talis permiſſio in lege non ſit, immo Deuteron. 23. ſcribitur: Non erit meretrix de filijs Iſrael.

S.Tho. 12. q. 105. artic. 4. ad 4.
R.Salomoh.

13 *Non egredietur, ſicut Ancillæ exire conſueuerunt.*] Auguſtinus interpretatur de ancilla à domino ſuo violata; nam ſi violatæ non fuiſſent, ſexto anno exibant liberæ, ſicut & ſerui. Si autem ſpreuerit eam, vel ſicut Septuaginta legunt: Quoniam ſpreuit in ea, illam ſcilicet, ſtrupando, non erit, ſicut aliæ ancillæ, ſed eius integritatem remunerari oportet. Alij ancillæ nomine eas intelligunt, quæ ex gentibus erant. Cæterum iuxta hebræum eſt: Sicut egrediuntur ſerui. ſic & Chaldæus: ideſt, non nudi, & ſine præmio. Siue ergo dicas, ſicut ancillæ, ſiue ſicut ſerui, vtrumque enim dici, ſeu ſubintelligi poteſt, ſermo tamen eſt, quando emptor ſpem fecerit deſpondendi eam ſibi, vel dandi filio in vxorem: tunc eam melioris conditionis dicit futuram, quam cæteræ ancillæ, & ſerui, quia vel aſſumitur in vxorem, vel quamprimum à domino ſuo deſpicitur, libera abire permittitur.

Aug. q. 78. in Exod.

14 *Si diſplicuerit oculis Domini ſui.*] Grauiſſimi viri in horum, & ſequentium verborum lectione, & interpretatione, maxime variant: dicam tamen breuiter, quid ſentiam. Olim pro ducendis vxoribus pecuniam dare viri conſueuerunt, iuxta illud Gen. 34. Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quod petieritis: Vnde cum puella hac ſpe empta, eius pretium, quaſi ſubarratio quædam ſit, vt diximus, ſi contigerit poſtea, ei diſplicere, nec ſibi, aut filio, conſanguineove, in ſponſam ſumere, dimittet eam, ideſt, liberam illam faciet. Huic intellectui fauent Chaldæus, & Septuaginta, Chaldæus enim legit: Si diſplicuerit in oculis domini ſui quam ſibi deſponderat, ideſt, ſub hac conditione emerat, liberam faciet eam. Septuaginta ſimiliter vertunt; quod enim dicunt: redimet eam, idem eſt ac liberã faciet, quaſi eam pater ſuus redemiſſet. Conſonant etiam & ſequentia verba: populo autem alieno, vendendi non habeat poteſtatem: per alienum vero populum, licet aliqui locum, vel ciuitatem aliam etiam Iudæorum intelligant, alij illam, quæ eſſet ex gentibus; idem tamen exiſtimo intelligi, ac ſi diceret: alteri vendere (quicumque ille ſit) non licebit. ſic intellexit Chaldæus paraphraſtes.

15 *Si ſpreuerit eam.*] Subintelligitur, maxime, ſiue præſertim illam ſpreuerit, ſeu contempſerit, ideſt, violauerit, ſeu corruperit, & in vxorem non duxerit. Vnde Chaldæus: Non habebit facultatem, vt vendat eam alteri, cum dominatus fuerit eius. Septuaginta: Quoniam ſpreuit in ea: ſubaudi eius tollendo integritatem, *Bagad*, ſiquidem fraudare, & fallere ſignificat. Vere enim doloſe talis egit, cum congrediens, vt eius maritum ſe prætulerit. בגד

16 *Iuxta morem filiarum faciet illi.*] Ideſt, iuxta ritum puellarum liberarum dotabit eam, hoc excepto quod parentibus puellæ nihil daret pro munere, ſicut conſuetum erat apud Hebræos, Gen. 24. quia pecunia, quam dederat parentibus eius pro ſeruitute puellæ, pro tali munere computabatur.

17 *Quod ſi alteram ei acceperit.*] Vbi dicitur: ei, intellige filio. Septuaginta, & Chaldæus habent: ſibi, nempe ancillæ Domino, quod etiam ſubintelligi poteſt; nam ſiue ſibi, ſiue filio, alteram vxorem ſuperinduxerit, facere tenebatur, quod ſequitur.

18 *Prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit.*] Hebraica habent: alimenta, ſiue cibum eius, veſtimentum eius, & horam eius, ideſt, tempus determinatum, vt ei debitum cõiugale reddat, quod vir reddere debet vxori ſuæ, non minuet. Chaldæus: Nutrimentum eius, veſtimentumque, & concubitum eius, non prohibebit. & Septuaginta in eumdem ſenſum interpretati ſunt, neceſſaria, & veſtimentum, & conuerſationem eius non defraudabit. Vbi ex Auguſtino obiter annotare licet, apud Græcos homilian, ideſt, locutionem, honeſte ſcripturam concubitum vocare, & nos dicimus: *Tuuo conuerſation con ella.* Et Dan. 13. Vbi dicitur: Sub qua arbore vidiſti eos loquentes, ideſt, concubuit cum ea. & rurſum alterum ſeniorum arguens Daniel, cum ait: Acquieſcebant vobis, in Græco eſt; homiliſan himin, ideſt, loquebantur vobis, *tenian conuerſation con voſotros.* Porro, Vulgatus in ſua editione, alienus videtur ab hoc ſenſu. Cæte-

Aug. q. 78. in Exod.
ὁμιλίαν.
ὡμίλησαν ὑμῖν.

su. Cæterum vtrumque verum est, licet Vulgatus alterum tantum expresserit, alterum tamen commode subintelligi potest. Etenim si altera inducta denuo, quæ vero ancilla erat, maneat domi, vt concubina, idest, vt vxor vera, quantum ad coniugalem copulam, non tamen vt vxor, quãtum ad domesticam curam (sicut super Genesim late de concubinis Abrahæ, & Iacob explicauimus) ea, circa ancillam fieri debebant, quæ Septuaginta, & Chaldæus, iuxta Hebræum, transtulerunt. Si autem alia superinducta, prior abijceretur, oportebat ea fieri, Vulgatus expressit: nempe prouidere illi nuptias, & pro illis vestes, & pretium pudicitiæ; (quod violata fuerit) iuxta iudicis arbitrium, quo minus confusa abijciatur, & honesti matrimonij conditionem inuenire nequeat, vtpote à Domino, vel à filio fœdata, & abiecta, sed soluet virginitatis iacturam, vt sic commode nubere possit.

19 *Si tria ista non fecerit.*] Quidam sic interpretantur, idest, si non acceperit sibi, nec filio, aut cognato in vxorem, priusquam alicui suæ gentis vendat, liberam abire sinat. Alij si non abijciatur, sed sponte ipsa recedat, non dentur illa tria, sed tantum libera absque pecunia recedat. Sed præstat cum R. Salomoh intelligere, si non nupserit hero, filio, aut cognato, nec deflorata, ac proinde, nec nuptias, nec vestimentum, nec pudicitiæ pretium reddere tenetur; egredietur itaque, sicut de seruis dictum est, gratis, & absque pecunia. Quamuis & R. Salomoh hoc intelligi vult de egressu ante septennium eius, in qua pubertatis signa apparerent, & quæ sub spe matrimonij empta fuit, etiam non violata, tamen in vxorem sumere, nec dominus, nec filius postmodum decreuerunt.

R. Salomoh. *R. Salomoh.*

---

b *i. occiderit:* d e *i. spontanee, & ex deliberatione. Iuxta Hebr. Chald. & Septuag. occiderit.* g *i. erit reus mortis.*

a b c d e f g h i K l m
Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus,

---

a b c d e f g *quem non ad id quærebat, sed Deus iuste puniendum tradidit, licet malo affectu fiat, non Deo, sed sibi imputatur.* K *Iosue 20. vrbes designantur, quibus modo successerunt Ecclesiæ.* n o *sub. & sit securus à vindicta, & pœna.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
sed Deus illum tradidit in manus eius: Constituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis

---

b *excusantur amentes, & infantes, qui industria incapaces sunt.* g *excusantur parentes, & magistri, qui corrigere tantum intendebant, & medici, qui curare egrotum, si præter spem mors sequatur.* h i x l m n *sicut de Ioab factum legimus 3. Reg. 2. qui per insidias duos interfecerat.*

a b c d e f g h i x l m n o
per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt

---

b c d e f *nisi ex imperfectione actus, aut intentionis excusatur.* g h *i. erit reus mortis.*

a b c d e f g h i x l m
moriatur. Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit

---

b c d *copulatiua pro disiunctiua, Hebræorum more, posita est, nam etsi in manu furantis sit repertus, obnoxius erit morti.* e *i. illius criminis.* g h *i. erit reus mortis.* i x l m *per modum contumeliæ, & nisi intentionis defectus, & actus imperfectio illum excusent.*

a b c d e f g h i x l m
hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo,

---

c d *i. reus erit mortis, quasi s. in Deum maledicta coniecisset.*

a b c d
vel matri, morte moriatur.

SCHOLIA.

20 *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.*] Iuxta Hebræum est: Percusserit hominem, & morietur. sic Septuaginta, & Chaldæus: Vulgatus acute, vt elucidaret, quando percutiens esset interficiendus, nempe cum occidendi eum animo percusserit, addit verba illa: Volens occidere: & percussionis nomine, mortem intelligens; si enim mors subsecuta non fuerit, non plectitur pœna mortis. Porro, prædictis verbis, homicidij lex in communi ponitur; eius tamen exemptiones in sequentibus subduntur. Iam, morte moriatur: Hebraismus est, idest, indubie morietur, siue reus erit mortis.

21 *Qui autem non est insidiatus, sed Deus tradidit illum in manu eius.*] Quidam hoc interpretantur de illo, qui non per insidias, sed oblata occasione, quam non quærebat, illum occidit: sicut potuit Dauid occidere Saulem 1. Reg. 24. & 26. absque vllo sui discrimine: ita sentire videtur Augustinus, *Aug. q. 79. in Exod.*

addens,

addens, iusto Dei iudicio aliquando tradi aliquos in manu hostium, vt pro peccatis puniantur, licet quod affectu malo id faciant, non Deo, sed ipsis imputandum sit. Consentit etiam Rupertus, & ait: Ideo etiam iustiorem se Saulem dixisse de Dauid, quod refugij locum iuxta legem habuisset, si tunc ipsum interfecisset: Quos sequuntur ex recentioribus multi. At Theodoretus, & sanctus Thomas locum istum intelligunt, de illo, qui præter intentionem hominem occidit, & Theodoretus dicit: licet imprudenter. quo ostendere voluit Dominus, & caute operandum, ne damnum aliquod præter intentionem accidat, & quod aliquando quasi exilio relegari expedierit ad Reipublicæ pacem, ne amici interfecti hominis insæuirent in interfectorem, qui præter spem illum occiderat. Et certe vtramque interpretationem sacer textus admittit; contingit enim, inquiunt Hebræi, vt qui ob scelus à Magistratibus punitus non fuit, permittat Deus, vt alius illum occidat, etsi priuatus homo sit.

Ruper. in 21. cap. Exod.

Theod. q. 47. in Exod. S. Tho. 12. q. 105. ar. 2. ad 2.

22 *Constituam tibi locum, in quem fugere debeat.*] Iosue 20. vt Rabanus aduertit, assignantur huiusmodi refugij vrbes, quibus in Republica Christiana successerunt Ecclesiæ, & loca sancta, de qua re extant leges in Cod. lib. 1. ab hac lege mutuatæ, quasi insontium asyla deputatæ, vt ab illegitima violentia quandoque defendantur.

Rabanus in Exod.

23 *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias.*] Septuaginta, & Chaldæi lectio huic maxime consona est. Porro, excluduntur amentes, & pueri, in quibus nulla est industria: & patres & magistri, & medici, qui non per insidias, sed magis, vt corrigant, & mederi valeant, præter spem, si quando filij, discipuli, ex verberibus, aut ægri mors sequatur.

24 *Ab altari meo euelles eum, vt moriatur.*] Hinc Ioab, vt Rupertus aduertit, ad altare confugiens non euasit mortem 3. Reg. 2. quia per insidias, & industriam Hebræos duos interfecerat. Porro, R. Salomoh etiam Sacerdotem hac lege comprehendi refert, nisi cum ministrandi ad altare officium coepisset; tunc enim prius expectare oportebat, vt ministerium coeptum compleret, quo peracto, ad mortem traheretur.

Ruper. in 21. cap. in Exo.

R. Salomoh.

25 *Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur.*] Propter iniuriæ atrocitatem, ex parte percussi scilicet patris, ratione habita ad percutientem, vtpote eius filium, ita acriter punitur. Quam tamen legem, cum ex intentione id fieret, quod formaliter Scolastici vocant, intelligendum puto: & de percussione illa, quæ, sicut in alijs prohibitis, propter actus imperfectionẽ excusari nequeat; modica siquidem pro nihilo reputantur. Vnde R. Salomoh, pro leui patrum percussione, aliter filios puniri solitos refert, quando scilicet, non esset sanguinis effusio, aut liuor, & cum ioco, & à casu fiebat: at cum malitiose, & à proposito grauis percussio erat, morte plectebatur, & reus mortis efficiebatur, hoc quippe sonat, morte moriatur.

R. Salomoh.

26 *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum.*] Furari homines plagiariorũ more, vt vendant, indeque fures dicuntur, crudelissima est inhumanitas, & seuerissime punienda, etiam si in manu furis homo repertus fuerit, quarclicet Vulgatus, & Chaldæus copulatiuam apposuerint, & in Hebræo est, *Vau*; Hebræorum tamen more, viri grauissimi hoc loco positam dicunt, pro, vel, siue aut; nam & infra, cum dicitur: Qui maledixerit patri, aut matri, &c. Est etiam *Vau*, & Vulgatus vertit, vel. Sic R. Salamoh: licet aliqui putent, si non vendidisset, puniendum, sicut sequenti capite dicitur de alijs furtis, vt duplum redderet fur, & sic reddituurus tantum esset homines duos, qui proinde, quasi venditi, in seruitutem redigerentur.

R. Salomoh.

27 *Conuictus noxæ morte moriatur.*] Iuxta Hebræum est: & inuentus, siue deprehensus in manu eius. Hebraismus est, quem eleganter vertit interpres: si illius criminis reus conuincatur.

28 *Qui maledixerit patri suo, vel matri.*] Illum tantũ, qui ad huiusmodi maledictiones assuefactus esset, mortis pœna aliqui puniendum asserunt, non tamen pro quacumque maledictione; minus enim id reputant, quam sit leuis filij in patrem percussio, pro qua tamen non plectebatur morte. Alij vero cum R. Dauid Gerundensi, pro quauis maledictione patris, aut matris, reum mortis esse indicant: præsertim pro illa, quæ in nomine Domini esset, quarum fuit vsus communis, apud Iudæos: nam Elisæus 4. Reg. 2. maledixit in nomine Domini; & etiam apud gentes: Vnde 1. Reg. 18. Goliath maledixit Dauid in nomine dei sui: & addunt quod cum maledicere frequentius contingat durius contra id prouideri oportuit, sicut in multis legibus contingit: vnde Iurisconsulti, grassantibus multis, opus esse exemplo affirmant. Cæterũ, sicut de percussione diximus, sic & de maledictione ratiocinandum existimo: vt nisi verbi leuitas, aut actus imperfectio excusent, si malitiose proferatur, morte sit plectendus filius: puto tamen sermonem fieri de maledictione, per modum contumeliæ, ipsis scilicet præsentibus; nam si per modum detractionis esset, in absentia scilicet parentum, nescio quid reuerentiæ præsefert, dum non audet palam maledicere, & sic non tantam pœnam subiret.

29 *Morte moriatur.*] Quod cum Deo, nec parentibus, æqua reddere homines valeant, & in hoc similes; Deus, & patres esse videantur: eadem pœna, vt Cyrillus aduertit, merito, qui parentibus maledixerit, plectitur, quasi in Deum maledicta conijceret. Adde quod sicut parentum honor à filijs vitam eis mereretur diurnam, vnde in lege dicitur: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæus super terram: sic eorum percussio, & contumelia, immaturam, & contemptibilem. Vt Prouerb. 30. Sapiens imprecatur, seu potius prædicit.

Cyrill. lib. 10. in Ioan. c. 34.

d
i. aliqui.
a b c d e f g h i K l m n o
Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille

d e f g i n o
propter damnum, quod ex percussione receperat. i. si inde exsurrexerit. ex defectu plenæ virtutis.
a b c d e f g h i K l m n o
mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto; si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum

---

b c h i K m
i. non censebitur homicida, nec vt talis, pœnæ subiacebit. i. temporis iacturam, quam fecit, ab opere cessando. quas. s. contraxit.
a b c d e f g h i K l m n o
suum, innocens erit, qui percusserit, ita tamen, vt operas eius, & impensas in medicos

---

d e
de seruis simpliciter, qui. s. ex gentibus essent, sermo est.
a b c d e f g h i K l m
restituat. Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in

---

a b c
i. in ipsa percussione moraliter loquendo. s. homicidij.
a b c d e f g h i K l m n
manibus eius, criminis reus erit. Sin autem vno die, vel duobus superuixerit, non

---

a b c d e f K
i. non plectetur homicidij pœna. i. quasi eius pecunia, vnde sibiipsi satisfaceret, quidquid enim serui est, et lucratur, domini sui est, vel quia pecunia illius emptus est. i. aliqui.
a b c d e f g h i K l m n
subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis

---

a b d h k
forsan volens illorum alteri adiumento esse. i. accelerauerit partum ante tempus, & immaturum, dummodo animatum. s. mater. s. percutiens.
a b c d e f g h i K l
mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, si ipsa vixerit: subiacebit damno

---

f g l
i. iudices sententiam tulerint, hincinde omnibus pensatis, & audito marito. s. matris, vel fœtus animati.
a b c d e f g h i K l
quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius

---

d e f g
vitam pro vita, seu occidetur, quia occidit. sub. similiter.
a b c d e f g h i K l m n
fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum

---

i m n
quando. s. ex percussione est sanguinis effusio. Quando non est sanguinis effusio, licet caro liuida remanserit, vn cardenal.
a b c d e f g h i K l m n
pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro

---

f g K l
sermo est de seruis, qui ex gentibus. i. ex altero oculorum, manente organo, visus priuauerit, per appositum impedimentum perpetuum nubis, sanguinis, aut huiusmodi.
a b c d e f g h i K l m n
liuore. Si percusserit quispiam oculum serui sui, aut ancillæ, & luscos eos fecerit,

---

a b h l n o
i. libertate illos donabit. etiam vnum. percussione aliqua violenta. sermo est de seruis, qui ex gentibus.
a b c d e f g h i k l m n o
dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo, vel ancillæ

---

c d e
i. libertate illos donabit.
a b c d e f
suæ similiter dimittet eos liberos.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIA.

30 *Si rixati fuerint viri.*] Viri; Hebraismus est: idest, aliqui. Porro, sicut contentio, verborum contradictionem importat, ita rixa factorũ, vnde priuatum quoddam bellum videtur, quod sine peccato non est: In eo autem, qui se defendit, esse absque peccato potest, si animo, & externo facto, tutelæ moderamen debitum tenuerit; si tamen parum excesserit, veniale erit; si autem grauiter excesserit, etiam in solo affectu, & mortale esse poterit, sic sanctus Thomas.

S. Tho. 22. q. 41. artic. 1. ad 1.

31 *Si surrexerit, & ambulauerit foris, super baculum suum.*] R. Salomoh per baculum, metaphorice, perfectam virtutem intelligit, iuxta illud Ezech. 4. Conteram baculum panis, idest, virtutis, & roboris fulcimentum, & sic putat sensum esse, vt à iudicibus percussor detineatur, quousque percussus perfecte conualuerit, & tunc ad expensas tantum condemnabitur. Sed patrum communis expositio est, quasi dicat. Si percussus, qui in lecto iacuerit, inde exsurrexerit, etiam si baculo indigeat, cui innitatur, vt ambulare possit, *como de sosseebado*, iam tunc percutiens à mortis reatu liber erit: sic sanctus Thomas. huius ratio est; tum quia baculo, aut pugno, & non in gladio percutere, non leuis cõiectura esse videtur, quod non interficiendi animo id fecerit; tum etiam, quia incertum est, an aliqua alia de causa, & occasione obierit, qui ex percussionis damno iam quasi conualuerat.

R. Salomoh.

S. Tho. 22. q. 105. art. 4. ad 3.

32 *Innocens erit, qui percusserit.*] Quidam hanc innocentiam interpretantur, quod refugij loca, tunc sibi prodessent. Germanus tamen sensus est, Innocens erit: idest, non censebitur homicida, nec vt talis puniendus veniet: sic sanctus Thomas.

S. Tho. 22. q. 105. ar. 4. ad 3.

33 *Ita tamen, vt operas eius, & impensas in medicos restituat.*] Iuxta Hebræum est: Tantummodo cessationem eius dabit, & curando curabit, seu medendo mederi faciet: Hebraismus est, idest, tantummodo iacturam temporis, quam fecit cessando ab opere, soluet, & curabit eum sanandum, subaudi, impensis suis; quod eleganter vertit Vulgatus; & Chaldæus ait: restituet id quod fuit otiosus ab opere, & mercedem medici soluet. Septuaginta: Præter otium eius, soluet & medicationes, & omnium vnus est sensus. Soluet igitur & lucrum cessans operis, quod fecisset, & damnum emergens impensarum, ad salutem consequendam.

34 *Et mortui fuerint in manibus eius.*] Sermo est de seruis simpliciter, qui scilicet ex gentibus, nam de seruo Iudæo, pari pœna plectebatur dominus percutiens, ac si liber fuisset. Porro, in manibus eius, idest, in ipsa percussione, dum ipsum percutit moraliter loquendo.

35 *Criminis reus erit.*] Iuxta Hebræum: Vindicando vindicabitur. Hebraismus est, quem optime reddit Vulgatus. Chaldæus; Iudicio iudicabitur. Septuaginta: Pœna punietur. quasi dicat: homicidæ poena plectetur.

36 *Non subiacebit pœnæ, quia pecunia est.*] Chaldæus: Non iudicabitur. Septuaginta: Non punietur. quasi dicat: Nulli pœnę subiacebit. Nec miretur quis, tam durant seruitutem eorum, qui bello vel pecunia ei erant addicti; duræ enim ceruicis populus erat, sicut modo apud barbaros, & infideles, seruitus summa calamitas est. Porro: quia pecunia illius est: Quidam sic intelligũt, quia pecunia comparantur. Sed melius dicitur: quia est quasi illius pecunia; si enim aliqua esset satisfactio exigenda, iuxta prædicta, in pecunia erat fienda, at seruus quidquid est, & lucratur, domini est: sibi igitur met satisfaceret: sic sanctus Thomas.

S. Tho. 22. q. 105. a. 4. ad 3.

37 *Et percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit.*] Percusserit quis mulierem prægnantem, volentem scilicet, quasi iuuare alterum, contra quem ille pugnabat: sic annotat Hugo de S. Victore. Porro, licet aliqui pro abortiuo intelligãt infantem, & fœtum animatum, Hebræi tamen intelligunt de fœtu inanimato. Vnde & Septuaginta legunt: Egressus infans eius non fuerit effigiatus: quam lectionem secuti, sic intellexerunt Origenes, Theodoretus, & Augustinus: quod enim inquit: non formatum puerperiũ, noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominẽ deputauit, quod enim sensibus formatum nõ est, quomodo anima in tali corpore erit? Cæterum licet ita sit, vt cum fœtus inanimatus esset, percussor nequaquã mortis pęna esset damnandus, tamẽ iuxta Hebræum sic habetur: Et egressus fuerit fœtus eius. Sic etiam Chaldæus. Quare pro abortiuo hoc loco tantum intelligere videtur Scriptura, acceleratum partum, sicque ex antecedentibus, & consequentibus aperte conijcitur.

Hugo de S. Victor. in Exod.

Orig. hom. 10. in Exod. Theod. q. 48. in Exod. Aug. q. 80. in Exod.

38 *Subiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.*] Per arbitros, R. Salomoh, & S. Hieronymus iudices intelligunt, sicut ipsi iudicauerint, idest, sentẽtiam tulerint, non enim mariti inordinatæ voluntati standum fore voluit Dominus, sed ipso audito, & omnibus hinc inde expensis, sententiæ, quam iudices tulerint, subiacebit percussor.

R. Salomoh. Hiero. 9. in Exod.

39 *Sin autem mors eius fuerit subsequuta.*] Quidam de morte matris tantum loqui pũtant, & certe Chaldæus legit: Si autem mortua fuerit. at licet matris morte tantum exprimat textus, tamẽ S. Thomas, quasi ex pari ratione, subintellectam infantis animati necem, cum ad humanam speciem pariter ex æquo pertineat, & morte plectendum iuxta legem docet: Et sequatur, inquit, eius mors, vel pueri animati, non effugiet homicidij crimen.

S. Tho. 22. q. 64. ar. 8. ad 2.

40 *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente.*] Animam pro anima: Hebraismus est, idest, vitam pro vita; enimuero anima, vt sic, dicta est ex eo, quod corpus animet; vnde dare animam, vt sic, est vita priuari. Porro, cum videamus homines læsos moliri cædem, sanguinem sitire, vixque inueniri in malis inimici vnde satientur, hinc, vt Augustinus contra Faustum Manichæum aduertit, iniustæ, & immoderatæ vitioni lex iustum modum præfigens, talionis pœnam instituit: Et licet R. Salomoh pecunia ad arbitrium iudicis compensandas poenas has existimet, at certius puto, saltem ad partis instantiam, & petitionem, in corpore luendas.

Aug. 12. contra Faust.

R. Salomoh.

41 *Vulnus pro vulnere, liuor pro liuore.*] Vulnus vocat, quando cum effusione sanguinis est; *Herida*; liuorem vero, quando licet caro liuida re-

Digitized by Google

manserit, *Cardenal, con color de plomo*; non tamen sanguis fuerit effusus.

42 *Et luscos eos fecerit, dimittet eos liberos.*] Sermo est de seruis ex gentibus; nam si Iudæus esset, talionis poena plectebatur, ac si liber fuisset. Porro, in Hebræo est, *V'eschathba*, idest, & corrupit eum, scilicet oculum. Sic & Chaldæus. Septuaginta: Et excæcauerit. sensus est: cum remanente organo visus priuatur altero oculorum, propter impedimentum nubis, sanguinis, vel huiusmodi: *tuerto y menguado de vn ojo*; si enim vtroque oculo orbatus esset, iam cæcus, & non luscus diceretur.

ושחתה

43 *Dimittet eos liberos.*] Sic etiam legunt Chaldæus, & Septuaginta, sed loquuntur in plurali: at hoc parum refert. Libertate itaque dabantur serui ex gentibus, cum dominus vel luscum fecisset, vel dentem etiam vnum percussione de ore illius excuteret.

---

a b c d e l m
Idem de quolibet alio animali intellige, quod morsu, vel pede, vel aliquo alio lædere consueuit. Aug. q. 81. & 82. in Exod. — *non ob eius culpam cuius & incapax est, sed in horrorem homicidij, & damnum domini.*
a b c d e f g h i K l m
Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortuus fuerit, lapidibus obruetur:

---

a b c d e i K o
Non solum à Iudæis, quibus aliàs interdictum erat, sed nec venundari ad esum gentibus potest, ob causas prædictas. — *i. Non plectetur alia pœna, nec reus homicidij censebitur.* — *acorneador.*
a b c d e f g h i K l m n o
& non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocens erit. Quod si bos cornupeta

---

b c d e g h l m
i. antea. — *i. testibus adhibitis admonitus sit.* — *Custodiens illum, quasi damna præcauens.*
a b c d e f g h i K l m n
fuerit ab heri, & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum,

---

f g h m
in detestationem homicidij. — *ex Iudicum sententia.*
a b c d e f g h i K l m
occideritque virum, aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident.

---

a b c d e i l m n
Ex consensu partis læsæ. — *redemptionis.* — *i. vita.* — *Iuxta iudicis sententiam.*
a b c d e f g h i K l m n
Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua, quidquid fuerit postulatus.

---

a b c d f g h i k l m
s. vicini, vel cuiusquam alterius. — *s. bos, cuius dominus admonitus fuerit, quod cornupeta esset.* — *s. morte plectetur, vel pecunia vitam redimet.* — *de seruis ex gentibus sermo est.*
a b c d e f g h i K l m
Filium quoque, & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. Si seruum,

---

b c d e K l
s. bos cornupeta domini admoniti. — *i. Septuaginta drachmas.* — *in homicidij detestationem.*
a b c d e f g h i K l
ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos vero lapidibus opprimetur.

---

a b d e e f h i m n o
s. Iam antea forsan. — *foueam iuxta Hebræum, siue cisternam, siue puteum sit.* — *pro vel.* — *denuò.* — *s. cum in loco esset ex prudentum iudicio bestijs periculoso.* — *s. vel quodlibet aliud animal.*
a b c d e f g h i K l m n o
Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut asinus

---

c g
i. soluet. — *quæ. s. ceciderunt, & mortua sunt.*
a b c d e f g h i k l
in eam, reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est,

---

a b c i K l m
ad vtilitatem carnium. — *s. etiam non admonito domino, quod cornupeta esset.*
a b c d e f g h i K l m n
ipsius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit; vendet

bouem

Digitized by Google

c d e f g h i K l m n

hinc inde omnibus pensatis, & in pecunia facta compensatione, si bos viuus non esset tanti pretij, vt mortuus. *pro si.*

a b c d e f g h i K l m n

bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient. Sin autem

d g h i K l m n o

acorneador. *i. iam antea.* *s. recludendo, vel alio modo damna praecauendo.* *s. cum admonitus, vel alias sciret cornupetam.*

a b c d e f g h i K l m n o

sciebat, quod bos cornupeta esset ab heri, & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus

b c e f g h i

i. soluet. *viuum aequalis valoris.* *mortuo.* *ad suam vtilitatem, vt vendere possit gentibus ad esum.*

a b c d e f g h i

suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

S C H O L I A.

44 *Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem.*] Ex his, quae in residuo huius capitis scribuntur, vndique circumspectio, & prouidentia commendatur in rebus omnibus, aequitas naturalis inter ciues, & curanda indemnitas proximorum: quod si imprudentes laeserimus, amice compensemus damnum alijs, vti vellemus nobis fieri. Porro, quod de boue hic, & in sequentibus huius capitis exprimitur, proportionabiliter, & de quibuscumque alijs animantibus intelligendum esse docent Augustinus, & R. Salomoh.

Aug. q. 81. & 82. in Exod. R. Salomoh.

45 *Lapidibus obruetur, & nō comedent carnes eius.*] Explicat lex ista, obscurum locum Gen. 9. vbi Dominus: Requirā, inquit, sanguinem animarum vestrarum de manu cunctarum bestiarum; nec tamen requirendi, aut puniendi modum posuerat. hic cōstituit puniendas bestias, & eorum dominum in illis, & ne quis in horrorem effusionis sanguinis humani, carnes eius comedat. Porro, quanto odio Deus homicidia prosequatur, ostendit, vt nec in brutis inulta esse voluerit. sic Theodoretus, & sanctus Thomas: non quod in brutis culpa sit, vnde si qua in domino eius praecessit, grauius vlciscitur.

Theod. q. 49. in Exod. S. Tho. 12. q. 105. artic. 2. ad 11.

46 *Iam, lapidibus obruetur.*] Iuxta Hebraeum est: lapidatione, aut lapidando lapidabitur, siue iuxta Graecum: lapidibus lapidabitur, Hebraismus est, & loquendi modus, quem annotauit Augustinus, idest, lapidabitur, ne vltra, scilicet, appareat iumentum, siue animal, quod hominem interfecerit. Praeterea praecepit non comedi eius carnes, non solum à Iudaeis, quibus sic carnes occisas edere interdictum erat, sed ne gentibus venderentur ad esum, tum ad homicidij horrorem, tum vt in damnum Domini cederet, sic aduertit sanctus Thomas.

August. locut. 94. in Exod.

S. Tho. 12. q. 105. art. 2. ad 11.

17 *Dominusque bouis innocens erit.*] Idest, nulla alia poena plectetur, nec reus illius homicidij censebitur.

48 *Quod si bos cornupeta fuerit, ab heri, & nudiustertius.*] Cornupeta, *acorneador*, idemque de alijs intelligendum diximus, si pede morsu, vel quolibet alio ferire, aut laedere consueuerit, & visus fuerit impetere: sic R. Salomoh. Porrro, ab heri & nudiustertius, Hebraismus est, idest, iam antea: Vnde Augustinus: pro tempore praeterito ponitur, certum pro incerto, quantumcumque illud sit.

R. Salomoh.

August. locut. 95. in Exod.

49 *Et contestati fuerint Dominum, nec recluserit eum.*] Contestati: sic Chaldaeus, & Septuaginta, idest, testibus adhibitis, admonitus fuerit. Porro, nec recluserit: Iuxta Hebraeum est: Non custodierit. At Vulgatus custodiae modum expressit per reclusionem.

50 *Et bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident.*] Primum, non propter bouis culpam, cuius incapax est, sed in homicidij horrorem, vt dictum est: homo vero cum in culpa tunc fuerit, quod recludere neglexerit, ex sententia iudicum, sic enim intelligendum est, & morte plectetur.

51 *Quod si pretium fuerit impositum.*] Ex iudicis scilicet sententia, ad voluntatem partis laesae, sic enim credendum est, licet R. Salomoh citra illorum consensum, ad rei petitionem fieri referat, etiamsi ad pretij solutionem, quod non haberet, in seruitutem se adigens, seipsum venderet.

R. Salomoh.

52 *Dabit pro anima sua, quidquid fuerit postulatus.*] Idest, soluet pro redemptione animae suae, idest, vitae suae, quantum à iudicibus fuerit impositum, sic iuxta Hebraeum sonat: At Chaldaeus: Dabit redemptionem animae suae, iuxta omnia, quae imposuerunt super eum. Septuaginta. Dabit pretium redemptionis animae suae, quaecumque imposuerunt ei; subintelligitur, iusti iudices. Idem est omnium sensus. Nec repugnat ei, quod dicitur: Non accipies pretium ab homicida; quia ibi sermo est de homicida qui à proposito occiderit; hic vero de illo, ex cuius negligētia tantū sequuta est mors: Vicini itaque mutuis beneficijs, & auxilijs se iuuare debent, non inferre damna, aut laedere, & patrifamilias curae esse debet, vt eius domestici similiter in vicinos se gerant. quare nec mirum, si parentibus imputet Deus, sicut Heli sacerdoti, filiorum damna, circa quos maior cura esse debet, quam circa seruos.

53 *Filium quoque, & filiam, Si cornu percusserit.*] Chaldaeus, & Septuaginta, sicut & nos legunt: iuxta Hebraeum autem subintellige, bos cornupeta. Porro, de filijs vicini, vel alterius loqui satis constat, ex lectione Septuaginta, & Chaldaei: & sic Hugo de sancto Victore intelligi vult.

Hugo de S. Victor. in Exo.

Digitized by Google

54 *Simili sententiæ subiacebit.*] Iuxta Hebreum habetur; iuxta iudicium, hoc fiet ei. Sic Chaldæus & Septuaginta inquiunt: plectetur Dominus bestiæ. Sed idem est omnium sensus. vt simili sententiæ iudicum subiacere debeat, ac si adultum aliquem occidisset.

55 *Si seruum ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit.*] Sermo est, iuxta Hebræum, etiam de cornupeta, & de quolibet animali, quod solitum lædere nouerit eius Dominus; & de seruis, qui ex gentibus; nam de Iudæis eadem vltio fieret, ac si liber esset. Porro, quod hic siclum legimus, apud Septuaginta est, didrachma: quid autem hæc sint, alibi dicemus.

בור 56 *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam.*] Bor, foueam significat, siue puteus, siue cisterna sit, siue igitur cisternam, vel quid simile, vel factam aperuerit, vel denuo effoderit. Ad-

R. Salomoh. dit R. Salomoh, & optime, si in eo fuerit loco, ad quem animalia accedere solent, & iudicio viri prudentis cum periculo sit similium. Rursum addit: Et quod de boue, idem etiam de alijs animantibus intelligendum est, sicut Augustinus etiam annotauit. Aug. de locut. 82. in Exod.

57 *Reddet Dominus cisternæ pretium.*] Iuxta Hebræum quidam legunt: compensationem faciet. Septuaginta, & Chaldæus: Dominus cisternæ soluet argentum, quod reddet Domino suo. in Hebręo est *Chezeph*, idest, pecunia, siue argentum, pretium quod est rerum omnium, à verbo *Chasaph*, idest, amare; quod ab omnibus fere pecunia diligatur, & ametur. כסף כסף

58 *Diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient.*] Hæc intelligenda docet R. Salomoh, habita ratione valoris vniuscuiusque bouis, alioquin si viuus bos, quem reddit, inæqualis pretij esset, percutiens, lucrum reportaret. R. Salomoh.

59 *Et non custodierit eum.*] Septuaginta addunt: Et contestati fuerint dominum eius, vt sit eadem ratio grauaminis pœnæ, quæ supra.

60 *Reddet bouem, pro boue.*] Si æqualis sint pretij, vel pretium bouis occisi, cum viuus esset, si ęstimandus foret, & cadauer ad suam vtilitatem recipiat.

CAPVT XXII.

e i K l m n o p
vel similia. — *ac proinde præsumitur, nolle restituere, & ad idem numero se impotentem reddit.* — *Et quod grauissimum peccatum, & facilius furari possit, vtpote, quæ in pastu difficilius aggregantur.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno

a b c d e f h l m
s. Et similiter in alijs à proportione, secundum quod facilius, vel difficilius custodiuntur. — *minus furtum est, & facilius aggregantur, & custodiuntur in pastu.* — *s. nocte.* — *s. cum perfossorijs instrumentis.*
a b c d e f g h i K l m n
restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum, siue suffodiens

h i k l m
Quod & armis nocte occurri soleat, et sic sit quasi per accidens, et quod sufficio esse possit, an non tam furtũ, quam necẽ intentare voluerit.
a b c d e f g h i K l m.
fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis.

h i k l m n o
quod & facile fur agnosci, & compelli ad reddendum, & sic testes potius implorandi essent, ne perfoderet, quam illum occidere. — *s. ille, qui ouem, bouem, aut huiusmodi furatus fuerit.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit, quod

m n o
Cum idem reddi possit, & videatur procliuis ad reddendum, cum nec vendiderit, nec iugulauerit.
a b c d e f g h i K l m n o
pro furto reddat, ipse venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est viuens,

i K l m n o
consulto, vel cum potuerit, & debuerit, damnum non cauit.
a b c d e f g h i K l m n o
siue bos, siue asinus, siue ouis, duplum restituet. Si læserit quispiam agrum, vel vineam,

a b h i
pro, dimittendo. — *s. depascatur quod optimum erat.*
a b c d e f g h i k l
& dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in

agro suo,

c Klmnopabc m o

sub. vel oliueto & huiusmodi. *i. præter accendentis intentionem, sed ex eius incuria & negligentia.* *sic iuxta Hebr. Chald. & Septuaginta.* *quibus. s. eius vel triticum circumdabatur.*

a b c d e f g h i K l m n o p

agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas, &

---

a i i

s. comburendo. *i. compensabit.* *nisi forte casus, vel cane præter omnium spem, ignem deduxisset*

a b c d e f g h i K l m

comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem

---

h

pro omni supellectili ponitur.

a b c d e f g h i K l m n o

succenderit. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui

---

e f g i K l m

sub. & custodiens ad nihil tenebitur, si constet furto ablatum. *i restituet s. ipse fur.* *sub. & Dominus suspectum habuerit custodem.*

a b c d e f g h i K l m n

susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus

---

b c d d

Hebraismus est. i. vocabitur in ius coram magistratibus. *i. Iudices.*

a b c d e f g h i K l m n o

domus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui,

---

a b c a b c

i. ad nocendum, vel in quauis lite, & fraude facta de re aliqua inter duos. *s. ullo vnquam tempore; quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

a b c d e f g h i K l m n o

ad perpetrandam fraudem, tam in boue, quam in asino, & oue ac vestimento, & quid-

---

o a b c d f n

sub. si quis contra ipsum dixerit, quod aliquando extenderit manum in rem proximi sui. *i. iudices.* *i. ius dixerint, vel sententiam tulerint.*

a b c d e f g h i K l m n

quid damnum inferre potest: ad deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint,

---

a b c d

qui. s. in iudicio succubuerit.

a b c d e f g h i K l m

duplum restituet proximo suo. Si quis comendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem,

& omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab

---

b c d e f

si enim testes adsint, iuramento opus non est. *quod iuxta Paulum omnis controuersia finis est.*

a b c d e f g h i K l m

hostibus, nullusque hoc viderit: iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum

---

e f i

i. in manu Domini fiet, & ille sibi satis putet. *i. custos.*

a b c d e f g h i k l m

ad rem proximi sui: suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur.

---

a b c d e f g n f n

sermo est de illo, qui pro custodia, accepit mercedem. *maxime si non esset ablatum à potentibus quibus resistere posset.* *vel testem, vel partem occisi si remansit, vel si eruat ab inuadente.*

a b c d e f g h i K l m n

Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si comestum à bestia, deferat

ad eum, quod occisum est, & non restituet. Qui à proximo suo quidquam horum

---

mutuo

Digitized by Google

l
i. restituere & compensare.
a b c d e f g h i K l
mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit Domino non præsente, reddere

l a c g h i
si non erat conductum, & cum eius vsus in eius tantum vtilitatem esset, imputantur ei incommoda. — *Qui testis innocentia vtentis esse potest, & damnum præcauere poterat.* — *i. non compensabit.* — *non est in Hebræo.*
a b c d e f g h i K
compelletur. Quod si impræsentiarum Dominus fuerit, non restituet, maxime si

a b c d e f e f
i. si rem conduxerat, licet enim quæ pro mercede dederat amittat, vlteriorem compensationem non faciet, quia pericula & damna tunc domino imputantur. — *q. d. seruitij ipsius animalis.*
a b c d e f
conductum venerat pro mercede operis sui.

SCHOLIA.

1 SI quis furatus fuerit ouem, aut bouem.] Quidam iuxta Hebræum, pro oue, agnum legunt, & sic cum quatuor oues pro agno restituat, non minor videtur satisfactio, quam quæ assignatur, quinque boum, pro vno boue. Sed certe dictio *seh*, & pro agno, & pro oue, & pecude poni solet: sicque ouis ouibus, agnus agnis compensentur, vel eorumdem pretio. Porro, bouem & ouem exprimit, quorum nomine, & cuncta alia animalia intelliguntur, quę in montibus, & campis pascuntur. שה

2 *Et occiderit, vel vendiderit.*] Quod occidens, aut vendens, non solum præsumitur minus propensus ad restitutionem, vt S. Thomas innuit, & etiam quia à se restituendi idem realiter potestatem auferre videtur, cum occidit aut vendit; ideo tunc grauius furta puniri præcipit Dominus. *Tho. 12. q. 5. a. 2. ad 3.*

3 *Quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue.*] Quod non tam propter peccati grauitatem, quam ob facilitatem & pronitatem, quædam grauius puniantur, docet S. Thomas. Hoc tamen, hic locum non habet, vt quidam putarunt; si enim integra apud furem reperta fuerint, duplum tantum infra exsoluere iubentur, pęna autem hic instituitur grauior cum occiderit, vel vendiderit, propter rationes in annotatione præcedenti positas. Cur autem quinque boues pro boue, quatuor autem oues pro vna, fur restituere teneatur, Theodoretus, quod grauiora delicta atrociore supplicio sint plectenda, docet, & optime; maius enim est bouem, quam ouem furari. Addit etiam S. Doctor, quod minus custodiri & aggregari possint in pastu boues, quam oues, ac proinde facilius furari possint, ad quam facilitatem furis reprimendam, acute maiori pœna obnoxium fore aduertit, sicque in furtis aliorum animantium raciocinandum erat, secundum quod facilius in pastu aggregari possent, vt oues; aut difficilius, vt boues. *[Th]eod. q. 50. Exod.* *[T]ho. 12. q. 5. a. 2. ad 8.*

4 *Si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus.*] Sunt qui iuxta Hebræum legant: cum perfossorijs, aut in perfossione fuerit inuentus: dictio vero, domus, licet in Hebræo non sit, subintelligitur tamen, & optime à Vulgato exprimitur. siue igitur ad effringendas fores, vel fenestras, vel suffodiendos parietes, inuentus fuerit fur instrumenta deferens, vel effringens, siue suffodiens domum, sermo est de fure nocturno.

5 *Percussor non erit reus sanguinis.*] Sermo est de percussione pro occisione: non igitur imputabitur Domino homicidium: sic intellexit Chaldęus, qui ait: Si autem suffodiens domum inuentus fuerit latro, & percussus & mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Et Septuaginta: Vulneratus mortuus fuerit, non illi cædes, idest, non imputabitur hæc mors ad homicidium; tum quia communiter nocturno furi armis occurri solet, vnde eius percussio per accidens videtur, tum quia, vt Augustinus dicit, maxima de nocturno fure sic confringente & effodiente suspicio esse potest, ne magis ad lædendum & occidendum, quam ad furandum veniat: quare lex, quantum ad externa damna proinde subeunda, percussorem excusat. *Aug. q. 83. in Exod.*

6 *Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur.*] Etsi R. Salomoh dicat locutionem metaphoricam esse, vt orto iam sole, idest, ita aperte constet, ipsum tantum ingredi ad prędandum, vt si pater, aut amicus esset, qui inopia moti illud fecerint: etenim sicut nocte, ita & orto sole contingit domum secreto intrare, vt dominum vel aliquem alium ibi interficiant, sicut de Isboseth 2. Reg. 4. legimus: tamen iuxta Augustinum, & alios, nulla ibi est metaphora, sed est sermo de his, quæ regulariter contingunt, & orto sole iam facile est furem cognoscere, & ad reddendum furtum compellere, & alios conuocare, qui criminis testes adsint, nec armis occurri solet, & repelli sine periculo potest, cum claro die domum irruperit. Porro, & ipse morietur: optime Vulgatus ad percussorem refert, sic & Septuaginta, & Chaldæus addit: Si oculus testium fuerit super eum, sanguinis reus erit percussor, idest, maxime si præsentibus testibus hoc fecerit, homicidij reus est, ratio huius est; quia *R. Salomoh.* *Aug. q. 87. in Exod.*

cum

Digitized by Google

cum testes adessent, potius ab eis implorare auxilium debuit, ne domus suffoderetur, quam furem interficere.

7 *Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur.*] Iuxta Hebræum est: vendetur pro furto. Sic & Chaldæus, Septuaginta. Porro verba hæc referri debent ad illum, qui ouem aut bouẽ furatus fuisset, etsi de effodiente domum sermo interpositus fuerit, quod frequenter in Scriptura accidit, vt Prouer. 1. Si dixerint tibi impij insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, idest, gratis. Cui sententiæ statim adiungi debet, quod paulopost alias sententias refertur: frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum: quasi dicat: oportet occulte insidiari; quoniam frustra aperte aduersus illum ageretur, sicut frustra iacitur rete, &c. Sed insidiose cum illo agendum est, & tamen inter has duas sententias mediant aliȩ.

8 *Duplum restituet.*] Sensus est, ouem siue bouem, quem abstulit & aliam, huius rationem iam insinuauimus, quia nec se impotentem exhibuerat ad reddendum idem, quod furatus fuerat, & præsumi potuit ad reddendum procliuis, cum nec mactauerit, nec vendiderit, & idem iudicium de alijs animantibus fieri debebat, quod de oue, & asinis, proportionabiliter, sicut Dominus satis insinuat, cum hoc loco additur: asinus. Vnde Chaldæus, & Hebræa lectio habent: A boue vsque ad asinum, & vsque ad agnum.

9 *Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro suo, vel vinea, pro damni æstimatione restituet.*] Litera hæc satis ambigua est, & iuxta Septuaginta, ex agro deuastantis, & ex melioribus sui ruris restitutionem faciendam colligitur. Et iuxta Hebræum & Chaldæum, duo casus comprehendi videntur: quando scilicet quis scienter ad pascenda aliena iumentum suum dimittit, & quando ingrediens in alienis pascuis, iumentũ, cum possit non prohibet Dominus iumenti. Cæterum iuxta Vulgatum, dictio illa, optimum, ad aliena pascua referri videtur, & ita iumentum suum dimiserit, vel non prohibuerit cum possit, vt quæque bona agri vel vineæ depascatur. Porro verba illa: pro damni æstimatione, Vulgatus de suo apposuit, sed optime, vt restitutionis quantitas fieret nota, iuxta arbitrum scilicet sententiam, quantum damnum ab illis æstimabitur, restituet. Denique quod de agro & vinea expressit, idem intelligi voluit de olueto, vel quolibet alio prædio.

10 *Si egressus ignis inuenerit spinas.*] Etiam præter accendentis intẽtionem intellige, modo incuria & negligentia illius fuerit, qui debitam non adhibuerit custodiam; nam si catus, aut canis à casu ignem deferrent, tunc ignem qui accendisset, nullatenus ad damnum teneretur. Porro, in Hebræo *Kozim*, idest, spinas: Sic Chaldæus, & Septuaginta: Vnde quod antea legebatur spicas: error fuit typographi; si enim sepes exurantur, quibus agrum vel segetes circumdari solent. קצים

11 *Reddet damnum qui ignem succenderit.*] Iuxta Hebræum: reddendo reddet, qui incendit incensionem: Eleganter Hebraismum vertit Vulgatus. Hoc damnum Iurisconsulti infestum damnum nominant, ex qua lege discimus, quanta cura velit nos Deus solicitos esse, ne proximo, negligentia nostra incommodum afferamus.

12 *Pecuniam aut vas.*] Septuaginta, & Chaldæus habent: Argentum. Transtulit tamen Vulgatus pecuniam, nomen quod iuxta legisperitos latissime patet: & certe *Chesepb* hic positum argẽtum, pecuniam & monetam, significat, sicut, vas, omnem suppellectilem. כסף

13 *Si inuenitur fur, duplum reddet.*] Idest, si furto ablatum constiterit, custos nihil reddet, fur autem si inuentus fuerit, duplum reddet, scilicet, ipse fur.

14 *Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad deos.*] Si latet fur, idest, si non constet certo furto ablatum esse, tunc dominus domus, siue custos, subintellige, si suspectum illum habuerit dominus vasis aut pecuniæ. Porro applicabitus ad deos, Hebraismus est, idest, vocabitur in ius coram magistratibus: Vnde Chaldæus legit: Accedet dominus domus, in conspectu iudicum, & subaudiunt aliqui, vt sciatur, scilicet, an dominus ipse domus, siue custos furatus fuerit depositum.

15 *Et iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudem.*] Sensus est: Inquiretur à iudice si vir ille, custos scilicet vasis, aut pecuniæ aliquo modo vllo vnquam tempore extenderit manum in alterius rem cuiuscumq. generis, vt statim subditur, tam in boue, quam in asino, aut oue, ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest; quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, & illo iurante, se numquam aliquid horum patrasse, sequitur: ad deos, &c.

16 *Ad deos vtriusque causa perueniet.*] Hic deest iuxta Hebræum in Vulgato, clausula vna, quæ subintelligenda est ante istam particulam: ad deos, scilicet, qui dicet quod ipsum hoc, idest, si quis alius custodi de fidelitate contradicens, affirmet ipsum aliquando extendisse manum in rem proximi sui, tunc ad deos, idest, iudices, vtriusque causa perueniet, idest, causa hæc, inter hos duos, à Iudice diffinietur.

17 *Et si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.*] Duplicem sensum habere possunt verba hæc: Primus si illi, scilicet, Iudices, iudicauerint, idest, ius dixerint contra custodem, duplum tenetur soluere eius, quod custodiebat. Secundus sensus est, quem omnes grauissimi interpretes sequuntur, vt scilicet, si imponens custodi in iudicio sucumbat, duplum rei, quam imponebat, illi reddere teneatur: sicut custos tenebatur duplum eius, quod custodiebat, domino reddere, si conuictus fuisset, quod manum in alterius rem extendisset.

18 *Nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio.*] Si enim testes sint, iuramento opus non est. Porro iuxta Hebræum est: Et suscipiet dominus eius, nempe animalis, ab eo, qui accommodatũ accepit iuramentum. Chaldæus: Et suscipiet dominus iuramẽtum: & certe ad hunc locum alludere

videtur

Digitized by Google

videtur Paulus, cum Hebræis dicit: Homines enim per maiorem se iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramentum.

19 *Si furto ablatum fuerit, restituet Domino suo.*] Verba hæc non intelliguntur de depositario proprie, sed de illo, qui pro custodia mercedem accipit: Sicut quotidie vsu venire nouimus, quando pastori commendantur pascenda & custodienda pecora, certa annuatim taxata mercede: restituere igitur iste tenetur; quod pro custodia mercedem accipiat, præsertim si non à potentibus hostibus sublatum fuerit, quibus resistere nequit, sed furto ablatum, cui resistere & potuit, & debuit.

20 *Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est.*] Chaldæus: Si dilaceratum fuerit, afferat quod dilaceratum est, in testimonium, & non restituet: & sic Septuaginta intelligunt. Iuxta Hebręum aliqui legunt: Adducat testem, & intelligunt vel partem dilacerati animalis, vel hominem, qui vidisset, si non potuit aliquid eruere. R. Salomoh asserit, quod si à cato, vel vulpe, cui resistere poterat, non valeret testimonium, sed compensare tenetur damnum: si autem à leone, serpente, vel huiusmodi, prodesset sibi testis. Quod si in deserto contigisset, vbi testis non esset, prodesset ei iuramentum, nisi gregem sua culpa in periculoso loco constituisset, sine consensu domini.

R. Salomoh.

21 *Qui à proximo suo quidquam horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino non præsente.*] S. Thomas interpretatur, quando propter negligentiam eius, cui mutuatum est, animal debilitatum aut mortuum fuisset, maxime cum animalis vsus in eius esset tantum vtilitatem. Septuaginta habent: Si autem petierit quis à proximo suo, subaudi, commodatum. Chaldæus: Et quando mutuo acceperit vir à proximo suo.

S. Tho. 12. q. 105. artic. 2. ad 4. & 5.

22 *Quod si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet.*] Ratio huius est; quia præsens dominus, testis est innocentiæ vtentis, & poterat inhibere periculum, si tale esset, cui occurri potuisset.

23 *Maxime si conductum erat pro mercede operis sui.*] Iuxta Hebræum: Si conductum fuerit veniens pro mercede sua. Hebraïsmus est, idest, si pecunia conduxerit eum. Chaldæus: Si conductum fuerit, computetur pro mercede. Septuaginta: Erit ei pro mercede: quæ omnia in idem tendunt cum Vulgata lectione: Et sensus est, vltra mercedē quam conductor amittit, nihil possessori restituet, etiamsi absente domino perierit, ita vt conductum esse, vel non esse, eam differentiam constituat, vt eorum pericula & incommoda imputentur huic, vel alteri, scilicet, domino, si pro mercede conduxerat, vel vtenti, si sine mercede eius vsus fuisset.

---

a — *s. siue verbis, siue donis.* abcd — *alliciendo ad stuprum:* g — *i. coierit.* K — *i. assignata dote.*

a b c d e f g h i K l m

Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, &

---

a — *i. accipiet.* f — *i. eius, quæ virgo, antequam struparetur.* i — *i. soluet.* m a — *quinquaginta s. siclorum quantitatem. Deut. 22.*

a b c d e f g h i K l m

habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta morem

---

d e — *s. cum corrupta ab aliquo fuerint.* f g h i — *Qui s. ex comercio cum dæmone animas inclamant, pueros incantant, vel quid simile perpetrant;*

a b c d e f g h i K l

dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Maleficos non patiaris viuere. Qui coierit

---

l a b — *quod inter peccata contra naturam grauissimū est.* c d — *i. morti obnoxius erit.* f — *s. vel libat, vel incensum accendit, & huiusmodi.* g — *i. dæmonibus.* i K l — *qui s. solus verus est Deus, & cui latria cultus debetur.*

a b c d e f g h i K l

cum iumento, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Domino soli.

---

a b c d e f — *s. verbo, aut opere, vim vel iniuriam inferendo.*

a b c d e f g h i K l m n

Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in terra

---

b c d — *i. nec viduis aut pupillis.* g — *pro, etsi.* K — *licet non ore, corde tamen.*

a b c d e f g h i K l m n o

Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego

gladio,

a b c d e f g h
i. ad modum exaudientis me habeam. *i. orationem, seu dolorem eximia tribulatione.* *i. ad modum indignantis vlciscar, seu valde irascar.* *i. occidam.*
a b c d e f g h i
audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos

a
f. inimicorum vestrorum.
a b c d e f g h i K
gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli.

SCHOLIA.

פתה

24 *Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea.*] In Hebræo est: *Phatha*, quod seducere, vel decipere, suadere, & persuadere, & lactare importat: hinc Septuaginta legunt: deceperit. Quod verbis & donis contingit, alliciendo, scilicet, eam, ad stuprum, vnde sequitur: & dormierit cum ea, idest, cum illa rem habuerit, stupraueritque eam.

25 *Dotabit eam, & habebit eam vxorem.*] Iuxta Hebræum est: Dotando dotabit eam sibi in vxorem Hebraismus est, idest, assignata dote, accipiet sibi in vxorem. Vnde & Septuaginta, & Chaldæus legunt: desponsabit eam sibi in vxorem.

26 *Si pater virginis dare noluerit.*] Virginis, idest, quam, virgo cum esset, stuprauit. Iam dare noluerit, vel scilicet, quod ex nobiliori sanguine, vel quacumque alia de causa. Vbi aduertere oportet, tunc patrem impedire posse de facto matrimonium, nullumque ad redimendam vexationem medium in lege apponi, vt si ipsi vellent, etiam inuitis parentibus contrahere possent, sicut modo in Ecclesia, & caute fit.

R. Salomoh.

27 *Reddet pecuniam, iuxta morem dotis.*] R. Salomoh ex illo Deut. 22. de virgine corrupta, antequam alicui esset desponsata, refert quantitatem huius dotis solitam, quinquaginta siclorum esse. Porro, iuxta Hebræum est: Argentum appendet iuxta dotem virginum. Quasi dicat: Eam pecuniæ summam persoluet, quæ virginibus dari consueuit. Chaldæus: Argentum in pondere reddet, iuxta dotem virginum: sic etiam Septuaginta. Insinuare autem videntur, argentum hoc patri soluendum.

28 *Maleficos non patiaris viuere.*] Iuxta Hebræum est: Non viuificabis. Hebraismus est, idest, non sines viuere, & ponitur singularis numerus, pro plurali. Chaldæus: Malefica non viuet: & Septuaginta, sicut & Vulgatus, in plurali, seruato Hebraismo: veneficos non viuificabitis, idest, non patiemini viuere. Aduertendum, quod licet de vtriusque sexus hominibus sermo sit, iuxta Hebræum tamen est feminini sexus, scilicet maleficam, quod ad id vitium proniores sint mulieres, & ab eis communiter exerceri soleat. Porro, iuxta S. Thomam, non est putandum, maleficorum artes, fabulas, & solum in hominum æstimatione esse, & ex occultis tantum naturæ causis prouenire; hic enim error ex alio ortum habet, eorum, qui dæmones esse negarunt, & asserunt, quod ex vehementi imaginatione sibi hominibus videtur, id dæmonibus tribuere: quorum positio non solum contra fidem, sed & stolida est, & contra omnium sapientum mentem. Sic Hieronymus, & Rabanus. Et cum plures maleficiorum species experiamur, de illis est sermo, quæ immundorum spirituum commercijs fiunt, si defunctorum inclamēt animas, vt Phitonissa, quā Saul consuluit, seu pueros incantent, vt sæpe videmus, aut immundos spiritus in vitro, vel huiusmodi ad vana & mala circumferant, vel quæcumq. similia perpetrent, quibus pene multa, quæ Poetæ decantant, innituntur: licet quæ de conuersione, seu transformatione fabulantur, falsa sint, & solum in externa apparitione, aut in ipsa tantum sensuum alteratione, præ illorum deceptione, contingant.

S. Tho. 4. d. 34. a. 3. corp.

Hieronym. in 2. cap. Dan. et 27. Ieremie. Rab. in 22. cap. Exod.

שכב

29 *Qui coierit cum iumento, morte moriatur.*] Quod dictio *Sachab*, cubare, iacere, dormire, & concūbere significat, Scripturaq. honestissimo loquendi modo sæpe dormire, pro concūbere ponat; hinc Septuaginta legunt hic: omnem dormientem cum iumento, morte occidetis eos. Sed certe hoc loco cum de homine cum iumento sermo fit, proprius legunt Vulgatus, & Chaldæus: Qui concubuerit, vel coierit; non enim cum iumentis dormire, aut cubare, ad ista facinora solent, sicut viri solent cum feminis. Porro, ex S. Thoma, inter vitia, quæ contra naturam sunt, grauissimum est bestialitas; cum in eo adhuc debita species non seruetur, horribile ergo opus seuero iudicio merito punitur; cum & naturæ, & naturarum authori infame sit, & vehementissime inuisum.

S. Tho. 22. q. 154. a. 12. ad 4

30 *Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Domino soli.*] Inmolationis nomine, R. Salomoh non præambula, vt scopis verrere idoli templum, & quæcumque alia huiusmodi sint, quæ tam graui pœna punienda nōn censet, sed intelligit oblationem, libamina, turificationem, & similia, quę externa Deo homo exhibet, sicut principio suæ creationis, & suæ felicitatis termino, & obiecto. Sic S. Thomas insignum spiritualis sacrificij animæ suæ, & ideo soli Deo vero, qui & omnium conditor, & beatitudo est, fieri debent latriæ cultu, vt idem S. Thomas docet. Quare dānabilia iudicat, etiam si, vt ad morem, & non ad rem spectant, facta sint, sicut Augustinus Senecam dicentem introducit, aduersus quem asserit, quod eo damnabilius colebat idola, quo illa quæ mendaciter agebat, sic ageret, vt eum populus veraciter agere existimaret. Præterea Septuaginta legunt: Sacrificans dijs alienis eradicabitur: quam lectionem sequuti sunt Cyprianus, & Augustinus, & Iulius Firmitius de erroribus profan. relig. c. 29. vbi ait: Hoc egit, ne qua pars nequissimi feminis relin-

R. Salomoh.

S. Tho. 22. q. 85. a. 2

S. Thom. 4. d. 49. artic. 2. in corp.

August. 6. de ciui. Dei.

Cypr. in exhortatione martyrum. August. 10. de ciui. Dei c. 6. & 7.

quatur

quatur, ne quod profani generis vestigium maneat. Chaldæus: Qui immolauerit idolis populorum, occidatur, præter nomini Domini solius. Ex quorum lectione constat, idola & quæcumque gentes superstitiose colunt, iuxta Vulgatum hic deos vocari in plurali, quasi dicat, non vero Deo, sed his, quos humanus tantum error deos inuenit, & sic nominare cœpit. Porro, licet morale sit hoc præceptum, hic etiam apponitur, quod pœna etiam temporalis adiuncta & decreta nunc ex lege fuerit.

31 *Aduenam non contristabis, neq. affliges eum.*] Quod duæ voces Hebraicæ hic positæ *Lachas*, & *Iana*, varias habent significationes, varie etiã legunt interpretes, vt non solum contristari & affligere, & modum innuant scilicet, vel vim inferẽdo, vel bonis spoliando. Septuaginta: Aduenæ non malefacietis, neque affligetis eum. Chaldæus: Aduenam autem non decipietis, neque affligetis: quæ omnia in idem tendunt, peregrinis scilicet, nullam vim aut iniuriam inferendam. לחץ ינה

32 *Aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti.*] Quod exteros & aduenas contemnere soleant homines, vt Hebræorum affectum bonum in aduenas incitet Dominus, in eorum memoriam reuocat, nõ solum peregrinationem, sed etiam quod cum seruitute coniuncta fuit, vt innuat, hac etiam de causa, Deum illorum seruitutem in Aegypto permisisse, vt oppressis & afflictis commisereri discerent, idq. cum proximo facerent, quod sibi fieri voluissent, vt Rabanus aduertit. Raban. in 22. cap. Exod.

33 *Viduæ & pupillo non nocebitis.*] Singularis numerus pro plurali positus est: Vnde iuxta Hebræum est: Omnem viduam & pupillum non affligetis, & Chaldeus: Nullam viduam, neque pupillum affligetis. Septuaginta: Non opprimetis, affligetis, aut male facieris. Porro, vt S. Thomas aduertit, iniuriæ illatæ in viduas & pupillos, magis exaggerãtur; tum quia magis misericordiæ opponuntur, tum quod eo grauius sit damnum illis illatum, quo releuantem non habent, nec humana præsidia, neque enim defensorem habet vidua, vt ad hoc propositum prosequitur Chrysostomus. S. Tho. 22. q. 65. ar. 4. ad 3. Chrys. ho. 69. in Ioan.

34 *Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorẽ eorum, & indignabitur furor meus.*] Iuxta Hebræum est: Quia si clamando, &c. quod non tam vocis sono, quantum cordis intentione fieri, quæ propter sui magnitudinem, clamor dicitur, aduertit S. Thomas. Vnde & ad Moysen tacentem Exod. 14. dicitur: Quid clamas ad me. Porro, nonnumquam tribulationum nimietate homines exaudiri, ex hoc loco infert Cassianus. Iam, indignabitur furor meus, Hebraismus est, idest, valde irascar, estque ira Dei eius vindicta, vt S. Thomas annotauit, ad similitudinem irati hominis, qui vindictam quærit, quam tamen Deus ex animi tranquillitate infert, vt Sap. 12. dicitur. Est itaque comminatorius sermo, quem maxime Hebraismi iuxta literam Hebraicam positi, & apud Septuaginta, & Chaldæum expressi exagerant, scilicet, si affligendo afflixeris eum, quasi clamando clamauerit, audiendo audiam. Hæc est enim Dei familia; quod à mundo derelicti videantur, quorum lachrymas apud Deum non paruæ virtutis esse, ad hoc propositum prosequitur Chrysostomus. S. Tho. in c. 8. epist. ad Ro. Cassia. coll. 9. S. Tho. in 1. cap. epist. ad Rom. lect. 6. Chrys. ho. 69. in Ioan.

35 *Percutiam vos gladio.* Hebraismus est, idest, inimicorum vestrorum gladio feriemini.

---

a e f g h i k

a pro, quia; tenebatur enim quis indigenti mutuare. *e f g* nec gentes, aut diuites, excluduntur. *h i k* nec etiam excluduntur, qui in aliis ciuitatibus, sed hic prius & potius mutuo dandum erat.

a b c d e f g h i K l m n

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum,

---

b d g f g h i K l m m

b i. rigide exiges, quando ad reddendum impotentem noueris. iuxta Hebræum, vsurarius. *d* Iuxta Hebræum: morsu; quod vsuræ quasi morsus sint. *g* pro, mutuata pecunia. *f g h i K l m* Non vult legitimum vsum in repetendis debitis, s. pignore accepto tollere. *m* genus pro specie. s. pro operimento, vel alio, quo nocte indiget.

a b c d e f g h i K l m

quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum,

---

a b c d e f g h i K l i m n o

a b c d e vt nocte eum indiget, vti possit, & ipsum mane restitues, idem pignus. *f g h i K l* Consultum voluit charitati proximi in exigendis debitis, etiam ex iustitia. *i* i. vnicum. *m* seu tegumentum. *n o* i. corporis.

a b c d e f g h i k l m n o

ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis eius,

---

h i K l m

h i K etiam si non voce, tribulationis tamen magnitudine. *l m* vt s. vlciscar crudelitatem exercitam in illum.

a b c d e f g h i k l m n o

nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors

sum.

Digitized by Google

b — *i. principibus, sicut ex his quæ adiungit, constat: maximè iudicibus, qui sunt loco Dei.*
f — *hunc Deum vocat, & singulare positum est pro plurali. i. principibus.*
K — *sicut consueuit populus, cum contra ipsum sententiam tulerunt. Sed meritò cohibendum est.*
l — *Licet ex lege naturæ, & præceptũ morale sit, quota tamen. s. decima pars, ad legalia pertinet.*

a b c d e f g h i K l m n

sum. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas &

a — *ex lege naturæ aliquid in Dei obsequium dare tenetur, qui omnia à Deo accepit: primitias tamen, tanquam quid optimũ exigit, & hoc est legale.*
c d e — *s. Deo tanquam omnium rerum principi, hæ siquidem offerebantur.*
f g h i K — *quod supra cap. 13. cum primogenita Aegyptiorum perculerat, Hebræorum primogenitis pepercerit.*

a b c d e f g h i K

primitias tuas non tardabis reddere: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

b c d e f g — *Quod similiter feceris in primogenitis irrationalium, sicut in primogenitis hominum, & sub bobus, & ouibus cuncta alia animalia intelligis.*
h i K l m n — *Sunt enim tunc imperfecta, & minus consistentia, quam decet ad Dei oblationes & sacrificia.*

a b c d e f g h i K l m n o

De bobus quoque, & ouibus similiter facies: Septem diebus sit cum matre sua, die

b — *i. offeres.*
e f g h — *Sermo est de sanctitate, & munditia legali, vnde subditur, de esu carnium interfectarum à bestijs. q. d. Studete sanctitati (scilicet legali) si mihi placere vultis.*

a b c d e f g h i K l m n

octaua reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi: Carnem, quæ à bestijs fuerit

a — *etiam si partem non comederit bestia. Iuxta Hebr. & Chald. lacerata.*
d e f — *s. potius, cum commodè gentibus vendere non possitis.*

a b c d e f

prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.

S C H O L I A.

R. Salomoh. 36 *Si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum.*] Aduertit R. Salomoh, dictionem, si, positam, pro, quia; debet enim quis proximo in necessitate existenti mutuare: Et licet non excludat gentes & exteros, qui in alienis locis habitarent, nec diuites, si forte ex casu indiguerint, voluit tamen insinuare, prius & maiori titulo, Iudæo, conciui, & pauperi mutuandum. Porro, populo meo pauperi. Sensus est: Alicui pauperi, qui sit de populo meo.

נשך 37 *Non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.*] Dictio Nosec, exactorem & fœneratorem importat: Hinc Chaldæus: Non eris ei quasi fœnerator. Exactoris autem nomine indicare voluit, non solum extra sortem non esse aliquid quærendũ, sed nec cum austeritate nimia, debita repetenda, quamdiu ad reddendum impotentem nouerit. Similiter dictio Nesech, (נשך) & morsum, & vsuram importat: Hinc aliqui vsuram legunt, sicut Vulgatus, & Chaldæus: alij morsum, (R. Salomoh.) quinimmo, & iuxta R. Salomoh, vsura, morsum dicit; quod vsura quasi morsus quidam sit, qui licet initio non adeo percipiatur, paulatim verò, sicut in serpentis morsu accidit, omnem hominis substantiam quasi corrodit. (R. Salomoh.) Inferri tamen contra ipsum R. Salomoh ex hoc loco potest, cum gentilis hac lege nõ excludatur ex eius sententia, sequitur iuxta illud Deut. 23. non fore licitum, nec concessum gentibus, dare ad vsuram, sed tantum permitti, ne Iudæos proximos suos etiam vsuris grauarent.

38 *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei.*] De his, quæ præcisè debita sunt, dantur præcepta: de his vero quæ non sunt præcisè debita, sed propter melius à lege ordinata sunt, potius mandata dici debent, iuxta illud, quod B. Hieronymus dicit: (Hieronym.) In præceptis est iustitia, in mandatis autem charitas: de quorum numero, vt author est S. Thomas, (S. Tho. 12. q. 99. ar. 2. corp.) hoc mandatum de redditione pignoris ante solis occasum est. Præterea pignus, ab arrabone in hoc differt secundum Hieronymum, (Hieronym. in 1. cap. epist. ad Ephes.) quod arrabo futuræ emptioni aut contractui quasi quoddam testimonium & obligamentum datur, pignus vero pro mutua pecunia tribuitur, sic vt reddendo debitum pignus à creditore reddatur. Iam, vestimenti nomine, quo Vulgatus vtitur, illa tantum exprimere voluit, quibus se homines nocte accommodãt, seu operiunt, vel quoquo modo tunc indigent. Vnde Chaldæus: Si pro pignore acceperis coopertorium proximi tui, vt iuxta Augustinum (August. locut. 99. in Exod.) genus pro specie positum fit: & sermo est de proximo, scilicet, Iudæo paupere & indigente, sicut annotarunt Ambrosius, (Ambro. lib. de Tobia cap. 17.) & Hugo de S. Victore. (Hugo de S. Victor. in 22. cap. Exod.) Porro, R. Salomoh (R. Salomoh.) sic legit: Restitues illi ipsum vsque ad occasum solis, præsertim cum aliud non habeat, quo interdum cutem contegat; sero vero licebit auferre vsq. mane, si nocte illa non opus habuerit: sin nocte quoque loco tegumenti vtatur, numquam licebit auferre: & licet sic faciendum esset, argumento à pari ex hac lege optime deducto, tamen iuxta Hebræum, Vulgatum, Septuaginta, & Chaldæum, & Augustini (Aug. de locut. 99. in Exod.) interpretationem, solum exprimit textus, reddendum operimentum ante solis occasum.

39 *Ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat.*] Septuaginta, & Chaldæus: Quoniam ipsum est coopertorium eius. Iuxta Hebræum: Ipsum enim est operimentum eius solum, siue vnicum: quod ele-

Digitized by Google

ganter Vulgatus; ipsum enim est solum, quo operitur. Præterea indumentum carnis eius, iuxta Hebræum est: Ipsum vestimentum, seu indumentum eius, cuti ipsius, idest, quo corpus suum cõtegit. Sequitur: In quo dormiat, vel dormit, futurum, pro præsenti. Septuaginta, & Chaldæus etiam legunt, sicut Vulgatus, de futuro, & cum interrogatione. In quo cubabit? quasi dicat: Si non reddis, in quo dormiet commode aut cubabit pauper? Non igitur vult Dominus tollere legitimum vsum in repetẽdis debitis, accepto pignore, qui propter communem vtilitatem excogitatus est, & quo trãquillitati & charitati Reipublicæ consultum est: tantum, vt charitatis proximi, præsertim pauperis, rationẽ habeat, hæc mandauit. Denique quod de illorum voce, & Dei exauditione adiungit, explicauimus, cum paulo superius, de vidua & pupillo hoc eodem capite sermo fieret.

40 *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.*] Philastrius de hæresi, hæreticos quosdam refert, verba prædicta de dijs alienarum gentium interpretantes: Cęterum, quid per deos intelligeret, vt ostendat, adiunxit: Principi populi tui non maledices: hos igitur deos dixerat: Sic explicant Augustinus, & Cyrillus: sicque non solum angelos, & Dei amicissimos, sed & principes, seu sacerdotes, maxime primas, deos in Scriptura appellari, docent patres omnes: Dionysius Areopagita, Cyprianus, Augustinus, Theodoretus, qui iudices, sic dictos asserit, quod ad vniuersorum iudicis imitationem iudicia illis credita sint. Cyrillus etiam contra Iulianum cum prædictis patribus consentit, & Gregorius Papa; *Eloim*, siquidem, idest, Deus, quo nomine hic Scriptura vtitur: quos etiam homines admiratione dignos, principes, & iudices, viros de Republica bene meritos, vocare solent; nam antiquitas apud gentes, nihil aliud existimauit Deum, quam quod mortalibus prodesset: frugum vis seu vbertas, legumque authores, & quicumque ad vitæ commoda aliquid attulissent, deos vocauit, iuxta illud Pauli: Sunt dij multi, & saltem, quod hoc nomine insigniti sint, voluit etiam in ipsis nomen diuinum honori esse, sicut aduertit Cyrillus. Porrò *Kalal*, despicere, vilipendere, inhonorare, & maledicere, importat. Vnde vbi nos legimus: dijs non detrahes. Chaldæus habet: Iudices non vilipendes. At vero *Arar*, maledicere, & execrari significat, & sic Vulgatus legit: Principi non maledices. Iã, detractio, quæ non est filia iræ, sed inuidiæ, adulationi opposita, occulta quædam est maledictio, ad famæ denigrationem, per falsi impositionem, vel quando, quod malum est, plus nimio augetur, vel occultum reuelatur in absentia illius, cui detrahitur, estque ex sui ratione mortale peccatum, nisi ex leuitate veniale, sicut in alijs esse contingat: Maledicere vero respectu Dei, blasphemia est, respectu vero hominum, tanto grauius peccatum est, quanto eum, qui maledicitur, amare aut reuereri quis tenetur: consulendus est de his S. Thomas. Estque vulgi communis, sed pestilentissimus, & merito cohibendus mos, vt maledicat & execretur iudices, si sententiam iuxta ipsorum libidinem non tulerint.

Aug. q. 86 in Exod.
Cyrill. lib. 7. contra Iulianum.
Dionys. lib. de eccles. Hierar.
Cypr. lib. 3. ad Quirinum c. 3 & lib. 5. epist. epist. 9.
אלהים
Aug. q. 86. in Exod.
Theod. q. 51. in Exod.
Cyrill. lib. 7
Greg. in 6. c. 1. reg. & epist. 71 registri.
Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 9
קלל
ארר
S. Tho. 22. q. 73. ar. 3. ad 3. & q. 115 a. 1. ad 3. & q. 21. a. 2. corp. & q. 74. a. 1. corp.
S. Tho. 22. q. 76. ar. 2. corp. & ar. 4. ad 1. & q. 76. art. 4 corp.

41 *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere.*] Decimarum nomine, quæcumque apud veteres honorifica dona legimus sic dicta: Vnde Genes. 14. dicitur, Abrahamum, Melchisedech decimas, idest, maxima & honorifica dona ex spolijs dedisse, & apud gentes solo naturæ ductu, instituta sunt dona quædam à Rege, vel populo, in pauperum alimenta, & victum eorum, qui bene præessent, in verbo aut doctrina laborantes. hæc, decimas dicta quidam putarunt, & hinc quæ ex lege ad similia dabantur, & decimas appellari censent. Sed certe, quod & quota à lege taxata decimę dictę sint, ideo Moyses & Ecclesiastici scriptores, dona illa eximia, & quæ apud gentes pro pauperibus, & sacerdotibus essent, decimarum nomine appellarunt. Porro, decimarum solutionem, in cibum eorum, qui templo deseruirent, naturalis ratio dictat: quare morale præceptum est, quota vero eius, ad legalia pertinet, sic S. Thomas. Primitiæ autem ad quoddam oblationis genus spectant, quibus homines profitentur, se à Deo fructus terræ, sicut & alia percipere; ideo primitias tamquam quid præcipuum offerunt, sic Deut. 25. dicitur, vt annotauit S. Thomas: Sic & pie & erudite patres prosequuntur: Hieronymus, Augustinus, & Cassianus. Et cum Sacerdos in Ecclesia Dei sit in his, quæ pro populo sunt ad Deum, ideo primitiæ à populo oblatæ, ex legis decreto, in vsum Sacerdotum cedebant, vt S. Thomas annotauit ex 12. Numerorum capite, & ad ius naturæ pertinere, vt ex sibi à Deo collatis, aliquid homo in Dei honorem exhibeat. Iam *Melea*, spicam frumento plenam importat, & *Dimeha*, lachrymas: vnde iuxta Hebræum quidam legunt: plenitudinem tuam, & lachrymam tuam: quæ hic pro decimis & primitijs iuxta Hebraicæ linguæ consuetudinem ponuntur. Per plenitudinem, aridorum decimas, & primitias, vt tritici, hordei, &c. viri grauissimi cum R. Dauid, & R. Salomoh interpretantur, sicut per lachrymã, liquidorum, vt vini, & olei: Vnde & Septuaginta, & Chaldæus sic visi sunt intelligere: Septuaginta enim legunt: Primitias areæ tuæ, & torcularis tui. Chaldæus: Primitias frumenti tui & vini. Sic legit B. Cæsarius Arelatensis Episcopus hom. 37. Et subdit: Si tardius dederis, peccatum est, quanto magis non dedisse: de negotio, de artificio, de qualicumque operatione, redde decimas: Cum enim decimas dando, & terrena & cęlestia possis munera promereri, quare per auaritiam duplici benedictione defraudaris. Nec desunt, qui per quamdam metaphoram, per plenitudinem & lachrymam insinuari dicunt, siue tempore vbertatis quando omnia plena sunt, & sterilitatis, quando ad modum lachrymarum tenuiter fructus percipiuntur, non esse differendas eorum decimas aut primitias.

S. Thom. 22. q. 87. a. 1. ad 2. & 3.
S. Tho. 22. q. 86. ar. 4. corp. & ad 1. & 2.
Hieron. in 3. cap. Malachi.
Augu. ser. 19. de reddendis decimis & tract. de rectitudine Catholicæ veritatis.
Cassia. coll. 21.
S. Tho. 22. q. 87. a. 1.
מלא
דמע
R. Dauid. lib. radicum.
R. Salomoh.

42 *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.*] Quod Hebræorum primogenita, interfectis Aegyptiorum primogenitis seruauerit Deus Exod. 13. præcepit Hebręorum primogenita sibi dari: qui si viri, quinque siclis redimi poterant primo anno suæ natiuitatis; si feminæ, tribus: sic Leuit. 27.

43 *De bobus quoque & ouibus similiter facies.*] Quod similiter etiam se habuerit Dominus circa irrationalium primogenita, Exod. 13. etiam illorum primogenita sibi dari voluit, quamuis boues & oues tantum exprimantur: quod si ad sacrificia idonea non essent, alijs redimi iussit, quæ ad litandum apta essent, supra capite 13.

Digitized by Google

44 *Septem diebus sit cum matre sua, die octaua red-des eum mihi.*] Quod quasi abortiua essent ante octauum diem, & nondum plene consistentia propter teneritudinem, vsque ad octauum diem cum matre esse voluit, vt S. Thomas docet. Quod enim R. Salomoh, dictionem similiter supra positam, ad superiora referens, asserit verba hæc, ad Sacerdotes referri, quibus præcepit, ante octauum diem animalium nullum sibi immolari; non vero tempus hoc præfigi, ad ablationem primogenitorum, præter omnium interpretum mentem esse videtur.

S. Tho. 12. q. 102. a. 3. ad 7. R. Salomoh.

45 *Viri sancti eritis mihi.*] Sunt qui verba ista, ad sanctitatem & cordis puritatem referant, quasi dicere velit: Licet prædicta offerri præcipiam, ad personarum tamen iustitiam respicio, potius quam ad munera: date igitur operam, vt præ cordis vestri sanctitate, oblationes mihi placitæ sint. Sed certe sequentia verba, sicut sæpe, hæc explicant, quam scilicet, his verbis sanctitatem, seu munditiem postulet, nempe vt à ferinis carnibus, quæ ab alijs feris interfectæ fuissent, abstinerent: & ne huiusmodi cibis legali macula coinquinarentur.

46 *Carnem quæ à bestijs fuerit prægustata non comedetis, sed proijcietis canibus.*] Iuxta Theodoretum, docet Dominus mansuetiorem illos agere vitam, quæ nihil ferinum habeat; sed hæc ad mysticum pertinent sensum. Porro sermo est, de carnibus alias licitis sibi ad esum. Iuxta Hebræum est: Et carnem in agro dilaniatam, subaudi, à bestijs. Septuaginta: Et carnem in agro à bestijs captam. Chaldæus: Et carnem dilaceratam à bestia agri: Vnde prægustata intelligitur, etiamsi partem illius non comederit, sed tantum occisa, quasi prægustato eius sanguine, fuerit. Iamslicet R. Salomoh per canes gentes intelligat, sic enim à Iudæis vocabantur, tamen etsi gentibus illas vendere licitum erat, prædicta tamen verba sic intelligi debent: proijcietis canibus: intellige vt sonat, dummodo ex illis nō comedatis, cum vendere gentibus commode non poteritis.

Theod. q. 51. in Exod.

R. Salomoh.

CAPVT XXIII.

a b c d f g h K l
i. ne temere in iudicio cuiquā credas. vel vt alij, loquendo contra proximum. *i. iunes quoquo modo, seu cum impio, vt illum adiuues.* *i. in causa impij.*
a b c d e f g h i K l m n
Non suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum

b c d e f g
s. In iudicio. vel vt complaceas multis, vt Pilatus fecit, aut subscribendo multorum suffragijs, si malum noueris.
a b c d e f g h i K
testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimo-

h i k a b c d e f g h i K l m a
i. Ne, quod multi, aut graues coniudices sint, eorum suffragijs subscribas, si à vero deuiare noueris. *i. Noli, quod pauper sit, in eius fauorem sententiam ferre, si iniustam noueris, vel non ferre, etiam contra ipsum, cum oportuerit. q. d. multoque minus si diues fuerit.*
a b c d e f g h i K l m
rum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoque non misereberis in

b c d e f g h i K l m n o a b c d e f g h i k l m
Sensus est per tropum. s. si in iudicio videris errantem, & succūbentem inimici causam, cum iudicij veritatem noueris, in eius fauorem esse, reduci, & leuari cura, quantum iudicem decet, acsi amicus esset.
a b c d e f g h i k l m n o
iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris

n o a b c
i. Quod pauper sit, non declines, vt sententiam non feras pro ipso contra diuitem, si veritatem iudicij pro paupere stare noueris. iuxta Hebræum: Non peruertes iudicium pauperis in eius lite.
a b c d e f g h i K l m n o
asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non declina-

d e d e
sub. o index. *Non solum, vt non dicas, sed nec ei in indicio acquiescens, cum maximo iudicis sit, veritatem iudicij tueri.*
a b c d e
bis in iudicium pauperis. Mendacium fugies.

SCHOLIA.

1 NON *suscipies vocem mendacij.*] Iuxta Hebræum varie legunt interpretes, quidam: Non assumes rumorem falsum, idest, nō sis rumoris falsi author. Alij, non suscipies, vel non feres rumorem vanum, sicque & ad iudices, & ad priuatos homines sermo dirigi potest: docentque miscellionum lege conscripta, & castrensi stylo, quæ in hoc capite scribuntur, sine exacto ordine, sic vt ad iudices, & ad priuatos homines sermo fiat. At grauissimi viri putant iudices tantum alloqui, & eos qui ad iudicium quoquo modo pertineāt, vsque ad eum locum, in quo de Sabbatho septimi anni differit: quod mihi magis placet, sicque interpretari conabor. Siue igitur legas: Non suscipies rumorem falsum, siue vt alij: Auditionem mendacij, siue auditionem vanam, vt Septuaginta, sensus est: tu iudex, aut testis, noli approbare, nec acquiescere vanis & incertis rumoribus, immo & falsis, ne temere cuiquā credas, vt tu vel sententiam feras, aut in iudicium testis sis, tanquam de re certa, aut in iudicium voces, quem falsis tātum rumoribus reum noueris. Quod autem quidam hoc loco disputant, an altera pars à iudice audienda sit, altera absente, ad horum verborum interpretationem parum conducit.

2 *Nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.*] Chaldęus: Non pones manum tuam. Septuaginta: Ne simul sedeas cum impio. Iuxta Hebræum: Non pones manum tuam. Hebraismus est, idest, ne causam adiuues. Sunt & qui iuxta Hebræum legant: Non leuabis manum; quod qui paciscuntur cum aliquo, vel iurant, manum leuare solent. Cæterum vnus est sensus, siue iuramento, siue inito pacto, vel quoquo modo, non iuues causam. Porro, vbi dicitur: Pro impio, iuxta Hebræum est: Cum impio. Sic & Septuaginta, & Chaldæus: Cum iniquo: & sic interpretatur R. Salomoh, vt iudices alloquens, ne promittāt se accepturos falsos testes, sicut 3. Reg. 21. iudices Samarię fecerunt, ad Iesabelis mandatum, submittētes testes falsos, contra Naboth: & certe vtrumque sensum sacer textus amplectitur, vt siue sermo sit ad iudices, sicut exposuimus, siue ad priuatos homines, pręcipiēs ne in causa iniqui & delinquentis hominis, in eius fauorem falsum testimoniū dicant, sicut exprimit Vulgatus. Iam falsum testimonium, licet ex quo mendacium est, non semper ex sui natura peccatum sit mortale, ex violatione tamen iustitiæ, ex suo genere mortale est, sic S. Thomas.

R. Salomoh.

S. Thom. 22. q. 70. a. 4. corp.

3 *Ne sequaris turbas ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiescas sententiæ. vt à vero deuies.*] Quod *Rabim*, & plurimos, & magistros significet, quidam in posteriori sententia, magistros, legunt. Septuaginta cum Vulgato, plurimos, siue turbam, in vtraque sententia vertunt. Chaldęus posteriora verba sic legit: Neq. desinas docere, quod tibi videtur in iudicio, & licet Augustinus, verbā tantum explicās, dicat sensum esse, ne quisquam se defendat in malis, quod cum pluribus fecerit, nec proinde putet nō esse peccatum, tamen hoc loco, vt diximus, in ordine ad iudicium Dominus sermonem facit, estq. verborum multiplex sensus: primus: Ne sequaris turbam ad faciendum malum, idest, noli o iudex iniustam ferre sententiam, vt multitudini satisfacias, sicut de Pilato legimus fecisse Marc. 15. & Math. 17. neq. si coniudex fueris, eorum subscribes suffragio, quos noueris in iudicio errare, etsi multi & grauissimi sint. Secundus sensus est, vt posteriora verba explicent priora, idest: non sequaris turbam ad faciendum malum, in iudicio inquā, plurimorum, non acquiesces sententiæ, cum à vero deuiare cognoueris. Tertius sensus est: in iudicio, si cōiudex fueris, ne contra iustitiam, quam noueris, sententiam feras, neque ob multitudinem eorum, qui prius suffragia dederint. & hoc sonāt priora verba: neque ob illorum auctoritatem & grauitatē. & hoc insinuat in posterioribus verbis, cum iuxta Hebræū *Rabim*, & plures, & magistros significet, vt dictum est, & subintelligi possunt. Hinc, vt R. Salomoh annotat, in ferendis suffragijs, antiquitus à iunioribus incipiebant, & certe prædictos omnes sensus ad literam esse puto, licet Vulgatus non omnes expresserit, iuxta fęcunditatem tamen Hebraici idiomatis, subintelligi debent.

רבים

Aug. q. 87 in Exod.

רבים

4 *Pauperis quoque non misereberis in iudicio.*] Verbū *Adad*, decorare & honorare significat, vnde iuxta Hebręum est: Et pauperem non honorabis in causa sua. Vulgatus autem noster transtulit sensum cui concordant Septuaginta, & Chaldęi editio. Honorare autem aliquem in iudicio, est eius personam respicere. Vult itaque Dominus, sine personarū acceptione iudicium in ęquitate fieri: & iudicabit, inquit Isaias, in iustitia pauperem. licet ergo, vt Hieronymus & Augustinus aduertunt, maxima sit pauperum habenda ratio, ne inedia aut miseria pereant, sed cum in iudicio de æquitate, aut iniquitate causarum agitur, etsi misericors cum pupillis & pauperibus quis esse debeat, quantū fieri potest, vt Eccl. 4. dicitur, sine lęsione autem eius, quod iudicij ęquitas postulat, fieri oportet, vt S. Thomas aduertit. Extat huius monumentū vnicum in celebri ac religiosissimo Cartusianorum cęnobio, Scalæ Christi dicto, in Cathaloniæ principatu sito, quod cum plus nimio vir Dei sanctissimus Fort cuiusdam causam iuuaret precibus & verbo, quod pauper esset, contra diuitē, more solito cum Crucifixi imaginē deuotissimam, quæ adhuc extat, salutaret, audiuit ab imagine sibi dici: Fort, non placet mihi hęc charitas.

הדר

Hieronym. in Psal. 32. & in 31. cap. Prou. Aug. q. 88. in Exod.

S. Tho. 22. q. 63. ar. 4. ad 3.

5 *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.*] Iuxta Hebręum, varie interpretes legunt locum istum, sed omnium idem est sensus, quem eleganter Vulgatus expressit, cui consonant quoque Septuaginta. Quod autē de boue & asino dicitur, exempli causa appositum est; idē enim & de alijs domesticis animalibus, subintelligi debet. Porro, verbis Dei iubētis diligere proximum, adiecerant de suo Pharisæi, inimicum odio habendum: quā additionem textui ab illis ex industria adiunctā legerat forsan Chrysostomus in homilia sanctorum Ioannis & Pauli, quod tamen Scriptura numquam meminit: legimus quidē præceptum Israeli Deut. 7. & 20. & passim in lege, vt hostes Dei gentes idololatras, quæ in terra Chanaam, & circa eam habitabant, partim occiderent, partim sub tributi tenerent subiectione, quandoq. benigne haberent, vt diuersa erant illarum gentium merita,

Chrys. ho. 55. Ioan. & Paul.

nusquam tamen vel has, vel illas, iussi sunt odire, ne dum ita in genere vspiam preceptum legimus, odio haberi inimicum, quod hoc loco manifeste vides, immo vt odientis, quis animum reconciliaret, vt inquit Isidorus, hæc præcepit. Iam hæc incidenter plerique posita affirmant, & vt in priori huius capitis scholio diximus, miscellionum lege conscripta putant. Vnde & B. Taumaturgus, qui Origenis temporibus claruit, cuius meminit Hieronymus in catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum, in quadam epistola ex prædictis verbis infert, quanto magis is, qui inuenerit res fratris, rebus aduersis oppressi, & in captiuitatem abducti, vel barbaros fugientis, infortunato homini restituere tenetur? & S. Cæsarius homilia 4. de diligendis inimicis, à fortiori, curam inimici, cum in moribus aberrat & lapsus est, maxime commendat. Quidam hic interiecta affirmant, quod ex rectitudine iudicij quandoque odia in multorum cordibus oriantur. Alij, quod cum pauperis personam non esse in iudicio respiciẽdam docuerit, ne quis putaret Deũ misericordiam prohibere, hæc adiunxit: Sic Augustinus. Sed saluo meliori iudicio cuiusdam acuti interpretis meus mihi satis placet, vt in ordine ad iudicium hęc intelligenda sint, vt sic in proposito persistamus, & quasi prouerbia metaphorice intelligenda, & seruãda in iudicijs hęc sint, & sermo sit, non de hostibus, sed de priuatis inimicis, qui nos odio videntur habere, vt prædictis exemplis de asino & boue errantibus, vel onere suppressis, per tropũ pręcipiat, vt si causa inimici, quasi errans ex ignorantia eorum, qui illam tuentur iudici occurrat, curet eam ad restitudinem reduci, medijs, quæ iudicem deceant, etiamsi causa inimici fuerit. similiter si fauorum onere etiã inimici causam oppressam nouerit, quando iudex iuuare poterit, & quasi iacentem leuare, id pro viribus præstet.

Isidor. in Exo. — *B. Taumaturgus.* — *Hieronym. in Cathalogo Eccles. script.* — *S. Cæsar. hom. 4. de dilig. inimicis.* — *Aug. q. 88. in Exod.*

6 *Non declinabis in iudicium pauperis.*] Iuxta Hebræum: Non peruertes iudicium mendici tui, in causa eius, vel, non declinabis iudicium pauperis in causa eius, & sic habet Chaldæus. Septuaginta: Nõ deprauabis iudiciũ pauperis in iudicio eius. ex quibus satis constat legitimus sensus verborum, licet, prout sunt in Vulgato, difficilis videatur, vt sicut supra præceperat in fauorem pauperis, cõtra ius non esse iudici agendum, sic nec contra pauperem in fauorem diuitis, cum personarum acceptione, iudicem quoquo modo procedere prohibeat.

7 *Mendacium fugies.*] Iuxta Hebræum est: A verbo mendacij elongabis te. Porro, mendacium multiplex esse docent Augustinus, & S. Thomas, & cum ex genere suo malum sit, & iniquitas, vt Gregorius in moralibus, & ex Aristotele 4. Ethic S. Thom. docet, & per consequens nec vllo modo licitũ: maxime tamen iudicibus indecens est, non solum mentiri, sed eis in iudicicio acquiescere, quibus ex officio veritatem tueri incumbit.

Augu. contra mendacium. — *S. Thom. in Psal. 5.* — *Greg. 18. mor. cap. 2.* — *Arist. 4. Eth.* — *S. Tho. 22. q. 110. a. 3. corp.*

a b c — *i. in iudicio iustificatum, etsi reuera iustus non sit.*
f g h — *i. non impune feret, qui contrarium fecerit, & si tunc euadet iudicium reus, non tamen meum. Iuxta Hebraum: Non iustifico impium. q. d. punio talem impietatem. Septuag. Non iustificabis impium causa munerum.*

a b c d e f g h i K l m
Insontem & iustum non occides: quia auersor impium. Nec accipies munera, quæ

a b — *Qui speculatiue videntes verum sunt, sed in praxi excæcati.*
f — *i. negotia & facta & causas.*
h i K a — *s. tu index, aut quilibet in ordine ad iudicium.*

a b c d e f g h i K
etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Peregrino molestus non

b — *i. experti estis.*
b c d e — *i. affectus, sunt enim semper in angustijs iugiter, & mærore. vel, quid sit esse aduenas.*
h i K l m n — *Deo sic disponente, vt in bonis erudiret populum selectum.*

a b c d e f g h i K l m n
eris. Scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti.
Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo

a b — *s. liberam, non colendo, nec seminando illam.*
f g h i K — *ex his, quæ terra sponte germinarit.*

a b c d e f g h i K l m
dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quidquid

f — *i. similiter.*

a b c d e f g h i K l m n o p
reliquum fuerit, edant bestiæ agri: ita facies in vinea, & in olueto tuo. Sex diebus

b c d — *hic est dies Sabbathi, à cuius obseruatione non est cessandum, septimo anno requiei.*
m — *iuxta Hebraum: respiret, idest, quiescat.*

a b c d e f g h i k l m n
operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus: & refrigeretur filius

e f g h — *s. supra c. 20. de Sabbathi obseruatione.*
i — *i. diligenter obseruantes custodite.*

a b c d e f g h i K l m n
ancillæ tuæ, & aduena. Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum

Digitized by Google

b c d e d e f g h
Iuxta Hebra. non memorabitis. Chald. non recordabimini. q.d. non nominabitis deos alienos. *s. illorum mentio.* *s. nomen externorum deorum quoque modo, si in eorum honorem cedat.*
a b c d e f g h
deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro.

SCHOLIA.

8 *Insontem & iustum non occides.*] Per insontem eum communiter interpretes intelligunt, qui licet probatus sit nocens, innocens tamen est, hunc quomodo occidere iudex non debeat, & quid facere teneatur, vt scilicet exactius testes examinet, declinet iudicium, ad alium remittat, tractant Scolastici 22.q.64. At cum subterfugere iudicium nequeat, & iustus sit, si secundum allegata & probata puniat, & si aliqui hoc ægre ferant, erudite S. Doctor affirmat, iudicem non peccare; quia licet vt priuatus insontem nouerit, vt iudex autem iudicans ex notitia, quam vt sic, scilicet, iuridice habet, reum scit, & cum aliter declinare iudicium nequeat non secundum visionem oculorum inquit Isaias iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia: licitum ergo est, secundum iustitiam iudicare, contra id quod secundum visionem oculorum nouit. At R. Salomoh satis acute explicat, quid etiam prædictis verbis Dominus indicare velit, ex facto Susannæ Dani. 13. Si reuera innocens, vt nocens, ad pœnam à iudicibus damnatus, si quis eius innocentiam post condemnationem probare contendat, audiendus sit, sicut Danieli fuit concessum. Adde etiam ad superiora alludere, ad mandatum scilicet Regis, non damnandum iustum ad mortem, sicut iudices Samariæ fecerunt ad vocem Iesabelis, & Pilatus ad petitionem populi, & non iuridice. Porro, per iustum, quidam legunt iustificatum, & intelligunt, in iudicio: Vnde & Chaldæus legit: Et eum, qui fuerit iustificatus, & exierit iustus à iudicio, non occides: idest, etsi nocentem priuate noueris, non proinde damnabis ad mortem: vel etiam vt R. Salomoh explicat, absolutum in iudicio, si quis postea nocentem probare cõtendat, non est audiendus. vtrumque intendit facer textus.

S. Tho. 22. q. 64. a. 6. ad 3.

9 *Quia auersor impium.*] Iuxta Hebræum est: Quia non iustificabo impium: Sic & Chaldæus Paraphrastes. Hebraismus est, idest, non sinam eum iudicem inultum, qui innocentem morti adiudicauerit: Referri etiam possunt verba hæc, ad immediate præcedentia, vt loquatur de reo, qui in iudicio iustificatus est, quem præcipit vt iudex non damnet, & infert: Quia auersor impium, Quasi dicat: Etsi tuum effugiat iudicium, non tamen diuinum euadet.

10 *Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes.*] Quasi dicat: Principes suis, redditibus contenti sint, & inferiores iudices suis stipendijs, nec munera iudices impudenter accipiant, aut turpius postulent, vt inquit Hieronymus, quorum munerum magna est diuersitas, vt Augustinus, & Gregorius prosequuntur. Porro, dictio *Pikcehim*, idest, prudentes, videntes etiam significat, & eos qui apertos oculos habent: Vnde septuaginta: dona excæcant oculos videntium. Chaldæus: Quoniam munus excæcat oculos sapientum: idem est sensus; prudentes enim & sapientes, oculos apertos in veri cognitione habẽt, & vident, quod verum est, at munera, ita excæcare faciunt, vt in praxi quasi non vidẽtes verum, falsum iudicent, acsi cæci essent.

Hieronym. in Micheam.
Aug. in Psal. 25.
פקחים
Greg. 9. mor. cap. 26.

11 *Et subuertunt verba iustorum.*] Sic & Chaldæus, quę quidam interpretantur, quod iudices muneribus acceptis sic loquuntur pro reo, ac si iustus esset. Sed reuera, verba, hoc loco, sicut in alijs multis Scripturæ, pro rebus & negotijs sumitur, vt sit sensus: Negotia & causas iustorum peruertunt.

12 *Peregrino molestus non eris, scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti.*] Verbum *Lachaz*, hic positum, arctare, coarctare, opprimere, affligere, atterere, seu tribulare significat: Vnde Chaldæus legit: Et aduenam non angustiabitis. Septuaginta: Aduenæ non malefacietis. Quæ omnia in idem recidunt cum Vulgato. Et cum supra iam in communi de aduenis nõ vexandis sermonem fecisset, hic loquitur in ordine ad iudicium, vt nec iudex differendo eius sententiã, aut testis, siue quicumque alius, quoquo modo illum iniuste affligãnt. Sequitur: scitis enim aduenarum animas, idest, illorum affectus, qui leuiter contristãtur, sic Hugo de S. Victore; vt enim loquitur Hieronymus, omnis vagus, atque in orbe peregrinus, & incertarum sedium, semper in angustia iugiter & in mærore est. Subditur: Quia & ipsi peregrini fuistis. Ex sua enim cõditione, vnusquisque, quomodo alijs misereri conueniat perpendere debet, vt inquit Rabanus. Vnde populum, quem elegerat, erudire cupiens Dominus, in alienam prouinciam scilicet, Ægyptum migrare fecit; vt captiuitatis & peregrinationis miseriam disceret, & labores, quo facilius postmodum, inquit Augustinus, misereri peregrinãtibus & laborãtibus nosceret, quod loco citato erudite Augustinus prosequitur.

לחץ
Hugo de S. Victor. in Exod.
Hieronym. in 23. cap. Isa.
Raban. in Exod.
Aug. de vita Christiana.

13 *Septimo dimittes eam, & requiescere facies.*] Iam hæc ad cęremonialia pertinẽt, vt S. Thomas aduertit, etsi aliqui dixerint, seminandum quidem pro anno septimo, sed non colligendum: Ceterum iuxta Iosephi, & Hebræorum interpretationem, immo & literæ apertissimum sensum, iuxta Hebræum, liberã relinquere, est, non solum non colligere, sed nec colere, nec seminare, sed deserere: Et quæ sponte nascentur, non congregabis, sed dimittes inquit, pauperibus, & bestijs terræ, quod his, quæ ad hoc propositum Leuit. 25. scribuntur, magis consonum est.

S. Thom. in 2. cap. epist. ad Coloss.

14 *Sex diebus operaberis, septimo die cessabis.*] Iam supra cap. 20. de hoc egerat, repetit autem, ne quis putaret anno septimo, obseruationẽ Sabbathi solui, & ab illa requiescẽdum. Porro, septenariũ numerum

merum

Hieron. in 5. cap. Amos. merum sacratū, satis literę sacrę testãtur, ex multis quæ septenario numero comprehenduntur: sic Hieronymus: Quin & celebrem nouit sæcularis philosophia, & medicorum libri; nam & Galenus *Galenus.* septennarij numeri potentiam ostendens, ardentissimas febres septimo dicit solui die, aut si tanta humoris noxij, & pituitæ fuerit magnitudo, vt primæ hebdomadis nequaquam feruore consumpta sit, secundæ hebdomadis vltimus expectatur dies, idest, quartusdecimus, quod si hunc, vt iuxta Hypocratem *Hypocrates. ἡνόσος.* loquar, *Hinosos* vicerit, transeunt ad vigesimamprimam diem, hoc est ad finem tertiæ hebdomadis; de cuius numeri sacramentis, in Scipionis somnio *Cicer. de som. Scip.* plenius narrat Tullius, & obscurissimus Platonis, *Platoin Tym.* Tymæus liber est.

15 *Omnia quæ dixi vobis custodite.*] Iuxta Hebræum est: In omnibus, quæ dixi vobis, cauti eritis: Chaldæus: Estote admoniti, idest, magna diligentia obseruate, quæ dixi. Hebraismus est, quem optime Vulgatus expressit. Porro, hoc referunt ad ea omnia, quæ supra 20. cap. de obseruatione Sabbathi Dominus præceperat. Rabbi Salomoh expendit etiam in vasis, seu instrumentis, quæ nec gentibus commodare, aut locare ad opus licebat, vt securim ad scindenda ligna, & sic de alijs.

16. *Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro.*] Iurare cum sit adducere Deum in testem veri, vtpote, qui infallibilis est veritatis, adhibitis debitis circūstantijs, actus religionis & præstantissimus est, quare ad idolorum condemnationem, vt inquit Hieronymus, per quam Israel iurabat hic iurare prohibetur. Porro, iuxta Hebræum est: Et nomen deorum alienorum non memorabitis, non audietur in ore tuo; etenim verbū *Zachar*, recordari, meminisse, significat, quod non solum ad iuramentum pertinet, sed ad omnem penitus commemorationem: Vnde, & Septuaginta: Et nomen deorum aliorum non memorabitis: quasi dicat: Non tantum non coletis deos alienos, sed ne vllam quidem eorum mentionem facietis, non solum iurando (quod Vulgatus expressit) sed etiam, vt subintelligendum est, nec laudando, probando, aut obtestando, & quoquo modo, si in honorem eorum cedat.

S.Tho. 22. q. 89. art. 3. 4. 7. corp. & q. 98. art. 2. corp. & ar. 10. ad 4. Hieronym. in 4. cap. Iere.

זכר

g *f. præter septimum quemque diem.*
i *sub. videlicet.*
k l *forsan azimorum meminit, & non pascha, quod singulis annis non litarent agnum, bene tamen per septem dies azimis vescebantur.*

a b c d e f g h i K l
Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem azimorum custodies.

h i k *i. nouarum frugum, cum maturescere in terra illa incipiebant, in mense, scilicet Nyssan.*
K *f. fructuum.*
l m n o *i. quoniam iuxta Hebræum, ideo celebrabis festum, quod eduxerim te de Aegypto. Iuxta Hebræum: In illo enim egressus es.*

a b c d e f g h i K l m n o
Septem diebus comedes azima, sicut præcepi tibi tempore messis nouorum, quando egressus es de

d e f *i. in loco, quē elegerim, vbi resideat propitiatorij area.*
g *i. sine munere spontaneo, de quo Iosephus. 3. antiq. c. 10.*
h i k *secunda solēnitas post quinquaginta dies dicitur Pentecoste, in memoriā datæ legis: primitiuorū vero, quod primitiui panes offerrē tur, sicut in paschate priores spicæ.*
l *sub. custodies.*

a b c d e f g h i k l
Aegypto: non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem messis primitiuorum.

a b *i. fructuum, quos terra à te culta reddiderit.*
c *i. eorum quæ.*
g *Tertia solennitas Senophegia. i. tabernaculorum, quod sub tabernaculis eos Deus per desertum deduxerat.*
g h i *i. In mense Septemb. Thisri, circa Aequinoctium Autumnale, respectu enim fructuum est anni exitus, quia tunc fere omnes sunt collecti, sicut subditur.*

a b c d e f g h i K l m
operis tui, quæcumque seminaueris in agro. Solennitatem quoque in exitu anni, quando

g h *i. in prædictis tribus festiuitatibus.*
l m *A 20. vsque ad 50. annum suæ vitæ, vt in vero cultu, & fide edocti, alios in eodem continerent.*

a b c d e f g h i K l m n
congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum

a b c d *i. in loco, quem dominus elegerat, in quo esset propitiatorij area.*
e f g h i K l *i. remouebis de domo tua omne fermentum, antequam agnum paschalem immoles.*
K l *f. qui in paschate immolabatur.*
m n *Quod cremari in modum holocausti eodem die debeat.*

a b c d e f g h i K l m n
coram domino Deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit

adeps

Digitized by Google

b c d e f g h K l m n
i. victimarum, quæ in festiuitate immolabantur. — *i. in alterum diem.* — *s. etiam in anno septimo requiei, quo testentur cuncta esse Dei beneficia, quæ accipimus.* — *non solum solues, sed & deferes.* — *i. in locum, in quo fuerit propitiatorij arca.*

a b c d e f g h i K l m n
adeps solennitatis meæ vsque mane. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini

c d e
Quod crudelitatem referant, & in detestationem idolorum, in quorum festis similes cibi parabantur. q. d. non coques in olla simul cum lacte, quod & Clemens. 2. Strom. explicat, ne scilicet fiat interemptis condimentum, quod erat viuentis nutrimentum.

a b c d e f g h i
Dei tui. Non coques hoedum in lacte matris suæ.

S C H O L I A.

14 *Tribus vicibus per singulos annos, mihi festa celebrabitis.*] Præter septimum quemque diem, tria festa singulis annis, præ alijs festiuitatibus instituit, maximeq. commendat, vt inquit Rabanus, scilicet Pascha, Pentecosten, & Scenophegiã, quas consequenter enumerat.

Rabanus in Exod.

15 *Solennitatem azimorum custodies, septem diebus comedes azima, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de Aegypto.*] Aliam dicit solennitatem Paschæ Cyrillus à festo azimorũ; principium etenim azimorũ ad finem Paschæ coniungitur: sic Iosephus. Quamuis & aliqui ideo dicant, azimorum nunc expressam mentionẽ fecisse, quod forsan nõ singulis annis omnes tenerentur ad immolandũ agnum, bene tamen ad azima, septem illis diebus. Sequitur: sicut præcepi tibi, supra scilicet, cap. 12. quando, scilicet, egressus es de Ægypto. Iuxta Hebræum est: Quoniam, vel quia egressus es. Hebraismus est, idest, in memoriam egressionis vestræ de Aegypto, celebrabitis festum istud. Porro, dicitur tempore mensis nouorũ: Chaldæus: In tempore mensis nouarum frugum: Septuaginta: Iuxta tempus mensis nouorum. omnes in idem tendunt: loco nouorũ, in Hebræo est *Abib*, quod proprie frugum maturitatẽ significat, quod inter Martium, & Aprilem, apud Hierosolymitanos, & Aegyptios, contingere consueuit, vt inquit Rabanus, hoc est, circa Aequinoctium Vernum; vnde aliqui legunt: Tempore messis, quo fruges maturæ sunt, vel maturescere incipiunt. Alij, dictionem *Abib*, intactam relinquentes, legunt: Stato tempore mensis *Abib*, quem eũdem ferunt apud Hebræos, quem Nisan, & apud Græcos, Xanticum, vt ait Rabanus. & correspondet, vt diximus supra cap. 12. partim Martio, partim Aprili nostro, quare haud ratiocinabile videtur, quod quidam putant, nouorum mensem dictum, siue nouarum frugum, cum incipit tellus aperiri, & nouos partus edere: quomodo enim de his oblatio fieret, qualem Iosephus refert de granis hordei? iuxta id, quod Leuit. 2. & 23. habetur.

Cyril. lib. 9. in Leuit. *Ioseph. 3. antiq. c. 10.* אביב *Raba. in Exo.* אביב אביב *Rab. in Exod.* *Ioseph. 3. antiq. cap. 10.*

19 *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*] Sic Chaldæus, & Septuaginta. Iuxta Hebræum est: Et non videbuntur facies meæ vane, siue inaniter, vel vultus mei frustra: Hebraismus est: idest, non apparebunt filij Israel coram me vacui, idest, sine muneribus, sicut interpres vertit. Porro, ante conspectum Domini, idest, coram arca fœderis, super quam, scilicet in propitiatorio, præsentem se illis exhibebat, & ibidem dicebatur inhabitare: Voluit namque Dominus vnam tantum esse parochiam in toto Israelitico regno, ne Ecclesiarum multitudine, filij Israel inter medias gentes habitantes, à vera religione ad idololatriã deficerent: ad quem locum necesse erat, omnes Israelitas in anno conuenire, vt memorabilia, & illustriora Dei miracula, obseruatione festorum, & visitatione loci à Deo electi, in memoria conseruarentur, & fides aleretur. Iam, cum spontanea oblatione eos accedere iubet, vt offerat vnusquisque, secundum quod habuerit, iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei: de quo Iosephus inquit: secunda azimorum die, quæ est mensis huius decimasexta, frugibus demessis, & hactenus intactis, incipiunt frui: æquumq. rati Deum huius vbertatis auctorem, per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt, in hunc modum: spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in aliquem modum fracti assaronem ad aram offerunt, inde pugillo vno in eam iniecto, reliquum sacerdotum vsui cedit, & ex eo licitum fit, publicas, ac priuatas messes metere.

Ioseph. 3. antiq. cap. 10.

20 *Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcumque seminaueris in agro.*] Sensus est, celebrabis festum, in quo offeres Deo primitias frugum, quæ terra à te culta reddiderit. Porro, post solennitatem paschalem, vt inquit Cyrillus: post septem septimanas à festo Paschæ, Pentecostes celebratur, ait Iosephus, quam Hebræi *Asartha* vocant, quod significat Pentecostẽn, idest, quinquagesima, in memoriam datæ legis; sic sanctus Thomas: Vnoque die celebratur, fitq. mentio primitiuorum satorum, eo quod primi panes tunc offerebantur Deo, sicut in Paschate primæ spicæ: offerebantq. panem, teste Iosepho, farinæ triticeæ, duabus assaronibus, cum fermento confectum, & alijs, quæ videre licet apud ipsum.

Cyril. lib. 9. in Leuit. *Ioseph. 3. antiq. c. 10.* *S. Tho. 12. q. 102. art. 4. ad 10.* *Ioseph. 3. antiq. c. 10.*

21 *Solennitatem quoque in exitu anni.*] Post dictionem, quoque, est in Hebræo, *Asiph*, quæ collectionem, siue congregationem significat, quæ subintelligenda est in litera Vulgati, quasi dicat: solennitatem quoque congregationis in exitu anni: sic Chaldæus: Et Septuaginta: Solennitatem congregationis, scilicet fructuum, quando, scilicet, congregaueris omnes fruges tuas de agro. Hoc festum fiebat quintadecima mensis Septembris, Hebraice, *Thisri*, circa Aequinoctiũ Autumnalẽ, dicebaturq. tabernaculorum, siue Scenophegiæ festum, quod

אסף

Digitized by Google

Dominus, per desertum, sub tabernaculis filios Israel deduxerit: durabat autem festum hoc, per dies septem, ita sanctus Thomas; octaua enim die erat festum collectæ, vt ex Num. 28. & 29. docet sanctus Thomas. Porro, dicitur: In exitu anni, cum Sol egreditur libram; Hebræi enim anni initium, circa Aequinoctium Autumnale Septembris mēsem habebant, quamuis in sacris auspicari iubebantur ab Aequinoctio Verno, in mense Nisan. Cæterum licet aliqui dicant exitum anni dici, idest, statim post annum completum, si ita esset, potius dicendum fuisset, statim post finem anni: vnde, secundum alios melius dicitur, anni exitus, quantum ad fructus; tunc enim fere omnes terræ fructus illius anni ibi congregati erant.

S. Tho. 12. q. 102. ar. 4. ad 10.
Idem ibid.

22 *Quando congregaueris omnes fruges tuas de agro.*] Iuxta Hebræum est: Opera tua: Et sic est in multis editionibus; in illis namque regionibus, in quibus oliuæ & vuæ citius maturescunt, fere omnes fruges collectæ erant.

23 *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum, coram Domino Deo tuo.*] Ex Deuteron. 16. capite, in prædictis tribus festis, intelligitur præceptum hoc, & ne loca vno eodemque die destituta manerent, solum obligabat mares, à 20. vsque ad 50. ætatis suæ: adde etiam exemptionem esse legitimi impedimenti sicut in alijs; qui enim longius à Hierusalem distabant, conabātur ad diem saltem Paschę, conuenire. Porro, vbi nos legimus: coram Domino Deo tuo, iuxta Hebræum est: In conspectu Domini dominatoris. Vnde Chaldæus: Coram dominatore sæculi Domino; & est sensus: Ter in anno, mares omnes venient ad eum locum, vbi ego mei cultum instituero: locus autem à Domino electus dicebatur is, in quo erat arca propitiatorij, qui fuit primo in Silo, postremo translatus est ad Vrbem Hierusalem; & qui ad hunc locum venerat, is dicebatur apparere ante conspectum Domini Dei sui: tenebantur autem in Hierusalem conuenire, non solum ob solēnitates sed vt erudirentur à prophetis, & sacerdotibus de fide vnius Dei, vtque legem Dei populus certius disceret, & animi, ex conuentibus illis, magis coalescerent.

24 *Non immolabis super fermento, sanguinem victimæ meæ.*] Sic iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta, & non victimæ tuæ, vt alij legebant: & sermo est, de immolatione agni paschalis, quæ in azimis, excluso omni fermento, fiebat: vnde sensus est: Antequam victimam paschalem immoles, remouebis fermentum omne de domo tua, sic iusserat Dominus, supra cap. 12.

25 *Non remanebit adeps solennitatis meæ, vsque mane.*] Septuaginta: Non pernoctabit. Chaldęus: Neque manebunt extra altare adipes sacrificij solemnitatis, vsque mane. Porro, vbi nos legimus: Solemnitatis meæ: iuxta Hebræum est: Victimæ meæ, idest, victimarum, quæ mihi occiduntur; eodem quippe die, adeps incendi debebat, per modum holocausti.

26 *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.*] Iuxta Hebræum est: Principium primitiarum. Sic Chaldæus: Principium primitiarum terræ tuæ afferes in sanctuarium Domini Dei tui. Septuaginta: Primitias primitiarum. Idem est omnium sensus. Iam supra hoc dixerat; sed ne quis putaret, septimo anno requiei cessandum ab his, ideo illud repetit, quasi dicat: Etiam ex his, quę septimo anno terra sponte proferet, primitias offeres, siue fructus primos maturescentes, sic vt eos in templum deferas in solennitate paschali. Exiguntur autem in lege primitiæ; vt homines eo cultu testentur, & confiteantur, omnia bona huius sęculi, diuina esse beneficia: sic sanctus Thomas. S. Tho. 12. q. 86. art. 4. corp. & ad 1. & 2.

27 *Non coques hœdum in lacte matris suæ.*] Huius literæ, vt videre est, apud Augustinum, & Theodoretum, varij sunt sensus: primus, vt hœdum postea, sacerdotum ministerio coquendum, ne quis offerat, dum lac matris, aut alterius sugit, sed hoc non fuit in vsu: immo 1. Reg. 7. Samuel agnum lactis obtulit: secundus sensus est: cum matre lactante; quasi dicat: satis sit comedere hœdum, aut immolare, & non simul cum matre. Sed iuxta planum literæ sensum, satis apparet, prohiberi hic, ne loco aquæ, matris lac, quod sugit, cum decoquitur, apponatur; ne quod datum est pro eius cibo, ad consumptionem carnium ipsius adhibeatur; licet enim ad affectum rationis parum referant, quæ circa bruta fiunt, tamen quantum ad affectum passionis, quandoque circa animalia illum moueri, & concitari contingit, vt ait sanctus Thomas. Vt igitur ex his affectibus, ad eos Deus homines disponeret, qui sunt circa proximos, prohibet, quæ crudelitatem etiam circa bestias præseferunt; sic S. Thomas. Adde ex eodem, etiam in detestationē idololatrię hæc prohiberi; cum hoc cibo in suis solennitatibus idolorum cultores quandoque vterentur.

Aug. q. 90. in Exod.
Theod. q. 56. in Exod.
S. Tho. 12. q. 102. ar. 6. ad 8.
S. Tho. 12. q. 102. ar. 6. ad 4. & 8.

d illum scilicet, qui populum ducebat. f g h In columna nubis, & ignis. k ab hostibus.

a b c d e f g h i K l m n o p

Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in

b s. terram promissam. c d e i. caue ne in conspectu eius aliquid iniqui agas. g h i i. obedi eius mandatis. K l m sc. ita, vt exacerbes eum, & illi rebellis fias, aut illius verbis incredulus.

a b c d e f g h i K l m n

locum quem paraui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia

a b c d i. non condonabit, ita vt impune feras. e f g h i K i. quod præcipiet, et loquetur nomine meo, id faciet, seu, sustinet personam meam. n i. obedieris. o p i. eius iussis.

a b c d e f g h i K l m n o p q

non dimittet, cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, &

feceris

Digitized by Google

d e f g g h K l

pro, loquor per ipsum. *Quantum ad effectum, & peccatis illorum aduersatur, & odio habet.* *effectus inimicitiarum, & odij secundum similitudinem, sunt in Deo.*

a b c d e f g h i K l m n

feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes. Præcedetq. te

g h

qui. s. terram Chanaam inhabitant:

a b c d e f g h i k l m

angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, et Pherezæum, Chananæumq.

e f g h i k l m n o

i. exterminabo, dum ingressum, & habitationem tuam impediant. *externo cultu.* *i. idola gentium.* *interno affectu Deo debito.*

a b c d e f g h i k l m n o

& Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorum, nec coles eos:

c d g K l m

sana doctrina aduersa, maxime, quæ ad cultum, & superstitionem pertinent. *s. idola.* *falsorum deorum.* *interno affectu, & cultu externo debito.*

a b c d e f g h i K l m

non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Seruietisque

d d c f i l m

causam motiuam denotat, non terminatiuam. *i. multiplicem, & in abundantia prouideam.* *i. tibi.* *i. potui.* *sic vt vsque ad senectam absque languore viuatis.*

a b c d e f g h i K l m

Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem

a b c

i. à vobis.

a b c

de medio tui.

S C H O L I A.

28 ***Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te.***] Iuxta Hebræum est: mitto. Sic legit Chaldæus: Sed Hebræorum more, pro futuro ponitur, sicut interpres vertit. Porro, hunc angelum, Iustinus, Tertullianus, Iosue esse volunt, qui populum præcesserit, vt à Deo missus; hoc enim angeli nomen significat, quo duce, ad terram promissam Israel peruenit. Et Iosue, idest, Saluator dictus est, quod solius Dei est. Alij volunt fuisse Moysen, qui à Deo missus, & cuius mandatis obedire præcepit, & nomen Dei in illo, quod solius diuini nominis zelo vindicauerit, quę in eiusdem nominis dedecus facta sunt. Sed certe planius interpretabimur de angelo, qui in columna nubis, & ignis præcedebat, & in persona Dei ad illos loquebatur, & ad hoc alludere Psal. 33, cum dicitur: Immittet angelus Domini, in circuitu timentium eum: & ex hoc loco desumi, quod Dan. 10. innuitur, Dominum per angelos regna gubernare.

Iustin contra Tryphonem. Tertullianus. Rab. in Exod.

29 ***Obserua eum, & audi vocem eius.***] Iuxta Hebræum est: Caue à facie eius, idest, caue, ne in conspectu illius iniquum quid agas. Vnde Septuaginta: Attende tibi. Et Chaldæus: Obserua te à facie eius. Non igitur hoc loco, obserua, pro eo, quod est, id verba eius diligenter attende, ponitur, vt aliqui interpretantur, sed pro eo, quod est, cauere, & caute in conspectu ipsius conuersari. Sequitur: Audi vocem eius, idest, illi obedies; non enim petente, sed iubente exaudiri vult: inquit Augustinus.

August. locut. 100. in Exod.

30 ***Nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo.***] Iuxta Hebræum est: Ne exacerbes eum; vel vt alij: Non sis rebellis in conspectu eius. Sic Chaldæus. Modo rebellare, inobedientem esse, exacerbare autem, ad iracundiam prouocare, importat. Septuaginta legunt: Nec incredulus sis illi. Quæ omnia in sententia non discrepant à lectione Vulgati, sed commode subintelligi possunt: quem enim quis contemnit, facile exacerbat, & rebellis ei fit, & verbis illius incredulus. Sequitur: Quia non dimittet, cum peccaueris. Iuxta Hebræum: Quia non parcet præuaricationi vestræ. Sic Chaldæus: At Septuaginta: Non dimittet te. Subaudi, impunitum, cum peccaueris. sicque intelligendum est verbum, dimittet, hoc loco in Vulgato, idest, non condonabit, sic vt impune feras. Sequitur: Et est nomen meum in illo. Sic Septuaginta. Iuxta Hebræum: Quia nomen meum in medio eius. Quod referri debet ad præcedentia, scilicet, obserua eum, & audi vocem eius. quasi dicat: Quia vt legatus, seu angelus, quęcumq. præceperit, nomine meo dicet. Vnde Chaldæus: Quoniam in nomine meo est verbum illius. quasi dicat: Quidquid loquitur, nomine meo pręcipit. Nec spernenda est Hugonis de sancto Victore expositio, immo cum nostra cohęret: Et nomen meum in illo, idest, gloriam & potentiam meam manifestabo per illum, in dictis scilicet, & factis. Qui vero angelum Moysen contendunt, nō pepercisse in facto Dathan, & Abiron, acute interpretãtur, sicut & quod

Hugo de S. Victor. in Exo.

sequitur:

sequitur. Et nomen meum in illo; quasi dicat: Non hoc præstabit, vt priuatas vindicet iniurias, sed solo zelo nominis mei, qui in eius corde viget. Qui vero contendunt, de Iosue sermonem fieri, dicunt, nomen *Iesua, estar en el como de prestado*, quia eius est, qui veram salutem animę conferret. *y le tuuo en el depositado, como en guarda jojas, basta el dia de su triumpho*, quando sicut sponsus processit, vestitus carne nostra, tunc in triumphū insignitus est hoc sacro nomine; & sic interpretatur illud Habac. 3. Quadrigæ tuæ saluatio *Iesua, su triumpho fue salud, y saluacion*; sed præstat expositio, quam secundum literæ sensum planum, iuxta Hebræam, Chaldæam, & Septuaginta lectiones, ante præmisimus.

ישוע

ישוע

31 *Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.*] Iuxta Hebræum est: Quod si audiendo audieris. Et Chaldæus: Quod si suscipiendo susceperis verbum eius. Hebraismus est: idest, obedieris illi. Iam, quæ loquor: In Hebræo est futuri temporis, sed Scripturæ mos est his temporibus promiscue vti, & explicatio est eius quod dixerat, idest, si obedieris faciens quod per angelum ego loquor. Sequitur: Inimicus ero inimicis tuis. Iuxta Hebræum est: Odio habebo odio habentes te, iuxta id, quod Hieronymus dicit, intelligendum est: quantum in nobis est, nullius inimici esse debemus: quod si loquentes veritatem aliquos meremur inimicos, non tam nos inimici eorum sumus, quam illi inimici sunt veritatis: sicut Abrahæ inimici, potius eius virtutibus, & religioni inimici erāt. Deus autem odio homines quandoque habere dicitur ab effectu, secundum quod subditur: Affligam affligentes: quod iuxta Hebræum est: Angustijs afficiam angustijs afficientes te. Chaldæus: Tribulabo tribulantes te: quæ omnia in idem tendunt.

Hieronym. in 5. cap. epist. ad Gal.

32 *Præcedetq; te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum.*] Sic Chaldæus, & Septuaginta. At iuxta Hebræum: Quia ibit angelus meus ante te, & introducet, &c. Sermo est de angelo, vt diximus, qui populum anteibat, quousque Israel terram promissam intrauit.

33 *Quos ego conteram.*] Iuxta Hebræum est: Succidam eum. Chaldæus: Dispergam eos. Septuaginta: Delebo eos, verbum enim *Chachad*, destruere, delere, & perdere est; quasi dicat: multi quidem hostes sunt, & fortissimi, sed homines, ad quorum iniquitatis mensuram peruenit malitia, Chananæi generali nomine, sed quinque, & plures aliquando gentes nominatæ. quos omnes etsi qui alij aduersarij tui, misso angelo meo, coram te extirpabo ego, & vos in illorum terram inducam.

כחד

34 *Non adorabis deos eorum, nec coles eos.*] Sunt qui verbum *Sacha*, humiliari, & incuruari dicunt significare. *Abad* vero seruire corporea seruitute: sicque prædictis verbis, Deum prohibere incuruationes, seu humiliationes corporum, aut membrorum, & alia ministeria, vt sacrificia, offerre donaria, & quæcumque alia. & licet hæc non displiceant; iuxta tamen Vulgati lectionem, cui consentit Chaldæus, qui ait: Non adorabis idola eorum, & iuxta Hebraicam lectionem ad literam: Non incuruabis te dijs eorum, neque coles eos: placet interpretari cum sancto Thoma, vt sit sermo de his, quæ Deo vero, vt principio essendi omnibus per creationem, debentur ab homine. interius, scilicet cultus, secundum pium affectum, quod per verbum, coles, innuit: & exterius, latriæ seruitus, quam per verbum, adorabis, expressit. Idolis igitur, latriæ cultum, & eiusdem internum affectum Deo debita, dari ab hominibus, interdicit.

שחח
עבד

S. Thom in 1. cap. epist. ad Rom.

35 *Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum.*] Iuxta Hebræum est: Secundum opera eorum. Sic Chaldæus, & Septuaginta: In sensu idem est, cum Vulgato, & sermo est de operibus gentium, quæ idolis seruiebant, & licet communiter de his quæ sanæ doctrinæ contradicūt intelligi possit, tamen de his, quæ ad idolorum cultum spectant, & vanas superstitiones, interpretari placet. Sequitur: Sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Iuxta Hebræum est: Sed destruendo destrues, & confringendo confringes statuas eorum. Hebraismus est: idest, penitus destrues idola, & confringes eorum altaria: sic intelligitur Vulgatus.

36 *Seruietis Deo vestro, vt benedicam panibus tuis.*] Iuxta Hebræum est: Et coletis; & quidem omnem Deo debitum cultum, & religionem, verbis supradictis, seruietis, seu coletis, comprehendit. Porro, iuxta Hebræum est: Et benedicet: mutatio tantum personæ est, Hebræorum more: benedicere autem, pro multiplicare, ponitur, & in abundantia esse, sicut panis nomine, cibum omnem intelligit, & nomine aquæ, omnem potum. Vnde & Chaldæus: Et benedicet omnem cibum tuum. Coniunctio autem, vt, quæ in Vulgato est, aut posita est pro, &, sicut est in Hebræo, & Chaldæo, vel inducere, & mouere, & per hoc, populum designat, non causam terminatiuam (vt ita dicam) significare volens; inducit enim illos per horum abundantiam ad Dei cultum, non quod Dei cultum Hebræos ad temporalium vbertatem ordinare velit, vt in finem.

37 *Et auferam infirmitatem de medio tui.*] Iuxta Hebræum est: Et remouebo infirmitatem de medio tui: idem est sensus vtriusque; quasi dicat: languorem omnem sic auferam, vt vsque ad extremam senectutem sine vlla ægritudine viuatis.

c *Iuxta Hebr. abortiens.* e *i. non concipiens.* g *i. regione.* i k l m *i. prolongatam in annos plurimos, & vitam laudabilem consequeris.*

a b c d e f g h i k l m n
Non erit infoecunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Terrorem

a *i. magnum.* c d e *sola fama, antequam ad illos venias, vt Iosue. 5. Iuxta Hebr. ante te.* f g h i *frangam eorum animos, amentes faciam, & conteram, sic vt pereant.*

a b c d e f g h i K l m
meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris:

cunctorumq.

Digitized by Google

d e f g i
Hebraismus est. i. aduersarios tuos profugos faciam ad tuum aduentum. — vera animalia alata, & infestissima.
a b c d e f g h i k
cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittens crabrones prius,

a b c d e f e l n
sic Deut. 7. & factum Iosue 24. & Sap. 12. — gentem specialem ab alijs distinctam. — s. in alias regiones. — i. in aduentu tuo.
a b c d e f g h i k l m n
qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. Non eijciam à facie

b c c e l m n
i. quamprimum ad terram illam applicueris. — i. primo. — i. regio. — i. in tuam perniciem. — i. animalia siluestria, & nociua.
a b c d e f g h i K l m n o
tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim

d e f i k l m n
i. à tua præsentia. — viribus. s. & numero, cum tamen iam essent 60000. præter pueros, & mulieres; erat enim regio vastissima. — i. commode occupes illam regionem, habitatoribus replens. — i. constituam in tanta latitudine, & longitudine terram promissam, vt tam distantes terminos habeat.
a b c d e f g h i K l m n
expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. Ponam autem terminos

b c d e g h K l n o
ab Oriente, secundum tamen, quod mare protenditur. — ab Occidente. — i. Mare Mediterraneum, siue Tyrrenum, & magnum, respectu Rubri, & mortui. — s. Aegypti à Meridie. — s. Euphratem à Septentrione, secundum tamen quod protenditur.
a b c d e f g h i K l m n o p q
tuos à Mari Rubro, vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto, vsque ad fluuium: tradam in

p q a b c d f g i K
i. subijciam eos, qui manserint. — i. regionis. — i. relegabo in alias regiones. — i. alios. — i. à vestra præsentia.
a b c d e f g h i K l m n o
manibus vestris habitatores terræ, & eijciam eos de conspectu vestro. Non inibis cum eis

a c d i k n o o p q r
per amicitiam, aut connubia. — ad colendos illos. — inter vos. — in eo, quod sequitur, s. colendo eorum idola.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
foedus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me,

a b c i k
per cultum. — idolis. — i. lapsum, perniciem, & exitium.
a b c d e f g h i K
si seruieris dijs eorum: quod tibi certe erit in scandalum.

SCHOLIA.

38 *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua.*] Quamuis promissiones istæ, inquit Augustinus, possint mystice intelligi, secundum tamen corpoream felicitatem huius sæculi, ad literam intelliguntur; antiquitus enim, prolis abundantia, pro benedictione Dei maxima habebatur, & infœcunditas, maledictionis loco interminabatur. Porro, iuxta Hebræum est: Non erit abortiens & sterilis in terra tua. Et quidem *Sachal*, potius orbari significat, inde, quia aborsus parentes orbat, vt scilicet, priuentur filijs, hinc etiam & abortire significat. Vnde *Mesachela*, infœcundum, seu abortientem sonat, vnde Chaldæus: Non erit orbata, & sterilis in terra tua. & Septuaginta: Non erit in vobis sine filijs, neque infœcũda, nec sterilis, quę omnia in idem redeunt. Præterea *Achar*, eradicare importat; vnde *Gakara*, eradicata, seu sterilis; Hebraismus enim steriles, eradicatos vocat; quod filij sint quasi radices: sicut enim scissa arbore, cum radices maneat, quod ex eis deinde pullulat, arboris nomen conseruat: ita, mortuo patre, in prole, familiæ nomen manet.

Aug. q. 92. in Exod.

שכל

משכלה

עקר

עקרה

39 *Numerum dierum tuorum implebo.*] Dierum numerum impleri, Hebraismus est, pro eo quod est, senectutem laudabilem consequi, vel prolongari in annos vitam absque vlla ægritudine: quemadmodum enim intempestiuam mortem non obedientibus sibi Deus sæpe minatur, ita obedientibus longam vitam pollicetur. Sic Theodoretus.

Theod. q. 57. in Exod.

40 *Terrorem meum mittam in præcursum tuum.*] Expendit quod dixerat: Conteram inimicos tuos: quomodo scilicet conteret? primo immittendo timorem. Iuxta Hebræum est: Terrorem meum mittam ante te, idest, terrebo omnes, te adueniente: vnde Chaldæus ait: A facie tua. Septuaginta: A te. Rumore itaque & fama vestri, antequam ad eos

veniatis,

Digitized by Google

veniatis, quandoque terrebo, vt eos nequaquam formidare debeatis: Quod impletum legimus Iosue 5. cum dicitur: Dissolutum est cor eorum, nec remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel.

41 *Et occidam omnem populum ad quem ingredieris.*] Iuxta Hebræum est: Et perdam omnem populum. dictio enim *Vehammoti*, Et conteram, vt Chaldæus. vel frangam animos, & occidam, vt Vulgatus. & perdam, vel vt Septuaginta: Amentes faciam omnes gẽtes. Quę omnia subintelligi possunt, licet Vulgatus vnum tantum expresserit, vltimum scilicet effectum, alia tamen subintellexit.

והמתי

42 *Cunctorumque inimicorum tuorum, coram te, terga vertam.*] Optime Hebraismum vertit interpres noster; nam iuxta Hebræum est: Dabo omnes inimicos tuos, tibi ceruicem vertentes, idest, conuertam in fugam. Chaldæus: Terga vertentes. Septuaginta: Dabo omnes aduersarios tuos profugos, quod Hebraismus intendit.

43 *Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Cananæum, & Hethæum, antequam introeas.*] In Hebræo *Hazirha*, idest, crabronem, seu vespam, vt Chaldæus: singulare, pro plurali, idest, crabronum copiam: sic Augustinus. Quemadmodum in Aegyptios ranas. & cyniphes misit, ita in Chananæos cæterasque gentes, crabrones immisit, quod excellentem Dei potentiam, inquit Theodoretus declarat, vt per minuta admodum animantia, suis auxilietur. Et licet Eusebius Cæsariensis, & Augustinus figurate hoc intelligant, timoris aculeos per hæc animalia interpretantes, eo quod neque Moysi temporibus, aut Iosue factum legatur: nullum tamen incommodum, vt ibidem Augustinus innuit; immo & certius puto, animalia vera fuisse, de quibus est sermo. Et Deuter. 7. iterum promittuntur; nec enim omnia scripta sunt; quinimmo Iosue 24. aperte factum legimus, & Sapien. 12. dicitur adimpletum: forsan referendo, Augustinus sic ex aliorum sententia locutus est; nec hoc negaret Eusebius, licet mystice exponere placuerit; seruata siquidem eiusdem vocis proprietate, sic factum referri Iosue 24. & Sap. 12. non leue argumentum est, de crabronibus, seu vespis secundum proprietatem, Scripturam loqui. Porro verbum *Sara*, leprosum significat, vnde deriuatur *Sarua*, idest, leprosus, & *Sireah*, quod alij crabronem, alij vespam vertunt; quod aliquam similitudinem habeat hoc bestiæ genus cum leproso, vel in colorum varietate, aut saltem, quod illis infestimæ bestiæ sint. R. Dauid dicit, significare reptile alatum, oculos percutiens, & venenum infundens, & occidens. Gerundẽsis arbitratur, reptile, apē haud dissimile. Ego alata nō dubito, & forsan licet multigena, illorum aliqua fuisse, qualia è corpore B. Narcissi (cuius beatissimum corpus apud Gerundam integrum vidi) exijsse, graue testimonium legimus, quibus Francorum exercitus fugatus quondã, immo & pene ab eis interemptus fuit. Iam, vbi nos legimus: Prius: Iuxta Hebręum est: Ante te, Chaldæus: A facie tua. Septuaginta: A te. Idem est omniũ sensus. Denique cum dicitur: Chananæum: hic sumitur prout gens quædam peculiaris, ab Heuæis, & alijs distincta, cum tamen omnes hæ gentes, quandoque in Scriptura Chananæi nomine comprehendi soleant.

הצרעה

August. locut. 101. in Exod.

Theod. q. 58. in Exod.

Eusebius.

August. q. 93. in Exod.

Aug. vbi supra.

צרע
צרוע
צרעה

R. David.
Gerundensis.

44 *Non eijciam eos à facie tua, anno vno.*] Iuxta Hebræum est; eum, singulare, pro plurali, Hebræorum more positum: quod Vulgatus expressit, sic & Septuaginta, & Chaldæus. Porro, In anno vno, siue primo, certum tempus & determinatũ, pro incerto ponitur, vt sit sensus, quamprimum terrã illam applicueris: cuius causam subdit in sequentibus.

45 *Ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ.*] Iuxta Hebræum: Ne forte fiat terra desolata. Chaldæus: Ne terra sit deserta. sic Septuaginta. Sequitur: Et crescãt contra te bestiæ. Iuxta Hebræum est: Et multiplicentur contra te bestię agri, singulare, pro plurali, sicut posuit interpres noster: sic Septuaginta; & Chaldæus, idest, ne in tuã perniciem multiplicentur animalia siluestria, cum quibus infestior, & periculosior fuisset habitatio.

46 *Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.*] Iuxta Hebræum est: Etiam expellam eum, pro eos, & dictio *Mebat*, idest, paulatim, iuxta Hebræum bis repetitur: paulatim paulatim, sic & Septuaginta, quæ à sensu Vulgati non deuiant, sed innuitur, ne animum despondeant; quia non ex Chananęorum fortitudine, sed magis ex Dei clementia fit, prout ad illorum commodum amplius expedierit. Sequitur: Donec augearis; adeo enim vastissima regio erat, vt cum præter viros ac mulieres, iam essent sexcenta millia filij Israel, longo tempore eos augeri oporteret, vt regionem omnem illam, prout decebat, occuparent.

מעט

47 *Ponam autem terminos tuos, à Mari Rubro, vsque ad Mare Palæstinorũ, et à deserto, vsque ad fluuiũ.*] Quatuor terræ repromissę climata predictis verbis distincta sunt, inquit Rupertus, quæ licet sæpius in scripturis præfigantur, Gen. 15. Iosue 1. Ezech. 47. & vtcumque varia, tamen in idem redeunt, nisi quod aliquando magis, aut minus extendũtur. hoc loco ab Oriente assignatur eius terminus, Mare Rubrum, seu Mare Suph, vt est in Hebręo, quod secundum rem idem est; intelligendum tamen est secundum partem, qua finitur mare illud; non enim plene ad Orientem est, prout terram promissionis contingit, sed vt cumque versus Meridiem. Ab Occidente vero, Mare Palęstinorũ, quod est Mare Mediterraneum, Mare Magnum dictum respectiue ad rubrũ, & ad mortuum, & Mare Tyrrhenũ. A parte Australi, desertum Ægypti; nam post Bethlehem, vna tantum est ciuitas, quę Thecue, alias Theone dicitur, & post illam statim deserti vastitas sequitur. A parte vero Aquilonari, fluuiũ, quem Septuaginta, & Chaldæus Euphratem nominant: intelligi tamen debet, secundum quod etiam protẽditur vtcumque Aquilonem versus. Porro, licet eis promiserit, vsque ad Euphratem fluuiũ se traditurum, vt Hieronymus, & Theodoretus aduertunt, si Dei mandata obseruassent, sed quia id non fecerunt, quasdam nationes reliquit, quæ cum Israelitis continenter bellum gererent, vt bello vexati, diuinum auxilium implorare cogerentur: quod egregie Iudicum historia patefecit: Dauid tamen etiã has gentes subiecit: nam & Philisthijm tributa pendebant, tum etiam Syria Damasci, & Syria Soba. Ac sane Salomon quamdiu pietatem coluit, his imperitauit postquam à Deo discessit, ab earum imperio decidit, & in his etiam, inquit Hieronymus, regnum cælorũ promissum est in Euangelio, sed qui præcepta non fecerit, non consequetur illud; Nequaquam ergo culpa erit in promittente, sed in eo, qui promissum acci-

Ruper. in 23. cap. Exod.

Hieronym. ad Damascum.
Theod. q. 59. in Exod.

Hierony. vbi supra.

pere non meruit: Sicut in te ô Iudæe, qui pro omnipotente Deo coluisti Beelphegor, & Baal, & Beelsebuc, & Chamos, quos Deo prætulisti, quæ promissa fuerunt, perdidisti: non igitur mirum, si promissa non tradita fuerint.

48 *Et eijciam eos de conspectu vestro.*] Iuxta Hebræum est: Et eijcies eos à facie tua. Septuaginta vero, & Chaldæus legunt, vt nos. Cæterum hæc inter se non dissident; nam in eo quod filij Israel erant expulsuri gentes, Dominus ipse expellebat, cuius virtute illa fiebant, propterea promiserat: Tradam eos in manibus vestris, idest, vobis illos subijciam.

49 *Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorũ.*] Chaldæus habet: Nec cum idolis eorum. Et sermo est de tempore medio, inter partem terræ possessam, & reliquam possidendam. Porro, vt Rupertus aduertit, quod sermonis huius fuit exordium, ipsum medium, ipsum & finis; in exordio namque dictum est: Non habebis deos alienos coram me, in medio: qui immolat dijs, occidetur. hic in fine: Non inibis fœdus cum dijs eorum; ex eorum enim seruitute, quam fœdus innuit, omnium bonorum spiritualium amissio ortum habet, vt Paulus ad Roman. 1. docet.

Ruper. in 23. cap. in Exo.

50 *Non habitent in terra tua; ne forte peccare te faciant, si seruieris dijs eorum, quod tibi certe erit scandalum.*] Sic Chaldæus, & iuxta Hebræum est: Quia erit tibi in laqueum; quasi dicat: Si inter vos morentur, occasio esse poterit, vt vos eorum mores, & cultum imitemini, quod tibi in maximam ruinam demum cedet, & interitum. Nouit quippe Dominus figmentum nostrum, naturæ consilium ministrat; vt fidelis pater, periculum & lapsum manifestat, vt illi non imputetur, quod ipsorum fuerit contumaciæ, & proteruiæ.

CAPVT XXIV.

a *s. postquam hinc descendens, populo prædicta promulgaueris.* c f *s. ad me, Hebraismus est, antecedens, pro relatiuo.* k l m *duo filij Aaron.* o *de quibus Num. 11. sic Strabus.* p *i. senatores.*

a b c d e f g h i k l m n o p
Moysi quoque dixit: Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab, & Abiu, & Septuaginta senes

h *i. ascendent ad montis Sina verticem appropinquabit. Iuxta Hebr. accedet.* i k *i. ad me, Hebraismus, antecedens, pro relatiuo.* n o *i. non accedent ad montis verticem, licet in monte à longe consistant.*

a b c d e f g h i K l m n o
ex Israel, et adorabitis procul. Solusq. Moyses ascendet ad Dominum, et illi non appropinquabunt:

a b c d e f g *i. nec in montem ascendet populus, cum Septuaginta senioribus, qui ascendent cum Moyse.* n *i. mandata.* p a *Omnia. s. quæ à cap. 21. vsque ad 24. Exodi exclusiue scripta sunt.*

a b c d e f g h i K l m n o p
nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque

h *i. mandata iudicia.*

a b c d e f g h i k l m n
iudicia: Responditq. omnis populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

d e f *qui. s. sunt à cap. 21. Exodi, vsque ad 24. exclusiue, præmissis in capite voluminis decem decalogi præceptis.* m *in loco plano.*

a b c d e f g h i k l m
Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini: & mane consurgens ædificauit altare ad

b *Sina.* d e *i. lapides impolitos, ex quibus altare construxit, ad modum columnæ.* f g h i *quorum nomine litandum erat in altari.* l *primogenitos quidem principum Israel.*

a b c d e f g h i K l m n o
radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitq. iuuenes de filijs Israel,

b c d e *tunc enim adhuc sacerdotium primogenitura erat annexum.*

a b c d e f g h i K
& obtulerunt holocausta, immolaueruntq. victimas pacificas Domino, vitulos. Tulit itaque

c d *quod fœdera sanguine, & animalium cæde celebrari consueuerint, & transgressores sanguine plecterentur.* g *i. scyphos prægrandes, vtrinque ansas habentes.* n *Quod Deus altera fœderis pars, cum spiritus sit, sanguine, aspergi non possit, super altare, in eius honorem erectum, fudit.*

a b c d e f g h i K l m n
Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare.

c d h i
quod esset, quasi chyrographum initi fœderis. Iam tertio, plena quidem, & insolubilis fœderis confirmatio.
a b c d e f g h i K l m
altare. Assumensq. volumen foederis, legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia quæ locutus

c f g i K l n
illud. s. opere exequendo. s. Moyses. huius ritus meminit Paulus ad Hebr. 9. *qui erat altera pars, cum qua fœdus inibatur.*
a b c d e f g h i K l m n
est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. ille vero sumptum sanguinem respersit in populum,

e f l m n
quod sanguine celebrarentur, vt fœderum transgressores capite plectendos ostenderent. Erant enim in libro omnia promissa hinc, & inde facta.
a b c d e f g h i k l m n o
& ait: hic est sanguis foederis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

S C H O L I A.

1 *ASCENDE ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, et Abiu, et Septuaginta senes, & adorabitis procul.*] Solo Moyse cum Deo loquente, postquam leges, quæ à cap. 21. vsque ad 24. exclusiue cõmemoratæ sunt, à Domino accepisset, populo deinde relaturus, ascẽdere iterum præcipitur cum Aaron, & duobus eius filijs, & Septuaginta senatoribus, postquam scilicet, illas populo promulgasset. Porro, Ascende ad Dominũ, Hebraismus est, idest, ascende ad me, antecedens, pro relatiuo. Iam, *Abiu*, in Hebræo *Abihu*, qui ambo, ipse scilicet, & Nadab, Leuit. 10. mortui sunt; quod ignem alienum in tabernaculis obtulissent. Septuaginta vero senes iuxta Strabum illi sunt, de quibus Heldab, & Meldad, fuerunt.

אביהוא

Strabus in Exod.

2 *Solusq. Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt.*] Simili Hebraismo, sicut in verbis præteritis, solusq. Moyses ascendet ad Dominum, idest, tu solus ascẽdes ad me; & licet in Hebræo verbum *Nagas*. accedere, & appropinquare significet, vnde Chaldæus: Accedet Moyses solus corã Domino, & Septuaginta: Appropinquabit Moyses solus coram Domino, tamen vulgatus iuxta sensum legit: Ascendet; nam, vt accederet, & appropinquaret, ascendere oportebat, & appropinquabat ascendendo. Itaque populus non appropinquat, neque ascendit. Aaron cum duobus filijs, & septuaginta senibus, ascendunt; sed non accedunt, neque appropinquant, sed procul à vertice, in ascensu tamen montis sistunt: solus Moyses ascendit, & ad verticem montis appropinquat, vbi loquitur Deus.

נגש

3 *Venit ergo Moyses, & narrauit omnia verba Domini, atque iudicia.*] Etsi multi præpostero ordine hæc scribi putent, vt scilicet etiam, quę in sequentibus cæremonialia recensentur, hic narrasse putent, planiorem tamen viam sequi placet, vt narrationis seriem, etiam ordine facti concomitari existimẽ, & tunc vere Moysen de monte descendisse, & populo verba Dei, quæ præcedẽtibus capitibus memorata sunt, narrasse, cum hoc fecisse ipsemet scribit. Verba autem, idest, mandata, atq; iudicia, diuersis rationibus diuina præcepta, sic dici, sæpe docuimus. Adde quod, vt vidimus, non solum moralia ad internũ hominis institutionẽ recẽsuerat, sed et iudicialia, quorum vsus ad tranquillã Reip. gubernationem, spectat. Porro, *Sapar*, numerare proprie importat, & quia narrans vnũ post aliud refert, quasi numerasse etiam, & narrare significat: quo loquendi schemate & nos vtimur, *contame lo que haueys oido*, narra, quæ audidisti.

ספר

4 *Responditq. cunctus populus vna voce, omnia verba Domini, quæ locutus est faciemus.*] In verbis facilem, in operibus vero difficilem, hunc populũ fuisse, cum aliud promiserit, & aliud fecerit, in hæc eadem verba aduertit Hieronymus: Et Gregorius, locustæ similes dicit; Subitos saltus dantes, sed protinus ad terra cadentes: saltus enim, inquit, dabant, cum præcepta Domini se implere promitterẽt, sed citius ad terrã cadebant, cum per praua opera hoc se audire denegarent. Porro, omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus, idest, quas leges nunc proposuisti nobis, de mandato Domini, agnoscimus, & cõsentimus, vt respublica nostra, secundũ eas constituatur, & administretur: & quidem acclamatio, hęc cõmuni omnium cõsensu emissa, veluti ex syngrapha Iudęos reddidit debitores totius legis seruandę, & quoad Iudæos eadem est. Chirographum decreti; singulare, pro plurali, vt in Græcis exemplaribus legitur: chirographũ dogmatum, placitorum, siue decretorum, de quo Paulus ad Coloss. 2. licet de alio etiam antiquiori loquatur quod aduersus nos erat.

Hieronym. in 5. c. 10. Eccl. & in 3. cap. Habacuc. *Greg. 1. mor. c. 19.*

5 *Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini.*] Quod leges per Dominum datæ, & per Moysen recitatæ, & à populo admissæ, publicam deinceps auctoritatem haberent, in sequentibus ritus quosdam, & cæremonias recitat, quibus hæc omnia confirmauit. R. Salomoh, cum Hebræorum multis, scripsisse affirmant, totius Mosaicæ narrationis decursum, ab initio Geneseos, vsque ad finem decimi noni capitis libri Exodi, in quo habentur fœdera, & pacta omnia, quæ Deus sanxit, cum patribus eorũ, & Israelitici populi gesta, sed hoc irrationabiliter dictum apparet, & quidem vna nocte, tam prolixam scripturam exarasse, cum mane consurgens, altare ad mõtis radices ędificasse dicat sacer textus: quare cum Augustino præstat dicere, cæremonialia, & iudicialia, ea denique omnia, quæ à vigesimo, vsque ad vigesimum quartum caput Exodi exclusiue recitantur. Quamuis nec improbabiliter dictum putem, quod & decem moralia præcepta scripserit in hoc volumine (nam quod daturus deinde illa esset Deus in tabulis, nõdum nouerat Moyses) cum caput totius fœderis, in decem præceptorum obligatione consistat: vnde & tabulæ, in quibus postea exarata sunt, fœderis tabulas nuncupauit Moyses. Satis igitur vero consonum videtur, vt initio huius voluminis, decem præcepta iam ex ore Dei prodita conscripserit, vt integra & absoluta esset pacti scriptura, quæ sanguinis aspersione firmaretur.

August. q. in Exod.

Digitized by Google

6 *Aedificauit altare ad radicem montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus.*] Iuxta Hebræũ est: Sub monte. *a la alda del monte:* non tam in ascensu montis Sina, quam in plano: duodecim titulos, rudes & impolitos lapides crediderim, quos ferrum non tetigisset, & titulos erexit, qui iuxta Hebræum, statuæ dicti sunt, à consistendo, ex quibus verosimilius est altare construxisse, sicut 3. Reg. 18. de altari ab Elia ædificato legimus, vbi dicitur: Tulit duodecim lapides, iuxta numerum tribuum filiorũ Iacob. Et lapides, in titulum etiam fœderis, antiquitas erexit, qui quasi perpetui sunt, ad stabilitatem pacti designandam, & tanta fide seruanda fore pacta putabant, vt lapis in testem sufficeret: nec ferro politos; vt sincera esset fides, nullaq. arte fucata. Iam altare construxit ex his, vt quæ in eo litanda in gratiarum actionem, duodecim tribuum nomine fierent, & offerrentur.

7 *Misitq. iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta.*] Et si contendant aliqui, litasse quidem Moysem, & Aaron, non vero pueros, ac proinde nec primogenitos; placet tamen ex primogenitis Israel fuisse; maxime cum de eisdem dicat sacer textus: Et immolauerũt victimas. Vnde Chaldæus, cui maxima fides debetur, legit: Misit primogenitos filiorum Israel. Et quidem ante Leuiticæ tribus electionem, sacerdotium primogenituræ annexum, cõmunis grauissimorũ fuit consensus. Quomodo autem Amos. 2. dictum fuerit: Numquid hostias, & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? docte in illum locum explicat Hieronymus: vt sermo sit, à tempore formationis vituli, & quę postea obtulerint, regulariter timore potius, vel alijs temporalibus causis moti, quam Dei cultum zelantes.

Hieronym. in 2. cap. Amos.

8 *Vitulos.*] In Hebræo tantum est *Parim*, id est, tauros, seu vitulos, aut boues: sic Septuaginta, Et Chaldæus. Quare merito in hoc correctiori textu sub Clemente VIII. non est appositus numerus duodecim, sicut erat in alijs biblijs.

פרים

9 *Et misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare.*] Cum priscis temporibus mos fuerit inter homines, vt legis, ac fœderum transgressores capite plecterentur, nec absque sanguine fieret expiatio, eodem more vtitur hic Deus, & ideo dimidium sanguinis, quo populus aspergi postea deberet, interim in crateris ponitur, quæ scyphi magni sunt, vtrinque ansas habentes, & Hebraice *Aganoth*, dicuntur; sed quia Deus omnipotens spiritus est, & sanguine aspergi non potest, cũm quo fœdus contrahebatur, loco eius, Moyses super altare in Dei honorem constructum, alteram sanguinis partem, scilicet dimidiam, fudit.

אגנת

10 *Assumensq. volumen fœderis; legit audiente populo.*] Septuaginta legunt: librum Testamenti. dictus est autem fœderis, quod esset veluti chirographum initi foederis inter Deum & populum Israel, continens in se promissa Dei ad populum, & populi ad Deum, in quo etiam Moyses scripserat, vt diximus, prædictas leges, à capite 21. vsque ad 24. Exodi. Ea etenim fuit Dei benignitas, vt cum ab omni lege, & pactione liber esset, voluerit tamen se veluti ex instrumento, & contractu obligare, vt vel sic certiores redderet Hebræos, se numquam defuturum promissis, & ipsi se arctius deuinctos agnoscerent, ad exequendum, quod sponte in hoc foederis volumine, veluti ex syngrapha promiserat, & verbo iterum confirmarunt. Sequitur: Legit audiente populo: Optime vertit Hebraismum; legit in auribus, siue ad aures populi, sic est iuxta Hebræum; sic Septuaginta: at Chaldæus: Coram populo. Idem est omnium sensus.

11 *Qui dixerunt: Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.*] Dixerunt iam tertio, vt Augustinus, & Rupertus annotarunt, plena insolubilisque confirmatio. Porro, iuxta Hebręum est: Faciemus & audiemus; etenim vox *Samaa*, vtrumque significat, audire & obedire; sed quia audire scripturæ frequenti vsu, obedire est, ideo interpres recte posuit: Et erimus obedientes: Sic & Chaldæus: Faciemus, & obediemus. Cæterum præposterus ordo est, sed Hebraico idiomati frequens, prius enim audire est, deinde facere, quamuis & cum factorum obedientia est, in ipso opere, obeditur.

Aug. q. 99. in Exod. Ruper. in 24. cap. Exod.

שמע

12 *Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis.*] Huius ritus meminit Paulus ad Hebr. 9. & illum refert, aliquot adiunctis circumstãtijs, & cæremonijs, quarum hic Moyses non meminit. Forsan Paulus in lege instructus, expressit, quæ hic, & sæpe alibi Moyses consulto tacuit, vel quod tempore S. Pauli, sic fieret, vel quod cum prima consecratio hæc esset, virtute in illa & alia con inerẽtur, in quibus quæ Paulus refert fiebant. Leuit. 16. & Num. 19. sic sanctus Thomas. Quare autem Paulus ibi testamentum vocet, quod Moyses hic foedus dixit, seu pactum, suo loco dicemus, & iuxta vim vocis, & rei veritatem, optime locutus est S. Paulus, est enim testamentum, de futura hæreditate, per mortem testatoris; sed sub conditione, si legem seruauerint. ratione primi; dici debuit testamentum; ratione secundi, pactum. Vnum igitur, & idem merito testamentum vocatur, & pactum, respectu diuersorum. Porro, sumptum sanguinẽ, quem scilicet in crateris reposuerat; voluit enim pollicitationes huius foederis vtrinque factas, effusione, & aspersione sanguinis, & animaliũ cæde confirmari, iuxta vulgatum, vt diximus, omnium gentium morem, quę mactatis pecudibus, & victimarũ sanguine, mutua inter se foedera iungebant: quem morẽ vsque ad Albanos, & Romanos Regẽs, ex vetustissima consuetudine dimanasse, Virgilius ostendit Aeneid. 8. & 12.

S. Thom. in 9. cap. epist. ad Hebr.

a — *hic iam tertio ascendit in montem Moyses.* e f g — *filij Aaron.* l — *i. senatoribus.* n o — *in similitudine creata, & vt creditur, hominis.*

a b c d e f g h i K l m n o

Ascenderuntq. Moyses, et Aaron, Nadab, et Abiu, & Septuaginta de senioribus Israel: et viderunt

d e f — *i. stratum pedum illius.* g h i K — *i. quasi sapphirinis lapidibus latum, & complanatum.* l m n o — *Sunt enim sapphiri carulei coloris, & quasi cæli sereni, vel sermo est de sede Dei, loco: non sit expressum.*

a b c d e f g h i K l m n o

Deum Israel: & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cum

serenum

Digitized by Google

c f g h i k l m n o
s. Aaron cum filijs, & senioribus. *pro à filijs, iuxta Hebr.* *i. in aliquo laesit, aut illos percussit. Chald. principibus autem filiorum Israel, nullum incommodum fuit.*
a b c d e f g h i k l m n o
serenum est. Nec super eos, qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam,

b c e f g
in specie creata. *sub. nihilominus.* *vtique in nullo laesi, & percussi.* *per specialem reuelationem.*
a b c d e f g h i k l
videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. Dixit autem Dominus ad Moysen:

d c f g h l m o q
in qua s. manifestata fuerat eius claritas. *i. mane, & moram fac ibi.* *Hebraei sapphirinas dicunt.* *sub. quam tu postea scribas.* *s. decem decalogi praecepta.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
Ascende ad me in monem, & esto ibi: Daboq. tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata,

c f K l m
i. populum Israel. *i. accinxerunt se ad iter.* *quia in grauioribus ministrabat.* *i. iam in montem ascendere volens.*
a b c d e f g h i K l m
quae scripsi: vt doceas eos. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendensque

e g h k
i. senatoribus. *in castris cum populo.* *s. ego, & Iosue.*
a b c d e f g h i k l m n
Moyses in montem Dei, senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis

c g i K l m
qui maritus erat Mariae sororis Moysi. *i. certum.* *i. litis in grauioribus.* *quasi ad me, si praesens essem, & illi quid praestandum diffinient.*
a b c d e f g h i K l m
Aaron, & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quaestionis, referetis ad eos.

S C H O L I A.

13 *Ascenderuntq. Moyses, & Aaron.*] Executio est eius, quod Deus Moysi praeceperat, vt cum his mõtem conscenderet: hicq. tertio ascendit Moyses, sicut Hugo de S. Victore aduertit. Primo, in die quo in montem Sina venerũt, quando scilicet, admoniti sunt de purificatione ad legem suscipiendam. Secundo, post audita decẽ mandata, vt iudicia, quae hucusque scripta sunt, reciperet. Nunc tertio, cum Aaron, & duobus eius filijs, Septuagintaque senibus Israel.

Hugo de S. Victor. in Exod.

14 *Et viderunt Deum Israel.*] Sic est iuxta Hebraeum: Chaldaeus: Viderunt gloriam, idest, claritatem Dei Israel; quasi dicat: gloriosam speciem, quã eis se manifestare voluit. Septuaginta adhuc variãt, legunt enim: viderunt locum, vbi stetit Deus Israel: forsan indicare volentes, non vidisse etiã Dei speciẽ in qua apparuit; cũ & Moysi eius adeo familiari sola posteriora dignatus fuerit ostendere. Et certe satis credibile est stratum pedum vidisse, vel vt plurimum illius pedes. Caeterum cum Deus spiritus sit, non de visione Dei in se sermo est, sed secundum similitudinem aliquam creatam, sicut saepe à patriarchis, & prophetis etiam visus dicitur: sic intellexerũt omnes patres, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Rupertus, & S. Thomas. Iam, hanc apparitionem non desunt, qui putent fuisse illam, de qua Moyses Deut. 33. & Dauid Psal. 68. & quod cum angelorum apparatu visus sit: Sed hic solius pauimenti, & Dei meminit, vt intelligeremus, quae postea in Deuteron. expressit, apparuisse scilicet, cum sanctorum millibus.

Hieronym. in 7. cap. Isaiae. Aug. q. 101. in Exod. et de videndo Deũ ad Fortunatum Episc. in epist. 102. ad Paulinam, de videndo Deo. Chrys. ho. 32. in Gen. Greg. 18. mor. c. 36. & hom. de S. Spiritu. Ruper. in 24. cap. Exod. S. Tho. 1. par. q. 64. ar. 1. ad 3. et 12. q. 102. art. 5. corp. & ad 1. & 5. & 22. q. 97. ar. 2. ad 2. et q. 154. ar. 5. corp. et q. 162. ar. 3. ad 1. & q. 180. ar. 5. ad 2.

15 *Sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini.*] Quod pedes hic commemoret sacer textus, satis constat in humana specie apparuisse. Sequitur: quasi opus lapidis sapphirini. Sic est etiam iuxta Hebraeum, singulari pro plurali posito, vnde aliqui legunt; quasi opus lapideum sapphirinũ. Septuaginta: Lapidis, aut mensae sapphirinae, idest, ex sapphiro lata, & complauata; in modum laterum, & mensae, cuiusmodi visio etiam Ezechieli facta est. Chaldeus: Et sub throno gloriae eius, quasi opus lapidis pretiosi. Sed certe in Hebraeo est dictio *sappir*, quae sapphirum lapidem significat, vox Graeca est, forsan ab Hebraeo mutuata; & vt solitũ aliquando est, vltimum p. in p. crassum cõmutato; & earum, quae apud Medos reperiũtur, supremam sibi maiestatem vindicarunt, qua serenissimi verniq. caeli colorem efferentes, ceruleae conspiciuntur, & seu transfusas nubeculas (immixta etiamnum leui quadam purpura) repraesentant, vt videlicet Sulphuris primũ accensi colorem referant, aureis insuper punctis colluceant, scintillentque, ita tamen vt visus aciẽ materiei crassicie retundant: sunt itaque hae optimae sapphiri; multae tamen aliae visuntur, quae quo magis ab his, vel substantia, vel colore desciuerint, eo viliores censebuntur: mitto de hoc lapillo superstitiosorum magorũ, quae praestigiosa vanitas nugatur. Cordis, oculorumq. vires reficere, horum excrescẽtias, & pustulas inhibere, Galenus, & Dioscorides auctores sunt. Et tamquam concordiae signaculum Pontificibus, Regibus, summis denique viris, prae caeteris dignam; ob propemodum diuinas illius facultates, philophi iudicarunt.

ספיר

Digitized by Google

16 *Et quasi cælum, cum serenum est.*] Iuxta Hebræum est: Et quasi aspectus cæli in serenitate. Chaldæus: Et quasi aspectus cæli, cum serenus est. Septuaginta: Et sicut species firmamenti cæli puritate: Quæ omnia diligenter perpensa, idem dicunt cum litera nostra. Quidam hoc referunt ad pauimentum, vt sit quasi maior explicatio eius, quod dixerat; quasi opus lapidis sapphirini, cuius color est, quasi sereni cæli, vt diximus. Nec tamen mihi displicet, vt verba hæc, non ad pauimentum; sed ad sedem gloriæ Dei referantur; viderunt enim seniores & Dei sedem, vt cælum gloriosam. Nec mireris si sedis mentio non fiat in litera; solet namq. interdũ precisius loqui Scriptura. Porro, quod Septuaginta vertant, lateris, aut mensę sapphirinæ, secundum Hebræos significabat, lateres fidelium in Aegypto, versos in sapphirum, idest, in summum decorem, & libertatem Deum conuertisse: Nos tamen tantum Dei maiestatem splendidissimam præseferre dicimus, qui cælo insidet, & terram totam, scabolli instar pedibus subiectam, moderatur.

17 *Nec super eos, qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam.*] Sermo est de Aarone, & duobus eius filijs, deque Septuaginta senibus Israel, qui licet montem ascendissent, vt Dominus præceperat, procul tamen à montis vertice adorauerunt: Vnde iuxta Hebræum est: Et ad principes, siue primates filiorum Israel, non misit manum suam. Porro, non mittere manum, vt quidam interpretantur, idest, non occultauit se, secundum quod infra capite 33. Moysi dicit Deus: Protegam te dextera mea, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea: vt sit sensus: Non substraxit ab eorum oculis sui visionem; immo ab illis etiam visus est Dominus: vnde sequitur: Viderunt Deum: sed certe, mittere manum, Hebraismo est, percutere, seu lædere, vt sit sensus: Non læsit, nec percussit illos Deus; ex pluribus quippe Scripturæ locis aperte constat, quod cum inferior natura ad aspectum superioris immutetur, communem fuisse consensum, vt cui Deus inuisibili forma appareret, aut loqueretur, continuo mortuum, aut moriturum, putarent: Hinc Iacob Genes. 32. mirabatur, quod cum Deum facie ad faciem vidisset, non esset mortuus. Vnde subditur: Viderunt Deum; quasi dicat: immo Deum viderunt, & nihilominus non fuerunt percussi; immo comederunt, & biberunt: Vnde Chaldæus legit: principibus autem domus Israel, nullum incommodum fuit. Sunt, & qui dicant, vt R. Ezra refert, alium esse verborum sensum, scilicet, viderunt quidem eum, sed eis non porrexit Deus manum suam, sicut Moysi, vt ita Dei spiritu satiati manserint & corporali cibo non indiguerint, veluti Moyses, qui quadraginta diebus, & totidem noctibus sine cibo perstitit. Sed placet superior expositio, quam ex verbis Chaldæi deprehendimus, cui multa fides debetur.

R. Ezra.

18 *Viderunt Deum, & comederunt, ac biberunt.*] Iuxta Hebræum est: Et viderunt Deum. Chaldęus: Et viderunt gloriam Dei. idem est, legitimus sensus est, quem insinuauimus; quasi dicat. licet Deum viderint, non tamen in aliquo læsi, aut corpore immutati; quominus edere, aut bibere postea potuerint, vt prius, cum reliqui hominum ad huiusmodi spectacula toti concidant. Nec spernendus est alius horum verborum sensus, quem innuit Targum, cum legit: Et gauisi sunt in sacrificijs suis, quæ accepta fuerunt, quasi comedissent, & bibissent: sic ergo, Deus se illis videndum præbuit, vt gaudium maximum ex eius visione perceperint, & satiati, adeo Dei visione, & alacres, ac si comedissent & bibissent: *Siruio les el gozo, que de aquella soberana vista recibieron, de comida, y beuida.*

19 *Dixitque Dominus ad Moysem, ascende ad me in montem; & esto ibi.*] Post reditum in castra, sic enim intelligendum est. Alloquutus est Dominus Moysem, idest, reuelauit ei, præcepitque, non solum in montem ascendere; sed morari in eo; hoc enim significat, cum dicit: Sta, vt Rupertus aduertit; & hoc, vt de agendis Moyses disponeret, interim quod ipse esset in monte, ne improuisa populo contingat mora Moysi in mõte: Vnde & Moysem præmonuisse de hoc populum, refert Iosephus. Ruper. sup 24. cap. in Exo. Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

20 *Daboq. tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, vt doceas eos.*] Sapphirinas ferunt Hebræi tabulas fuisse. Porro, quod legem, & mandata dixerit, sunt qui non solũ decem moralia pręcepta, sed & alia Deum in illis scripsisse contendãt; at Rupertus aduertit, consulto dixisse: & mandata scripsi, non legem, quam scripsi; nam hanc Moyses scripsit. Subditur: Et doceas eos. sic & iuxta Hebræum; ideo enim sequestrare se totum Moyses iubetur ab omnibus, tam populo, quam principibus, & in loco solitudinis; vt, Domino docente, discat, quæ populum sit mandata docturus, nec alias proponat leges, nisi quas à Domino susceperit, & illarum præcipuas, in tabulis lapideis Dei digito descriptas, accepit. Ruper. in 24. cap. Exod.

21 *Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius.*] Iuxta Hebræum est; Surrexit, sed habita ratione Iosue, Vulgatus legit: surrexerunt, idest, iter cœperunt, vt in montem ascenderent. Iosue autem dicitur minister, quod ex domesticis in grauioribus ministraret hic, licet cum Moyse non ascenderit, ad montis tamen terminos, vel fixo tentorio illum expectasse, satis constat infra capite 32. cum dixit Moysi descendenti de monte: Vlulatus magnus auditur in castris.

22 *Ascendensq. Moyses in montem Dei, senioribus ait: expectate hic, donec reuertamur ad vos.*] Solus Moyses ascendit in montem Dei; sic dictus, quod sæpe in eo Dominus se manifestum fecerit. Porro, nisi præpostero ordine dicamus scriptum, vt prius seniores fuerit alloqutus, antequam ascenderet, sicut est rei veritas, intelligere oportebit, Ascendens: idest, ascendere volens, & ad ascensum se præparans: *Estando ya para partir*. Sequitur: In montem. Quis autem fuerit, explicat Chaldæus, qui legit: In montem, in quo reuelata fuerat gloria Domini. Sequitur: Expectate hic. sic iuxta Hebræum: Manete hic, Aliqui addunt: Expectate nos hic: vt Chaldæus. Septuaginta: Manete hic, scilicet, cum populo. Idem est omnium sensus.

23 *Habetis Aaron, & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos.*] Hur, in Hebræo *Chur*: vir prudens, aliqui filium Caleph, & Mariæ sororis Moysi dicunt, sed probabilius maritus Mariæ existimatur: fuitque de tribu Iuda, pater Huri, infra cap. 31. Porro, scite reddidit interpres Hebraismũ: qui Dominus, subauditur: fuerit ver- חור

rit verborum, accedat: immo & iuxta Hebraicam veritatem legitur; Quisquis habuerit causas, hoc est, qui habuerit lites, illos conueniat. Vnde Chaldæus: Quicumque habuerit iudicium, accedat coram eis: quasi dicat; In arduis, si quæ se offerent, sicut ad me, si præsens adessem, sic ad illos, lites deducite: ipsi quid præstandum sit, diffinient; ne quid scilicet interim infeliciter agatur.

---

a b d e f i k

sub. recedens ab Aarone, & senioribus, dimissoque Iosue in remotiori loco, ipse aliquantulum progrediens in monte. — *non tamen eam montis partem, in qua Moyses persliterat.* — *i. Dominus gloriosus.*

a b c d e f g h i K

Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini

c d e f g l l m

non vndique, vt dictum est. — *non quod deinde nubes recesserit.* — *voce sensibili ibidem efformata.* — *s. Dominus Moysem.*

a b c d e f g h i K l m n o

super Sinai, tegens illum nube sex diebus: Septimo autem die vocauit eum de medio

o a d e f g l a

i. de caligine, vel intra de dentro de la nube spessissima. — *i. visio.* — *i. Domini gloriosi.* — *non quod vere ignis, sed eius speciem & similitudinem ad viuum præseferens.* — *translatitie pro summitate montis.*

a b c d e f g h i k l

caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem

b c d e f g h K a b

qui s. in castris erant, & videbant super verticem, similitudinem ignis ardentis. q.d. Moysi vere Deus aliter mostrabatur. — *ex iussu Domini.* — *i. intra.* — *i. ascendens ibat versus montis verticem, vbi erat visio Dei.*

a b c d e f g h i K

montis in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit

c d e f g h i K

quo tempore à cibo & potu abstinuit, melioribus alimentis recreatus cælitus aspirantibus, sic Philo lib. 3. de vita Moysi.

a b c d e f g h i K

in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

S C H O L I A.

24 *Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem.*] Recedens ab Aarone, & senioribus, dimissoque Iosue in aliquo remotiori loco aliquantulum ipse progrediens versus cacumen, non tamen ad ipsum accedens, vt inquit Hugo de S. Victore, ante diem septimum, in quo amplius accedere ex Dei voce licebat. Porro, iuxta Hebræum est: Cooperuitque eum, subaudi, montem, nubes: sic Chaldæus, & Septuaginta. *Hugo de S. Victor. in Exod.*

25 *Et habitauit gloria Domini super Sinai tegens illum nube, sex diebus.*] Gloria Domini perinde est, ac si diceret, Dominus gloriosus: Sinai autem nominat, vt sciamus, de quo monte loquatur. Quod autem subditur: Tegens illum sex diebus: repetitio est eius, quod dixerat: Operuit nubes montem: Addidit autem: sex diebus, non quod septima die nubes recesserit, sed vt indicaret moram Moysi qui antequam iterato accersitus, medium nebulę fuerit ingressus, nec quidem montem illum ascendere, impune cuiquam licuit, nisi ex Dei permissu, inquit Philo: Sicut ergo & quos terreni Reges ad se venire iubent, expectare faciunt in loco aliquo eiusdem Regię domus, nec ingredi audent ad Regem, nisi denuo eius nomine ab eo, qui ad hæc destinatus est, vocentur, & eis aditus pateat, sic Moysi accidisse videmus. *Philo lib. 3. de vita Moysi.*

26 *Septimo autem die vocauit eum de medio caliginis.*] Eum, scilicet, Moysen: Vnde iuxta Hebræum, illius nomen exprimitur. Porro, medium, Hebraismo, aliquando idem est, quod inter, vel intra, vt, Erat nauis in medio maris, Marc. 6. id est, intra mare: Vnde de medio nubis, *de entre la nube*: quasi dicat, de parte nubis, quæ densissima erat, & caliginosa. Etenim dictio *Hanan*, & caliginem, & nubem significat: Vnde iuxta Hebræum est: de medio nubis: indeque efformata voce sensibili, vocauit Moysen. Iam, de medio caliginis: vbi Deus erat, cuius incomprehensibilitas per caliginem significatur, cum alioquin lux sit, sed inaccessa. ענן

27 *Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel.*] Septuaginta etiam dicunt: Species. Chaldæus: Erat visio: Siquidem, *Mare*, proprie visionem significat: Vnde hic, species, pro visione sumitur. Quasi dicat: In conspectu, siue in oculis filiorum Israel, qui ad radicem montis stabant, talis apparebat gloria Domini, idest, Dominus gloriosus, מראה

quemad-

Digitized by Google

quemadmodum ignis, cum ardet, illis, qui prius cæteris, cum Moyse aliquantisper ascenderant, locus pedis eius, velut opus constratum Sapphiro visus est: Licet non desint, qui per Dei gloriam, nubē vel claritatem intelligant, qua amictus erat Deus, vt vestimento, sicut Psalm. 103. dicitur: Et talis visio erat in vertice mōtis, idest, montis cacumine, quod translatitie, vertex dicitur. Porro, quasi ignis: non quod vere ignis, sed veri ignis speciem ad viuum præferens, sicut & igneæ linguæ, quæ super Apostolos apparuerunt, Actor. 2.

28 *Ingressus Moyses medium nebulæ, ascendit in montem.*] Medium dicitur sicut supra, sic Iosue 30. de Sacerdotibus inquit: Stabant in medio Iordanis accinti, cum tamen ex eodem capite constet, perstitisse, quamprimum eorum pedes Iordanis aquis tingerentur. Nebulæ autem, siue nubis; eadem
137 etenim dictio est *Hanan*. Cum ergo Moyses in ea montis parte constitisset, quam nubes non attingebat, audita Dei voce, non deterritus augusta illa specie, ingressus est eam partem montis, quam nubes operiebat: Et, vt creditur, vsque montis verticem, vel prope penetrauit, vbi erat Dei visio Israelitis, sicut ignis.

29 *Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*] Diuinorum scilicet contemplationi intentus, immo in extasi absorptus, vt quæ sequuntur satis indicant. Porro, toto hoc tempore, à corporeo cibo abstinuisse author est Philo, & in allegoriarum libris, & de vita Moysi sic ait: Per quadraginta dies continuos à cibo, & potu abstinuit, nimirum alimentis recreatus melioribus, cælitus aspirantibus, & primo menti, mox etiam corpori, vtilitatem per animam afferentibus. Phịloni consentiunt omnes patres, Cyprianus, Basilius, Ambrosius (qui in quadragesimo numero mysterium agnoscit) Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Cassianus, & Rupertus.

Philo lib. 2. alleg. et lib. 3. de vita Moysi. Cypri. de ieiunijs & tentationibus. Basil. in 40. martyres. Hieron. in 3. cap. Math. Ambros. in 4. cap. Lucæ & ser. 38. de ieiunijs et quadragesima. Augu. ser. 64. & 65. de tempore. Greg. hom. 16. Cassia. coll. 21. Rupert. in 24. cap. Exod.

CAPVT XXV.

l
i. accipiant & reponant.
a b c d e f g h i K l m
Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, vt tollant mihi

a g h
i. munificum & liberale donum. i. sponte. sub. non tamen exigetis.
a b c d e f g h i x l m
primitias: ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem,

i l
i. lanam aut vestem coloris cerulei, seu sericum eiusdem coloris. i. lanam siue vestem de sanguine purpura tinctam siue sericē.
a b c d e f g h i K l
quæ accipere debetis: Aurum & argentum, & æs, hyacinthum & purpuram,

a b c e f g i x l
i. vestem cocco tinctam etiam sericā. vt intensior sit eius color. tenuissimi lini genus est. & ad saga, & ex eis fit pretiosa vestis chamellota, vel pannos ex pilis caprarum. quales sunt pelles taxorum.
a b c d e f g h i K l
coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas,

b c d e i K
i. violacei coloris. in deserto Arabia gignuntur ligna aptissima, & imputribilia. i. præparanda, vt ardeant. i. species aromaticas, ex quibus .s. & vnguentum & thymiamata fiant.
a b c d e f g h i K
pellesque ianthinas, & ligna setim: oleum ad luminaria concinnanda: aromata

b c d e f g h i K
siue vnctionis oleum, quod idem est. sub. in. i. suffitum sabumerio. Species pro genere, pro speciosis lapillis, qui auro includi solent. i. gemmas inquam.
a b c d e f g h i K l m
in vnguentum, & thymiamata boni odoris: lapides onychinos, & gemmas ad ornan-

a c
i. superhumerale. i. pectorale.
a b c
dum Ephod, ac rationale.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIA.

1 LOQVVTVSQVE *est Dominus ad Moysen*.] Familiarius cum Hebræis côuersari disponens Dominus, domum apud eos erigere volens, & quidem portabilem, cum castra sæpe mouenda forent, quæ ad illam exigerentur, colligere præcepit Moysi à filijs Israel; vt eo in loco, ad omnia, quæ inquirere vellet, ad manum illum haberent, & inde cuncta, quasi eorum gubernator dirigens, adesset. *quiso auesindarse con los Hebræos, y hazer vna tienda real, entre tanto que estauan de passo, que despues quando moraron en poblados, ya mando hazer por su alcaçar el templo à Salamon*. Porro, in sequentibus, in multorum expositione, vt videbimus, parum fidendum erit Rabinorum sententiæ; quod minus illa cognita habere videantur Hebræi, quam aliæ gentes, & in difficilioribus perplexiores sint; cum tenuem historiarum noticiam habeant, nec animalium naturas norint, non herbarum nomina, non earum colores, non proprietates.

2 *Vt tollant mihi primitias*.] Septuaginta: Sumite mihi primitias. Chaldæus: Vt separent coram me separationem primitiarum. primitias autem vocat, non prout vocabuli proprietas exigit, sic inquit Hugo de S. Victore, sed largo modo, pro quacumque oblatione; etenim Hebraice est *Teruma*, idest, oblationem, vel eleuationem, & hoc loco quarûcumque rerum munificum, ac liberale donum importat, quod Domino separatur. Eleuationem autem huiusinodi vocant; quod à communi vsu, ex bonis hominum, ad diuinum quasi eorum primitiæ eleuentur: Et eadem ratione separationes dicebantur; quod separata essent à communi vsu, & Deo dicata: Necnon eleuationes; quod aliquando similes oblationes, apud Hebræos, coram Domino mouerentur, & ad quatuor mundi plagas eleuarentur: Et vt, quid per primitias intelligeret, indicaret inquit Rupertus, continuo subiunxit: Ab homine, qui offert vltroneus, accipietis eas, &c.

Hugo de S. Victor. in Exod. תרומה

Ruper. in 25. cap. Exod.

3 *Ab homine, qui offert vltroneus, accipietis eas*.] Optime Hebraismum vertit interpres; iuxta Hebræum enim est: Ab omni viro, quem spontaneum faciet cor eius. Alij: Cuius cor sponte offeret eam, nempe, oblationem. Septuaginta: Quibus visum fuerit cordi. Chaldæus: Ab omni viro, qui voluerit subintellige, dare ex corde suo, idem est omnium sensus; etenim verbum Hebraicum *Nadab*, idest, voluntarie, seu spontanee offerre: vltroneum afferre, seu liberalem esse, significat. A nullo igitur exigenda erant: siue ergo magna, siue parua, inquit Rupertus, quæ non coacta seruitute, sed spontanea charitate, in opus tabernaculi offerebant, primitias vocauit. Sequitur: Accipietis eas. Iuxta Hebræum est: Capietis oblationem meam, idest, quæ mihi datur, & in mei cultum offertur. Chaldæus: Separationê meam. Septuaginta: Primitias meas, legunt; est enim eadem dictio Hebræa, quæ supra *Teruma*, quasi dicat: Non exigetis, sed sponte oblatas accipietis.

נדב

Ruper. in 25. cap. in Exo.

תרומה

4 *Hæc sunt autem, quæ accipere debetis*.] Iuxta Hebræum est: Et ista est oblatio, quam accipietis ab eis. Chaldæus: Hæc est autem separatio, quam tolletis ab eis. Septuaginta primitiarum hic nomine vtuntur; sed hæc non variant literæ sensum.

5 *Hyacinthum*.] Sic Septuaginta: Lana inquit R. Salomoh est, in sanguine purpuræ, tincturaque viridis est. Alij crocei, seu flaui & pallidi, vt aurum. In Hebræo est: *Techelet*, & lana est tincta cęrulei coloris, vt est vna hyacinthi species, ex qua lana & panni conficiuntur: Et, vt quidam referunt Venetias allatus, penitus cæruleus est, & odore laudatissimo. Et quidem quod hyacinthi species multæ sunt, tot de colore lanarum fuere sententiæ: sunt enim quę ad rubrum plus inclinant: alię è fuluo croceum repræsentantes: alię cęruleæ, quas temporum côstitutionibus affici, viri grauissimi referunt, ita vt cęlo placido, pelluceant, ingrato vero, tamquam eius iniurias ægre ferentes, tristi aspectu côpareant, vt vel hinc cęlestis esse naturæ asseuerent.

תכלת

6 *Et purpuram*.] Quasi dicat: Hyacinthinos pannos, & purpureos, siue vestes: Purpura autem rubei coloris est, siue rutili, & subrufi, de sanguine videlicet purpuræ: de quibus Plinius, quæ florem illum tingendis expetitum vestibus, in medijs faucibus habent. Nec desunt, qui purpuras, pro soli proprietate, alium atque alium dicant habere colorem: Et licet apud Tyrum rubrum, & quod ibidem bene tinguntur lanæ purpureæ, vestes Tyriæ dictæ sint. sic Plinius: Apud Africam autem puniceum succum emittunt, quo, & purpurei panni tinguntur, & violaceam purpuram appellant. Cornelius Nepos: Me iuuene, inquit, violacea purpura vigebat. Vnde quandoque, purpureum, pro cęruleo legimus, præsertim cum de mari dicitur, ex nimia altitudine nigrescente. Cicero: Mare illud, quod nunc fauonio nascente purpureum videtur. Et Virgilius: In mare purpureum violentior influit amnis. Sed hic sermo est de lana aut veste rubra.

Plin. lib. 9. cap. 36.

Plin lib. 11. cap 37.

Cornelius Nepos.

Cicero 4. Acad.

Virgil. lib. 4. Georg.

7 *Coccumque bis tinctum*.] In Hebræo est *Tholahat Sani*, quæ vtraque dictio, coccum vermiculumque significat, secundum Hebræos: & cum mirum videatur cur bis eamdem expresserit significationem, præstat dicere à *Sana*, verbo deduci *Sani*, quod secundare aut iterare significat, vt sit sensus quem interpres expressit. Coccumque bis tinctum, vt scilicet intentior esset eius color: sic etiam est iuxta Hebræum. Septuaginta, coccinum duplum habent. Chaldæus dumtaxat habet, coccinum: sed in sensu nulla est diuersitas. Porro, coccum, teste Dioscoride, hoc est, granum tinctorium, frutex est fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus, cuius copia summa in ea parte Hispaniæ est, quæ Tudertana appellatur, vt est author Strabo: Et licet ad purpuram tingendam adhibeatur, teste Plinio, colorem tamen coccineum non esse eumdem cum purpureo, ostendit Vlp. l. si cui lana lege. 3. Purpuræ autem appellatione, omnis generis purpuram contineri, puto, sed coccum non côtinebitur, buccinum, & ianthinum continebitur. Iam, licet coccum grana illa significet, vt diximus tinctorij coloris, *granos de la corteza de la coscoja en Arauigo, carmes*, vnde *carmesi, la seda tenida con ellos*:

תולעת שני

שנה שני

Dioscorides.

Strabo lib. 10.

Plin. lib. 21. cap. 8.

Vlp. l. si cui lana. leg. 3.

Hic pro

Hic pro lana vel ferico fumitur, cocco tincto fubtiliffimo, de vermibus multa diligentia defumi folito, quod duplicatur, immo decuplicatur, & contorquetur, vt in fila promoueatur ampliffima, & fubtiliffima, & eft rubei coloris, vulgo carmefinus dicitur, fed lucidior, quam purpura, & quandoque purpura, & coccus pro eodē, largo modo, ponuntur.

Plinius. Polux. Philostratus.

7 *d. Et byssum.*] Plinius circa Elim Achaiæ nafci credit: Polux ex india, & Aegypto gigni prodidit. Philoftratus author eft, byffum ex quadam arbore nafci, quæ altitudine populos ęquat, folijs autem falicibus æquiparatur. Cæterum byffus tenuiffimi lini genus eft, fecundum Hebræos, ex quo fubtiliffimæ, & candidiffimæ veftes fiunt, quæ mulieribus olim in delicijs erant. Porro, nefcitur cur Septuaginta byffum retortam addiderint, cum in Hebræo *Ses* tantum fit pofita, quæ byffum fignificat, & forte eo tendunt Septuaginta, vt innuant, linum tortum, & iam in telam effectum. שש

8 *Pilos caprarum.*] In Hebræo eft *Hizzim*, ideft, capras, & fubintelligi debet, pilos, ex quibus pretiofæ veftes fieri folent apud nos, chamellote. Forfan, licet Vulgatus tantum expreflerit pilos, in Hebræo nihil eft additum; quod & pelles caprinæ, & veftes ex huiufmodi pilis confectæ, in vfum tabernaculi fuerint; ex his enim, & faga facta funt. עזים

9 *Et pelles arietum rubricatas.*] Arietum: Ad minus vnius anni: dictio enim *Elim*, ab *Aial*, quod eft fortitudo, deriuatur. Porro, rubricatæ, In Hebræo eft *Meoddamim*, hoc eft, rufę & rubentes, vt eft corium rubicundum, & in fanguineum colorem tendens. Septuaginta: Pelles arietum rubefactas feu rubricatas dixerunt, fic Chaldęus: Iuxta Hebręum autem legunt ficut & nos, & de his, in canticis intelligi volunt: Sicut pelles Salomonis. אילם מאדמים

10 *Pelles ianthinas.*] Ianthinus idem eft, quod violaceus; nam Gręci *ia*, violas, & *anti*, flores, vocant: ianthinum itaque dicitur, quod floris violę colorem refert: Vnde veftis ianthina, & ianthina, orum, fuftantiue dicuntur veftes violacei coloris, de quo Martialis. Septuaginta, pelles hyacinthinas, legunt. Forfan errore fcribentium factum eft, ficut in multis Biblijs iuxta Vulgatum legitur, hyacinthinas; in correctiori vero fub Clemente 8. ianthinas, emendatum eft. Porro, Hebraice eft *Techasim*, ideft, taxorum: ficque iuxta Hebręum ad literam legunt; pellefque taxorum: fic Chaldęus: Et licet taxus apud profanos fcriptores nomen fit cuiufdam arboris in Hifpania & Arcadia, prefertim cui venenum ineft, & fub cuius vmbra dormiētes intereunt, maxime cum in flore eft, abieti fimilis, Hifpane, *taxo*, & aliquos vidi *en el toscar*, apud Dertufam, de quo etiam Plinius: tamen apud Ecclefiafticos fcriptores, taxus, fiue tafus apud Hebręos, nomen beftiæ eft, & quidem mundæ, quæ ea folum tempeftate inueniebatur, vt Hebræi ferunt: fic R. Salomoh. & dicunt effe animalia, pelles varias, ideft, difcolores habentia, fic & in Hebręorum Talmud. Apud nos etiam animalia quædam funt, vulgo Texugos, quæ Hebræum nomen retinuiffe videntur, fed horum non apparet fimilis vfus, quamuis fi ad tabernaculi operimentum erant, ad imbrium aliarumque aeris temperierum iniurias pro pulfandas, vt quidam affirmant, Exod. 39. fequenti capite, non adeo incommodæ pelles apparent. R. Ezra pelles effe dicit beftię, quę prępinguis eft, vt corium bouis, immo & illud effe dicit; etenim Ezech. 16. vbi memorans Dominus delicias, quibus Ifrael in fua infantia enutrierat, dicit fe eum calciaffe, *Tachas*, ideft, pelle taxorum: Vnde & aliqui putant, pelles effe, ex quibus noftris temporibus fiunt, *las adargas*, ex corio duriffimo, apto ad protegendum, & ad calceamenta: nifi forte dicamus, Ezechielem, per *Tachas*, non pellem ipfam, fed varios ipfius colores fignificare voluiffe, ac fi dixiffet: Calciaui te difcoloribus, ficut & illo loco Vulgatus exprimit, hyacinthino, & hoc loco exprimere idem vifus eft, & Septuaginta, cum dixerunt: Pellefque hyacinthinas, ideft, coloris violacei, & varij, ta e erant taxorum pelles, de quibus facer textus loquitur, vt ex Hebręo conftat.

Ia ἄνθυ

Martial. lib. 11. cap. 6.

תחשים

Plin lib. 16. cap. 10.

R. Salomoh.

R. Ezras

11 *Et ligna fetim.*] Septuaginta, ligna, incorrupta legunt, de quibus Iofephus hoc referens dicit, materiam ligneam, elegantem, & contra cariem firmam: & fic dici poffet, fpeciem, fcilicet, ligni fethim, pro genere poni, pro omni ligno incorrupto, quod vix in aquis, vel carie confumi poteft. Hebręi in hoc variant, & tot funt inter eos difcordię de hoc, ficut de pręcedentibus. Sunt enim qui putent cedrum optimam effe, alij piceam, alij buxum: Et quidem cedrus, inquiunt aliqui, fub aquis parum durat, alij fraxinum dicunt, Hifpane, *fresno*, ex quibus apud Lufitaniam tecta nobilium domorum tegere folent, & abunde à Germania afportatur: Quod autem Hebręi dicunt Iob plantaffe in Aegypto Spiritu Sancto, fibi reuelante, quandoque in deferto talia neceffaria fore ad tabernaculum, abfque fundamento dictum puto: Quare placet, quod S. Hieronymus obferuat in illud Ifaiæ 41. Dabo in folitudine cedrum, & fpinam: Et in illud Ioelis 3. Irrigabit torrentem fpinarum: Arborem effe, quæ in deferto Arabiæ nafcitur, fimilitudinem fpinę albę colore habentem, & folijs, non magnitudine; multo enim maior eft, quam fpina, lignum vtique ampliffimum, & imputribile, atque leuitatis incredibilis, & pulchritudinis: in fingulari, fetta, dicitur, in plurali, fetim.

Ioseph. 3. antiq. cap. 4.

Hieronym. in 41. Esaia. & 3. Iohel.

12 *Oleum ad luminaria concinnanda.*] Accipere etiam poterant oleum ab vltro dantibus, pro lucernis & candelabro, die nocteque lucentibus: ad luminaria itaque concinnanda, ideft, præparanda, vt ardere poffent.

13 *Aromata in vnguentum.*] Iuxta Hebręum eft: Pro oleo vnctionis, fic habent Chaldæus, & Septuaginta. Quæ omnia idem important cum eo quod nos legimus: Erat autem vnguentum hoc, quo vngebantur Sacerdotes, tabernaculum, & vafa. Porro, aromata dicuntur, quæ nos, fpecies, vel alia etiam odoramenta. Columela de hoc Hifpane *fpecies aromaticas*.

Colum. lib. 12. cap. 20.

14 *Et thyamiamata boni odoris.*] Iuxta Hebræum eft: Pro thymiamate aromatum. Chaldęus: Et in incenfum aromatum: vt fit fenfus, accipies & aromata, & ad componendum vnguentum odoriferum, vt diximus in pręcedenti fcholio, & incenfum odoratum: hoc eft, thymiama; *fahumerio*, Hifpane; boni odoris, vt legit Vulgatus, vnde & Septuaginta vertunt: In compofitione thymiamatis,

Digitized by Google

suffitum enim suauissimi odoris amabat Deus in sacris; hoc enim est thymiama quod suffitus, & suffimentum, Hispane, *sahumerio*.

15 *Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum Ephod, ac rationale.*] Iuxta Hebræum est: Et lapides plenitudinum, idest, gemmas, quę auro, aut argento includi solent, atque ita replent locum factū in re argentea, vel auro: Vnde Chaldęus: Et lapides, vt impleant, cęlaturas Ephod, & rationalis. Septuaginta: Et lapides in sculpturam, ad super humerale, & tunicam talarem: huic consonat, quod
Ioseph. 3. antiq. cap. 4. scribit Iosephus, lapillos quoque pretiosos, qui ad ornamentum auro includi solent: ideo dixit Vulgatus: ad ornandum Ephod, & rationale: Quare onychinum lapidem Vulgatus legit: qui est coloris vnguis humani, speciem scilicet, pro genere apponens, quod sequenti voce innuit, cum ait: Et gemmas, quasi dicat: gemmas, inquam, quę auro includi solent, ad ornamentum Ephod, & rationalis, hoc enim est gemma, quod lapis pretiosus, *piedra preciosa*, vt constat apud Virgilium, & Plinium. Quid *Virgil. Aene. 5. & 8.*
autem sit Ephod, quid rationale, in sequentibus *Plin. de viris illustribus.*
cum de Sacerdotis vestibus fiet sermo, tunc explicabimus.

---

c — *sic dictum, quod sacra publica in illo peragerentur.*
e f g — *i. inter vos.*
i k l a — *vt nihil propria sponte facere attentarent, & quæ sic fierent, grata esse Deo nossent.*

a b c d e f g h i K l
Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitu-

b c d — *in exemplari, antequam de monte descendas.*
g — *i. instrumentorum.*

a b c d e f g h i K l
dinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque

c — *ad modum scriniy sine pedibus.*
e f — *quæ in deserto Arabia gignuntur,*
l m n — *i. duos cubitos & dimidium.*

a b c d e f g h i k l m n
facietis illud: Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis

a b c — *sermo est in his de cubito vulgari:*
K — *i. dimidium.*

a b c d e f g h i K
cubitos: latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum similiter ac semissem.

b — *i. laminis aureis vesties.*
K — *i. in gyro segminis illius.*
l — *impropriè; erat enim non rotunda, sed sic dicta, quod arcā cingeret, vulgo, corniza.*

a b c d e f g h i K l m
Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: faciesque supra, coronam auream

c d e f — *qui totum lignum penetrabant, inquit Iosephus 3. antiq. cap. 6.*
i K l m — *non omnino in angulis, sed prope, ita vt duo illorum, essent in singulis lateribus, secundum longitudinem.*

a b c d e f g h i K l m
per circuitum: & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos:

a b c d e f g h i K — *explicat quomodo ponendi sint quatuor circuli in quatuor angulis.*
e — *s. secundum latitudinem.*
p q — *genus ligni est in deserto Arabia.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis setim,

e — *i. traicies.*
m — *pones longitudinem.*
o — *à Sacerdotibus vtique, & in humeris.*

a b c d e f g h i K l m n o
& operies eos auro. Inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur

g h i — *& non sicut vectes aliorum, quæ erant in tabernaculo, qui peracto officio extrahebantur.*
i K l m — *nisi forsan in eis aliquid reparandum foret.*

a b c d e f g h i k l m
in eis: qui semper erunt in circulis, nec vmquam extrahentur ab eis.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIA.

מקדש

16 *Facientque mihi ſanctuarium.*] Mikdas, id-eſt ſanctuarium commune nomen eſt, quo & tabernaculum à Moyſe conſtructum, & templum poſtea à Salomone erectum, appellari poſſunt: ſic vero dictum; quod ſacra in eo peragerentur; nam quod Deo conſecratum eſt, ſanctum Scriptura vocat, quaſi eo auguſtius iam factum ſit, & diuinæ quodammodo venerationis particeps.

17 *Et habitabo in medio eorum.*] Ideſt, inter illos: quod nequis ita turpiter concipiat, quaſi Deus in manufactis ędificijs includatur, & non alia repleat loca, quem cęlum aut mundus capere non poſſunt; ſed per ſpiritualem cultum, qui Deo ibi exhibetur, vt inquit S. Thomas. Quod igitur eo in loco publica ſacra tractentur, & Deus tam verbo ſuo, quam ſacrificijs, & ritibus, & ſignorum oſtenſionibus, ſpecialius, quam alibi reueletur; ideo habitare peculiarius dicitur in medio eorum. Quaſi dicat: Vt non oporteat vos pro ſacrificijs ad montē illum redire.

S. Thom. in 3. cap. epiſt. ad Corin.

18 *Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius.*] Iuxta Hebræum eſt: Secundum omnia, quæ ego videre facio te, & ſimilitudinem habitaculi, & ſimilitudinem omnium vaſorum eius, ſic facietis. Chaldæus: Iuxta omnia, quæ ego oſtendo tibi, ſimilitudinem tabernaculi, & ſimilitudinem omnium vaſorum eius; ſic & Septuaginta: quæ omnia à noſtra litera non diſcordant. Et eſt ſenſus omnino, vt in monte hoc, antequam inde diſcedas, oſtendam tibi exemplar, vel ſimilitudinem tabernaculi, & exemplar omnium vaſorum, ideſt, eorum, quæ ad cultum meum ibidem fieri oportebit, ſic facietis: Hebraico quippe ſchemate, inſtrumenta quæcumque vaſa vocat. Hęc, cum tabernaculo, quali figura, magnitudine, materia, omnia perficeret, ei in exemplari, dũ in monte eſſet, oſtendit Deus, ne quid ſuo ſenſu, & arbitrio confingere attentaret, & quæ fierent, Domino accepta, & placita noſcent.

19 *Arcam de lignis ſetim compingite.*] Hæc, cũ propitiatorio, eſt ſanctuarij pars præcipua, & eſt, quam teſtamenti & fœderis arcam appellari, infra videbimus, & quaſi præſentiæ Dei ſacramentum, inde Sacerdoti ſummo, reſponſa dabantur, cui ſoli, & raro, eam aſpicere licebat impune, & erat quaſi ſcrinium ſine pedibus. Iam, quæ ſint ligna ſetim, ex S. Hieronymo vidimus ſcholio 10. huius cap. cui conſentit Rupertus. Ioſephus inquit: Erat è materia natura valida, & ab omni carie inuiolabili, quã de lignis ſetim ſacer textus fuiſſe affirmat. Quod autem Vulgatus dicit: Compingite. Iuxta Hebræum eſt: Facient: Sic Chaldæus. At Septuaginta: Facies; Eſt enim in Hebræo, *Vehaſu*, ſed ſenſum in quo non diſſident, eleganter expreſſit Vulgatus, dicens: Compingite.

Rupert. in 25. cap. Exod.
Ioſeph. 3. antiq. cap. 6.

ועשו

20 *Cuius longitudo habeat duos, & ſemis cubitos.*] Ideſt, duos cubitos, & dimidium. Porro, de huius cubiti menſura, de quo hic eſt ſermo, Comeſtor in ſua hiſtoria, negat hic accipiendum eſſe Geometricum cubitum, ſed humanum; ſicut ipſius Moyſi, quod in altari Lateranenſi dicit manifeſtum eſſe, intra quod fertur fuiſſe arcam. & Ioſephus, quem ſecutus eſt Beda: longitudo, inquit, Ioſephus, erat quinque palmorum, altitudo vero, & latitudo trium palmorum: itaque iuxta iſtos, quorum ſententia probabilior eſt, ſermo eſt de vulgari cubito; nec eſt vllus maior cubitus, preter regium, qui viginti ſeptem digitos continet, vt author eſt Herodotus, & Geometricum, qui ſex cubitos noſtros habet, vt affirmat Origenes, quem refert & ſequitur Auguſtinus. Modo, palmus de quo Ioſephus loquitur, qui ſcilicet, ad vulgarem cubitum pertinet, digitos duodecim habet; eſt enim interuallum, inter medium digitum, & pollicem, & Græce dicitur *Spithamon*, ideſt, Spithamarum. Cubitus autem eſt interuallum à flexu brachij, ad extremum digiti medij, & digitos habet viginti quatuor.

Comeſtor in ſua hiſt.
Ioſeph. 3. antiq. cap. 6.
Beda lib. 1. de tabernaculo, cap. 4.
Herod. lib. 1.
Orig. hom. 2. in Gen.
Augu. q. 4. in Gen. et 15. de ciu. Dei. c. 27.
σπιθαμῶν.

21 *Latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter & ſemiſſem.*] Fuit itaque eius figura, quaſi quadratum, altera parte longius; latitudo enim cubitum & dimidium habebat, cum longitudo eſſet duorum cubitorum cum dimidio. Ioſephus inquit: altitudo vero, & latitudo, trium palmorum erat: qui faciunt cubitum, & ſemiſſem, ſiue medium vulgaris cubiti, de quo eſt ſermo.

Ioſeph. 3. antiq. c. 6.

22 *Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus, & foris.*] Iuxta Hebræum eſt: Et operies eam auro mundo intrinſecus, & extrinſecus operies eam. In Hebræo enim eſt, *Vezippitha*, ideſt, operies ſiue, cooperieſque. Septuaginta etiam adduplicant verbum operire, non vero Chaldæus. Abſtinet autem Vulgatus ab eiuſdem verbi repititione: poſt illa verba intus & foris, vbi in Hebræo eſt: *Tezappennu*, ideſt, cooperies eam, quod ſatis putaret, antea appoſuiſſe, ſicut Chaldæus. Porro, quod, deaurare, dicit Vulgatus, non per modum coloris intelligas, ſed quod laminis aureis intus, & extra fuerit cooperta; ex verbi enim Hebraici proprietate ſatis deprehenditur. & Ioſephus inquit: Eratque intus, & extra, laminis aureis incruſtata. Et Philo de vita Moyſi: Erat munita, inquit, craſſis laminis aureis: Vnde, & infra cap. 31. veſtita dicitur auro, ſicque intelligendũ erit de alijs, quæ in hoc opere deaurari pręcipiuntur; alia enim pretioſiori materia commodius intus & foris obduci, ad maieſtatem in hominum aſpectu, non potuit.

וצפית
תצפנו
Ioſeph. 3. antiq. c. 10.
Philo lib. 3. de vita Moyſi.

23 *Facieſque ſupra coronam auream per circuitum.*] Sic & iuxta Hebræum, dictio ſiquidem *Zer*, coronam ſignificat, & labium, & limbum. Chaldæus: Facies circuitum aureum per circuitum. Cęterum, cum non fuerit rotundæ figuræ, corona improprie dicitur; fuit enim ad formam, & quantitatem arcæ, quædam gyratio, quæ & limbus, in ſuperiori arcæ parte: ſic Rupertus. Septuaginta legunt: Et facies in ea cymatia aurea verſatilia in circuitu: cymatia dicunt, quæ in quadratura extant, per quatuor partes, inquit Auguſtinus, ſicut menſæ quadræ fieri ſolent. Nec, quod aiunt verſatilia, mobilia accipere debemus, vt ibidem Auguſtinus aduertit; fixa enim erant, ſicut & in menſis ſolent; ſed verſatilia, ideſt, tortilia, vel canalibus, ſicut ſunt columnæ tortiles, aut implicatis duabus virgulis in modum retis, ſicut etiã torques fieri ſolent: verum

זר
Ruper. in 25. cap. Exod.
Augu. q. 104. in Exod.

de figura

de figura huius limbi, & crassitie, ac latitudine, nihil certi habemus: sed putandum est, factum fuisse limbum, quatenus artis opificio consonum esset: Quamuis Ricardus in expositione tabernaculi: Surgebat, inquit, in duos vel tres digitos super operculum arcæ. Iosephus etiam inquit: Et habebat tegmen aureis cardinibus coaptatum: non itaque ligneum auro vestitum limbum esse voluit, sed aureum ornamentum hoc erat super thecam circumcirca, ac proinde corona dictum; quod arcam totam cingeret.

Ricard. de S. Vict. cap. 2. — *Ioseph. 3. antiq. cap. 6.*

24 *Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos.*] Iuxta Hebræum est: Et fundes ei quatuor annulos aureos, & pones in quatuor angulis eius. Chaldæus habet: Et effundes ei quatuor annulos aureos. Septuaginta: Et immittes ei. Quidquid igitur per effundere alij iuxta Hebræum intellexerint, optime expresserunt Septuaginta, & Vulgatus: Sic autem immissos intellige, sicut scribit Iosephus: Intrant, inquit, annuli totum lignum penetrantes. Idem autem per circulos intelligi, quod per annulos, figura ipsa docet: quos appositos fuisse circa superiorem angulorum partem, ne magis in hanc, quam in inferiorem inclinarent, & non omnino in angulis, sed iuxta angulos in latere, annotauit Ricardus de S. Victore in expositione tabernaculi: & non solum communis est de hoc omnium interpretum mens, sed & opus, ad quod deseruirent, satis indicat. Porro, quomodo in quatuor angulis immissi essent, Augustinus acute explicat; vnus enim angulus, duobus lateribus communis est: Vnde quod in duobus lateribus componitur, etiam in quatuor angulis immitti congrue dicitur: alioquin octo angulos esse oportuisset. Verum & hoc, sacer textus, vt Ricardus aduertit, aperte indicat in ijs, quæ subdit: Duo circuli, inquit, sint in latere vno, & duo in altero: sic ergo in quatuor angulos immittes, vt illorum duo sint in latere vno arcæ, & duo alij in latere altero.

Ioseph. 3. antiq. cap. 6. — *Ricard. de S. Victor. cap. 2.* — *Aug. q. 104. Exod.* — *Ricard. cap. 2.*

25 *Duo circuli sint in latere vno, & duo in altero.*] Sic & iuxta Hebræum. Porro, arcæ latera frequenti vsu appellare consueuimus, partes extremas secundum longitudinem. Hinc Iosephus: Ex vtroque autem, inquit, longiori latere, inerant annuli aurei. Sic & R. Salomoh, vt scilicet, per latera veheretur arca. Sic aduertunt viri docti cum Hebræis, vt honorifice portaretur, & non sicut loculus, & alia, quæ communi vsu asportantur.

Ioseph. 3. antiq. c. 6. — *R. Salomoh.*

26 *Faciesque vectes de lignis setim, & operies eos auro.*] Verba hæc, & quæ sequuntur, quibus aperitur ad quid vectes in circulis inducti, & per illos traiecti deseruirent, sic vt numquam inde extraherentur, ex dictis manifesta sunt. Et vt Iosephus aduertit, non iumentorum adminiculo arca vehebatur, sed hinc inde à quatuor sacerdotibus, non tam ob ponderis magnitudinem, sed ad magnificentiam. Et super eorum humeros gestabatur, cum ad aliquem locum transferri illam oporteret.

Ioseph. 3. antiq. c. 6.

---

d: *i. Testamenti tabulas, quæ testes sunt fœderis initi inter Deum & populum.*
k: *operculum s. arcæ, sic dictum; quod inde Deus propitiaretur populo, & responsa daret.*

a b c d e f g h i K l m
Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro

---

m: *de eius profunditate censendum est, ita vt pro illius tenuitate non flecteretur.*
a: c d e f g: *i. eiusdem longitudinis, & latitudinis, cum arca.*

a b c d e f g h i K l m
mundissimo: Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semis-

---

d: *figura quorumdam volatilium, quæ numquam visa, Deus autem Moysi, in exemplari, eorum effigiem ostendit.*
e f g h: *i. de oro macisso, & non fusoria arte, sed malleo complanato, & ad talem effigiem redacto, medijsque alijs instrumentis. q. d. ex auro ductili, vt est iuxta Hebræum.*

a b c d e f g h i K
sem latitudo. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque

---

b: *quod inde oracula darentur, operculum etiam oraculum dictum est. Iuxta Hebræum: propitiatorij.*
g: *secundum longitudinem. Iuxta Hebræum: extremo.*

a b c d e f g h i K l m n o
parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumque latus

---

b: *suis corporibus.*
f g: *expansis alis sic, vt vndique inspicere volenti impedimento sint Cherub, corporibus, & alarum expansione.*

a b c d e f g h
propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque

a b c d f g h i K

q.d. si vultus vertant, etiam si à latere sint, se mutuo respicient, versus propitiatorium. *vt supra.* *indicat non fuisse aliud operculum arca, preter propitiatorium.*

a b c d e f g h i x l m

se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua

a b b

q.d ideo operienda est arca, cum in illa aliqua reponenda sint. *testimonium; quod in tabulis testimonium sit fœderis initi, quid .s. Deus promisserit, & in quo Deo obsequendum sit.*

a b c d e

pones testimonium, quod dabo tibi.

S C H O L I A.

עדת

27 ***Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi.***] Iuxta Hebræum est: Et pones in arca testimonium quod dabo tibi; dictio enim *Heduth*, etiam testimonium verti potest. Septuaginta: Testimonia. Chaldæus: Testamentum quod dabo tibi. Quę omnia penitus idem important cum litera nostra.

Ruper. in 25. cap. Exod.

Rupertus subaudiri vult, vrnam auream habentem manna, & virgam Aaron, quæ fronduerat, & testamenti tabulas, vnde forsan in plurali Septuaginta: Testimonia, posuere. Et Augustinus testimonij arcam dictam interpretatur, non solum, quod voluntatis diuinæ inde testimonia perhiberentur,

Augu. 10. de ciu. Dei. c. 17.

& quod legis tabulæ ibi essent, quæ & diuinæ voluntatis testimonia sunt, sed & cui legi reddita sunt deinde testimonia multa, vt quod Iordanis aquę ad eius præsentiam subsisterent, & quod ciuitatis, quę prima hostilis occurrit, muri repente ceciderint, nulla manu oppugnati, nullo ariete percussi, septies eadem arca circumacta, & quod simulacrum collapsum alibi inuenerint, deformiterque confractum, cum in templo Dei sui illam gentes constituissent: & alia accumulat Augustinus huius arcæ testimonia. Adde, testificationem eisdem rationibus dici, & quod ad officium testificandi fœdus inter Deum, & populum, tabulæ in arca reponerentur, & ob easdem tabulas dicitur arca testamenti fœderis, memoriale præsentiæ Dei, & debiti nostri, quid Deus nobis promiserit, & in quo nobis illi sit obsequendum.

כפרת
כפר

28 ***Faciesque propitiatorium de auro mundissimo.***] Sic etiam legunt, qui ad Hebraicam veritatem ad literam vertunt; & quidem in Hebræo est *Chapporeth*, tegmen, seu operimentum. Vnde Septuaginta superpositionem legunt, & propitiatorium verti potest, vtpote à verbo *Chaphar*, quod aliquando idem est, ac, remouit iram, seu placauit, condonauit iniquitatem & peccatum: In quo innuitur, vt quid operimentum illud, & propitiatorium dictum sit hoc loco, & sic illud vocat Philo, à principaliori quidem; licet enim arcæ operimentum esset, quod præcipuum tamen in illo fuit vt Beda, & Ricardus de Sancto Victore aduertunt, ibi Deus Moysi apparens, & cum eo loquens, propitiabatur populo, & quod ibi Deus oracula sua ederet Moysi, vt infra in hoc eodem cap. dicitur, & numeri 7. & quid populum facere oporteret docebat, Dei oraculum etiam dictum est. At vero Augustinus & alij etiam, quod materiale, vt ita dicam, in eo erat, & minus præcipuum, scilicet, vt esset arcę operimentum, hoc explicant, habita ratione ad vocis Hebraicę proprietatem, & ad eiusdem descriptionem, eiusdem scilicet mensuræ in longitudine,

Philo lib. de profugis.
Bed. in Exo. Ricard. de S. Victor. in expositione tabernaculi, cap. 2.
Aug. q. 105. in Exod.

& latitudine cum arca, & non ligneum, aureis laminis coopertum vt arca, sed aureum totum: quãuis de eius profunditate, cum nihil dicatur, satis rationabile est, fuisse tantam, vt ob eius tenuitatem non flecterentur. Nec desunt qui dicant, arcæ nullum aliud tegmen aut operculum fuisse, nisi propitiatorium, vnde, & limbum aureum fieri præcepit, quod forsan antiquitus sine operculo essent arcæ, iuxta illud Homeri, vbi, cum de arca, in qua Vlysses vestes sibi dono datas seruare posset, loqueretur Regina, & illam Vlyssi tradidisset, addidit: Nunc ipse vide, idest, prouide de operculo; statim vero vinculum circumliga, nequis tibi in itinere damnum afferat. Cui videntur fauere Philo vbi ait: Arcæ ipsius operculum; hoc enim, inquit, vocatur propitiatorium. Et Iosephus: Et habebat ait, tegmen aureis cardinibus coaptatum, nulla ex parte prominens. Et infra: Operculo autem impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi *Cherub*, appellant.

Homerus lib. 8. Odyss.
Philo lib. de profugis.
Ioseph. 3. antiq. cap. 6.

כרב

28 ***Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies.***] Angelorum esse in cælis ordinem, quem Scriptura etiam Cherubim appellat, abunde super 3. caput Geneseos, & qua fide tenendum sit, explicauimus. Cæterum nomen ipsum teste R. Ezra, vniuersale etiam est ad omnem figuram, & spectra multa: Si tamen ad nominis proprietatem & etymon respiciamus, Rabbinorum multi, teste R. Dauid, *Caph*, in nomine Cherub, seruile esse putarunt, non radicale, & radicem esse *rabia*, quod puerum significat, ac si dicatur: Sicut pueri, vt composita vox sit: si tamen radix est *Rabbab*, sic pueros aut angelos significat, quod in magna sint copia: & idẽ esset Cherubim, quod, sicut multi, seu, sicut multitudo. Et S. Hieronymus inquit, in Exodo cæterisq. locis, vbi describuntur vestes plumaria arte contextæ, opus cherubim, idest, varium, atque depictum esse factum, describitur: ita tamen, vt *Vau*, literam, Cherubim non habeat; quia vbicumque cum hac litera scribitur, animalia magis, quam opera, significat. Sunt denique variæ de huius nominis significatione sententiæ, quas recensere longum esset: quod tamen non per literam n. terminari debere, annotauit Beda. Ex dictis factum est, vt de figura horum Cherubim, plerique ex nostris, immo & ex Hebræis, R. Ezra teneant, facies puerorum, vel iuuenum habuisse: Cæterum Philo de vita Moysi libro 3. sic inquit: Propitiatorium basis erat, duarũ imaginum volucrium, quę sermone vernaculo nominantur Cherubim, hoc est, multa scientia: Et Iosephus de his sic loquitur: Et sunt animantia volucria, noua specie, nec vmquam cuiquam

R. Ezra.
R. David. כ
רבב
Hieronym. ad Marcellam.
ו
Beda in 25. cap. Exod.
R. Ezra.
Philo lib. 3. de vita Moysi.
Ioseph. 3. antiq. cap. 6.

Digitized by Google

hominum visa, quæ Moyses in Dei solio viderat figurata. Et quidem quod aliquando Cherubim species, non pueri, aut iuuenis fuerit, satis ostenditur Ezechielis 10. vbi facies Cherub, contra faciem hominis, leonis, & aquilæ, condiuiditur: Quare, saluo meliori iudicio, de effigie horum Cherubim, qui fuerunt in arca, cum Philone, & Iosepho consentio. Sequitur: Productiles facies. In Hebræo est *Miksa*, quod malleum significat, siue malleo percussum, vel complanatum. Chaldæus: legit sicut nos. alij: opere integro & solido: *Maciços, no vaçiados*, adduntque aliqui: ita vt tam operculum, quam Cherubin, fuerint opus vnum, absque vlla iunctura factum; & Cherubim, non opere fusorio, vt dictum est, sed malleo, & alijs instrumétis ad illam figuram deducti essent.

מקשה

19 *Ex vtraque parte oraculi, Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero.*] Oraculum vocat propitiatorium; quod inde, vt diximus in præcedenti scholio, Dei oracula & responsa ederentur. Ex vtraque autem parte: secundum longitudinem, intellige, quod in sequentibus verbis exprimit, cum ait: Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero; latus enim vt vidimus, secundum longitudinem communi vsu accipitur. Cherubim autem masculini generis esse, annotarunt Hieronymus, & Beda, quamuis & Græca consuetudo, in neutro genere Cherubin ponat, m. mutata in n. Porro, iuxta Hebræum est: Et fac Cherub vnum ab extremo hinc, & Cherub alterum ab extremo inde. Chaldæus: Faciesque vnum Cherub ex latere eius hinc, & Cherub vnum ex latere eius inde: sed omnium vnus est sensus.

Hieronym. in 10 cap. Ezec. Beda in 25. cap. in Exo.

20 *Vtrumq. latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum.*] Iuxta Hebræum est: à, vel, ex propitiatorio, idest, ex materia propitiatorij, nempe auro, facietis Cherubim in duabus extremitatibus eius, & Cherubim expandent alas, superne tegentes alis suis propitiatorium. Chaldæus: Ex propitiatorio facietis Cherubim super duo latera eius, eruntque Cherubim expandentes alas suas sursum, obumbrantes alis suis super propitiatorium: Idem est omnium sensus, idest, corpore suo vtrumque propitiatorij latus tegant, expansisque alis operiant, siue obumbrent oraculum, sic vt volenti illud respicere, Cherub corpora, & alæ expansæ vndique impedimento sint.

20 d. *Respiciantque se mutuo, versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca.*] Chaldæus: Et facies vniuscuiusque è regione alterius, contra propitiatorium erunt facies Cherubim. At iuxta Hebræum est: Et facies eorum erit altera ad alteram, ad propitiatorium erunt facies Cherubim. omniũ idẽ est sensus. & quod prioribus verbis dicitur: Respiciantque se mutuo, hoc, & sequentibus amplius explicant: Versis vultibus in propitiatorium; erat enim propitiatorium in medio Cherub: versus propitiatorium ergo vultus esse oportebat, si se mutuo respicere deberent. Nec huic obstare videtur, quod Rupertus aduertit, videlicet, non quod ante se Cherubim aspicere deberent, immo à latere, propitiatorium, eorum corpora cõtingerent, at versis vultibus, quasi in latus se respicerent mutuo; hoc enim aperte insinuat, quod dicitur: versis vultibus, quod aliqui non plene intellexisse videntur: quasi dicat: Respiciant se mutuo. Si quis autem diceret, quo modo se mutuo respicere possunt, cum ex latere sint? vtique inquit sacer textus, versis vultibus, idest, si vultus suos in latus conuertant. Porro, cum ait: Quo operienda est arca. Iuxta Hebræum est: Et pones propitiatorium super arcam superne, satis indicare videtur, non fuisse arcæ aliud tegmen, aut operculum, præter propitiatorium (quod nos iuxta probabilem sententiam, supra animaduertimus) quod & aureis cardinibus coaptatum fuisse arcæ, testatur Iosephus: & non multum eleuatum super arcam, tenet Ricardus in tabernaculi expositione.

Rupert. in 25 cap. Exod.

Ioseph. 3. antiq. c. 6.

Ricard. de S. Victor. cap. 2.

21 *In qua pones testimonium, quod dabo tibi.*] Iuxta Hebræum est eodem modo. Sunt qui dicant, non fuisse hanc inutilem repetitionem; cum supra iam dixerit: Ponesque in arca testificationem quam dabo tibi, quod propitiatorij excellentiam his verbis ostendere voluerit supra arcam, quamuis ipsa contineret testimonium siue testificationem, idest legis tabulas. Cæterum, planus literæ sensus ex præcedentibus verbis colligitur, scilicet: Quo operienda est arca; vt indicet ad quid operienda, quia scilicet, pones in ea testimonium, quod dabo tibi; si enim vacua fuisset, minus operiméto indiguisset: sic & iuxta Homeri locum citatum, cum Vlyssis vestes in arca reponendæ forent, tunc Reginam illi dixisse fertur: Nunc ipse vide, idest, prouide de operculo.

a b d d e f g h K l m n

q.d. non oportebit deinceps montem istum cõscendere, vt me alloquaris. *iuxta Hebr. conueniam te, siu testificabor tibi. Septuag. agnoscar tibi.* *siue conueniam te, præcipere volens aliqua filijs Israel.* *hinc & oraculum dictum est, sicut & propitiatorium; quod propitius esset filijs Israel, cũ inde oracula ederet.* *inter quos erat propitiatorium, quod corporibus, & alarum expansione vndique obumbrabant.*

a b c d e f g h i K l m n

Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim,

a b c d e d e i k

non quod illi insisterent, sed quod quasi toto corpore præeminerent. *propter tabulas legis, & alia, quæ ibi erant, arca sic dicta est.* *i. te internuntio.*

a b c d e f g h i k l m n o

qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel. Facies &

a c d g
delphicis persimilem inquit Ioseph. 3. antiq. cap. 7. sicut supra. vulgares.
a b c d e f g h i K l m
mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum,

f h
i. dimidium. laminis aureis vestiendo.
a b c d e f g h i K l m
& in altitudine cubitum & semissem. Et inaurabis eam auro purissimo. Faciesque

b c g h i K m n
b: siue limbum, de cuius profunditate nihil. Vulgo, corniza. *c: i. de auro.* *g h: pro, in ipso labio, sub. impones scilicet vtrimq. & supra, & infra.* *i: quod per circuitum mēsa, etiam si quadrata esset, corona dicitur.* *K: quod sculpturas haberet aliquas, media vero spatia rasa, & quasi plana.* *m n: de cuius profunditate nihil, creditur fuisse, prout arti & muneri congruum fuisset.*
a b c d e f g h i K l m n
illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis:

d e f i
priori coniunctam, ac si vna esset. & quod parua esset, aureola dicta est, & fuit ad decorem, & vtraque, vt panes è mensa non deciderent. i. de auro.
a b c d e f g h i K l
& super illam, alteram coronam aureolam. Quatuorque circulos aureos præparabis, &

c c d e f h i K K l m n o a
c: i. iuxta. *c d e f: creditur secundum latitudinem mensæ; nam secundum longitudinem, angusta est distantia vnius cubiti, vt à duobus vehi commode possit.* *h i K: i. sicut sunt quatuor pedes. & forsan è regione illorum.* *K: qui erant mensæ coniuncti, vt pars eius. & laminis aureis cooperti, & ipsi de lignis setim.* *l m n o a: s. ex parte inferiori limbi mensæ affixi.*
a b c d e f g h i K l m n o
pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. Subter coronam erunt cir-

b c d e f
siue in eis, quasi manubria, vt inquit Iosephus 3. antiq. cap. 7. vectes dicti ab officio.
a b c d e f g h i K l m n o
culi aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari, ipsos quoque vectes facies

b c e f
vt supra. i. laminis aureis teges.
a b c d e f g h i
de lignis setim, & circumdabis auro ad subuehendam mensam.

S C H O L I A.

32 *Inde præcipiam & loquar ad te, supra propitiatorium.*] Iuxta Hebræum est: Et conueniam tecum ibi, & loquar tecum è propitiatorio; etenim *Iabad*, conuenire, statuere, & constituere, sicut & præcipere, significat: Vnde Chaldæus: Et statuam ibi verbum meum tibi, & loquar ad te super propitiatorium. Sensus vnus est, quod scilicet, de superiori parte propitiatorij, inde oracula, & responsa ederet Deus, quasi dicat: Non oportebit deinceps ad montem istum accedere, vt me loquentem audias: inde ad te loquar. Hoc factum legimus Numer. 8. quo stupendo miraculo, propitiatorium consecratum est, in publicum sacramentum, quo Israelitæ certi essent, Deum sibi tam præsentem, quam propitium esse, & velle ab ab aduersis tueri.

יעד

33 *At de medio duorum Cherubim, qui erant super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel.*] Iuxta Hebræum est: E propitiatorio, quod est inter duos Cherubim, super arcam testimonij, omnia quæ præcipiam tibi ad filios Israel: Ex qua lectione facile esset, difficilem locum iuxta Vulgatum explicare, cum ait: Cherubim, qui erant super arcam; Iuxta Hebræum enim propitiatorium est, quod super arcam esse hic dicitur, non Cherubim; sed vt Vulgati literam sequamur dicimus: Cherub super propitiatorium fuisse, vel super arcam, non quasi illi insisterent, vt aduertit Ricardus de Sancto Victore in explicatione tabernaculi, sed quod ipsi arcæ, & propitiatorio, quasi toto corpore supereminerent, siue strati tabernaculi insisterent, siue à latere cum arca, aut propitiatorio coniuncti essent, vt aliqui voluerunt; quali enim corpore, quibus pedibus, qua facie, nihil certi habemus, sed quod animalia alata apparerent, quæ numquam hactenus visa fuere, vt inquiunt Philo, & Iosephus; si enim faciem iuuenis, & in corpore reliquisque similes, solas autem auium alas habuissent, credo Philonem & Iosephum, dicturos fuisse, iuuenibus similes, præterquam quod alas habebant, & non vt scribunt.

Ricard. de S. Victor. cap. 2.

Philo lib. 3 de vita Moys. Ioseph. 3. antiq. cap. 6.

Ea sunt

Ea sunt animantia volucria, quæ numquam hactenus visa sunt.

34 *Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum & semissem.*] Sic etiam iuxta Hebræum, & Septuaginta, & Chaldæum: Et fere voces omnes huius clausulæ expositæ sunt in hoc capite, quæ scilicet ligna setim, quid cubitus, de quo est sermo; de altitudine vero intelligendum dicunt, pedum scilicet mensæ: hanc mensam Delphicis non absimilem, dicit Iosephus, eam sustinebant pedes, dimidia sui parte inferiore, per omnia pedibus similes, quales lectis Dorienses addere solent, sed superne quadrangularis. Quod autem dicitur: Et inaurabis auro purissimo, iuxta Hebræum est: Et teges eam auro mundo. Quasi dicat: Laminis aureis teges eam, intellige, simul cum pedibus, qui etiam de mensæ integritate erãt, & non separati, aut ad tempus amouibiles, sed illi semper inhęrentes. — *Ioseph. 3. antiq. c. 3.*

35 *Faciesque illi labium aureum per circuitum.*] Labium hoc, iuncturam quamdam auream dicit Ricardus, in sua tabernaculi expositione, suprema mensæ ambientem, quam, propter similitudinem, labium Scriptura appellat. Iuxta Hebręum habetur: Et facies coronam auream in circuitu, in Hebræo quippe est *Zer*, idest, corona, limbus, vel circulus, vnde Chaldæus, circulum aureum, legit, Septuaginta: vertibiles vndas. Labium hoc aureum non super mensam erat, sed mensæ superadditum, ita quod longitudinem mensæ, & latitudinem augeret. — *Ricard. de S. Victor. cap. 2.* — זר

36 *Et ipsi labio coronam interrasilem, altam quatuor digitis.*] In Hebræo pro corona est *Misgereth*, & est illud quod rem aliquam constringit, & eam continet in circuitu, videlicet corona, vel clausura, ideo sic dicta, quod claudat. *Tophah* autem, idest, quatuor digitorum, seu palmi mensura, non vulgaris, de qua in hoc capite: Vnde & iuxta Hebræum est: Et facies ei clausuram quatuor digitorum in circuitu; vel, vt alij, ad pugni mensuram, idest, altam quatuor digitis in circuitu. Septuaginta: Et facies ei coronam pugilli in circuitu. Vel Chaldæus: Facies ei coronam interrasilem, altam pugillo per circuitum. Hanc Iosephus tam inferne, quam superne prominentem scribit quatuor digitis, sed hoc non ita certum existimo: Interrasilem autem dicit coronam hanc; quod sculpturas habeat aliquas, media autem spatia plana, & quasi rasa: Sic exponit Hieronymus: interrasile quippe dicimus nos, *cosa interpolada, de llano, y de sculpido.* Rupertus vocat anaglypham coronam, vel sculptam. De profunditate vero huius coronæ, & limbi, nihil Scriptura dicit; sed credendum est, fuisse prout arti, & continẽdi muneri consonum erat. — מסגרת — טפח — *Ioseph. 3. antiq. cap. 7.* — *Hieronym.* — *Rupert. in 25. cap. Exod.*

37 *Et super illam alteram coronam aureolam.*] Iuxta Hebræum est: Et facies coronam auream clausuræ eius in circuitu. Septuaginta: Et facies vertibilem vndulam in circuitu coronæ. Chaldęus: Et facies circulum aureum ipsi coronæ interrasili per circuitum. Hanc Hugo de S. Victore aureolam dicit; quod licet aurea esset, erat tamen de simplici opere, & minor inferiore: Et similiter dicit, adhęrere illi continue, quasi idem. At Ricardus de S. Victore in expositione tabernaculi, sub distinctione scribit, fuisse virgulam quamdam rotũdam, & planam, siue ex pluribus veluti virgulis perplexam, & ita priori vnitam, vt ambo viderentur vna: Forsan in eo, quod perplexam dixit, allusit ad lectionem Septuaginta. Hanc coronulam, & ad decorem fuisse affirmat Ricardus de S. Victore vbi supra, & vt altior esset corona, meliusque panes actutius in mensa essent, nec decidere possent. — *Hugo de S. Victor. in Exod.* — *Ricard. de S. Victor. cap. 2.* — *Ibid. idem.*

38 *Quatuorque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ, per singulos pedes.*] Iuxta Hebræum est: Et facies ei quatuor annulos aureos, & pones annulos in quatuor angulis, qui sunt quatuor pedibus eius. Ex qua lectione colligi videtur, pedes esse in angulis mensæ, vel circa, vnde Chaldęus legit: Qui sunt ad quatuor pedes eius: nõ quod annuli in angulis ipsis poni deberent, sed prope, vt de illis qui in angulis arcæ erant diximus. Quod autem Vulgatus addit: Per singulos pedes, idem esse iudico, quod sicut erãt quatuor pedes, essent & quatuor circuli, quos in lateribus secundum latitudinem mensæ positos, & non in lateribus secundum longitudinem, vt in arca erant, quidam viri graues rationabiliter existimant, vt sic commode à quatuor viris vehi potuisset; propter angustiam enim laterum secundum longitudinem, quæ erant tantum vnius cubiti, vix intelligi potest, quo modo à quatuor veheretur.

39 *Subter coronam erunt circuli aurei.*] Iuxta Hebręum est: Cõtra clausuram erunt annuli. Chaldęus; Contra coronam interrasilem, erunt annuli. Septuaginta: Sub vertibilem coronam. Iosephus vero sic scribit: Et per singulos pedes inerãt annuli, fere circa summum pedẽ. Hinc Hugo de S. Victore, quẽ sequũtur multi, pedibus affixos fuisse tenet: Cæterum alij sunt, qui non pedibus affixos putent, sed magis mensæ, sub limbi inferiori parte, ita vt limbus non præemineret mensæ ex parte inferiori, sicut dicebat Iosephus: quorum sententiæ libenter adhęreo; cum aperte litera nostra dicat: Subter coronam, cum antea dixisset, ad pedes; si enim illis verbis in pedibus esse intellexisset, non addidisset vtique: subter coronam; manifestum enim est, pedes inferiores esse ipsi coronæ: & certe hoc Chaldęus, cui tanta fides adhibenda est interpretatur, dicens: Contra coronam interrasilem: vt scilicet, sicut supra limbũ erat corona, infra essent circuli: Et Septuaginta id etiam expresserunt: Subuertibilem coronã, nihilque de pedibus mensæ meminerunt. — *Ioseph. 3. antiq. cap. 7.* — *Hugo de S. Victor. in Exod.*

40 *Vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari.*] Sic Chaldęus: Iuxta Hebręum est: Qui recipient vectes ad portandum mensam: redditusque est in omnibus Hebraismus, scilicet, in domos vectibus, siue pro domunculis vectium; Hebraico siquidem schemate, id, in quod aliquid recipitur, vel intrat, eius domus dicitur: quomodo autem vectibus veheretur, hoc aliter fieri quam in arca, scribit Iosephus his verbis: Adhibebanturque vtrinque duo, seu manubria è ligno firmissimo, deaurata, quæ non per circulum vtrumque, vt vectes traijciebantur, sed fibulato morsu, mensæ laterum superne, inferne pedis annulum cõprehẽdẽdo, facultatẽ transferendi quocumq. opus esset, pręebant. Nec obstat literã nostrã vectes appellare: nã & manubria illa, cum in eumdem essent vsum, & vectes dici potuis- — *Ioseph. 3. antiq. cap. 7.*

sent. Et quidem Iosephus sic vehendi mensam modum describit, quasi circuli in eius pedibus essent, quod nos verosimilius iuxta literam negauimus: quod si existentibus anulis in inferiori parte limbi, seu coronæ mensæ affixi, etiam similiter appositis manubrijs vehi possent, in hoc, viro alioquin grauissimo, & qui de his, vt domesticus loquitur, non contradicimus.

c c e f h
vasa sunt ad libamina deseruientia, vt scutella. *redomas etiam ad libamina.* *vasa in quibus Thus adoletur.* *vasos para beuer.*
a b c d e f g h i K l
Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda

b K l
i. oblationes, & sacrificia. *quod coram Deo semper sint expositi, iuxta Hebræum: panes facierum.*
a b c d e f g h i K l
sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis

a b c d
ideo facierum; quia semper coram Dei facie, siue in eius præsentia.
a b c d
in conspectu meo semper.

S C H O L I A.

41 *Parabis & acetabula.*] Iuxta Hebræum est: Et facies scutellas eius. In Hebræo est, *Kebarot*, & scribitur, vt eruditi in lingua affirmant, præter artis normam; *Coph*, enim cum suscribi debuisset, pathach, positum est, Sceua. Chaldæus acetabula legit sicut nos, Septuaginta: Catinos eius. Porro, acetabulum ab aceto dictum est: cæterum multas illius significationes inuenio; caliculos enim in his piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo, acetabula dici testis est Plinius. Rursum Pyxides quibus coxendices infiguntur, Plinius acetabula vocat, item genus quoddam mensuræ, quod cotylę quartam partem cõtinet, hoc est, drachmas quindecim, acetabulum nominari cõsueuit: Hic autem pro vase quodam sumitur, ad libamina deseruiente, vt in textu dicitur: qualia vero hæc fuerint vasa, sicut & tria alia, de quibus consequenter loquitur textus sacer, & quibus assignata, & aptata vsibus, dum in Scriptura sacra non constet, per singula non videtur anxius nunc insistendum. Quod enim, vt videbimus ad mensam propositionis hæc pertineant, multi, & fere omnes conati sunt demonstrare, quod hoc loco eorum fiat mentio, in eorum singulis addendo dictionem, eius: verbi causa: acetabula eius. & sic quidam, vt vasa ad panes pertinentia, vel vt intermedia, aut opercula dicunt: mihi interim hæc non placent, cum ad libamina deseruire sacer textus dicat, quo nomine & quęcumque alia, siue oblationes, siue sacrificia, vt videbimus, comprehenduntur, & Num. 4. hæc refert asportanda, non quidem vt vasa, inter, vel super panes, sed simul cum mensa propositionis, & forsan ideo hoc loco illa commemorat: an associata mensæ, vel alio modo, non exprimit. Et quidem cum adeo angusta esset mensa, & tot panes & tam magni super illam, incredibile apparet, vt vasa hæc ad libamina deseruientia, etiam super illam ponerentur: Modo pronomen additum scilicet, eius, tabernaculum, vel sanctuarium puto referre, vt à similibus vasis ad profanos vsus deseruientibus, secerneret.

קערת

ק

Plin. lib. 9. cap. 30. Plin. lib. 28. cap. 11.

42 *Ac phialas.*] Iuxta Hebræum est: Et cochlearia eius. Alij thuribula eius, in quibus scilicet probatur thus. Hebraice est dictio *Chappot*, sic dicta hæc; quod volæ concauitatem in aliquo imitarentur, & hæc eadem dictio alias, in mortariola, versa est. Chaldaica: Phialas dicit, sicut nos; & quidem phialam poculi genus esse constat, ita dictum, ab eo quod affatim ad bibendum suppeditet: nos *redomas* vocamus, quas non solum in templo aureas fuisse, sed etiam quandoque, quæ in vsum communem essent innuit Iuuenalis Saty. 7.

כפת

Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum.

Iuuenalis Saty. 7.

Dictio autem, quę in Hebræo additur, scilicet, eius, ad sanctuarium refertur, vt diximus; erant enim vasa hæc, ad libamina in sanctuario deseruientia.

43 *Thuribula.*] Iuxta Hebræum est: Et medios calamos eius. In Hebręo est dictio *Kesoth*, quam aliqui pro medijs calamis vacuis accipiunt, quos ponebant in summitate vniuscuiusque panis, vt ingrederetur ventus, siue aer inter ipsos panes; ne mucidi efficerentur: Septuaginta, libatoria, legunt, at Chaldæus sicut nos: Thuribula eius. Modo thuribulum vas satis notum est, quo thus adoletur, vulgo *encensario*. Liu. lib. 9. de bell. pun. & Cic. 6. in Ver.

קשות

Liui. lib. 9. bel. Pun. Cicer. 6. Ver.

44 *Et cyathos.*] Iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta, omnes, cyathos, legunt. In Hebręo est *MenaKijoth*, quidam, crateres eius, legunt, & dicunt vasa quædam esse, quibus panes tegebantur. Alij furculas aureas putarunt palorum instar, quę stabãt in terra, & eleuabãtur supra mensam, ad coniungendum calamos, ne panis pondere frangerentur. Alij instrumenta dicunt fuisse, quibus purgantur, prædicta vasa, vel panes, de quibus statim loquemur: fere omnes istæ interpretationes ortæ sunt, quod huiusmodi vasa putauerint esse in ordine ad panes propitiatorij; cum tamen aperte textus dicat ad libamina fuisse. Porro, cyathus calicis genus est: nos, *vaso para beuer*, indeque translatum est nomen, ad certam mensuram teste Plinio: Vnde prouerbium: Ad cyathi mensuram, stare: hoc vero loco, cõmuni vsu, pro quodam calicis genere ponitur.

מנקית

Plini. lib. 21.

45 *In quibus offerenda sunt libamina.*] Sic Chaldæus: iuxta Hebræum est: Quibus libabitur. Septuaginta: In quibus libabis in ipsis, idem est omnium sensus. Libamina autem dici sacrificia, & quæcumque in sacris offerũtur, nos *ofrenda*, certum est, etiam apud profanos auctores: Sic Cicero, & Plinius, & multi alij, idem igitur est: libamina offerre, quod Septuaginta vocant libare. Denique postquam dicitur: Ex auro mundo, iuxta Hebræum additur: facies, sed vulgatus illud subintellexit, vitans toties eiusdem repetitionem.

Cicer. 2. de leg. Plin. lib. 37. cap. 10.

46 *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.*] Iuxta Hebræum est: Et pones super mensam panem facierum coram me iugiter. Quare autem panes hi facierum dicti sint, non solum ex Hebræis, sed ex nostris multa afferuntur, quæ absque rationabili causa dicta comprobabis, si sacrum textum contempleris, in quo satis aperte eius nominis ratio redditur. Quidam, quod in illis duodecim filiorum Israel facies essent depictæ, iuxta quorum numerum, duodecim erant panes: quamuis & hoc vltimum verissimum est. Alij quod ad modum lateris essent: laterem autem Hebræi appellant, faciem. Alij, quod longiores fierent panes, sed in vtraque tantum extremitate in altum replicati, & illæ duæ replicationes sibi aduersæ, facies dicebantur. Alij, quod licet rotundi essent panes, in quibusdã vasis aureis coquebantur, sic quod ex vtraque parte, eiusdem prorsus figuræ manerẽt. Sed certe facierum panes dicti sunt, ex eo, quod sequitur, postquam dixit panes facierum, addidit: faciei meæ. Modo *Panim*, faciem significat, non solum, inquam, faciem humanam, sed & omnem præsentiam, & assistentiam, & anteriorem partem; ideo igitur facierum panes dictos sacer textus indicat; hoc est, panes assistentiæ, qui semper coram Deo essent positi: & eadem ratione dicti sunt propositionis panes, quod semper coram Deo positi essent: In conspectu meo, inquit, semper; quasi dicat: præsentes, seu expositos, facierum autem in plurali dicitur; quod nomen Hebraicum *Panim*, singulare non habeat. Porro, quod dicitur, semper, explicat Iosephus, permanent, inquit, vsque in proximum sequens Sabbathum, tunc demum alij pro illis recentes supponuntur, & ij priores Sacerdotibus in cibum dantur: hoc autem fiebat, vt essent publicũ memoriale, quo Israelitæ sacrificij placationis admonerentur, vt fit, inquit sacer textus Leuit. 24. in monimentum oblationis Domini. Qui autem coquere panes hos deberent, cuius ponderis, & mensuræ essent, cuius farinæ, & alia huiusmodi, tunc explicabimus, & vbicumque sacri textus intelligentia exiget; non enim omnia, vbique tractanda, & sæpe repetenda consulto diximus.

פנים

פנים

Ioseph. 3. antiq. cap. 10.

---

c *locus, in quo lucerna accenderentur.* d *i. mallei opere, non fusile.* h *la asta, ò astil.* l *los braços.* m *genus est potatorij vasis ad modum calicis.*

a b c d e f g h i k l m n

Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos, &

---

a *i. globi parui.* d e *s. mallei opere ex eodem auro.* l *s. hastilis.* m *calami.*

a b c d e f g h i K l m n o

sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno

---

a *hastilis.* c *calami.* d e *s. hastilia latere.* g *vt supra.* K *sub. amygdalina.* p *vt supra.*

a b c d e f g h i K l m n o p

latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulaq.

---

a b c *sub. inter scyphum, & scyphum.* g *vt supra.* i *sub. amygdalina.* n o p a *s. inter scyphum, & scyphum.*

a b c d e f g h i k l m n o p

simul, & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaque simul, &

---

l *vt supra.* p *i. candelabri stipite, siue hastili.*

a b c d e f g h i K l m n o p

lilium. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: in ipso autem candelabro

---

c *vt supra.* e *s. amygdalina.* g *vt supra.* m *vt supra.* l m n o a b c d *Ex qualibet sphærularum trium infimarum, quæ erunt in hastili, egredientur duo calami hinc & inde, non per lineam rectam, sed circularẽ, ita quod licet inæquales, in eamdem altitudinem, tamen cum medio stipite.* o *i. infra vtrumque.*

a b c d e f g h i K l m n o

erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia. Sphærulæ sub duobus

---

o *vt supra.*

a b c d e f g h i K l m n o p

calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. Et sphærulæ igitur,

---

c d e *i. ex eodem auro ductilia, & non addititia.* h i K *sub. sic & candelabri stipes.*

a b c d e f g h i K

& calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissimo.

Digitized by Google

sent. Et quidem Iosephus sic vehendi mensam modum describit, quasi circuli in eius pedibus essent, quod nos verosimilius iuxta literam negauimus: quod si existentibus anulis in inferiori parte limbi, seu coronæ mensæ affixi, etiam similiter appositis manubrijs vehi possent, in hoc, viro alioquin grauissimo, & qui de his, vt domesticus loquitur, non contradicimus.

---

c — *vasa sunt ad libamina deseruientia, vt scutella.* e — *redomas etiam ad libamina.* f — *vasa in quibus Thus adoletur.* h — *vasos para beuer.*

a b c d e f g h i K l

Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda

---

b — *oblationes, & sacrificia.* K l — *quod coram Deo semper sint expositi, iuxta Hebræum: panes facierum.*

a b c d e f g h i K l

sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis

---

a b c d — *ideo facierum; quia semper coram Dei facie, siue in eius præsentia.*

a b c d

in conspectu meo semper.

S C H O L I A.

41 *Parabis & acetabula.*] Iuxta Hebræum est: Et facies scutellas eius. In Hebræo est, *Kebarot*, & scribitur, vt eruditi in lingua affirmant, præter artis normam; *Coph*, enim cum suscribi debuisset, pathach, positum est, Sceua. Chaldæus acetabula legit sicut nos, Septuaginta: Catinos eius. Porro, acetabulum ab aceto dictum est: cæterum multas illius significationes inuenio; caliculos enim in his piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo, acetabula dici testis est Plinius. Rursum Pyxides quibus coxendices infiguntur, Plinius acetabula vocat, item genus quoddam mensuræ, quod cotylę quartam partem cōtinet, hoc est, drachmas quindecim, acetabulum nominari cōsueuit: Hic autem pro vase quodam sumitur, ad libamina deseruiente, vt in textu dicitur: qualia vero hæc fuerint vasa, sicut & tria alia, de quibus consequenter loquitur textus sacer, & quibus assignata, & aptata vsibus, dum in Scriptura sacra non constet, per singula non videtur anxius nunc insistendum. Quod enim, vt videbimus ad mensam propositionis hæc pertineant, multi, & fere omnes conati sunt demonstrare, quod hoc loco eorum fiat mentio, in eorum singulis addendo dictionem, eius: verbi causa: acetabula eius. & sic quidam, vt vasa ad panes pertinentia, vel vt intermedia, aut opercula dicunt: mihi interim hæc non placent, cum ad libamina deseruire sacer textus dicat, quo nomine & quęcumque alia, siue oblationes, siue sacrificia, vt videbimus, comprehenduntur, & Num. 4. hæc refert asportanda, non quidem vt vasa, inter, vel super panes, sed simul cum mensa propositionis, & forsan ideo hoc loco illa commemorat: an associata mensæ, vel alio modo, non exprimit. Et quidem cum adeo angusta esset mensa, & tot panes & tam magni super illam, incredibile apparet, vt vasa hæc ad libamina deseruientia, etiam super illam ponerentur: Modo pronomen additum scilicet, eius, tabernaculum, vel sanctuarium puto referre, vt à similibus vasis ad profanos vsus deseruientibus, secerneret.

Margin: קערת ; ק ; Plin. lib.9. cap.30. Plin. lib.28. cap.11.

42 *Ac phialas.*] Iuxta Hebræum est: Et cochlearia eius. Alij thuribula eius, in quibus scilicet probatur thus. Hebraice est dictio *Chappot*, sic dicta hæc; quod volæ concauitatem in aliquo imitarentur, & hæc eadem dictio alias, in mortariola, versa est. Chaldaica: Phialas dicit, sicut nos; & quidem phialam poculi genus esse constat, ita dictum, ab eo quod affatim ad bibendum suppeditet: nos *redomas* vocamus, quas non solum in templo aureas fuisse, sed etiam quandoque, quæ in vsum communem essent innuit Iuuenalis Saty. 7.

Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum.

Dictio autem, quę in Hebræo additur, scilicet, eius, ad sanctuarium refertur, vt diximus; erant enim vasa hæc, ad libamina in sanctuario deseruientia.

Margin: כפת ; Iuuenalis Saty.7.

43 *Thuribula.*] Iuxta Hebræum est: Et medios calamos eius. In Hebręo est dictio *Kesoth*, quam aliqui pro medijs calamis vacuis accipiunt, quos ponebant in summitate vniuscuiusque panis, vt ingrederetur ventus, siue aer inter ipsos panes; ne mucidi efficerentur: Septuaginta, libatoria, legunt, at Chaldæus sicut nos: Thuribula eius. Modo thuribulum vas satis notum est, quo thus adoletur, vulgo *encensario*. Liu. lib. 9. de bell. pun. & Cic. 6. in Ver.

Margin: קשות ; Liui. lib.9. bel. Pun. Cicer.6. Ver. 44.

44 *Et cyathos.*] Iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta, omnes, cyathos, legunt. In Hebręo est *MenaKijoth*, quidam, crateres eius, legunt, & dicunt vasa quædam esse, quibus panes tegebantur. Alij furculas aureas putarunt palorum instar, quę stabāt in terra, & eleuabātur supra mensam, ad coniungendum calamos, ne panis pondere frangerentur. Alij instrumenta dicunt fuisse, quibus purgantur, prædicta vasa, vel panes, de quibus statim loquemur: fere omnes istæ interpretationes ortæ sunt, quod huiusmodi vasa putauerint esse in ordine ad panes propitiatorij; cum tamen aperte textus dicat ad libamina fuisse. Porro, cyathus calicis genus est: nos, *vaso para beuer*, indeque translatum est nomen, ad certam mensuram teste Plinio: Vnde prouerbium: Ad cyathi mensuram, stare: hoc vero loco, cōmuni vsu, pro quodam calicis genere ponitur.

Margin: מנקית ; Plini. lib. 21.

Digitized by Google

45 *In quibus offerenda sunt libamina.*] Sic Chaldæus: iuxta Hebræum est: Quibus libabitur. Septuaginta: In quibus libabis in ipsis, idem est omnium sensus. Libamina autem dici sacrificia, & quæcumque in sacris offerũtur, nos *ofrenda*, certum est, etiam apud profanos auctores: Sic Cicero, & Plinius, & multi alij, idem igitur est: libamina offerre, quod Septuaginta vocant libare. Denique postquam dicitur: Ex auro mundo, iuxta Hebræum additur: facies, sed vulgatus illud subintellexit, vitans toties eiusdem repetitionem.

icer. 1. de g.
lin. lib. 37. ap. 10.

46 *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.*] Iuxta Hebræum est: Et pones super mensam panem facierum coram me iugiter. Quare autem panes hi facierum dicti sint, non solum ex Hebræis, sed ex nostris multa afferuntur, quæ absque rationabili causa dicta comprobabis, si sacrum textum contempleris, in quo satis aperte eius nominis ratio redditur. Quidam, quod in illis duodecim filiorum Israel facies essent depictæ, iuxta quorum numerum, duodecim erant panes: quamuis & hoc vltimum verissimum est. Alij quod ad modum lateris essent: laterem autem Hebræi appellant, faciem. Alij, quod longiores fierent panes, sed in vtraque tantum extremitate in altum replicati, & illæ duæ replicationes sibi aduersæ, facies dicebantur. Alij, quod licet rotundi essent panes, in quibusdã vasis aureis coquebantur, sic quod ex vtraque parte, eiusdem prorsus figuræ maneret. Sed certe facierum panes dicti sunt, ex eo, quod sequitur, postquam dixit panes facierum, addidit: faciei meæ. Modo *Panim*, faciem significat, non solum, inquam, faciem humanam, sed & omnem præsentiam, & assistentiam, & anteriorem partem; ideo igitur facierum panes dictos facer textus indicat, hoc est, panes assistentiæ, qui semper coram Deo essent positi: & eadem ratione dicti sunt propositionis panes, quod semper coram Deo positi essent: In conspectu meo, inquit, semper; quasi dicat: præsentes, seu expositos, facierum autem in plurali dicitur; quod nomen Hebraicum *Panim*, singulare non habeat. Porro, quod dicitur, semper, explicat Iosephus, permanent, inquit, vsque in proximum sequens Sabbathum; tunc demum alij pro illis recentes supponuntur, & ij priores Sacerdotibus in cibum dantur: hoc autem fiebat, vt essent publicũ memoriale, quo Israelitæ sacrificij placationis admonerentur, vt sit, inquit sacer textus Leuit. 24. in monimentum oblationis Domini. Qui autem coquere panes hos deberent, cuius ponderis, & mensuræ essent, cuius farinæ, & alia huiusmodi, tunc explicabimus, & vbicumque sacri textus intelligentia exiget; non enim omnia, vbique tractanda, & sæpe repetenda consulto diximus.

פנים

פנים

Ioseph. 3. antiq. cap. 10.

c *locus, in quo lucerna accenderentur.*
d *i. mallei opere, non fusile.*
h *la asta, ò astil.*
l *los braços.*
m *genus est potatorij vasis ad modum calicis.*

a b c d e f g h i k l m n
Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos, &

a *i. globi parui.*
d e *s. mallei opere ex eodem auro.*
l *s. hastilis.*
m *calami.*

a b c d e f g h i K l m n o
sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno

a *hastilis.*
c *calami.*
d e *s. hastilia latere.*
g *vt supra.*
K *sub. amygdalina.*
p *vt supra.*

a b c d e f g h i K l m n o p
latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulaq.

a b c *sub. inter scyphum, & scyphum.*
g *vt supra.*
i *sub. amygdalina.*
n o p a *s. inter scyphum, & scyphum.*

a b c d e f g h i k l m n o p
simul, & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaque simul, &

l *vt supra.*
p *i. candelabri stipite, siue hastili.*

a b c d e f g h i K l m n o p
lilium. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: in ipso autem candelabro

c *vt supra.*
e *s. amygdalina.*
g *vt supra.*
m *vt supra.*
l m n o a b c d *Ex qualibet sphærularum trium infimarum, quæ erunt in hastili, egredientur duo calami hinc & inde, non per lineam rectam, sed circularẽ, ita quod licet inæquales, in eamdem altitudinem, tamen cum medio stipite.*
o *i. infra vtrumque.*

a b c d e f g h i K l m n o
erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia. Sphærulæ sub duobus

o *vt supra.*

a b c d e f g h i K l m n o p
calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. Et sphærulæ igitur,

c d e *i. ex eodem auro ductilia, & non addititia.*
h i K *sub. sic & candelabri stipes.*

a b c d e f g h i K
& calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissimo.

SCHO-

Digitized by Google

S C H O L I A.

47 *Facies & candelabrum ductile ex auro mundissimo.*] Ex Hebræo est: Et facies candelabrum ex auro mundo, ductile fiat candelabrum, sic & Chaldæus: sed vulgatus consulto Hebraismum vitauit; Candelabrum autem, in Hebræo *Menora*, à *Nur*, idest, lucerna, quasi locus in quo lucernæ, seu candelæ figuntur, auctore Festo. Porro, ductile dictum vidimus, quod non opere fusorio, sed malleo aurum, aut metallum quoduis complanatum fit, iuxta vim vocis Hebraicæ *Miksa*, quamuis & aliqui, opere integro, vertant, vt non factum ex diuersis partibus in vnum coagmentatis, sed ex crasso stipite, malleo ad tales figuras deducto. Septuaginta, tornatile, verterunt: Iosephus vero, fusile, scribit, sed hoc contrarium videtur ei, quod scriptura ductile vocat, nisi dicamus, à principio totum candelabrum cum calamis, simul vnius auri fusione factum, rudi indigestaq; mole, sed mallei opere, cum aurum plenum esset, & integrum, ad præscriptas figuras deductum.

מנרת
נור
מקשה

48 *Hastile eius, & calamos.*] Iuxta Hebræum est: Hastile eius, & calamus eius, in singulari, calamus, pro plurali, vt sæpe Hebræorum more. In Hebræo est *Ierecha*, idest, hastile: sic etiam Septuaginta, & Chaldæus: Hastile vero dicitur, quod ad hastæ formam factum est: *Hastil*, Hispane, *ó hasta pequeña*. Cicero, hastili innixus, dixit, & Virgilius: Præfixa hastilia ferro. Iam, *Kana*, omnes versiones calamum reddunt: est autem calamus hoc loco, *vnas cañas de oro, como braços del candelero*, quos ramos Iosephus vocat cum Philone de vita Moysi; quamuis, & in eo libro, quem inscribit: Quis rerum diuinarum hæres sit, caliculos nominet.

ירכה
Cic. pro Rabir.
Virg. Aeneid. 5.
קנה
Ioseph. 3. antiq. cap. 7.
Philo lib. 3. de vita Moysi.

48 d. *Scyphos.*] Vox Hebraica *Gebiha*, scyphus in modum calicis factus, & per ipsos, partes quasdã extantes intelligunt, quę calicis formam habebant. Apud profanos etiam scriptores, vasi potatorij genus est, proprieq; Herculi attribuitur, teste Macrobio, quo veteres, & in sacris, & in conuiuijs vsi sunt, vt patet ex Virgilio, & Horatio. Et licet ij scyphi non appareant in quodam vetustissimo sculpto candelabro Romæ, in arcu Titi Imperatoris, forsan, quod in secunda templi constructione desierit talis figura pro ornatu haberi, sicut tẽporũ vicissitudinibus in multis cõtingit, & sic cõstruxerint calamos cum sphærulis, & floribus solum, & loco scyphorum, simplices calami fuerint pro illorum temporum præstantiori ornatu: Vnde Iosephus 7. de bello Iud. cap. 24. inquit: Et candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato ab vsu nostri consuetudine.

גביה
Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 21.
Virg. Aeneid. lib. 8.
Horat. Epod. 9.

49 *Et sphærulas.*] Sic vertunt omnes: In Hebræo est, *Captoreha*: Cæterum, sphęrula vox Græca est, & sphęræ diminutiuum, latine globus dicitur: eranique veluti nodi rotundi in hastilibus candelabri, vt inquit Rupertus, qui in similibus adhuc in vsu sunt, sicut & lilia in candelabrorum capitibus.

כפתריה
Ruper. in 25. cap. Exod.

50 *Ac lilia ex ipso procedentia.*] Iuxta Hebręum est: Et flores ex ipso erunt. sic habent Chaldæus, & Septuaginta; dictio enim *Perach*, vtrumque significat, & sit verborum germanus sensus ex Hebræo: Ex ipso procedentia, siue ex ipso erunt, idest, eiusdem materię cum candelabro; malleo siquidem, ex ipso trunco, & stipite, cuncta formabantur.

פרח

51 *Sex calami egredientur ex lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.*] Iuxta Hebræum est: Et sex calami egredientur è lateribus eius, tres calami candelabri ex latere vno, & tres calami candelabri ex latere altero. Vulgatus subintellexit dictionem, eius, & abstinuit à vocis, candelabrum, repetitione, quod etiam subintelligitur, sed sensum integrum seruauit. Chaldæus, & Septuaginta, Legunt sicut est ex Hebræo. Iosephus meminit medij calami, qui potius ad hastile candelabri pertinere videtur, & non ad brachia procedentia, & sic scribit capite 7. Ab vna basi in altum assurgentibus in septẽ ramos diffisis, iuxta numerum Solis, & reliquorum planetarum, exibant autem in septem capita, ordine inter se respondentia, quibus imponebantur, septem lucernæ, secundum totidem planetarum numerum. Hactenus Iosephus. Et Philo lib. 3. de vita Moysi: Rami producti sunt ex medio candelabri, vtroque latere, ad numerum septennarium, in summitatibus eminebant septem lucernulæ, figuræ planetarum. Et in libro, quem inscribit: Quis rerum diuinarũ hęres sit, inquit: Sic enim fabricatum est: caliculos habebat ternos vtrinque, ipsum existens in medio. Et iterum, Caliculi vtrinque terni procedebant pari proceritate, habentes in summo lucernas nucibus similes; Et infra ibidẽ: Caliculi autem illi compares, è medio septimo stipite prouenium.

Ioseph. 3. antiq. c. 7.
Philo lib. 3. de vita Moysi.
Philo li. Quis rerum diuinarum hæres sit.

52 *Tres scyphi, quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul, & lilia. & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque, & lilia.*] Iuxta Hebręum est: Tres calices amygdalati in calamo vno, sphærula, & flos; & tres calami amygdalati in calamo altero, sphęrula, & flos. Chaldæus, & Septuaginta pro amygdalati, habent figurati. Et certe vox Hebraica, *Sekedim*, à qua *Mesuk Kadim*, amygdalos significat: quare crediderim subintelligendum in Vulgato, vt sit sensus, in speciem nucis amygdalinę deformati; constat enim nucis nomen, non solum specialem quemdam fructum significare, quem nos dicimus *nuezes*, sed etiã generale nomen esse omnibus fructibus, qui duro operimento teguntur, vt sunt castanec, amygdala, & huiusmodi. Porro, quos Vulgatus scyphos dicit, iuxta Hebręum, calices nominãtur; quod in modum calicis prędicti scyphi essent, vt supra diximus: quid vero per calamos, & sphęrulas intelligatur, in pręcedentibus scholiis explicauimus.

שקדים
משקדים

53 *Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili.* Iuxta Hebręũ est: Sic sex calamis egredientibus è candelabro; quasi dicat: nempe, vt singuli habeant tres scyphos instar nucis amygdalinæ, sphærulam, & lilium. Septuaginta, & Chaldęus: Sic facies in sex calamis, qui egrediuntur de candelabro. Et licet. R. Salomoh putet, vnã Sphærulam, vnumque lilium esse tantum in quolibet calamo, cum tribus scyphis: cęterum cum ad decorem fuerit opus istud; immo ex litera, iuxta Vulgatum, & eos, qui ad literam ex Hebræo legunt, inter duos quoslibet scyphos, vna erat sphęrula, & vnus flos; loquendo enim de singulis calamis in plurali sub-

R. Salomoh.

dunt

Digitized by Google

R. Salomoh. dunt sphęrulæ, & lilia, quod si R. Salomoh contendát in Hebręo fuisse in singulari, referendum erit ad scyphum, non ad calamum, vt cuilibet scypho correspondeat sphærula, & flos. Iam, ex corpore aureo candelabri sic vtrimque tres calami prodibant, vt infimi longiores essent medijs, duobus mediocribus, supremis duobus breuioribus in eandem cum medio calamo altitudinem sublatis, vt lucernæ omnes in eadem prorsus sublimitate essent; ita tamen putat Ricardus, fuisse tam in medio calamo, siue hastili, sicut in alijs, quod cum calamus ad scyphum perueniebat, quasi ibi deficere videretur, & deinde post calicem, quasi de flore vno, siue lilio rursum prodire.

Ricard. de S. Victor. lib. de Taber.

54 *In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæq. per singulos, & lilia.*] Candelabri nomine, hoc loco, calamum medium, siue stipitem candelabri intelligit. Porro, quid scyphi nomine, & nucis, scilicet amygdalinæ, & sphærulæ: iam dictum est: quod vero hic inquit per singulos; hoc etiam intelligendum diximus pręcedenti scholio de alijs sex calamis. Iam, iuxta Hebræum est: Et in candelabro erunt quatuor calices amygdalati, sphærulæ eius, & flores eius: calices vocat scyphos, quod admodum calicis essent, sed Vulgatus in dispositione sparularum, & liliorum, expressius, & clarius scripsit.

54 d. *Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca.*] Iuxta Hebræum est: Et sphærula, sub duobus calamis ex ipso, & sphærula sub duobus calamis ex ipso, & sphærula sub duobus calamis ex ipso, sic Chaldæus: Sed hanc eorumdem verborum triplicationem eleganter, seruato literæ sensu, abreuiauit Vulgatus, dicens: Per tria loca. Tres itaque sphærulę in hastili describuntur, sic dispositæ, quod ex qualibet illarum duo calami, hinc & inde, egrederentur, non per lineam rectam, sed circularem, vt diximus; sic inquit Ricardus de sancto Victore cap. 4. vt flores magis circa calamos essent; sphærulæ vero sub calamo; quasi ex sphærula per florem calami egrederentur; quod autem ex Hebræo additur: Ex ipso, subintellexit Vulgatus, idest, ex eadem materia, scilicet auro: immo, vt alij, non addititios probabiliter volunt, & ex eodem trunco auri, mallei opere productos, cum suis sphærulis, & floribus, etiam non addititijs. Ricard. de S. Victor. cap. 4.

55 *Qui simul sex fiunt, procedentes de hastili vno.*] Iuxta Hebræum est: Sex calamis egredientibus è candelabro: idem est sensus; candelabri enim nomine, calamum medium, siue hastile intellexit, ex quo calami alij, qui simul sex erant. hoc sibi volunt Vulgati verba. Porro, sic post scyphos, sphærulas, & flores, paululum calami mediare, vsque ad sequentem similem ornatum, aduertunt viri graues; quod & ad decorem maxime conducebat: & sic de hastili medio dicendum erit; etiam inter calamos duos inferiores, & medios, & intermedios, & superiores: sicque in reliquo calami medij, vsque ad lucernarum locum.

c — *habentes. s. singula rostrum vnum.*
h — *in summitatibus hastilis, & sex calamorum.*
i
m — *i. partem candelabri anteriorem, coram mensa versis lucernarum, rostris mensam versus.*
n

a b c d e f g h i k l m n
Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso.

a — *Instrumenta sunt, quibus extremam ellychinij partem, quæ exusta lumini officit, quis aufert.*
d e f g h — *sub commode, ne fætor aliquis, aut macula in sanctuario esset.*

a b c d e f g h i K l m
Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo

h i — *i. vno talento constabit. & sermo est de talento Hebræorum, quod duplo maius est talento Attico.*

a b c d e f g h i K l m
omne opus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. Inspice

c d — *ne humanum commentum cogitaretur, & præsumptum, sine Deo.*

a b c d e f g h i k
& fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

S C H O L I A.

56 *Facies, & lucernas septem, & pones eas super candelabrum.*] Iuxta Hebræum est: Et facies lucernas eius septem, & accendere facies lucernas eius. Chaldæus: Et incendes lucernas. Septuaginta: Et impones lucernas eius: Et certe quot interpretes, tot hoc loco sunt versiones, estque verborum sensus, vt in summitate septem calamorum, septem constituantur lucernæ: sic Iosephus depingit, sic & Philo, & de vita Moysi scribens, & in eo libro quem inscribit: Quis diuinarum rerum hæres sit, quorum verba supra retulimus. Porro, lucerna instrumentum est, in quo vnum plurave ellychnia accensa, oleoque fota, lumen nobis præbet. *El candil*, Hispane. Lucernarum vsum, teste Eusebio, primi Ægyptij monstrauerunt: harum alia simplex est, quæ habet partem vnam exporrectam, & quæ vno ellychnio contenta est, quæ cubicularia dicitur, de qua Martialis lib. 14. tales fuisse has lucernas infra dicemus: Est alia dimixos, ad duo ellychnia ferenda: alia trimixos, ad tria: alia polymixos ad plura, de qua

Ioseph. 3. antiq. cap. 7. Philo 3. de vita Moysi, & lib. qui di. rerum hær. est.

Euseb. lib. 10. de præpar. Euang.

Martial. lib. 14.

Martial. lib. 14. qua Martialis, vbi supra:

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

57 *Vt luceat ex aduerso.*] Iuxta Hebræum est: Et lucere facies contra faciem eius, quod Hebraismo dicitur: ad latus faciei eius; sic & Chaldæus: Septuaginta vero: Et lucebunt ab vna facie eius: idem est omnium sensus: Ex aduerso igitur mensę, contra quam ponendum erat candelabrum, vt sequenti cap. & 40. dicitur, lucere debebant: sic Rupertus exponit; licet aliqui, sed irrationabiliter, putauerint, sic intelligendū, vt ellychnia eo disposita essent modo, quo trium lucernarum flammæ, quæ erant à dextris hastilis, respicerent eas, quæ erant in calamis à sinistris, & illæ has, vt sic, tres contra tres, se mutuo respicerent. Sed reuera sensus est: quod cum lucernæ quasi cubiculariæ essent, singulæ vnum rostrū habentes, versus candelabri faciem: quæ erant ex altera tabernaculi parte è regione mensæ, illam anteriorem candelabri partem illuminarent. Cur autem in oraculo non sit positum candelabrum, manifestum videtur; siquidem lucernæ mane, & vespere componebantur, vt semper arderent, vt Leuit. 24. dicitur, atque ita per singulos dies ingredi oraculū oportuisset, nec extra domū exteriorem collocatum, propter ventū, & pluuias: Et quidem ad illuminandum tabernaculum, lucernę super candelabrum positę deseruiebant.

Ruper. in 25. cap. Exod.

58 *Emunctoria quoque, & vbi ea, quæ emuncta sunt, extinguantur fiant de auro purissimo.*] Iuxta Hebræum est: Et forcipes ipsius, & receptacula eius, ex auro mundo. Septuaginta: Et emunctorium eius, & suppositiones eius, idest, vasa, quæ supponuntur ad ea, quæ emuncta sunt suscipiendum: sed idem est omnium sensus. Porro, emunctoria in Hebræo *Melkachaim*. Vas autem, in quo, quæ emuncta sunt, reponuntur, in Hebræo *Machta*, quamuis hæc vox, etiam thuribulum significet: vnde Chaldæus: Et forcipes eius, & thuribula eius, legit. Sed certe, hoc loco pro thuribulo ponitur. Porro, vas in quo, quę emuncta erant, reponerentur, sic dispositum creditur, vel cum aqua, ne fœtor aliquis esset in sanctuario, vel macula. Iam, licet emungere, sit nares purgare, cæterum, & lucernam emungere latinis est in vsu, & est extremam ellychnij partem, quę exusta lumini officit, instrumento aliquo auferre: hinc & instrumentū, quo ad eam rem vtimur, emunctoriū dicitur. Sequitur: Fiant de auro purissimo. Philo in libro, quem inscribit: Quis diuinarum rerum hęres sit, hac occasione duas auri excellentias commemorat: prima, quod non sentiat rubiginis iniuriam; altera, quod in tenuissimas bracteas sine scissura diducitur mallei opere, quo in his omnibus perficiendis vsum Moysen legimus.

מלקחים מחתה

Philo.

59 *Omne opus candelabri, cum vasis suis, habebit talentum auri purissimi.*] Iuxta Hebręum est: Et talento auri mundi facies illud, & omnia vasa ista. Chaldæus: Ex talento auri mundissimi facies illud. & omnia vasa hęc. Septuaginta: Talenti auri puri facies omnia vasa hæc: omniū vnus est sensus; quasi dicat: Totum opus istud constabit talento vno. Et licet Hebręi vocem *Cichchar*, centenarium talentorum exponant, pro magnitudine operis, & pondere candelabri, & vasorum pertinentium ad illud, vnde & Iosephus: Pondo, inquit, minarum centum: credendū tamē est, Iosephum minas accepisse iuxta Hebręorum consuetudinem, quæ habet sexaginta siclos, vt constat Ezech. 45. idest, drachmas ducentas quadraginta: quare talentum hoc, quod Gręce sic nomināt, Hebręi *Cichchar*, erit duplo maius Attico talento, quod habet sexaginta minas, centum drachmarum, & talento magno, quod habet minas octoginta: hinc & non admodum magnum candelabrum hoc fuisse, constat.

ככר

Ioseph. 3. antiq. c. 7.

ככר

60 *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.*] Iuxta Hebræum est: Et vide, & fac secundum similitudinem eorum, quam tu factus es videre in monte, idest, quam in monte o[illegible] Dei vidisti. Chaldæus: Iuxta similitudinem, quæ mostrata sunt tibi in monte. Septuaginta: Iuxta figuram ostensam tibi in monte; dictio siquidem Hebraica *Tabnith*, & similitudinem, & exemplar significat, & ita omnium vnus est sensus. Exemplar autem omnium Deus Moysi ostendit; ne humanum commentum cogitaretur, & pręsumptum sine Deo, vt iam supra aduertimus. Porro, prędictis verbis comprehenditur reliquorum mandatum, quæ scripta non sunt, vt de quantitate hastilis, secundum longitudinem, & crassitiem, & calamorum, de forma lucernarum, & earum capacitate, de pede candelabri, qui pulcherrimus apparet, vt ferunt ductus in triumpho Titi, & multis alijs: quamuis, vt aduertimus ex Iosepho, multa immutata fuere ex his in secunda templi erectione, & hoc fuit coram Tito deductum.

תבנית

Ioseph. 7. de bell. Iud. c. 24.

CAPVT XXVI.

a *in quo, s. publica sacra peragerentur.* c d *opus igitur cortinarum, non operimentum, sed magis ipsum tabernaculum est.* h *i. bilijs lini delicatissimi retortis.* l *i. filis hyacinthini coloris.* n b c d e *i. filis purpuræ, & cocco tinctis.*

a b c d e f g h i K l m n
Tabernaculum vero ita facies: decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura,

d *i. varijs figuris, iuxta Hebr. Cherubim. q. d. sparsas imaginibus alatis. Chald. figuras Cherubim.* f *i. textoris opere polymito.*

a b c d e f g h i K l m
coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies. Longitudo cortinæ vnius habebit viginti

octo cu-

Digitized by Google

a b e i
Vulgares, seu humanos. *vt supra.* *Tentoria, cortinæ dicuntur, quod tegerent spatium, immo quasi vnum tentorium facientia.*
a b c d e f g h i k l
octo cubitos: latitudo quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient vniuersa tentoria.

b i k m
minores. *vt sic sint duæ tantum cortinæ maiores.* *femineas, scilicet.*
a b c d e f g h i K l m
Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. Ansulas

a e h i K l
i. coloris hyacinthini, & non diuersorum licium, vt cortinæ. *i. extremitatibus.* *& efficiant quinque minores, vnam, & sic ex decem minoribus, fient duæ maiores.*
a b c d e f g h i K l
hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.

K l m n a
ne ruga ob coniunctionem fit in illis.
a b c d e f g h i k l m n
Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, & insertas, vt ansa contra ansam

K
siue vncinos, alligandos, scilicet, vtrinque ansulis, seu laqueolis cortinarum.
a b c d e f g h i k l m n
veniat, & altera alteri possit aptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum

a f g
i. duæ maiores cortinæ. *Ecce duæ cortinæ maiores expansæ, ipsæ non operimentum, sed tabernaculum sunt.*
a b c d e f g
vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat.

S C H O L I A.

1 TABERNACVLVM *vero ita facies.*] Etsi Deus spiritus sit, nec corporeo loco circumscribi, immo nec capi possit, quod homines ipsi corporei sint, ea ratione, vt sanctus Tho- [S. Tho. 12. q. 102. ar. 4. corp. & ad 1.]
mas aduertit, tabernaculum hoc in populo Israelitico institutum est, vt esset certus locus, in quo publica sacra peragerentur, quo filij Israel, pro templo, non in deserto tantum; verumetiam in terra Chanaan vsi sunt, quousque Salomon illud suũ memorabile templum erexit: ita sanctus Thomas. Qui [S. Thom. 12. q. 102. a. 4. ad 2.] & tres rationes adducit, quare antea non fuerit locus pro templo designatus, nec ipsum ædificatum: de cuius vnitate & etiam tabernaculi, ibidem, solutione ad 3. ad exclusionem, scilicet, idololatriæ; gentes enim diuersis dijs, diuersis in locis, immolabãt. Porro, licet communi interpretum sensu, quæ de aulæis, siue cortinis consequenter dicuntur, quasi de tabernaculi operimento interpretentur, non deest ex recentioribus, qui hoc cortinarum opus, tabernaculum ipsum potius esse dicat, & tabulatum non adeo; cum tria tantum latera haberet, non tectum, & sic magis ad sustentandum tabernaculũ videretur, & in aureum ornamentum tabernaculi intrinsecus: quod & Beda prius visus est sentire, di- [Beda de tabernaculo cap. 1.] cens: Tegebatur autem domus, & desuper, & vndique cortinis mira varietate contextis, quæ proprie tabernaculum vocabantur. Et Augustinus inquit: [Augu. q. 173. in Exod.] Iubet ergo Dominus Moysi, facere tabernaculum decem aulæorum, de hyacintho. Et certe verba textus, iuxta Hebræum, id insinuare videntur, cum legitur: Et tabernaculum facies è decem cortinis: Et est ibi punctus *Athnach*, id est, coma, qui finis sit clausulæ superioris: Et infra in hoc capite dicitur: Quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat.

2 *Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto.*] Cortinas, Philo, & [Philo. lib. 3. cap. 10.] Iosephus aulæa vocant: cæterum & cortinæ nomen [Ioseph. 3. antiq. c. 5.] in vsu est, & dicuntur vela, ad aliquod spatium contegendum: forsan cortinæ dicuntur, quod antiquitus ex corio fierent, vt Rupertus aduertit. Etenim [Ruper. in 26 cap. Exod.] Apollinis tripodem, vnde oracula reddebãtur, cortinam dixere, vt Virgilius. Quidam quod certa ibi [Virg. Aeneis 6.] responsa funderentur, quasi certina. Alij quod ibi cor vatis teneretur; illuc enim raptæ Phebades vaticinabantur; sed alij sic dici voluerunt, quod corio phitonis serpentis tectus esset. Porro, quid byssus, hyacinthus, purpura, & coccus, superiori capite vidimus. Ex licijs itaque delicatissimi lini retortis, firmissimisque, & laneis, & sericis, prædictis coloribus tinctis, factæ sunt cortinæ.

3 *Variatas opere plumario facies.*] Iuxta Hebræum est: Cherubim opere phrygionico facies: dicũtur autem phrygiones, qui vel acu, vel textura varias figuras, & picturas, in aulæa, & tapetia, introducunt. Septuaginta: Cherubim, opere textoris facies eas. Chaldæus: Figuras Cherubim facies opere artificis facies eas. Quas lectiones, vt in vnũ sensum colligamus, aduertere oportet, Cherubim, quam dictionẽ interpres, noster, variatas vertit, vt

Digitized by Google

Hieronym. ad Marcellam. supra ex S. Hieronymo vidimus, varias figuras designare, siue varium in figuris, & non est tunc viuentis nomen: sic hoc loco. Vnde figuras Cherubim, inquit Chaldæus, idest, varias. Et Philo: Picturatisque aulæis, inquit; nec tamen proinde negamus, inter alia figurata, & effigies etiam Cherubim fuisse: cæterum hoc loco, sine discrimine, diuersarum rerum figuras importat. Rursum *Chasab*, cogitare significat, à quo *Choseb*, idest, cogitans: Et dicunt etiam significare opus polymitarium, & plumarium; eo quod multa industria, & cogitatione fiat: quod Chaldæus insinuauit, legens: Opera artificis facies. Et quod plumarium hic legit, infra cap. 36. polymitarium vertit, vt sic insinuaret, non dici hic plumarium, quod acu fieret, sed magis textoris arte, vt Septuaginta legunt, sed prout plumarium quandoque pro polymitario ponitur, quod scilicet diuersorum liciorum, & diuersæ tincturæ opus est; sicut enim monomita dicuntur, quę vnius coloris licio constant; dimita, quæ duorum; trimita, quæ trium, teste Plinio; ita polymita, quæ plurium: vt sit sensus; Et vsus peritissimi artificis opera, cortinas facies ex diuersorum colorum licijs contextas, & figuris variatas.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

חשב

חשב

Plini. lib. 8. cap. 48.

4 *Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos, latitudo quatuor cubitorum erit, vnius mensuræ fient vniuersa tentoria.*] Sic & Philo, & Iosephus, qui ait: Decem aulæa quaternorum cubitorum latitudinis, longitudinis vicenum octonum: quod idē est. Porro, iuxta Hebræum: Mensura vna erit omnibus cortinis. sic & Chaldæus. Septuaginta, aulæa, dicunt, Hebræi *Ierihoth*, quæ omnia idem significant. Sed forsan tentoria Vulgatus vertit; quod ad modū tentorij cortinæ tendebantur: vnde & omnes simul, in textu sacro tabernaculum appellari vidimus.

Philo lib. 3. de vita Moysi. Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

יריעת

5 *Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt.*] Hebraico schemate: Quinq. cortinæ, inquit Hebræus, erunt, coniungentes mulier ad sororem suam, & quinque cortinæ coniungentes mulier ad sororem suam, quod æquales sint, sorores appellans. Tamen Vulgatus noster, prætermissa eiusdem repetitione, quæ est iuxta Hebræum, & in Chaldęo, & Septuaginta, eleganter legit: estque omnium idem sensus, vt scilicet duæ cortinæ maiores fierent, quarum vnaquæque, quinque minoribus ad inuicem coniunctis constaret.

6 *Ansulas hyacinthinas in lateribus, ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.*] In Hebræo est *Luloth*, iuxta Hebræum est: Et facies laqueos hyacinthinos in ora cortinæ vnius, ab extremo in coniunctione: & sic facies in ora cortinę extremæ, in coniunctione secundæ. Chaldęus, & Septuaginta, ansulas, legunt, sicut nos, & alij fenestrellas has, hyacinthinas, idest, hyacinthini tātū coloris, & non ex filis diuersorum colorum.

ללאת

7 *Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt.*] Quod nos, circulos, habemus, Hebraice est, *Karse*. Quidam vncinos vertunt, Septuaginta, & Chaldęus, fibulas. Quod autem sequitur: Quibus cortinarum vela iungenda sunt. Aliqui legunt: Et coniungēs cortinam mulierem ad sororem suam circulis, seu fibulis: Hebraismus est, quem, & Septuaginta, & Chaldæus reddiderunt, & legunt: Et coniunges cortinas alteram alteri fibulis. Porro, de his circulis, seu vncinis, vel fibulis, & de prędictis ansulis, siue laqueis, non solum apud interpretes, verū, si textum ipsum contēpleris, certe vix percipi potest earum vsus, & figura: an, scilicet, ansulæ ex vtraque parte feminecę (vt ita dicam) essent, vt multi contendunt, quod Hebraico schemate, mulieris ad sororem suam, hoc videatur insinuari: & si ex vtraque parte feminea, quo vnirentur? quod si confusione, vt quidam volunt, ad quid ansulæ? rursum circuli, siue vncini aurei, vel erant tantum ad coniungendas duas maiores cortinas inter se, vt ex recentioribus quidam volunt; etenim si erant ad coniungendas cortinas minores inter se, penes ansulas hyacinthinas, ita vt ansulæ singulę, singulis totidē ad hoc fabrefactis fibulis aureis iungerentur, ad decorem eximium, quod aspicientes oblectare posset, vt multi explicant, certe non fuissent tantum quinquaginta annuli, vt textus dicit, sed quinquagenos dicere oportuisset, sicut de ansulis, & indicare videtur textus sacer, fuisse ad copulandas inter se duas maiores cortinas; nam dicit: Quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat; quod interim mihi magis placet, vt cortinę minores inter se ansulis iungerentur, duę autem maiores adinuicem quinquaginta annulis, seu vncinis aureis.

קרסי

8 *Vt vnum tabernaculum fiat.*] Iuxta Hebręum est: Et erit tabernaculum vnum. Ex quibus verbis satis verosimiliter infertur, quod supra contra Iosephi, & aliorum loquendi modum annotauimus, cortinarum, scilicet, opus, Scripturam non operimentum, sed magis tabernaculum ipsum vocare. Porro, cortinarum extensionem sic describit Philo: Cęterū, inquit, hi viginti octo cubiti sic distribuuntur. decem ad tectum, tanta enim erat latitudo tabernaculi: reliqui nouem ad protegenda vtraque latera, vacante è solo vno cubito, ne humi traherentur tectum sacratum pulcherrimum. Cæterum è quadraginta cubitis, qui conficiuntur ex decem aulæorum latitudine, triginta occupant, quanta est, longitudo tabernaculi; nouem, postremum parietem; quod superest, ad vestibulum extenditur, vt sit pro totius sępti vinculo. Et Iosephus eodem fere modo distribuit, dicens: Quæ extensa, fanum superne obtegebant, & parietes à lateribus, & à tergo, minus vno pede ad terram pertingentia.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

Ioseph. 3. antiq. c. 5.

c d h l
i. cortinas. *i. ex pilis caprarum, Hispane chamelote.* *i. externam superficiem, seu faciem.* *i. cortina.*
a b c d e f g h i K l m
Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi, longitudo sagi vnius

c f i K l
vsuales. *s. cubitos vsuales.* *sub. secundum longitudinem.*
a b c d e f g h i K l m n
habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium: è quibus

quinque

Digitized by Google

a e f g k l m n o p q
s. saga. s. saga. vt s. sint duo saga maiora. i. quantitas, quæ est cubitorum quatuor secundum latitudinem. i. supra tabernaculi ingressum, seu anteriorem partem eius. ne s. venti lucernas extinguerent liber tamẽ aditus introeũtibus sit.
a b c d e f g h i K l m n o p q
quinq; iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices.

c d h m
eiusdem s. materiæ, & coloris cum sagis. s. maioris. s. maiore.
a b c d e f g h i K l m n o p
Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta

d h n
maioris. maiore. siue vncinos.
a b c d e f g h i K l m n o p
ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus

b e f i
quæ. s. sunt in ora duorum maiorum sagorum. s. vndecim minoribus, siue duobus maioribus. i. quantitas sagi.
a b c d e f g h i K l m n
iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis

e f h l o
siue vnius sagi, quantitas. s. vndecimi. in quo exuperant hæc duo saga, duo aulæa variata maiora. nam, vt supra dicitur, duplicari debet, & ita medietas tantum prominens erit. respectu sancti sanctorum secundum internã tabernaculi, quod reuera suprà anterior eius pars dicitur, nempe ingressus.
a b c d e f g h i K l m n o
quæ parantur tecto, idest, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora

d e f g i l m n o p q
i. vno latere. s. plusquam aulæa variata. s. cubitus. s. altero latere. i. in quo hæc saga excedunt aulæa. s. in duobus cubitis, quorum alter pendebit amplius ex latere vno, alter ex latere altero.
a b c d e f g h i K l m n o p q
tabernaculi. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum

d e
s. amplius, quam aulæa variata, vtpote descendendo vsque ad terram.
a b c d e
longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens.

SCHOLIA.

9 *Facies & saga cilicina vndecim.*] Iuxta Hebræum est: Et facies cortinas è pilis caprarum. Sic Chaldæus, at Septuaginta legunt, sicut & Vulgatus, licet aliqui ex Græco vertant: pelles, & putent, Septuaginta in hoc innuere voluisse, non fuisse quid ex caprarum pilis contextum, sed magis ipsas pelles: Cæterum in Hebræo est *Ierioth hizzim*, idest, aulæa, seu cortinæ caprinæ. itaque dictio *ierioth*, quam supra interpres vertit: Cortinas, nunc saga legit; vt intelligamus idem per saga hoc loco, quod supra per cortinas. *Hizzim* autem, idest, caprinæ, quasi dicat: Ex caprinis pilis confectæ: & quidem apud profanos scriptores, licet non inuenerim sagi nomen pro cortinis, est tamen quòd Vulgo dicimus *sayal*, & *albornoz*, estque sagum vestis stragulæ genus, non dissimilis cilicio, de qua Suetonius in Othone: Fuit & quondam vestis cuiusdam genus sic dictæ, qua tempore belli Romani omnes vtebantur, exceptis viris Consularibus, indiciumq. belli fuit, sicut toga, pacis, quod pacis tempore togis, non sagis vterentur. Porro, ne rusticas adeo quis putet cortinas istas, super quas & alia operimenta, vt videbimus, poni præcipitur, Iosephus sic loquitur: Erãt & alia peripetasmata vndecim æque lata, sed longiora, videlicet, triginta cubitorum singula, è pilis eadem subtilitate, qua illa è lana contexta: Et quidem ex his pilis & symbalotum fieri, vulgo *Chamelote*, constat, quo æstate, nobiles in aliquibus regionibus vtuntur, & genus quoddam vestis, vulgo *Albornoz*, in Africa ita pretiosum, & subtile, sicut symbalotum.

יריעת עזים

Suetonius.

Ioseph. 3. antiq. c. 5.

10 *Ad operiendum tectum tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Ad operimentum super tabernaculum. Chaldæus: Vt extendantur super tabernaculum. Septuaginta: Coopermentum super tabernaculum. Tecti itaque nomine, Vulgatus noster externam vndique tabernaculi superficiem, siue partem intelligit: Quod autem, iuxta Hebræum, & Chaldæum, & Septuaginta, sequitur: Vndecim cortinas facies: repetitio est Hebræis in vsu, quam consulto Vulgatus tacuit, cum iam supra dixerit: Saga cilicina vndecim.

11 *Aequa erit mensura sagorum omnium.*] Iuxta Hebræum: Mensura vna erit vndecim cortinis. sic Septuaginta, & Chaldæus: sed omnium vnus est sensus. Vbi aduerte, & in numero, & in longitudine, discrimen esse inter has cortinas, & illas, de quibus supra hoc eodem capite, quod istæ vndecim sint, & triginta cubitorum in longitudine; quæ vero tabernaculum conficiebant, decem & viginti octo cubitorum in longitudine.

12 *E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis.*] Duæ similiter cortinæ maiores erant, sed in hoc à variatis primis diuersæ, quod

harum altera ex minoribus constabat, & sic in latitudine quatuor cubitis alteram excedebat: ad quid autem excessus iste deseruierit, statim subditur in textu sacro, & Iosephus sic dicit: Vno à fronte prominente, quod in hunc vsum supra denarium numerum erat annexum.

Ioseph. 3. antiq. c. 5.

13 *Ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices.*] Iuxta Hebræum est: Et duplicabis cortinam sextam contra faciem tecti. Chaldæus: Et duplicabis cortinam sextam, quæ est super faciem tabernaculi: itaque tecti nomine Vulgatus tabernaculum intelligit, per frontem vero faciem, siue anteriorem tabernaculi partem, vbi nec solida parietis, nec tabularum firmitas aderat, vt Beda ait: Nec variatarũ cortinarum operimentum, sed columnæ, vt videbimus, & ingressus ad tabernaculum: velum autem sextum ibi duplicabatur ex Augustino; ne videlicet moueretur, quia impariliter alterutrum incurrebant, sex & quinque. Beda vero, quod cum ibi tabularum firmitas non esset, geminato sagorum munimẽto magis opus erat. At interlinearis antiqua; ne ventorum vi lucernæ extinguerentur. Et certe rationabiliter prædictæ tres causæ à patribus assignantur: sed vt ex sequentibus etiam iuxta Hebrẽu constabit, intelligendum erit de medietate sextæ cortinæ, siue de quãtitate medietatis; nam alterius medietatis quãtitatẽ, in posteriori tabernaculi parte pendere, satis aperte infra docet sacer textus.

Beda cap. 3.

Aug. q. 175. in Exod.

Beda de tabernaculo.

14 *Facies et quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur.*] Iuxta Hebræum est: Et facies quinquaginta laqueolos in ora cortinæ vnius extremę, in coniũctione, & quinquaginta laqueolos, in ora cortinæ coniunctionis secundæ. Chaldæus: Et facies quinquaginta ansulas in ora cortinæ vnius in latere, quo iungenda est, & quinquaginta ansas in ora cortinæ secundæ, in loco quo iungenda est. Et certe omnium idem est sensus. Sed aduertere oportet ex Augustino, qui capillacea vela, hæc saga vocat, quod cũ in prioribus aulæis ansas hyacinthinas sacer textus expresserit, hic vero quales esse debeant tacuerit, capillaceas credibilius accipiendas existimet, idest, eiusdem materiæ & coloris, cum sagis.

Aug. q. 173. in Exod.

15 *Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentũ fiat.*] Iuxta Hebræum est; Et facies vncinos æneos quinquaginta, & induces vncinos in laqueos, & coniunges tectum, & erit vnum. Chaldæus: Et induces fibulas in ansulis, & coniunges in tabernaculum, vt sit vnum. Idem est omnium sensus; dictio enim *Karse*, fibulas, & vncinos significat; Et dictio *Luloth*, ansas, & laqueos. Rursum dictio *Obel*, operimentum, tectum, tabernaculum, & tentorium importat. Porro, quo iungerentur inter se duo maiora saga, non exprimit litera, secundum aliquorum interpretationem: sed saluo meliori iudicio dicendum iudico, sicut de quinquaginta circulis aureis in prioribus aulæis, quod in hunc vsum fuerint; sed illi aurei, isti ænei, & hic ansas etiam exprimit, quæ fibulis essent iungendæ, quod superius tacuerat. In hunc autem vsum fibulas fuisse colligo, quod quinquaginta dixerit, non quinquagenas, tum etiam quod ad id apponendas dicat, vt vnum fiat operimentum, subintellige, ex duobus maioribus sagis, quod maxime fit per coniunctionem maiorum: sicut enim ex hoc, quod in præcedẽtibus verbis mentionem fecerat de ansulis, quæ erant ad coniungenda minora saga inter se, & statim subdit: Et facies fibulas, quibus iungendę sunt ansæ, existimarunt plerique, quinquaginta vncinorum vsum fuisse, ad coniungendas ansas, quæ erant in latere minorum sagorum inter se. Cęterum cum quinquaginta dicat, & rationem assignet, vt vnum operimentum fiat, rationabilius puto, fuisse ad coniungendas ansas tantum magnorum sagorum inter se, vt sic fieret ex duobus maioribus vnicum operimentum.

קרסי
ללאת
אהל

16 *Quod autem superfuerit in sagis, quæ parantur tecto, idest, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Et superfluitas, quę superfuit in cortinis tecti, dimidium cortinæ, quæ superfluit, superfluet in posterioribus tabernaculi. Chaldæus: Et superfluum excedens ex cortinis, dimidium cortinæ, quæ superest, extendes super posteriora tabernaculi: omnium cęrte vnus est sensus, sed satis obscurus, & ambiguus: vnde quidam, per posteriorem partem tabernaculi, intelligunt ingressum, quem faciem tabernaculi, seu anteriorem partem dixerat, vt sit repetitio eius, quod supra dixerat: Ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices, sicut in templis anterior pars est, vbi altare maius, posterior vero, vbi ianua. Et certe vix apparet, ad quid in posteriori parte externa deseruire possit hęc medietas, cum saga, secundum suam latitudinem, vsque ad terram pertingant. Cæterum, quia quantum ad externam superficiem tabernaculi, quę operienda erat, introitus tabernaculi, anterior eius pars dicitur, & non posterior, ideo placet cum Hugone de sancto Victore, & Ruperto aliter interpretari: non vt vnum sagum ex vndecim præcisum, eius media pars sit in anteriori tabernaculi fronte, media alia in posteriori parte, sed de quantitate sagi, scilicet, de quatuor cubitis, quæ superfluunt, cum vndecim saga in vnum copulata fuerint: sic excessus distribueretur, vt duo cubiti, in anteriori parte essent, scilicet, in introitu, reliqua duo, in posteriori, ad protegendum: quamuis & Iosephus priori interpretationi fauere videatur, cum de posteriori parte tabernaculi nec verbum faciat, sed tantum de anteriori, sic dicens: Vno, scilicet, peripetasmate à fronte prominente, quod in hunc vsum supra denarium numerum erat adnexũ: Quare quod hic dicitur: Ex medietate eius operies, intelligi potest, quod cum duplicari super frontem debuisset, sola sagi medietas prominens erat super ingressum, quem hic posteriorem tabernaculi partem, ratione prædicta, appellat: ex quo satis verosimilis prior interpretatio videtur. Porro, cum dicitur: Quod amplius est, idest, excedens decem aulæa variata; saga enim vndecim erant, & vnumquodque eiusdem latitudinis, cum aulæo variato minore.

Hugo de S. Victor. Ruper. in 26. cap. Exod.

Ioseph. 3. antiq. c. 5.

17 *Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorũ longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens.*] Iuxta Hebræũ est: Et cubitus hinc, & cubitus inde, in superfluẽte in longitudine cortinarũ tecti erit, superfluum in lateribs tabernaculi hinc & inde, ad tegendũ illud. Chaldęus: Et cubitus hinc & illinc qui superest, in longitudi-

ne

ne cortinarum tabernaculi,extendatur,super latera tabernaculi hinc,& inde, vt cooperiat illud.vnicus est omnium sensus, qui ex discrimine pendet, quod est,inter saga,& variatas cortinas secundum longitudinem; illæ enim erant viginti octo cubitorum. Vnde cum altitudo tabernaculi esset decem cubitorum,similiter & latitudo,ex vtroque latere,vt visum fuit,minus vno cubito ad terram pertingebāt; ne humi, vt ait Philo, traheretur textum sacratum pulcherrimum.At vero cum sagorū longitudo esset triginta cubitorum, vndique ad terrā pertingebāt, & ita ex vtroque latere vno cubito amplius pendebant,quam illa sacrata aulæa : vnde quod in textu dicitur: Qui,subintellige,cubitus,plus est in sagorū longitudine,intelligi debet,vnus in quolibet tabernaculi latere pendēs,ita vt duobus cubitis saga excedant ; sed horum duorum vnus pendet ex latere vno,infra sacratum textum, alter ex latere alio.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

b *f. quod vndique cooperiat.* d *i. tabernaculo.* h *i. rubeo colore tinctis.* o *quod etiam vndique tabernaculum operiat.*

a b c d e f g h i k l m n o
Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis,et super hoc rursum aliud operimen-

a b *i. violacei coloris, sed hirsutis pellibus, vt taxorum.* f *f. secundum crassitiem digitorum quatuor.* g *i. secundum longitudinem in altum erectas.* l *genus arboris est in Arabia deserto.*

a b c d e f g h i K l m n
tum de ianthinis pellibus . Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,quæ singulæ

b *vsuales; tanta enim erat tabernaculi altitudo.* i K l *i. cubiti. & dimidij.*

a b c d e f g h i K l m n o
denos cubitos in longitudine habeant,& in latitudine singulos,ac semissem. In lateribus tabulæ,

b *incastraturæ.* e f g *quod nos tabulas, Septuaginta columnas vocant.* l m *f. cum duabus incastraturis in latitudine.*

a b c d e f g h i K l m n
duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur : atque in hunc modum cunctæ

g *f. tabernaculi.*

a b c d e f g h i k l m
tabulæ parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad Austrum.

c *quibus tabula firmiter innitantur.* m n *i. duas incastraturas diuersæ figuræ ab his, quæ in lateribus; hæ enim erant veluti denticuli,& pedes, vt basibus immitterentur.*

a b c d e f g h i K l m n
Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos
subijciantur. In latere quoque secundo tabernaculi,quod vergit ad Aquilonem,viginti tabulæ

f g h i k *nam in singulis tabulis, & inferiori parte,erant duæ incastraturæ, siue cardines,aut denticuli, singulis basibus includendi, ad firmitatem tabularum.*

a b c d e f g h i K
erunt, quadraginta habentes bases argenteas. binæ bases singulis tabulis supponentur.

S C H O L I A.

Aug. q. 173. in Exod. Strab. in Exo.

18 *Facies & operimentum aliud tecto, de pellibus arietum rubricatis.*] Quod tectum dixerit,Augustinus, Strabus cum multis ex recentioribus contendunt, operimentum hoc,& quod sequitur: de Ianthinis, tectum tantum operire, nec ad latera declinare : sed certe vox *Lahoel*,& tectum,& tabernaculum significat, & in hoc eodem capite sæpe vidimus,tecti nomine vsum fuisse Vulgatum, pro externa totius tabernaculi facie : vnde & Chaldæus hoc loco legit: Faciesq. coopertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis : ita & Septuaginta :& quidem Iosephus,hæc duo pellicea operimenta dicit superinducta, vt contra æstus, & pluuiarum iniuriam protegerent : si autem tectum tantum tegerent, tabernaculi latera læderentur imbribus, & auratæ tabulæ madefierent, & pretiosæ cortinæ dissiparentur,quod quidam considerantes, vndequaq. tabernaculū his pellibus cooperiri sentiunt, etiam super frontem, ante velum,quod in introitu erat: sic Iosephus in fine capitis quinti:& fortiter terræ affixas cum funibus ac paxillis,ne à ventis, & imbribus mouerentur: & in angulum mediū superne aliquatulum eleuari, nec super inferiores cortinas dimitti, sed hinc, & inde, pendere, vt imbres expellerent, nec inferiora vela aliquo modo, ex pellium contactu humectarentur. Porro, pelles has rubricatas pulcherrimas fuisse,& similiter ianthinas,& Iosephus asserit, & vbicumque in vsu fuerint, apparebit.

לאהל

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

19 *Et super hoc rursum aliud operimentum de Ianthinis pellibus.*] Pro Ianthinis pellibus, iuxta Hebræum,& Chaldæum, est : de pellibus taxorum. est enim in Hebræo *Techasim*, nonnulli ex pellibus violacei coloris legūt,& intelligunt; ianthina enim violacei coloris indumenta sunt. Sed de his abunde supra egimus, hoc certum est, horrido pilo fuisse,&

תחשם

Digitized by Google

[I]oseph. 3. an[t]iq. c. 5. ſe, & æſtui aquiſque arcendis opportunas, de quarum pulchritudine, ſic inquit Ioſephus: Quapropter è longinquo ſpectantibus res erat miraculo digniſſima; colores enim tabernaculi, non aliter micabant, quam ſi cælum quis contueretur.

20 *Facies & tabulas ſtantes tabernaculi, de lignis ſetim.*] Licet editiones omnes, tabulas legant, Septuaginta columnas dicũt; ſimilique modo vbicumque in hoc capite legunt: Vnde forſan aliqui cum *[R]. Salomoh.* R. Salomoh putarunt, earum ſpiſſitudinem, ſiue craſſitiem vnius cubiti fuiſſe, ſed ſic moleſtiſſimæ *[I]oseph. 3. antiq. c. 5.* ad vehendum fuiſſent, quare cum Ioſepho fere omnes, quatuor tantum digitorum fuiſſe aſſerunt. Porro, ſtantes, dicitur; quod non ſecundum latitudinem collocarentur, ſed magis ſecundum longitudinem in altum, ſic quod tanta fuerit tabernaculi altitudo, quanta vniuſcuiuſque tabulæ. Iam, pro lignis *[P]hilo lib. 3. de vita Moyſ. Beda de taber[n]aculo cap. 5.* ſetim, Septuaginta imputribiles legunt: Philo, è ſelectis cedrinis exciſſe, inquit. Beda imputribilis naturæ dicit fuiſſe, ligna eximij candoris, ac leuitatis, & non multum ab alba ſpina, niſi magnitudine *[H]ieronym. de [n]ominibus Heb[r]æis.* tantum, diſtantia: quare ſanctus Hieronymus nonnumquam in Hebraicis nominibus, & in alijs opuſculis ſuis, ſetim ſpinas interpretatur: verbi gra- בבל שטים tia, *Abel ſetim*, ideſt, luctus ſpinarum: ſed de his ſupra abunde ex ſancto Hieronymo, genus arboris eſſe diximus in deſertis Arabiæ: quare Græci, & Latini interpretes, nomen Hebræum retinent, cuius apud illos nulla vel exigua notitia erat, quãuis quidam qualitatem naturæ exprimentes, imputribilia, vt Septuaginta, tranſtulerint.

21 *In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula, alteri tabulæ connectatur.*] Iuxta Hebręum eſt: duæ incaſtraturæ erunt tabulæ vni, diſpoſitæ altera ad alteram, ſic facies omnibus tabulis tabernaculi. Chaldæus: Duos cardines habebit vnaquęque tabula, & duabus incaſtraturis erũt coniunctæ, vna ידות cum alia: & quidẽ *Iadoth*, incaſtraturas ſignificat, & aliquando manus, vt 3. Reg. 10. vbi legitur: Duæ manus hinc, & inde tenentes ſedile. Quare aliqui משלבת hoc etiam loco manus legunt. Iam, *Meſullaboth*, participium, ideſt, connectens. Vnde Vulgatus optime vertit, connectatur, ſed quod in lateribus interpres addiderit, cum non ſit iuxta Hebræum, tamen in inferiori tabularum parte incaſtraturas fuiſſe, vt baſibus inſigerentur, Scriptura indicare videtur; nam ſub qualibet tabularum, baſes duas fieri *[I]oseph. 3. an[t]iq. c. 5.* pręcipit, & Ioſephus ſic dicit: Et ſingulis tabulis inerãt cardines bini, immiſſi per duas baſes, quæ erãt argenteæ, & in ſuis foraminibus tabularũ cardines ſuſcipiebant: hinc ergo, & editionum tanta varietate, quid certi diffiniri poſſit de his incaſtraturis, quo in loco eſſent, & cuius figuræ, viri graues prorſus ignorant; dicam tamen interim, quid ſentiam: Exiſtimo, in latitudine tabularum, duas fuiſſe incaſtraturas, nos dicimus *encaxes*; vt tabula, tabulæ iungeretur, & quaſi vnus paries appareret: & de his incaſtraturis hoc loco Scripturam loqui: quare, ad maiorem intelligentiam, interpres noſter de ſuo appoſuit: In lateribus, & duas alias incaſtraturas dico fuiſſe, ſecundum longitudinem vniuſcuiuſque tabulæ, in inferiori eius parte, quæ verſus terram locanda eſſet, ſed prioribus in figura diſſimiles, & ad modum dentium, vt in baſium foraminibus immitti, & includi poſſent: quas Ioſephus cardines vocat, de quibus infra ſacer textus *Ioſeph. 3. antiq. c. 5.* iuxta Hebræum ait: Duas baſes ſubter tabulam vnam, duabus incaſtraturis eius, & duas baſes ſubter tabulam alteram, duabus incaſtraturis eius: quamuis Vulgatus in hoc loco, tabularum has incaſtraturas non ita expreſſerit; eo quod ex baſibus quas ſingulis tabulis ſupponendas dicit, facile ſubintelligi poſſint, vel potius, vt videbimus, incaſtraturas, angulos hic vocat.

22 *Atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.*] Iuxta Hebræum: Sic facies omnibus tabulis tabernaculi: idem eſt ſenſus vtriuſque, vt ſcilicet, non ſolum in longitudine, & latitudine, ſed & in incaſtraturis omnes aſſeres ſimiles eſſent, vt ſibi inuicem cohęrere poſſent.

23 *Quarum viginti erunt.*] Ante iſta verba iuxta Hebræum eſt: Et facies tabulas tabernaculi: ſed Vulgatus conſulto prętermiſit, vt repetitionem, etſi Hebræis gratam, non adeo Latinis, vitaret; iam enim ſupra dixerat: Facies & tabulas ſtantes tabernaculi.

24 *Quibus quadraginta baſes argenteas fundes.*] Iuxta Hebræum eſt: Et quadraginta baſes argenteas facies, ſubter viginti tabulis. Sic & Chaldęus: Sed idem eſt omnium ſenſus: ſed quod de fuſione baſiũ Vulgatus exprimit, ſubintelligi debet in Hebræo: baſes vero dixit; quod eſſent veluti fulcimenta, & quaſi pedes tabularum, & illarum pondus ſuſtinerent, vnde Hebraice *Adanim*, dicuntur, ideſt, אדנים ſuſtentacula, & fundamenta.

25 *Vt binæ baſes, ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciantur.*] Iuxta Hebræũ eſt: Duas baſes ſubter tabulam vnã, duabus incaſtraturis eius: Et duas baſes, ſubter tabulam alterã, duabus incaſtraturis eius, vbi habes ſecundum longitudinem in qualibet tabularum, in eius inferiori parte, quæ circa ſolum locanda eſſet, incaſtraturas duas fuiſſe, quas Ioſe- *Ioſeph. 3. antiq. c. 5.* phus, & Chaldæus, cardines vocãt, & Vulgatus hoc ידות loco angulos; in Hebræo enim eſt *Iadoth*, quàm dictionem antea, incaſtraturas vertit, nec eſt alia vox in textu Hebræo, hoc loco, quæ angulis reſpondeat, ſed quod diſſimiles eſſent incaſtraturæ, quæ à latere erant; quidam etiam pedes, alij denticulos vocant: forſan angulos dixit interpres; quod iuxta angulos, vel extremitates tabularũ eſſent, licet non in ipſiſmet extremitatibus, ne ob baſes ſubiacentes, tabulæ non adeo ſibi inuicem cohęrere poſſent.

26 *In latere ſecundo tabernaculi.*] Tantum aduertere licet, iuxta Hebræum, & Chaldæũ, eandem eſſe locutionis formam, & verborum repetitionem, quę de prioribus aſſeribus, ſiue tabulis, de baſibus, & incaſtraturis, ſiue cardinibus, quæ Vulgatus ſolita breuitate perſtrinxit.

a b d g h K l m n o a b

a b: i. in poſteriori parte ſecundum tabernaculi externam ſuperficiem. d: i. partem. g h: eiuſdem. ſ. quantitatis ſecundum latitudinem, & craſſitiem. K l m n o a b: quæ erunt ſemicubitales.

a b c d e f g h i x l m n o

Ad Occidentalem vero plagam tabernaculi facies ſex tabulas, & rurſum alias duas, quæ in

quinque

b d g h i K m n o a b

sicut alia secundum longitudinem in altum. *quod erit ad Occidentem.* *quibusdam annulis, siue vncinis sursum coniungentibus, singulis binas extremitates tabularum.* *i. tam inferne per bases, quam superne per vncinos, & ex latere per incastraturas.*

a b c d e f g h i k l m n o

angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntq. coniunctæ à deorsum vsq; sursum, et vna omnes

l m a

i. duæ angulares, tabulis alijs similiter connectentur, per circulos sursum, per vncinos deorsum, per incastraturas à latere.

a b c d e f g h i K l m

compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura

d

sex maiores, & duæ semicubitales.

a b c d e f g h i K l m

seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus

a b c d K l m n

ita quæ & singulis semicubitalibus duæ bases, sicut alijs supponantur. *genus ligni in desertis Arabiæ.* *non continuitate, sed per contiguitatem, vt sint quasi quinque, in quinque annulorũ ordinibus, siue quinque ordines vect.ũ, à summo ad imũ.* *ob firmitatem, & ne humiditate curuentur.*

a b c d e f g h i K l m n o p

per vnam tabulam supputatis. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in

e h k l m n

secundum contiguitatem. *s. latere.* *s. quinque.* *i. post tergum tabernaculi.*

a b c d e f g h i k l m n

vno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidentalem

d e f h i k l

s. transeundo ab vna in aliam. *i. pertingendo ab extremo ad extremum, siue ab vna extremitate ad alteram.*

a b c d e f g h i K l m n o

plagam: qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas

a f g m

i. laminis aureis cooperies. *per quinque ordines proportionaliter quinque annulos in qualibet tabula.* *s. fortiter, ne à ventis agitata vacillent, & ne curuentur.*

a b c d e f g h i K l m n o

deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies

e i m n

s. non ex hominum instituto, & mente. *s. Moysi.* *quantum ad omnia, & singula, quæ ad illud spectabant.*

a b c d e f g h i k l m n

laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

SCHOLIA.

27 *Et rursum alias duas, quæ in angulis erigantur, post tergum tabernaculi.*] Iuxta Hebręum est: Et duas tabulas facies in angulis tabernaculi, in duobus lateribus. Chaldęus: Et duas tabulas facies ad angulos tabernaculi, in extremitate eius: Forsan harum duarum tabularum seorsum meminit; quod dissimiles alijs essent in latitudine, sicut Iosephus ait: Quęlibet enim dimidiati cubiti erat, nã cum tabernaculi latitudo decem esset cubitorũ, & sex posteriores tabulæ simul nouem cubitos facerent, reliquum est, vt, si illis duæ aliæ tabulę iungerentur, semicubitales fuisse oporteat. (*Ioseph. 3. antiq. cap. 5.*)

28 *Eruntq. sibi coniunctæ à deorsum, vsque sursum.*] Iuxta Hebræum est: Et erunt geminatę inferne, & pariter erunt super caput: & quidem dictio *Thoamim* (תאומים), & coniunctas, & geminatas, vel gemellas significat, & Chaldæus, sicut & Vulgatus, coniunctas, legit: Quod igitur hoc loco à quibusdam de duplicatis tabulis, vel quod vestitæ fuerint in superiori, & in inferiori parte, aliquibus frustis tabulę, veluti capita angulorũ, quod nec Vulgatus, nec Chaldęus insinuant, nec Iosephus scribit, solum innititur eorum lectioni, qui pro *Thoamim* (האומים), geminatas legunt: Et certe, iuxta Vulgati, & Chaldæi lectionem, sermo hic est de omnibus tabulis prædictis, non de duabus angularibus tantum, vnde Septuaginta dicunt: Et erunt ex æquo ab infra, idest, ita compactæ, vt quasi vna appareant.

29 *Et vna omnes compago retinet.*] Iuxta Hebræum est geminatæ ad annulum vnum. Sic & Chaldęus. Septuaginta: Et in idipsum erunt æquales à capitibus in copulationem vnam. Et certe in Vulgato subintelligi debet, quod de circulo, iuxta Hebræum, & Chaldæum, exprimitur, quod scilicet, in summitate duo asseres, siue tabulæ in capite iungendæ sint sibi inuicem, & copulandæ in annulo, siue vncino vno, & sic, tam inferne, quam superne, omnium erit vna compago.

30 *Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur.*] Iuxta Hebræum est: Sic erit ambabus ipsis, in duobus angulis erunt. Chaldæus: Sic erit ambabus, hoc est, duobus angulis. Septuaginta: Sic facies vtrisque angulis duobus, æquales erunt. Et quidem prætermissa repetitione Hebræis solita, sensus omnium est: Sic erunt coniunctæ tabulis proximis duæ semicubitales tabulæ vndequaque, quemadmodum cæteræ sibi in-

uicem connectuntur, scilicet, per circulos in superiori parte, duas tabulas vnientes, adeo vt duo Occidentales anguli, in omnibus æquales sint, præterquam in latitudine, quod & in parte inferiori, amplius prosequitur, in eo quod subditur.

31 *Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam supputatis.*] Iuxta Hebræum est: Et erunt octo tabulæ, & bases earum argenteæ, sedecim bases, duæ bases subter tabulam vnam, & duæ bases subter tabulam alteram. Chaldæus: Duæ bases sub vna tabula, & duæ bases sub alia tabula, subaudi: erunt. Septuaginta: Duæ bases columnæ vni, & duæ bases columnæ vni, & duæ bases columnæ vni, in ambas partes eius: eadem repetitio Hebræis grata, seruatur in Chaldæo, & Septuaginta. Quod vero additur in Septuaginta, licet aliqui referant ad asseres, siue tabulas, quæ erant in lateribus tabernaculi; præstat tamen referre ad semicubitales columnas, siue tabulas, quæ in angulis erant: Vulgatus vero succincte & concinne admodum Hebraismum expressit, estq. sensus: cum sex essent maiores tabulæ, duæ vero angulares semicubitales, sedecim erunt bases, sic, vt cuilibet tabulæ etiam ex semicubitalibus, duę bases suppositæ sint, in quibus denticuli duo, siue incastraturæ vniuscuiusque tabulæ includantur, & in eis innitantur.

32 *Facies et vectes de lignis setim quinque, ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Et facies vectes è lignis setim, quinque tabulis lateris tabernaculi vnius. Et quidem
בריחם *Berichim*, vectes significat; quod autem Vulgatus de suo addidit: ad continendas tabulas, sic & Chaldæus, nec incōuenienter appositū, vt vectium vsum insinuaret, non solum ne ventorum vi tabulæ vacillare possent, sed vt ita tabulas constringerent, & compaginarent ad inuicem, vt nec humiditate excrescere, nec siccitate diminui possent, vt in asseribus glutino compaginatis sæpe experimur, ex quo si non scissio, saltem curuatura prouenire solet.

33. *Qui mittentur per medias tabulas, a summo vsque ad summum.*] Iuxta Hebræum est: Et vectis medius in medio tabularum erit, transiens ab extremo ad extremum. Chaldæus: Et vectis medius, qui mittetur per medias tabulas, transiet a summo vsque ad summum. Septuaginta: Et vectis medius inter columnas perueniet ab vno latere, in aliud latus. Quod vectem medium prædictæ editiones aperte dicant pertingere debere a fine, vsque ad extremum; multi cum R. Salomoh affirmant, tres R. Salomoh.
tantum ordines fuisse vectium, & annulorum, etsi quinque essent vectes: solus enim medius vnus, pertransibat ab extremo ad extremum: alios quattuor dimidiatos dicunt, ita quod ex aduersis angulis immissi per singulos, in medio tabularum coniungerentur, quasi vnus continuus fuisset. Sed certe cum, iuxta nostram literam, aperte de quinque vectibus dicatur: Qui mittentur per medias tabulas, à summo vsque ad summum, quinque existimo fuisse ordines in qualibet tabula circulorum, per quos quinque vectes ab angulo ad angulum pertransirent, tam in vtroque latere, quam in plaga, siue parte Occidentali, non quod vnus continuus vectis ab vno angulo, ad alium extremum perueniret, sed vnus per contiguitatem, licet multi essent, sicut Iosephus scribit; & per eos, inquit, deaurati vectes immissi singuli cubitorum quinque, tabulas coniungebant, intrabatque caput vectis vniuscuiusque in alio capite, in modum pyxidis; ad continendas siquidem tabulas adeo præstabant, ac si vnus continuus essent. Quod vero in prædictis editionibus dicitur: Vectis medius, qui est in medio tabularum, singulare, pro plurali Hebræorum more ponitur: idest, medij vectes, qui in medio sunt tabularum, sicut innuere videtur Augustinus: etenim medij dicuntur; quod per medias tabulas mittantur, ita vt posteriora verba, scilicet: Qui per medias tabulas mittetur, explicent, vt moris est, priora, scilicet: Et vectis medius.

Ioseph. 3. antiq. c. 5.

Pyxides dicuntur ossa caua in quibus alterum ossium capita excipiuntur.

Augu. q. 173 in Exod.

34 *Ipsas quoque tabulas deaurabis.*] Tezzapē, tegere, & cooperire significat, vnde iuxta Hebreum est: Tabulas teges auro. Chaldæus: Tabulas autem cooperies auro, Et Iosephus inquit, laminis aureis contextæ. Et Philo: Opertæ sunt laminis aureis, quare deauratæ dicuntur; non per modum coloris, vt iam de alijs supra aduertimus intelligendum, in omni opere tabernaculi. תצפה

Ioseph. 3. antiq. c. 5.
Philo lib. 3. de vita Moysi.

35 *Et fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant.*] Iuxta Hebræum est: Et annulos earum facies ex auro, loca vectibus. Chaldæus; Vt sint loca vectibus; quasi dicat: vt annuli sint receptacula, per quæ vectes traijciantur. Septuaginta: In quos immittes vectes. Idem est omnium sensus; etenim cum nihil auro pretiosius sit inter homines; vt de hoc sanctuario etiam rudes magnum quid conciperent, sicut oportebat, omnia aurea, vel laminis aureis cooperta esse voluit.

36 *Et eriges tabernaculum, iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est.*] Ita Chaldæus. At iuxta Hebræum est: Et erigere facies tabernaculum, secundum dispositionem eius, quam facturus es videre in monte. Septuaginta, secundum formam ostensam tibi in monte. Idem est sensus omnium; quasi dicat: non præsumptione humana, sed diuino consilio ostensa sunt, quę in his fierent, & quomodo tu Moyses vidisti, ita facies tabernaculum, in quo inhabitem, in signum beneuolentiæ meę erga vos, qui vos conseruem, & à noxijs liberem, & inde vobis, quæ oportuerint responsa dentur, vbi & ritus, quos instituero, perficiatis, & litare liceat, & non alibi.

---

e f g h — *i. de filis bis coloribus tinctis.* — o p — *i. contextum.*

a b c d e f g h i K l m n o p

Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario,

b c — *i. florum, & aliorum figuris sparsum, exceptis animantium Cherub.* — i — *forsan, quod magis rotunda, quam plana ipsis tabernaculi tabulis essent.* — m — *genus ligni in desertis Arabiæ.*

a b c d e f g h i K l m n

& pulchra varietate contextum: quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ

ipsæ

Digitized by Google

c h K l
i. laminis aureis cooperta. i. ex auro. quibus per incastraturas immissa columnæ, in altum erectæ innitebantur.
a b c d e f g h i K l m
ipsa quidem deaurata erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. Inseretur

m a b c d f h i k m
ita vt funiculis sustentetur, & trahi, & retrahi possit. s. velum. de qua supra. s. velo. viginti cubitorum in longitudine.
a b c d e f g h i K l m n
autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium, &

a b f
siue adytum decem cubitorum, secundum omnem dimensionem. de quo supra.
a b c d e f g h i K
sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & propitiatorium super arcam testimonij in-

a b c d e f g h i
siue in adyto. s. panum propositionis. s. in sancto. s. in eodem sancto extra velum. de quo supra.
a b c d e f g h i K l
sancto sanctorum: mensamque extra velum: & contra mensam candelabrum in latere

a c g h l
extra velum in sancto. s. panum propositionis. extra velum in sancto. i. velum:
a b c d e f g h i K l m
tabernaculi meridiano; mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies & tentorium in-

d e f g
i. eiusdem materiæ. s. & colorum, & textura cum superiori.
a b c d e f g h i K l m
introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta,

a b f g h
i. textorio opere. i. laminis aureis vesties, seu cooperies. genus ligni in desertis Arabiæ.
a b c d e f g h i K l
opere plumarij. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur

a e g
i. velum. i. ex auro. s. quibus per incastraturas immissa columnæ innitantur.
a b c d e f g h
tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

SCHOLIA.

37 *Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.*] Iuxta Hebræum est: Et facies velum ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & bysso retorta. Ex eadem itaque materia, & eisdem tincturis describitur velum hoc factum, sicut cortinæ, vel aulæa variata, de quibus initio huius capitis egimus, quo loco, quid singula horum sibi velint, explicauimus. Porro, Iosephus de quantitate veli huius, sic ait: Cubita decem quoquo versum patebant, idest, erat quadræ figuræ. *Ioseph. 3. antiq. cap. 5.*

38 *Opere plumario, & pulchra varietate contextum.*] Iuxta Hebræum est: Opere phrygionico facies illud, cum figuris Cherubim, idest, varijs, vt non sit Cherubim viuentis nomen, sicque intellige Septuaginta, qui legunt: Opus textum facies illud Cherubim. Chaldæus: Opere artificis facies illud, figuris Cherubim. Quod autem hoc loco nomen Cherubim sic interpretandum sit, præterquam quod Vulgati lectio nos id docet, Iosephus in hoc velo figuras Cherubim animantium, quæ ita nominat nō admittit, & in hoc discriminari asserit ab aulæis, in quibus Cherubim animantium figuræ erant: Varie, inquit, picturatum, exceptis animantium formis. Et paulo inferius: Fuitque hoc lintheum omnis generis floribus, quæ terra fert, alijsque ornamentis picturatum, exceptis tantum animantium figuris. *Ioseph. 3. antiq. cap. 5.*

39 *Quod appendes ante quatuor columnas.*] Pro dictione, ante, in Hebræo est *Hal*, vnde iuxta Hebræum legunt: Super. sic & Septuaginta, & Chaldæus. sed etiam significat, iuxta, & contra, & per consequens, ante. Et quidem cum vtrumque fuerit, scilicet, & super quatuor columnas appendi velum, & ante illas, vnum expressit Vulgatus, alterum subintellexit. Porro, quod columnas hic dixerit, & illas quæ ad tabulatum pertinebant, tabulas nominauerit, forsan in hoc innuere voluit, dissimilis fuisse figuræ & profunditatis, vt magis ad rotundam figuram declinarent, quam ad planam, vti erant tabulæ illæ.

Digitized by Google

40 *Et habebunt capita aurea.*] Iuxta Hebręum: Et vncini earum aurei: Chaldæus: Capita eorum aurea. Sic & Septuaginta. In Hebræo est *Vauchem*, & qui vncinos vertunt, id faciunt; quod *Vau*, litera ad modum vncini sit, ac proinde, & *Vau*, vncinum legunt: Sed Hebraicam vocem optime interpres noster vertit cum Septuaginta, & Chaldeo: Et qui vncinos legunt, capittella columnarum lignea fuisse dicunt, & auro cooperta sicut columnæ; qui vero per capita intelligunt capitella, quod de vncinis ab his dicitur, paulo post exprimi affirmant, sed annulos, non vncinos vocant. Iosephus vero de velo, quod erat ad ostium, pendere ex annulis, dixit, de isto vero quomodo penderet non expressit, forsan quod cum de vno dixisset, de alio perinde intelligendum putauerit.

ויהם
ו
וו

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

41 *Sed bases argenteas.*] Has sicut alias terræ infixas dicunt, & similiter columnarum incastraturas illis infixas, de situ vero harum columnarum & basium, Iosephus inquit: Paribus interualiis per transuersum distitæ erant.

Idem ibid.

42 *Inferetur autem velum per circulos.*] Iuxta Hebræum: Et pones velum subter vncinos *Kerasim*, circulos, vncinos, seu fibulas significat. Chaldeus: Pones velum sub fibulis, vt sit sensus: sic inseres per circulos, vt velum sub fibulis, vel circulis sit. Inserebatur igitur velum, funibus sustentandum, per aureos circulos, vt illis mediantibus, trahi, & detrahi posset.

קרסים

43 *Intra quod pones arcam testimonij, quo sanctuarium & sanctuarij sanctuaria, diuidentur.*] Iuxta Hebræum est: Et introduces illic intra velum arcam testimonij, & diuidet velum vobis, inter sanctitatem, & sanctitatem sanctitatum. Chaldæus: Et introduces ibi vltra velum arcam testimonij, vt diuidat velum vobis, inter sanctum, & inter sanctum sanctorum: sic fere & Septuaginta, & idem est omnium sensus, vt scilicet, intra velum arcam testimonij (de qua supra) reponeret, quo velo distinguerentur tabernaculi partes duæ, quarum vna intra velum, vbi arca, sancta sanctorum siue sanctitas sanctitatum dicebatur. Philo, & Iosephus adytum vocant. Vulgo *sacrario*, vox Græca est, cum y scribenda à verbo *Dyo*, idest, intro & à priuatiua particula, quod non liceret etiam Sacerdotibus illuc ingredi; erat enim quasi inaccessus locus omnibus, solique Sacerdoti magno semel ingredi licebat, iuxta tempus à lege præscriptum. Altera vero pars extra hoc velum, vsque ad sanctuarij ingressum, sanctum vel sancta dicebatur, & sanctitas. Quod vero tabernaculi spatium vnicuique datum esset, Scriptura non hic exprimit, sed Iosephus iuxta templi diuisionem, & hanc tabernaculi assignat: vt tertia tabernaculi pars, pro adyto sit, duæ aliæ, pro sancto. decem igitur cubiti ad adytum pertinebant intra velum, viginti vero extra velum sanctum diceretur. Iam, quod de propitiatorio dicitur super arcam, & quod de mensa, & candelabro, quæ extra velum locanda erant, iam supra vidimus: de altari vero thymiamatis, quod inter candelabrum & mensam erat extra velum etiam, sed è regione arcæ testimonij, intra velum sitæ, in sequentibus agemus, capite trigesimo.

Philo lib. 3. de vita Moysi.
Ioseph. 3. antiq. c. 5.

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

44 *Facies & tentorium in introitu tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Et facies aulæum ad ostium tabernaculi. Chaldæus: Faciesque velum in ostio tabernaculi. Septuaginta, tentorium, legunt sicut nos; etenim *Obel*, vt supra vidimus, tentorium, operimentum, siue opertorium, & velum, & aulæum, significat. De hoc tentorio, vt eius vsus appareat, sic scribit Iosephus: Alterum autem velum magnitudine, colore, textura, priori par, circa ingressum, situm, quinque columnas tegebat; quod à summo vsque ad dimidium columnarum pendens, ibi annulis sustinebatur; & accessum Sacerdotibus subintrantibus præbebat: & quoniam de alio velo huic proximo, hic Scriptura non meminit, placet, quid de illo Iosephus dicat, scribere: statim itaque subdit: Huic pene contiguum erat aliud velum magnitudine par, sed è lino contextum, annulis è funiculo per transuersum pendens, quod aliquando abducebatur, aliquando festis præcipue diebus reductum, populi prospectum admittebat, reliquis diebus, & maxime parum serenis, obiectu suo, picturatum illud velum à tempestatibus protegebat; vnde mos mansit, etiam post templum ędificatum, vt velum huic simile adhuc protenderetur. Iam, quare sanctuarij ingressus ad Orientem fuerit, & adytum ad Occidentem, docet S. Thomas prima secundæ q. 102. ad 1. ad idololatriam excludendam; gentes enim in reuerentiam Solis, ad Orientem adorabant, vt Ezech. 8. innuitur: Vt fideles igitur Occidentem versus adorarent, in ea parte adytum esse voluit.

אהל

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

Idem. ibid.

S. Tho. 1. 2. q. 102. a. 4. ad 1.

45 *Et quinque columnas deaurabis, lignorum setim, ante quas ducetur tentorium.*] Iuxta Hebræum est: Et facies aulæo quinque columnas sittinas, & cooperies eas auro. Sic Septuaginta, & Chaldeus: Disparitas itaque apparet in hoc, quod, pro interiori velo, quatuor tantum erant columnæ, pro hoc vero externo, quinque. Quod vero interpres noster addit: Ante quas ducetur tentorium, quod in Hebræo non est, necessario subaudiri debet, vt earum vsus intelligatur. Tentorij autem nomine, aulæum siue velum intelligit, quod in ingressu tabernaculi erat.

46 *Quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus capita siue capitella legunt: In Hebræo est eadem dictio, quæ supra *Vauchem*, propter quam, iuxta Hebræum, aliqui legunt: Et vncini earum aurei: sed de hoc iam supra, & existimo hoc loco eamdem esse æquiuocationē, & quod de vncinis, siue circulis hic exprimi volunt, subintelligendum esse. Porro, bases æneas dixit, de quarum vsu, & quod terræ essent infixæ, & columnæ per incastraturas inclusæ, intelligendum censeo, sicut de alijs: vt discrimen tantum sit, quod aliæ argenteæ, hę vero æneę sint. Sed hoc loco aduertere oportet, quod & Beda sane inquit, quia de Orientali plaga, siue parte loquimur, non reticendum censemus, de vecte illo singulari, qui ab angulo tabularum, ad angulum vsque parietis alterius porrectus erat, ad totam parietum constantiam, ne vi & impulsu procellarum concuti, & huc, atque illuc posset inflecti, vt & ea tabernaculi plaga, quæ non tabulis, sed columnis constabat, non minus fixa, quam cęteræ, vento licet impellente, persisteret. Iam, cum nec tabernaculi structura, partitio, & quæ in eo sunt, ociosa fuerint, sed diuino instituto facta, eorum

ויהם

Beda de taber. cap. 10.

omnium

S.Tho. 12. q. 102. a. 4. ad 4. 6. & 8. Philo lib. 3. de vita Moysi.

omnium causas & rationes si quis desiderat, legat Sanctum Thomam, qui diuino quodam, vt solet, ingenio cuncta inuestigat, & deprompsit ex Philone, Iosepho, Clemente Alexandrino, Sancto Hieronymo multis in locis de hoc scribente.

Ioseph. 3. antiq. cap. 5. Clem. Alex. S. Hieronym.

CAPVT XXVII.

c
quod communiter holocausti altare dictum est, à principali, licet & hostiæ pacificæ, & quæ pro peccato erant, ibi offerrentur.
a b c d e f g h i K l m n o
Facies & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem

K
i. radij in altum erecti ad decorem, quomodo & facies Moysi, cornuta dicta est, ob splendentes radios inde micantes.
a b c d e f g h i K l m
in latitudine, idest quadratum, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per

c d e g n o
i. non aliunde assuta, sed ex eadem materia, & similiter cooperta. *sub. vndique.* *i. altaris.* *calderos de cobre.*
a b c d e f g h i K l m n o
quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære. Faciesque in vsus eius lebetes

e g i K
tenazas. *vulgo artexaques dos o tres puntas, cum dentibus, ad extrahẽdas carnes ex olla.* *ad deferendos titiones ad altare thymiamatis, & similia.*
a b c d e f g h i K l
ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia

c h i
non ergo aurea, vt Iosephus putauit 3. antiq. c. 7. *ex aneis stipitibus.*
a b c d e f g h i K l m
vasa ex ære fabricabis. Craticulamque in modum retis æneam: per cuius quatuor

b c d e i
s. per quos vectibus traiectis seorsum craticula deferri possit. *quæ erat fundum retis, æque distans à summo, & fundo altaris, siue arca. Iuxta Hebr. euam pones subter ambitũ altaris. Chald. Et pones eum sub circulo altaris.*
a b c d e f g h i K l m
angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones subter arulam altaris, eritque craticula

a b c d h
s. quasi à summo descendens, ambiens interna arca, siue altaris, cuius scilicet fundum, nempe arula, in altaris medio sit, & quasi per cubitum & semissem craticula descendens. *i. ad altare deferendum.*
a b c d e f g h i K l m n o
vsque ad altaris medium. Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies

g h i K l m n
non ergo per craticulæ circulos, vt quidam putant; alij enim erant vectes ad vsum craticulæ, licet textus non exprimat.
a b c d e f g h i K l m n
laminis æreis: & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum.

c d e f g h i i
intrinsecus enim, & craticula & ignis, & quæ litanda forent, esse oportebat, *s. altare.*
a b c d e f g h i K
tandum. Non solidum sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut

K a b c d e
sub. sic facies.
a b c d e
tibi in monte monstratum est.

SCHO-

Digitized by Google

S C H O L I A.

זבח מזבח

1 FACIES & altare de lignis setim.] A *Zabach*, quod est sacrificare & mactare, deriuatur *Mizbeach*, idest, altare; quod scilicet in eo victimæ Domino mactarentur: & licet non solum holocausta, sed hostiæ pacificæ, & quæ pro peccato erant, in hoc altari Deo offerrentur, à principaliori tamen nomen accepit; vnde altare holocaustorum vbique dictum est, cuius capacitas ex quadra figura, quinque cubitorum secundum longitudinem & latitudinem, concaua describitur, lignorum capax, & ignis, & superpositorum holocaustorum; altitudo verò triũ cubitorum erat: igitur ad modum quadratæ arcæ, fundo & operculo carentis, superficiemque terræ pro fundo habebat. De lignis autem setim de quibus sæpe dictum est, in desertis Arabiæ fuisse, nec oportet miracula multiplicare, sed intus æreis laminis incrustatum puto; licet enim solum in textu dicatur: Et operies illud ære: vndique intelligendum existimo, intus, & extra; ne igni obnoxium, consumeretur. Scio, Bedam sic scribere: Si quem mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igne vicino incombusta permanere potuerint, accipiat Beati Hieronymi de hac quæstione responsum: Altaris, inquit, ligna, quæ de lignis paradisi sunt, non cremantur igne vicino, sed puriora redduntur: nec mirum hoc de sanctuario, & interioris templi, & altari thymiamatis credere, cum etiam *amianton*, quod ligni genus, vel ligni habens similitudinem, quanto plus arserit, tanto mundius inueniatur: hactenus Beda. Cæterum multa patres recensendo, non definiendo dixisse, qui eorum scripta curiose perlegerit, sæpe inueniet.

Beda. *Hieronym.* ἀμίαντον

2 *Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt.*] Iuxta Hebræum est: Et facies cornua eius in quatuor angulis eius, ex ipso erunt cornua eius: sic Chaldæus: Sed idem est omnium sensus, & quidem cornua hæc ad decorem & altaris ornatum pertinebant, sic dicta Hebraico more, etsi eius speciem aut figuram non præseferrent, sicut & splendoris radij, qui è facie Moysi micabant, cornua dicta sunt. Erant igitur altaris cornua hæc, radij quidã elegantes directi recte sursum. Quod autem additur: Ex ipso erunt, idest, ex eadem materia, & eodem ligno, non aliunde assumpta, & ad nutum addititi, & ære cooperta.

3 *Faciesque in vsus eius lebetes, ad suscipiendos cineres.*] Iuxta Hebræum est: Et facies lebetes eius ad remouendum cinerem eius. Chaldæus: Et facies lebetes, vt colligatur cinis; Etenim dictio *Sir*, & lebetes, & ollas significat, est vero *Desen*, idest, cinis, nomẽ à quo verbum *Dasan*, hic positum, quod remouere, siue suscipere, aut colligere cineres importat, & vno verbo, decinerare, si latine fas est ita loqui: Est igitur omnium idem sensus, vt pro amouendis aliquando cineribus lebetes fierent, nos *calderos de cobre*, vas æneum. Quod autem ab interprete nostro additum est: In vsus eius, idest, altaris, dictum puto, vt scilicet horum vsus fuisse insinuet, ad altaris ministeria, de quo sermo fit.

סיר דשן דשן

4 *Et forcipes.*] Iuxta Hebræum est: Et scopas eius: Putant enim *Iabim*, instrumenta esse, quibus pauimenta verruntur; quod illis ab altari cineres remouerent. Chaldæus: Et batilla eius, habet, sed Vulgatus noster: forcipes, legit, nos *tenazas, o otro, instrumento para azir*, dictæ quasi, forui, idest, calidi, capaces, quibus accipiebant forua, idest, calida, prunas scilicet, seu carbones de altari holocausti, vel quibus voluebantur carnes, quæ cremabantur super altare: ad diuersos forsan vsus, & diuersæ forcipes erant: forcipum autem frequens est mentio apud profanos scriptores, & Plinius earum inuentorem tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

יעים *Plin. lib. 7. cap. 56.*

5 *Atque fuscinulas.*] In Hebræo exprimitur & aliud instrumentum, quod videtur tacuisse Vulgatus, nisi sub alijs subintellexerit. Iuxta Hebrẽum est: Et crateras eius. Deinde subiungit: & fuscinulas eius. Chaldæus: Et acetabula. Septuaginta: Et Phialas, scilicet ad aspergendum aquam, vnde & quidam legunt: Et peiues eius sparsorios. Iã, quod hic Vulgatus fuscinulas vocat, siue tridentes, instrumentum est dentes recuruos habens, quo carnes ex olla extrahebantur. Septuaginta, & Chaldæus, fuscinulas legunt. Sunt & qui dicant instrumẽta esse, quibus vel ligna, vel carbones aut in igne componebantur, aut de igne altaris extrahebãtur. Et certe vtraque instrumenta intelligi valent, quæ vno nomine in plurali posita comprehẽdi possunt: Et est diminutiuum nomen, fuscinula, idest, parua fuscina; at fuscina telum tridens est, siue trisulcum, aut etiam bisulcum, vulgo *artexaque de tres puntas, o dos*. Erat autem hoc, vt est apud profanos scriptores, insigne, & veluti sceptrũ Neptuni: Hinc dicitur: Neptuni fuscina telum: Quo etiam retiarij, in gladiatorijs ludis vtebantur: Vnde Martialis: *Martial. lib. 1.*

Fuscina dente minax.

6 *Et ignium receptacula.*] Ita & iuxta Hebrẽum: Et quidem à verbo *Catha*, quod est fouere, scilicet, ignem, siue congregare aut portare illum, descendit dictio *Machta*, vas scilicet, in quo accenditur, aut sustentatur, vel portatur ignis, aut prunæ: Vnde Chaldæus speciali nomine, thuribula eius legit. alij: Paterasque eius: Dicuntque vas patens fuisse, in quo carbones recipiebantur: quare interpres noster receptacula vertit.

חתה מחתה

7 *Omnia vasa ex ære fabricabis.*] Iuxta Hebræum: Omnia vasa facies ex ære: in quo editiones omnes conueniunt: quare miror, quid sibi Iosephus voluerit, cum ait: Ad aram vero præsto erãt infundibula, & phialæ, thuribulaque, & crateres, cũ instrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo, nihil non ex auro purissimo. *Ioseph. 3. antiq. cap. 7.*

8 *Craticulamque in modum retis æneam.*] Iuxta Hebræum est: Et facies ei cribrum opere reticulato æneum. Chaldæus: Et facies ei craticulam opere retis ex ære, siue reticulato, æneam. Sic & Septuaginta; Etenim dictio *Michbar*, cribrum, & craticulam, & rete, & cancellos, verti potest. De huius craticulæ opere, situ, & reliquis ad illam pertinentibus, scribunt præter Hebræos, Beda, Hugo de sancto Victore in annotationibus in pentateuchum, & Ricardus de S. Victore, & ex recentioribus multi,

מכבר *Beda cap. 12. Hugo de S. Victor. in Exod. Ricard. de taber. cap. 11.*

quorum

Digitized by Google

quorum plerique inter se dissident, & ita obscure loquuntur, vt vix eorum mens percipi possit & cohęrere, & aliqui deprauatum textum putarunt: dicam tamē, missis eorum opinionibus, quid sentiam, in horum & sequētium verborum interpretatione. Nō itaque extrinsecus altare circumdedisse craticulam hanc, vt quidam volunt, existimo, immo iuxta Scripturæ conceptum hoc in loco, & infra capite 38. sic intelligi nequit, sed cauitatem, siue internam superficiem altaris, siue arcę, de qua dictum est: ambiebat, sic tamen vt inferri in illam posset, & inde extrahi, eius pars superior ad summitatem altaris siue arcę erat, cuius fundum erat arula, de qua textus post hęc verba loquitur: Et licet sacrę literę non exprimant, pedes æneos habuisse, quidam referunt, & probabiliter, & vsque ad terram descendentes, quibus deorsum sustentaretur maxime arula, quæ huius retis fundum erat, vt diximus.

9 *Per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones subter arulam altaris.*] Iuxta Hebræum est; Et facies in reti quatuor annulos, in quatuor extremitatibus eius. Septuaginta: Et facies craticulæ quatuor annulos ęneos, ad quatuor latera, quos pones subter arulam altaris. Quod enim ex Hebręo, & Chaldęo legunt: Et pones illud subter ambitum altaris interni, ad rete referentes, nostrę lectioni non contradicit, sed solūm dicit ambiri rete ab altari, & quasi à summo inferne descēdere, vsque ad medium eius, sit, sicut statim subditur. Itaque annuli isti subter arulam siue fundum retis erant, per quos vectes immittebantur, cum asportari seorsum deberet craticula; non enim simul cum altari, siue arca caua ferebatur, vt quidam putarunt; erant enim & in lateribus altaris circuli, per quos, vectibus traiectis, seorsum ferebatur, vt statim dicemus, & infra capite 38 scribitur, sic: Quos & ipsos fecit de lignis setim, induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Quasi dicat: Fecit alios vectes prioribus similes, in vsum altaris. Ecce quomodo in lateribus altaris, circuli alij erant ab his, qui in craticula subtus aram, de quibus modo est sermo. Porro, craticulam simul cum arula, quę eius fundum erat, totam ęneā fuisse, non ligneam, licet laminis æreis coopertam, satis aperte facer textus indicat: maxime cum in arula cremanda essent animalia, & infra esset subter positus ignis. Cum enim Leuitici primo dicitur: Et membra, quæ sunt cæsa desuper ordinantes, desuper, idest, super craticulam, intelligi potest.

10 *Eritque craticula ad altaris medium.*] Erit idest, descendet, vel pertinget vsque ad altaris medium, nempe per cubitum & semissem, quo loco eius fundum erit, scilicet, arula. Iuxta Hebręum: Et erit rete vsque ad medium altaris: Sic & Chaldęus, nec à nostra litera discordant. Quomodo autem terreum, vel lapideum oporteret esse altare, suo loco dicemus.

11 *Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis aureis, & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris, ad portandum.*] Chaldęus legit sicut nos. Iuxta Hebręum est: Ad ferendum illud. Septuaginta: In leuando illud, alij vertunt: Dum portabunt illud. Idem est omnium sensus. Seorsum igitur altare portabatur, vt diximus, & vectes isti non immittebantur per annulos craticulæ, vt quidam putant, sed vt aperte dicit textus, per circulos, qui erant ex vtroque latere altaris. Alij enim erant vectes, qui per annulos craticulæ, ad ipsam seorsum asportandam, traijciebantur, licet nunc textus de illis expressam non faciat mentionem; multa enim silet, quæ subintelligenda iudicauit.

12 *Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud.*] Iuxta Hebræum est: Cum vacuo inter tabulas facies illud: Alij legunt: Vacuum tabulis facies illud. Nec intelligendum est, vt quidam dicunt, vacuum tabulis, idest, non de tabulis, sed licet de tabulis, laminis æneis coopertis, intus tamen vacuum erit, vtpote, intra quod & craticula cum arula, & ignis, & quod litandum erat, essent: Vnde Chaldæus: Concauum ex tabulis facies illud. & Septuaginta: Concauum tabulatum facies illud. Erat autem, iuxta aliquos, vsque ad mediū plenum terra, secundum alios, lapidibus, vt ex 4. cap. primi Macha. apparet.

13 *Sicut tibi in monte monstratum est.*] Iuxta Hebræum est: Quemadmodum videre fecit te in monte, sic facient: Sed interpres repetitionē vitauit, de sensu nihil adimens, sæpeq. textus exemplar eorum, quæ faciēda erant, repetit, ne humanum figmentum putarentur, quæ de sanctuario, & ad illud pertinentibus à Moyse fiebant, & per consequens Deo cuncta grata, & accepta nossent.

c: *quod circumponendum erat tabernaculo.* h: *i. parte.* m: *i. cortina.*

a b c d e f g h i K l m n
Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de

a: *vt supra.* d: *vsuales:* f: *s. atrij.* l: *vti erant, quæ intra tabernaculum, & ad eius ingressum.*

a b c d e f g h i K l m
bysso retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. Et columnas viginti

f: *s. columnarum, siue capitella.* h: *s. in quibuscumque columnæ partibus sint.*

a b c d e f g h i K l m n
cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis habebunt argentea. Similiter & in

latere

a *f. atrij.* — f *i. cortina.*

latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum , columnæ viginti , & bases

a *i. capitella.* — h *quotquot & quæcumque fuerint.* — K *i. ex argento.*

æneæ eiusdem numeri , & capita earum cum cælaturis suis argentea. In latitudine vero

m a *omnes columnæ atrij à se inuicem per quinque cubitos distantes, præter angulares vtriusque lateris.*

atrij , quod respicit ad Occidentem , erunt tentoria per quinquaginta cubitos , & columnæ

l m *f. ad ostium tabernaculi.*

decem , basesque totidem. In ea quoque atrij latitudine , quæ respicit ad Orientem ,

h *i. cortina.* — i K *f. ostij, siue ingressus atrij.*

quinquaginta cubiti erunt . In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabun-

h i *f. ostij, siue ingressus atrij.* — l *i. cortina persimiles alijs, quæ in lateribus atrij erant.*

tur , columnæque tres & bases totidem , & in latere altero erunt tentoria , cubitos obti-

g h *siue ingressu.* — m *i aulæum.*

nentia quindecim , columnæ tres , & bases totidem . In introitu vero atrij fiet tentorium

e f g h i K l m *i. in materia & varietate persimiles his, quæ intra tabernaculum.*

cubitorum viginti ex hyacintho & purpura , coccoque bis tincto , & bysso retorta , opere

a *i. contextum.* — b c d *f. ostium siue ingressus atrij.*

plumarij : columnas habebit quatuor , cum basibus totidem. Omnes columnæ atrij per

b *i. cooperta.*

circuitum vestita erunt argenteis laminis , & basibus æneis . In longitudine occupabit

a b c d e f *Tabernaculum vero erat quinquaginta cubitis distans ab ingressu atrij , viginti à parte Occidentali atrij, & totidem ab vtroque atrij latere.* — g h i K *vt sic tabernaculum duplo altius esset in conspicuo , & populus posset vndique tabernaculum videre, non impeditus atrij altitudine.*

atrium cubitos centum , in latitudine quinquaginta , altitudo quinque cubitorum erit .

a b c d *f. tentoria, quæ vt parietes atrij erant.* — e f g h *repetitio est eius , quod iam dixerat.* — k *i. instrumenta.* — K l *sub. de quibus non est facta expressa mentio.*

Fietque de bysso retorta , & habebit bases æneas . Cuncta vasa tabernaculi in omnes

a *credo in minores vsus.* — e f *ad vsum clauorum, vel quasi claui, quibus terræ infixis, cortinæ funibus alligabantur, ne agitarentur à vento.*

vsus & cæremonias , tam paxillos eius quam atrij , ex ære facies .

Digitized by Google

SCHOLIA.

14 *Facies atrium tabernaculi.*] Atrium hoc circumponẽdum erat tabernaculo,de quo iam egerat in superioribus, vt tamen huius atrij structura, & opus constet, licet in textu satis aperte describatur, placuit Philonis verba hic inserere, quibus apertius cæteris etiam recentioribus (qui conati sunt hæc describere) præstat,cum inquit: Et circumdatum fuit atrium centum cubitorum longitudine,quinquaginta latitudine,& in circuitu habens columnas distantes quinis cubitis, harum quoque materia fuit, intus cedrina (verum in hoc, dicendum sicut textus,ex setim) tecta laminis argenteis, bases omnium æreæ, ipsarum scilicet columnarum altitudo, quinquecubitalis; hoc enim decorum iudicauit opifex, dimidio contractiorem esse altitudinem atrij,vt tabernaculum duplo altius esset in conspicuo; nam tenues telæ, per longum latumque pendebant, prætentæ inter columnis; linteamibus similes; ne quis impurus penetraret intra illud spatium. De cetero situs fuit huiusmodi: medium stabat tabernaculum, distabat æquali spatio à tribus septi partibus, videlicet à lateribus, & à tergo id spatium erat viginti cubitorum: Quod vero circa vestibulum,erat reliquum,quo capacius esset sacrificiorum, amplius patebat per integros quinquaginta cubitos; sic enim explebatur atriũ centenarium, ad spatium postremum viginti cubitorũ accedente longitudine ipsius tabernaculi, quandoquidem triginta viginti cubitis appositi, quinquaginta faciunt,totidem alijs patentibus in primo aditu; nam vestibulum velut confinium erat gemini quinquagenarij, tam Orientalis qua dabatur introitus,quam Occidentalis,in quo tabernaculi longitudo continebatur,& septi postrema pars. Eratque & aliud vestibulum pulchrum, magnumque, in aditu ipsius atrij,quatuor columnis ornatũ, & suo velo picturato prætensum, simili velo tabernaculi, & ex eadem contexto materia. Hactenus Philo. Iam, aliqua in contextus explicationem subiungere licet.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

15 *Erat & tentorium de bysso retorta.*] Tentoria vocat cortinas, de quibus Iosephus, lineum deinde byssinum nobilissimum circumtendebatur,à capitellis ad bases dependens,totumque cum locum sepiens, vt nihil à pariete differre videretur, atque hoc modo se habebant septi tria latera. Porro,Hebræi ferunt,cortinas has sic fuisse contextas,vt plenæ essent foraminibus, *Como red*, arcentes quidem ingressum, sed aspectum non prohibentes.

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

16 *Quæ capita cum cælaturis habebunt argentea.*] Iuxta Hebræum est: Et vncini columnarum, & fila cingentia,argentea. Etenim *Chazuk* significat filum,vel circulos, & alia ornamenta seu cælaturas, quæ per gyrum ambiunt columnas. Est etiam & dictio illa *Vauehem*, de qua supra,& ratione ibi dicta, aliqui vncinos vertunt. Septuaginta legunt: Et fibulæ earum, & forcipes earum argenteæ. Sunt & qui vncinos intelligant, catenas argenteas vtrimque aduncas,ligantes columnas inter se ad illarum firmitatem: & quia atrium oportebat esse dissolubile, ideo catenæ non erant affixione firmatæ, sed aduncis extremitatibus: quare ab his extremitatibus,vncini dictæ sunt. Nos autem sequimur Vulgatum, qui hoc loco capita, siue capitella exprimit. Et Iosephus,qui columnas æreas, vallos æreos nominat,capitella,inquit,argentea. Quod autem de cælaturis dicitur: Quidam in medio columnarum, forsan in loco catenarum,alij in summitate ad decorem constituunt: At cum in plurali dictum sit, has forsan, & illas, & omnes etiam, quæ ad decorem operis essent, argenteas scribit fuisse. Porro, de columnis,basibus, & capitellis idem dicendum,quod de illis,quę erant intra tabernaculum.

חשק

ויהם

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

17 *Lateri vno deputabantur.*] Verbum, deputabantur, non est ex Hebræo, addidit tamen illud interpres,vt solet, ad maiorem intelligentiam.

18 *Et in latere altero.*] Subaudiendum est ostij, vel ingressus, his siquidem duobus lateribus eodẽ penitus modo compositis, sicut & reliqua omnia atrij latera, spatium medium, scilicet, viginti cubitorum, quod veluti ingressus siue atrij ostium est, aliter componendum, in sequentibus subdit.

19 *In introitu vero atrij, fiat tentorium.*] Iuxta Hebræum: Et portæ atrij erit aulæum; etenim *Sabar*, proprie portam significat, inde & introitum, & *Masac* aulæum, quod Vulgatus,vt sæpe,etiam iuxta Hebręum, tentorium nominat. Porro, de hoc tentorio ex textu cõstat, eiusdem materię & texturæ fuisse cum aulæis, quæ intra tabernaculum erãt, & sic Iosephus similiter loquitur,sicut de illis: Pendebat ad ianuam,inquit, velum viginti cubita longum,& quinque cubita altum, ex purpura, byssoque & hyacintho contextum, varie picturatum,exceptis animantium formis. Et Philo ait: Et suo velo picturato prętensum,simili velo tabernaculi,& ex eadem contexto materia.

שער

מסך

Ioseph. 3. antiq. cap. 5.

Philo 3. de vita Moysi,

20 *Columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.*] Iuxta Hebræum est: Columnæ earum quatuor, & bases earum quatuor. Septuaginta,& Chaldæus legunt: Columnæ eius quatuor, & bases eius quatuor. Vbi,dictio,eius, ingressum atrij refert,nõ cortinas: Verum hæc minima sunt, nec sensum historiæ variant.

21 *Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erant argenteis laminis.*] Iuxta Hebræum est: Omnes columnæ atrij in circuitu cinctæ erunt argento. Etenim dictio *Mechussakim*, à verbo *Chasak*, quod quandoque vestire, siue cooperire aliquid laminis,siue cælaturis aureis, seu argenteis sonat; eo quod aurum, vel argentum, rei,cui additur, adhæret. Et licet aliqui propter dictionem illam ex Hebræo, scilicet,cinctæ, pulchrum tantum ornatum fuisse putent, vel cælaturam, & quod circumcirca in rotunditate columnarum argentea fila habuerint, at nos, licet & cælaturas non negemus, hoc tamen loco cum interprete, argenteis laminis columnas opertas intelligimus, vnde & Septuaginta legunt: Deargentatæ argento. Et Philo, vt dictum est: Tecta, inquit, laminis argenteis. Et Iosephus: Ex argento valles quoque constabant, præter bases,quę erant æneę.

מחשקים

חשק

22 *Capitibus argenteis.*] Sic Septuaginta. & Chal-

Digitized by Google

Chaldęus: Capita siue capitella earum erant argentea. Iuxta Hebræum est: Et vncini earum argentei; eadem quippe diuersitas est in interpretatione eiusdem vocis Hebraicæ *Vauehem*, vt supra, & certe quidquid de vncinis fuerit, hoc loco, capita columnarum, Vulgatus exprimit, & de illis loquitur. Et Iosephus scribit, capitella argentea. וויהם

23 *Altitudo quinque cubitorum erit.*] Sermo est de cortinis, sicut expressit Chaldęus: Et altitudo, inquit, cortinarum, quinque cubitorum.

24 *Fietque de bysso retorta.*] Quid per byssum, iam supra. Cæterum verba hæc ad cortinas referri, & Septuaginta, & Chaldæi lectio insinuant, de quarum opere, iam, iuxta Philonem, Iosephum, & alios Hebræos, supra diximus.

25 *Cunctaque vasa tabernaculi, in omnes vsus & ceremonias.*] Iuxta Hebræum: Omnia vasa tabernaculi, cum omni ministerio eius. Chaldæus: Et omne ministerium eius. Sed subintelligendum est: de quibus non est facta ex pressa mentio, non de illis, quæ aurea fuisse sacer textus expressit, aut vero argentea, & ideo forsan est sermo de vasis, idest, instrumentis ad minimos, & infimos vsus, vt martellum & huiusmodi.

26 *Tam paxillos eius, quam atrii.*] Iuxta Hebræum: Et omnes claui eius, & omnes claui atrij. Chaldæus paxillos vocat clauos, & dictio *Itdoth*, vtrumque significat, & ex forma & vsu, quibus scilicet cortinæ humi affigebantur, ne à vento agitatæ dimouerentur. יתדת

---

e *s. & afferant.* — g h i K *quod solum vere, & proprie oleum dicitur.* — l *i. sine faecibus.* — m n *nam quod mola, profanum putabatur, nec ad lucernas sanctuarij aptum.*

a b c d e f g h i K l m n

Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque con-

b c *pro, lucerna. s. candelabri.* — d *i. singulis noctibus; nam in die erat extincta, vt proxime indicatur, & 1. Reg. 3.* — f g *quod ibi lex, & testificatio fœderis, inter Deum & populum. Alij legunt: conuentus; quod eo loco Deus conueniret.* — l *i. positum ante.*

a b c d e f g h i K l

tusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, extra velum quod expansum

b *i. arca testimonij Chald. ante testamentum.* — d e *s. paratas et accensas lucernas super calamos, et hastile candelabri. iuxta Hebreum: disponent. Chald. ordinabunt. Septuag. incendent.* — f g h i *s. sacerdotes, nam his incumbebat, non Leuitis.* — o p *i. arca Domini, cum propitiatorio.*

a b c d e f g h i K l m n o p

est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram Domi-

a b *i. diu durabit, dum scilicet populi illius conditio, & status consistet.* — c *s. erogandi oleum à secularibus, & accendendi lucernas à sacerdotibus. Iuxta Hebr. statutum. q. d. mos, seu ritus.* — e *iuxta Hebra. generationes.* — g h i *sub. seruandus siue seruabitur.*

a b c d e f g h i

no. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filijs Israel.

S C H O L I A.

27 *Oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum.*] Iuxta Hebræū est: Oleum oleæ purum, contusum, pro luminari. Septuaginta: Oleum ex oliuis defęcatum, purum, contusum. Chaldæus: Oleum mundissimum. de oliuis contusis. Idem est omnium sensus, qui ex Hebræorum traditione manifestus fiet, dicentiū, in mortario prius oliuas conteri, & educto oleo quod inde manabat, absque fæcibus, hoc erat pro tabernaculi lucernis. Quod vero supererat, ad molas deducebant, & oleum, quod inde manabat, profanum dicebatur, etsi ad sacrificia aptum, non tamē ad lucernas sanctuarij. Porro oliuarum dixit; hoc enim est tantum vere oleum, non quod ex nucibus vel aliunde exprimitur, & dicitur purissimum, idest, absque fæcibus vllis.

28 *Vt ardeat lucerna semper.*] Sic Septuaginta: At iuxta Hebræum est: Vt ardere faciant lucernam semper. Chaldæus: Incēdantur lucernæ semper. itaque lucerna in singulari, pro lucernis septem vnius candelabri ponitur. Iam, quod dicitur, semper, in sequentibus explicat, cum ait: vt vsq. mane luceat coram Domino semper, idest, singulis noctibus, vt Leuit. 24. aperte dicitur, sicut & hic. Sicque tabernaculi admirabilis decor, sicut interdiu lumine solari, ita etiam noctu lucernalibus flāmis, vt inquit Beda, illustraretur; ne vnquam in domo Dei, aliquis tenebrarum locus posset ad horam subrepere. *Beda de taber.*

29 *In tabernaculo testimonij, extra velum, quod expansum est testimonio.*] Iuxta Hebræum est: In tabernaculo Ecclesiæ, extra velum quod est iuxta arcam testimonij, & in Hebręo in his verbis incipit clausula, nō depēdēs à superioribus; est enim pūctū quod apud nos colon, & orationis nouū principiū indicat. Chaldæus: In tabernaculo fęderis. Septuaginta

legunt

Digitized by Google

מועד legunt ficut nos: Et quidem omnes eumdem locum defignant, & dictio *Moed* à conueniendo dicta, Ecclefiam, feu conuentum importat: idem tamen tabernaculum, & teftimonij, & fœderis etiam dicitur, à principaliori; quod ibi effet teftificatio fœderis inter Deum & populum illum: & quidem lex Dei teftimonium eft iuftis ad vitam, impijs ad exitium. Dicitur etiam tabernaculum Ecclefiæ, & conuentionis; quod illuc conueniret Deus, vt loqueretur Moyfi & fuccefforibus eius: Vnde capite 25. huius libri, vbi nos legimus: Loquar ad te. Iuxta Hebræum eft: Et conueniam tecum illuc. Et Num. 27. vbi legitur: Loquar ad te. Iuxta Hebrçũ eft: Vbi conueniam vobifcum. Porro, cum dicitur: Quod appenfum, ideft, extenfum, & pendens eft teftimonio, ideft, arcæ teftimonij. Chaldæus explicat, qui legit: Quod eft ante teftamentum, ideft, arcam teftamenti; velum enim pendebat, vt vidimus, ante adytum, intra quod fita, erat arca.

30 *Et collocabunt eam Aaron, & filij eius.*] Iuxta Hebræum: Difponet eam Aaron, & filij eius. Septuaginta: Incendet illud. Chaldæus: ordinabit eas: Nullam de eius filijs mentionem faciens. Modo יערך *Iaharoch*, ordinare, difponere, & præparare fignificat: & quia de lucernis fermo eft, Septuaginta, incendere, dixerunt, Vulgatus vero, collocare dixit, quod forfan vefpere facerdotes illas ordinare dicebantur, quod accenfas fuper candelabri calamos locarent. Porro hoc nec Leuitis incumbebat, fed facerdotibus tantum.

31 *Vt vfque mane luceat coram Domino.*] Iuxta Hebræum eft: A vefpere, vfq. ad mane coram Domino. Sic Septuaginta, & Chaldæus. Et verba ha refpiciunt quç fupra dixerat, fcilicet: Ardere faciã Modo ex his, vt diximus, conftat, tota nocte arde femper, ideft, fingulis noctibus. Non defunt tame viri graues, qui tres lucernas die luxiffe dicant, quidem in die nubilofo id crediderim. Quod aute ex capite 30. infra in teftimonium fuæ fententiç re ferunt, fcilicet, mane, quando componet lucerna incendet illud: & loquitur de altari Thymiamati nõ adeo vrget, immo inde puto colligi poffe, quid bi voluerit præcedentibus verbis, cũ dixit: Et co locabunt eam: vbi iuxta Hebræum, vt vidimus, c citur: & difponent; nam capite 30. poft prædicta verba fubdit: Et quando collocabit eas ad vefper forfan quod mane præpararent & componerent l cernas, vefpere vero accenfas, fuper calamos & h ftile candelabri, locarent.

32 *Perpetuus erit cultus per fucceßiones eorum filijs Ifrael.*] Iuxta Hebrçum eft: Statutum perp tuum generationibus eorum à filijs Ifrael: Subi tellige, feruabitur. Chaldæus: Ritu perpetuo in g nerationibus fuis à filijs Ifrael, Septuaginta: Legi timum fempiternum in generationes veftras à fili Ifrael. In omnibus fubintelligendum eft, feruabitu Quæ omnia eumdem fenfum reddunt. Perpetuu autem, fecundum Auguftinum, vt fçpe, pro eo quo multo tempore, & dum ftatus ille effet, duraret. fermo eft tam de oleo mũdiffimo à fecularibus er gando, quam de ordinandis, & incendendis luce nis à facerdotibus.

CAPVT XXVIII.

a: *i. applicare fac.*

Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs fuis de medio filiorum Ifrael, vt

b: *i. ad cultum meum.* g: *in Hebræo, Abihu.* h: *qui patri in pontificatu fucceffit.*

Sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Faciefq.

a: *Septuag. ficut nos. At iuxta Hebr. & Chald. eft: veftis: fingularis itaque pro plurali, veftem, pro, veftes.* b: *i. diuino cultui dicatam, & à profanis diftinctam.* g h i: *i. in ornatum pulcherrimum & fplendorem.* n: *i. in arte peritis, fiue peritis artificibus.*

veftem fanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis fapien-

a: *i. intellectu.* c: *i. illuftraui.* d: *donum etiam eft Spiritus Sancti, cognitio fiendorum. Iuxta Hebr. & Chald. & Septuag. fapientia. q. d. arte.* K l: *& non aliter*

חכמה *tibus corde, quos repleui fpiritu prudentiæ, vt faciant veftes Aaron, in quibus*

a: *i. confecratus, fiue dedicatus cultui meo, & mundus legali munditia.* c: *i. cultui & ritibus facris.* K: *Iuxta Hebr. pectorale*

fanctificatus miniftret mihi. Hæc autem erunt veftimenta, quæ facient: Rationale,

b *cum omnibus requisitis.* b *iuxta Hebr. Ephod.* c *hyacinthinam, iuxta Hebr. & Chald. pallium.* d e f *s. tunicam, & erat iuxta Iosephum ex bysso, talaris, & strictu manicis.* e *s. vsque ad talos.* f *s. cum manicis arctis. Iuxta Hebra. ocellatam, seu aculatam.* g *tam sacerdotalem quam pontificiam.* i *& Sacerdotalem, & Pontificium.*

a *&* b *superhumerale,* c *tunicam* d *&* e *lineam* f *strictam,* g *cidarim* h *&* i *baltheum.* k *Facient*

b *i. non profana, sed diuinis dicata.* i *induti scilicet* k *prædictis vestibus,* l *secundum legis* m *dispositionem.*

a *uestimenta* b *sancta* c *fratri* d *tuo* e *Aaron,* f *&* g *filijs* h *eius,* i *ut* K *Sacerdotio* l *fungantur* m *mihi.*

b *& in fila deductam, & in ductili substantia.* d e f g h i k l *sunt fila lanea, lini, serici, his coloribus tincta, in quibus orbis totus sublunaris figuratur.*

a *Accipientque* b *aurum,* c *&* d *hyacinthum,* e *&* f *purpurum,* g *coccumque* h *bis* i *tinctum,* K *&* l *byssum.*

S C H O L I A.

1 *APPLICA quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis, de medio filiorum Israel, vt Sacerdotio fungantur mihi.*] Iuxta Hebræum: Et tu appropinquare fac ad te; est enim *HaKreb* imperatiuum, quare applica, idest, applicare fac. Porro, de medio, idest, consortio, omnis namque Pontifex, vt inquit Paulus ad Hebręos 4. ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ijs, quæ sunt ad Deum. Iam, præposterus ordo in his, & sequentibus apparet; prius enim faciendæ erant vestes, deinde applicandi ad Moysen Aaron, & filij eius, vt vestirentur & consecrarentur, sed Sacerdotum meminit antequam de eorum vestibus ageret; quod Leuitarum nullæ propriæ vestes fuerint; non enim in sacrificijs ministrabant, sed Sacerdotes vestes sacras habebant, quibus eo dumtaxat tempore vtebantur quo ministrabant, vt refert Iosephus: Vnde & infra in textu dicitur: In quibus sanctificatus ministret mihi. Et cum agitur de tunica hyacinthina, subditur: Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium. & Philo: In hunc modum ornatus Pontifex ad sacra mittitur, vt quoties ritu patrio vota facturus est pro populo, totum mundum secum introducat sub figuris, quas gestat. Idē affirmat libro 2. de monarchia, & interlinearis antiqua; aliter enim, inquit, non debebant fungi. Excipiendus est dies expiationis in Pontifice, cum adytum ingrederetur, vt Leuit. 16. constat; contētus Sacerdotalibus vestibus. Quod autem Iosephus de bello Iudaico videtur innuere, Pontificem tantum suis vti vestibus, cum semel in anno sanctorum sancta ingrediebatur, ex literæ deprauatione sic apparet; nam & ipse sæpe oppositum docet, & ita ex Leuit. 16. constat. Modo ex vestibus, quæ in hoc capite recensentur, quædam communes erant cunctis Sacerdotibus, quos Hebræi, teste Iosepho, *Chaneas* vocant, quædam proprię Pontificis, quem ex eodem Iosepho ibidem *Anabarchen* nominant. Et modo in Pontificali habitu vestes sunt communes presbyteris, & diaconis, & subdiaconis. Et ex Ruperto aduertendum est, non eo ordine in hoc capite sacerdotum vestes describi, quo eis vtebantur; nam feminalia linea, quibus operitur primum carnis turpitudo, postremo in hac descriptione posita sunt, & econuerso rationale, quo, præter laminam auream, in Pontificis fronte ligandam, nihil sanctius erat in vestibus, primum designatum est. Quid vero intersit inter sacerdotes, qui omnes Leuitæ erant, id est, de tribu Leui, & Leuitas, Num. 3. & 4. & capite 8. de eorum consecratione videbimus, & multa alia ad hæc pertinentia, sequenti capite 29.

חקרב

Ioseph. 6. de bell. Iud. c. 6.

Philo 3. de vita Moysi,

Philo lib. 2. de monarchia.

Ioseph. 6. de bell. Iud. c. 6.

Ioseph. 3. antiq. cap. 8.

Ruper. in 28. cap. Exod.

2 *Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar & Ithamar.*] Aaron, qui ante consecrationem non ministrabat, sed Moyses, vt ex sequenti capite cōstat, qui & summus Pontifex constitutus est: & filij eius adnumerati sacerdotes, ex quibus Eleazar in Pontificatu successit. Porro Abiu, in Hebræo *Abihu*.

איהוא

3 *Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.*] Septuaginta: Stolam. At iuxta Hebræū est: Et facies vestes sanctitatis. sic Chaldæus; est enim in Hebræo *Bigde*, quare Vulgatus singulare pro plurali posuit. Iam *Chadas*, à quo *Chodes*, idest, sanctitas, significat separari à profanis, & cultui diuino applicari: Vestes igitur sanctæ, idest, nō communes, sed ad ministerium diuini cultus deputatæ: Vnde nec fas sacerdotibus erat, talibus vestibus vti, nisi in cultu tabernaculi, vel templi, vt vidimus. Sequitur: In gloriam & decorem. Hebraismus est, idest, ad ornatum, seu, quibus ornabitur: Eo tamen Hebraismo innuitur, vt maiestas earum vestium, tam ipsis sacerdotibus authoritatē & dignitatem, quam sacris eorum cōmendationem, & venerationem conciliarent. Et Philo inter alias vestes, mitram, quasi Regium diadema dicit insigne potestatis, non summæ quidem, sed proregiæ alioquin mirificæ. & alibi inquit: Cidaris pro diademate ponitur capiti, quia quantisper sacerdos onere suo fungitur, & ministerio, non solum priuatis hominibus est eminentior, verum etiam cunctis Regibus.

בגדי
קדש
קדש

Philo lib. de profugis.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

4 *Et loquere cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ.*] Corde, idest, intellectu. Estque Hebraismus, idest, peritis artificibus. Et quidem *Chacham*, omnem sapientem communiter significat, præcipue tamen prudentem in agibilibus. Sequitur: Quos repleui spiritu prudentiæ. Iuxta Hebræum est: Quod repleui spiritu sapientiæ, & quidem *Chochma*, sapientiam significat, sed frequenter vnum pro altero vsurpatur. Rursum relatiuum *Aser*, ad cor siue intellectum refertur, cum legitur: Quod repleui. Sed hæc non variant sensum: replere autem dicitur, idest, illu-

חכם

חכמה

אשר

strare.

Digitized by Google

ſtrare. Sed quod externa opera mirifica ex abundantia huius illuſtrationis procedant, ideo dicitur replere:& quidem de Spiritu Sancto, quantum ad iſtum effectum, qui eſt cognitio aliquorum etiam agibilium, quæ à Spiritu Sancto gratuitum donum eſſe poteſt, ſermonem eſſe docet Auguſtinus. Iam, licet non deſint, qui hos ſapientes etiam artes illas didiciſſe contendant; tantam tamen eorum peritiã ex peculiari Spiritus Sancti dono fuiſſe, aperte verba prædicta manifeſtant. Quos & aliorum opera in exequendis vſos, veroſimile eſt.

Auguſ.q.114 in Exod.

5 *Vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi.*] Iuxta Hebræum eſt: Ad ſanctificandum eum, vt Sacerdotio fungatur mihi. Chaldæus: Vt ſanctificaretur ad miniſtrandum mihi. Septuaginta: Ad ſanctuarium. In qua, ſubaudi, veſte, vel veſtibus, Sacerdotio fungatur mihi: Omnium eſt ſenſus vnus; nam ſanctificatus, ideſt, mundatus, vt quidam, legali munditia: alij, ſeparatus, & cultui meo dicatus: alij, conſecratus. Et quidem omnia hæc in voce illa includuntur; poſt conſecrationem enim eius, per quam diuino cultui erat addictus, veſtibus ſanctis, ideſt, diuino etiam cultui dicatis, & à profanis diſtinctis, quæ omnia ad legalẽ ſacerdotis munditiam ſpectabant, miniſtrabat Domino, & non aliter, in ſanctuario, ſicut in primo ſcholio huius capitis diximus.

6 *Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient.*] Licet enim & alia eſſent ornamenta, præter illa quæ ſubdit, ad hæc tamen reducuntur: Feminalia vero non erant ad ornatum, ſed magis ad pudicitiam. Et quidem baltheus diſtinguitur in baltheum cingentem lineam, & cingentem ſuperhumerale; & cidaris, & lineam, & pontificiam comprehendit; vtraque enim cidaris dicitur.

Beda de Taber. cap. 8.

7 *Rationale, & ſuperhumerale, tunicam, & lineam ſtrictam, cidarim, & baltheum.*] Beda breuiter ſingulorum rationem adumbrat; rationale enim pectoris habitus eſt, ſuperhumerale eſt humerorum, tunica & linea ſtricta, ideſt, camiſia, totum corpus operiunt. Cidaris caput ornat, baltheus vtramque tunicam ſimul & ſuperhumerale aptius ad corpus aptat. Cæterum cum in ſequentis literæ interpretatione, de rationali, & ſuperhumerali, & baltheo ſermo futurus ſit, placet nunc cæterorum rationes altius inueſtigare.

Philo lib. 2. de monarchia.

8 *Et linea ſtricta.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: Siue lineam cõſtringentem. Philo linteam tunicam vocat: Hanc, inquit, induit Sacerdos, vt expeditius obeantur miniſteria; abſque amictu enim, tunicati, ſacra, libationeſq. peragunt. & quidquid ad rem diuinam opus eſt, celeriter ac incunctanter ſuggerunt. Pontifex autem iubetur & ipſe veſtem ſimilem ſumere, quando adyta ſubit, vt aram odoramentis adoleat; quia lintea non conficiuntur ex mortali materia, ſicut veſtes laneæ. Ioſephus etiã lineam interulam byſſinam nominat, quam è duplicata tela confectam tradit: *Chetome*, inquit, noſtris vocatur, ideſt, linea; linum enim vocamus *Cheron*: id indumẽtum eſt tunica talaris corpori adſtricta, habens manicas circa brachia, quę accingitur circa pectus, paulo axillis inferior, zona lata, quam ibi Ioſephus deſcribit. Et loquẽs de tunica, ſubdit: Sed tunica nuſquam ſinuatur, habetque circa collum amplam aperturam, cuius orę vncinis à pectore, & à tergo cõmittuntur, *Maſſabazamen* vocant. Hęc Ioſephus. De hac etiã S. Hieronymus, quo nemo in Hebraicarũ rerũ notitia peritior. Secunda, inquit, ex lino tunica eſt *podirus*, ideſt, talaris, appellatur *Chethoneth*, quod Hebraico ſermone in lineam vertitur, hanc dicit eſſe ſine ruga, vt milites lineas habent, quas camiſias vocant, ſic aptas membris, & adſtrictas corporibus, vt expediti ſint, vel ad curſum, vel ad prelia, ſicut habebat Ioab 2. Reg. 20. Porro, Ioab veſtitus erat tunica ſtricta, ad menſuram habitus ſui: ſic Sacerdotes in miniſterium Dei paratos eſſe oportet: & vtuntur hac tunica, vt habentes pulchritudinem veſtimentorum, nudorum celeritate diſcurrant. In quibus Hieronymus, ad Philonis verba ſupra recenſita alludit. Ex quibus omnibus conſtat, tunicam hanc lineam, interulam, talaremq. fuiſſe, quæ ſic corpori adhæreret, & tam arcta eſſet, & ſtrictis manicis, vt nulla fere, præſertim à ſuperiori parte, in ea ſit ruga, deſcenditq. vſque ad crura & talos: & merito tunicam, ſiue lineam ſtrictã, tam Vulgatus, quam Septuaginta, & Chaldæus legunt, cum Philone, & Ioſepho, quod verbũ *Sabaz*, à quo dictio *Taſbez*, in textu poſita, conſtringere, & ligare ſignificat. Scio Hebræorum aliquos, vt R. Salomoh, R. Abraham, R. Sahadias, quos ex recentioribus viri periti ſecuti ſunt, verbum *Sabaz* interpretari, oculis variare, ſiue diſtinguere, vnde tunicã ocellatam vertunt: alij tunicam opere Phrygionico oculis contextam, ita illam adumbrantes, vt oculorum figuras cõtinuis contiguiſque ordinibus haberet, vt ſcutulatæ veſtes apud Romanos. Cæterum hanc verbi ſignificationem huic tunicæ adaptare, præter, immo cõtra Philonis, Ioſephi, Septuaginta, & Chaldæi, & omnium antiquorum patrum mentem, non placet: ſed cum illis ſtrictam & conſtringentem, iuxta verbi etiam Hebraici proprietatem, legere & interpretari.

Ioſeph. 3. antiq. cap. 8.

S. Hieronym.

ποδήρης

כתנת

שבץ

תשבץ

R. Salomoh.

R. Abraham.

R. Sahadias.

שבץ

9 *Cidarim.*] Sub hoc nomine & tiara cunctis Sacerdotibus communis comprehenditur, de qua in fine huius capitis mentio fit: ſed ad horum exactam notitiam, vtriuſque formam & vſum inueſtigabimus, & grauiſſimorũ virorum dicta vt de hac re recenſeam, apud Philonem nihil aliud inuenio, præter ea, quæ in tertio ſcholio huius capitis retulimus, & lib. 3. de vita Moyſi etiam ait, de cidari loquens: Quo inſigni Reges Orientis malunt vti, quã diademate. Ioſephus vero ſic ſcribit, de Sacerdotũ veſtibus communibus cum Pontifice loquens: Super caput autem geſtabat pileum non faſtigiatum, neque totum caput comprehendentem, ſed paulo pluſquam medium, hic vocatur *Maſnaemphthes*. Eſt autem tali paratu, vt videatur vitta linea ſæpe in orbem replicatã & conſuta, quam ſuperne alia tela integit, vſque ad frontem deſcendens, & per ſuperficiem verticis ſuturarum deformitatem occultans, ſic adaptatur accurate, ne inter ſacrificãdũ delabatur. Et paulo poſt de Pontificis peculiaribus veſtibus ſcribens, ſubdit: Porro, pileo, quali cæteri Sacerdotes vtebãtur, ſuper quem ſtabat alius cõſutilis, ex hyacintho variatus, hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua ſpectabantur caliculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur daccharus, apud Græcorum herbarios, hyoſcyamus, quam Ioſephus fuſe deſcribit. Cæterum vt ex Dioſcoride conſtat, appolinaris etiam dicitur, ſiue altercum, in officinis, corrupto

Philo 3. de vita Moyſi, & lib. 2. de monarchia.

Ioſeph. 3. antiq. cap. 8.

Dioſcor. lib. 4. cap. 59.

nomine iusquiamum, nos *belenyo*, & vulgaris herba est: Caliculum autem vocat Iosephus folliculum, quo primum flos, deinde semen herbarum aut fructus arborum cooperitur: Caliculus autem inquit Iosephus, est quantus articulus minimi digiti circumferentiam habens. & paulo post subiungit: Eiusmodi corona, ab occipitio circum tempora vtraque procedebat, nam frontem isti caliculi non ambiebant, sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat. Et S. Hieronymus de communi Sacerdotum mitra, sic scribit: Rotundum erat Pileolum, quale pictum in Vlysse conspicimus, Græci tiaram, nonnulli galerum dicunt, non habet acumē in summo, nec totum vsque ad comam caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, vt non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, & sic fabre opertum linteolo, vt nulla acus vestigia extrinsecus appareant. De tiara vero Pontificis, sic ait: Hæc super Pileolum lineum, & commune omnium Sacerdotum: in Pontifice plus additur, vt in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque Pontificis pulchritudinē, Dei vocabulum coronet, & protegat. Ex quibus omnibus constat, *Miznepheth*, Græci tiaram, nonnulli galerum, alij infulam, lineum Pileolum esse, figuramque dimidiatæ sphęræ habere, nullumque in summo fastigium esse, Sacerdotibus omnibus communem ornatum, cui ex Iosephi mente, superpositus est alter hyacinthinus pileolus, aliquanto sublimior, quem Ecclesiasticus capite 45. mitram, Salomon vero in libro Sapientiæ capite 18. diadema vocat: Hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in cuius posteriori parte, caliculi aurei spectantur, in anteriori vero, qui fronti imminet, sanctum Dei nomen, vt vidimus, incisum erat. Quod autem Beda affirmare videtur, Sacerdotum pilea, coronulas quasdam habuisse, certissimum est, vt infra capite 39. dicetur, sed non aureas, quales summi Sacerdotis esse diximus ex Iosepho, sed potius lineas; Etenim vittam lineam, quam sæpius replicatam in orbem dicit Iosephus, illos inquam orbes, Scriptura coronulas appellat: Vnde vbi nos legimus Exodi 39. Et mitram cum coronulis, iuxta Hebræum est: Mitrā ex bysso & decorem pileorum ex bysso. Et Chaldæus: Mitram ex bysso, & gloriam, idest, decorem pileorum ex bysso, decorem inquam pileorum, idest, pileos elegantes. Et Septuaginta: Cidarim ex bysso, & mitram ex bysso. Vbi & Pontificis mitrā etiam ex bysso fuisse innuitur, sed intelligendum est cum coloribus, sicut ex Iosepho retulimus.

(Margin: ...ronym. ...l. 127. — מצנפת — ...ph. 3. an... cap. 8. — ...a lib. 3. de ...r. cap. 8.)

10 *Facientque vestimenta sancta Aaron fratri tuo, & filijs eius, vt Sacerdotio fungantur mihi.*] Diximus vt quid sancta vestimenta, idest, à profanis distincta, & cultui diuino dicata, quibus induti Sacerdotio fungi debent, vt primo scholio huius capitis vidimus.

11 *Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, ac byssum.*] De his omnibus abunde egimus supra capite 26. & vt vno verbo recurramus, aurum quidam in fila deductum tantum intelligunt; alij vero, & satis verosimiliter, etiam in ductili substantia. Hyacinthum vocāt lanam, & sericum, & linum hyacinthini coloris, qui violaceo atque cælesti persimilis est, purpuram prædicta fila nigrantis rosæ colore sublucentem, quam sanguine piscis ex conchyliorum genere, qui purpura dicitur, tingebant. Coccus bis tinctus dicitur, cum similia fila vermiculi puluere tincta sunt, qui in coccis, idest, granis arbusculæ, vulgo *coscoxa*, nascitur, de quo Plinius. Vt autem laudatissimo cocci colore imbuerentur, bis tingebantur, & lana cum rudis esset, & iterum cum in fila deducta. Byssus tenuissimi lini & candidissimi genus est. Quibus coloribus significatur, Sacerdotem illum esse summi rerum omnium conditoris; omnium enim rerum imaginem præseferunt, vt Sanctus Thomas refert ex Philone, & Iosepho; coccus enim ignem imitatur, byssus terram, hyacinthus aerem, purpura mare: coccus quidem, & hyacinthus, coloribus; byssus autem, & purpura, origine; nam byssum, terra, purpuram, mare gignit.

(Margin: Plin. lib. 9. cap. 41. — S. Tho. 12. q. 102. a. 4. ad 4. Philo lib. 3. de vita Moysi. Ioseph. 6. de bell. Iud. c. 6. Theod. q. 60. in Exod.)

c — *Epomis Græce, Hebraice Ephod: vestis ex duabus partibus constans, quarum altera tergum, altera anteriorem corporis partem tegit vsque ad cincturam, in humero extremitatibus connexa.* e — *i. aureis filis.* g h i K — *i. filis bis coloribus tinctis.* l m — *vt magis color imbibatur.*

a b c d e f g h i K l m

Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura coccoque bis tincto,

c — *ob firmitatem.* d e — *i. vario. s. textum.* h — *aliquibus vncinis.* i — *s. Ephod.* K l m a — *etiam in humeris, penes extremitates vtriusque Epomidis, secundum quas vnita, vnum Ephod efficiunt.*

a b c d e f g h i K l m

& bysso retorta, opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere sum-

a — *i. extremitatum, scilicet, sub brachijs,* b c d e — *i. velati vnum thoracem, corpus vndique complectentem, efficiant. Iuxta Hebræum: coniungantur.* i K l m — *s. etiam ex superpositis, vt baltheus.*

a b c d e f g h i K l m

mitatum, vt in vnum redeant. Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas

Digitized by Google

c f g h h i K n
i. aureis filis. i. filis bis coloribus tinctis. vt firmius adhæreat color. & fulgentior sit. ob firmitatem.
a b c d e f g h i k l m n o
erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Sumesque

c h k l m n o p
quos et sardonyches Iosephus ob similitudinem vocat. Septuaginta: smaragdos. s. duodecim. i. Iacob. In eo, qui in humero dextro, sex maiorum natu.
a b c d e f g h i K l m n o p
duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno,

a b c d e f g h i n
minorum natu. s. in sinistro. ita vt maioris natu in priori loco nomen sit sculptum; demitur Leui, & loco Ioseph post Zabulonem ponuntur duo eius filij. sc licet Ephraim, & Manasse. At iuxta Chaldæum secus se res habet. quæ scilicet solet in annulis fieri.
a b c d e f g h i K l m n
& sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & cælatura

a c e f g g h i K
s. eius, qui gemmas sculpit, & auro includit. s. duos onyches. eo ordine, quo diximus, vt sex priores, in dextro humero. s. onyches. s. vt in annulis fit.
a b c d e f g h i K l
gemmarij sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos: &

a b c d e f g K
i. in vtraque parte, quæ super humeros est; vbi coniunctæ anterior, & posterior, vnum superhumerale constituunt. i. In memoriam filiorum Israel, qui omnes ex illis patriarchis orti sunt. i. Pontifex.
a b c d e f g h i k l
pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filijs Israel. Portabitq. Aaron nomina

a b c d e f g h l
s. duodecim patriarcharum. i. cum iuxta legem ministrabit in sanctuario. sculpta, scilicet in duobus onychibus; qui erũt super vtrumque humerum eius. quod scilicet, pro illis litare, & orare Dominum debeat, & eorum curam habere. per modum pallarum perforatarum.
a b c d e f g h i K l m
eorum coram Domino super vtrumque humerum ob recordationem. Facies & vncinos ex

i n
i. opere plectili se inuicem complectentes, siue opere intorto more funium. qui erunt in summitatibus Ephod, penes humeros.
a b c d e f g h i K l m n
auro, & duas catenulas ex auro purissimo sibi inuicem cohærentes quas inseres vncinis.

S C H O L I A.

ἐπωμίς.

August. q. 41. in Exod.

ἐπωμίδα.

ἐπίῤῥαμμα

אפד

אפד.

12 *Facient autem, & superhumerale.*] *Epomis* Græce, idest, superhumerale; sic enim Latine interpretari debere, inquit Augustinus, ita & Hieronymus ad Fabiolam, quod humeris vtrinque supponatur: & Septuaginta *Epomida* legunt: Aquila *Epiramma*; sed Hebræi *Ephod* vocant, idest, cinctorium; *Aphad* enim cingere, aut constringere significat, sic dictum, quod cum rationali cõstringeretur, & alias inferiores vestes in corpore constrictas contineret: hæc à viris grauissimis vestis esse dicitur, ab humerò pendens, elegans palliolum, , habens humeralia duo, hoc est duabus æqualibus partibus constans, quas Septuaginta, duas Epomides, vocant in hoc & sequenti capite, quarum vna tergum, altera pectus ad vmbilicum vsque, secundum aliquos, tegit, alij vsque ad cinctorium, quod magis verosimile videtur, quod baltheo cingatur, sed in anteriori parte, circa medium pectus, lacuna quædam vacua relinquitur, ad rationalis receptionem, & contexta vestis est ex his filis & coloribus, quos infra textus exprimit. An vero manicas haberet, omnes fere recentiores absque manicis describunt, in modum monastici scapularij, sine cuculla. At vero Ioseph inquit: Super hanc, tertiam, scilicet tunicam, aut v stem induit, vocatam Ephod, Græcanicæ Ep midi similem; & fit hoc modo: ex varijs colorib auro intermisto ita contexitur, vt circa mediu pectus lacuna quædam relinquatur; & subdit: M nicülis quoque ita extantibus, vt plane tunica a pareat: & sunt, qui iuxta Græcanicæ linguæ pr prietatem, non cum maniculis, sed, cum man cis, ex Græco legendum dicant. Et quidem ali ipse Iosephus, de Ephod, siue Epomide, sic ait: habitu quidem, indumento thoracis similis vid batur; in quo ad Philonis verba alludit, qui ai Huic superinduitur textum pectorale, thorac specie. Ex prædictis superhumerale cum man cis fuisse, secundum aliquos, satis aperte conijc tur: sed non vt illi putarunt, ita vt manicæ totu Pontificis brachium cooperirent, sed tantum pa lo ab humeris decidentes erant, ita vt magis d scensum humeri, quam brachia ornare, & vestr viderentur. Nec Iosephus huic nostræ sententi contrarius videtur, qui sic ait: Manicas in thorac

siue

siue ephod fuisse, vt tamen inferior tunica, de qua egerat, quæ cum manicis erat, appareret. Et quidem thoracis nomine, non necessario manicæ includuntur, quod pectoris tantum, siue corporis, iuxta vim vocis, armatura sit: Nos dicimus *peto o cosalete*, est enim thorax, hominis pars, sic ab anathomistis dicta, quæ est ab ipsis clauibus, vsque ad diaphragma costis vndique circumscripta, partesque vitales continens; vnde & huius partis monimentum, etiam thorax dicitur, vt est apud Plinium, & in profanis auctoribus, Græcanicam Epomidem pectoris fasciam fuisse inueni, qua mulieres mammam tegunt, strophiumq. dicitur, & Martialis mammillare vocat, quo papillarum tumor prohibetur, ad humeros vinctum, de cuius ratione constat non fuisse manicas, ex quibus omnibus liquet, quod thoracis formam haberet, vt inquit Philo, aut Græcanicæ Epomidis; nec tamen proinde manicas habuisse. Etsi maniculas, vt Iosephus scribit, haberet, potius erant ad ornatum quendam descensus humerorum, quam in brachiorum indumentum. Porro, ex sancto Hieronymo aduertere oportet. ephod in duplici differentia fuisse, alterum, qualis hic describitur, qui solius erat Pontificis, alterū lineum tantum, quo non solum Sacerdotes, sed & Leuitas, immo & laicos vsos fuisse, in Scriptura legimus: Vnde nec vestem sacerdotalem, nec Leuiticam esse, sed ex similitudine ephod Pontificis, ab his gestabatur, qui quodammodo diuino cultui deseruirent: Etenim non tantum 1. Reg. 2. dicitur: Irruit in sacerdotes, & trucidauit die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo; sed & 2. capite eiusdem libri habetur: Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo. Quinimmo & 2. Reg. 6. Dauid accinctus erat ephod lineo, cum scilicet saltaret ante arcam Domini; cum tamen nec Sacerdos, nec Leuita esset. De ephod vero à Gedeone ex Madianitarum spolijs, in ipsius & totius populi scandalum facto, suo loco videbimus. Interim consulendus est Augustinus, qui de hoc acute, & erudite, vt solet, loquitur.

[Margin: ...in. lib. 7. ...p. 20. — ...artial. lib. ... — ...ieron. epist. ...7. ad Fabio... & 130 ...l Marcellā. — ...ugust. q. 41. Exod.]

13 *De auro, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto & bysso retorta opere polymito.*] De his iam supra, & ratione horum colorum, ephod vniuersi sublunaris naturam significare, asserunt Philo, & Iosephus, quibus aurum adiunctum, adiunctam lucem adumbrat. Porro, quod hic dicitur: opere polymito. Iuxta Hebræum legunt: Opere phrygionico. Chaldæus: Opere artificis, idest, vsus ingeniosi artificis opere. Septuaginta: Opus contextum variegatorie. Quid vero dictio *Choseb*, hic posita, quid opus phrygionicum, quid polymitum, sæpe in superioribus. Opus igitur hoc ex varijs coloribus, auro intermisto, contextum est, vt inquit Iosephus.

[Margin: ...hilo lib. 2. de ...onarchia. ...oseph. 6. de ...Iud. c. 6. — חשב — ...seph. 3. an...q. c. 8.]

14 *Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant.*] Iuxta Hebræum est: Duæ oræ iunctæ erunt ei, ad duas extremitates eius, & coniungentur. Alij legunt: Duo humeri sibi cohærentes erunt, atque duas extremitates comitentur. Vnde & Septuaginta legunt: Duo superhumeralia erunt illi continentia, alterum alteri in duabus partibus suspensa; & quidem duo superhumeralia vocant Septuaginta, duas illas oras ephod, super vno quoque humero consistentes, quas inuicem copulari vult in extremitatibus illarum. Chaldæus: Duo humeruli coniuncti erunt ei, in duobus lateribus eius coniungentur. Et quod dictio *Chetepb*, & oram vestimēti, & latus, & partem, & etiam humerulos alicuius basis significat, orta est hæc editionū varietas, sed vtrumque nostra editio continet, videlicet, quod oræ laterum superhumeralis iungerentur in lateribus Pontificis, nodulis, vel vncinis, & aureis annulis, & quod extremitates, quas Vulgatus summitates vocat, Ephod necterentur super vtroque humero, hinc & inde, vna ad alteram, quam coniunctionem secundum extremitates, qui manicas in ephod constituunt, etiam ex lectione Septuaginta, ad illas extendunt, quæ futura, aut fibulis fieret, sicut in humeris, & lateribus Ephod: sed nos illas manicas, quæ coniunctione indigeant, etiam ex Iosepho non constituimus, & oras dicimus, vulgo *las orillas, o estremos de toda la que era como guarnicion que hazia disinition a la redonda, en todos los estremos del Ephod per qualquier parte*. Ita vt per gyrum, in ora esset aliqua textura terminans vestem.

[Margin: כתף]

15 *Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, hyacintho, &c.*] Non desunt, qui hoc ad baltheum referant; vnde iuxta Hebræum legunt: Et baltheus superhumeralis eius, qui est super illud, sicut opus eius, ex ipso erit. Et Chaldæus: Et baltheus ornatus eius, qui est super illud, sicut opus eius, ex ipso erit. At Septuaginta legunt: Et contextus superhumeralium, quod est in ipso, secūdum factionem, ex ipso erit. At si diligentius Vulgati verba perpendamus, prædictis omnibus editionibus consona sunt; Estque sensus: Superhumeralis contextus atque varietas, necnō ornatus omnis desuper appositus (per operis enim cunctam varietatem, & baltheum comprehendit) quantum ad suam materiam, de filis illis coloribus tinctis, & aureis immistis, pulchra varietate distinctis, & intermistis confici debet.

16 *Sumesque duos lapides onychinos.*] Hebræus habet *Soham*, soli Septuaginta, Smaragdos, vertunt, Aquila vero & Symmachus, & Theodotion, & qui iuxta Hebræum ad literam, omnes sicut Vulgatus Onychinos legunt: Iosephus vero, Sardoniches dicit. Quare inuestigare cogimur, quid onix, quid sardoniches; nam de smaragdo in sequētibus dicemus. Quidam sic volunt Iosephum locutum, quod onix cum candore paululum habeat ruboris, qui magis cum sarda, siue sardio lapide emicat, sardam cum sardio, & sardoniche lapidibus cōfundentes, sicut & Plinius, ob nominis vicinitatem; Etenim sardium ruber, sardia autem alba visitur; at sardoniches, de quibus Iosephus, in magno fuisse pretio apud Romanos, auctor est Demostratus, etsi in numerosa specie sint, quarum India tamen parens est, celeberrimæ habentur, optimæ autem iudicantur, quæ colore constant veluti carnibus humanis vngue interfuso, vulgo *de color encarnado*, vtroque colore pellucido, sed languido, vt siquis rubricam visum transmittere intelligat, affuso colore vtcūque glauco. Ex his generosiores, radice tamquam à basi quadam nigricante, siue è nigro ad cæruleum inclinante, onychinas quadamtenus repræsentant, ideoque nec mirum esse debet, siquis sardoniches, ex sardij, sardiæ, & onychis coitu fieri suspicetur, cum illarum trium gemmarum, sardonichis substantiā, & colores referāt, & ob hanc causam Iosephus, ony-

[Margin: שהם — Ioseph. 3. antiq. c. 8. — Plin. lib. 37. cap. 5. — Demostratus.]

chinum

Plin. lib. 37. cap. 6.
Ioseph. 3. antiq. c. 9.
Theod. q. 60. in Exod.

chinum lapidem, sardonycum vocauit. Est autem onyx, teste Plinio, gemmæ species, humani vnguis candorem referens, carnibus humanis impositi. Nec prætereundum censeo, quod Iosephus scribit: Ex lapillis, inquit, quos Pontifex in humeris gestabat, micabat alter, quoties litatū esset his, qui dextrum humerum occupabāt, tantum fulgorem emittebat, vt procul etiam intuentibus conspiceretur, idque præter naturam suam, & consuetudinem, quod certe admirationem meretur apud omnes, nisi qui, ex contemptu religionis, sapientiæ opinionem aucupantur. Hactenus Iosephus.

תולדה

Ioseph. 3. antiq. c. 8.

17 *Et sculpes in eo nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.*] Iuxta Hebræum est: Secundum generationes eorum. Sic & Septuaginta. & quidem *Tholada*, & generationem, & natiuitatem significat, sensusque est, quod habita ratione natiuitatis, & ætatis singulorum, insculpat eorum nomina literis vernaculis linguæ nostratis, inquit Iosephus, in vnoquoque lapide sena, ita vt seniores dextrum numerum obtineant: quare in dextro lapide erant sex nomina, scilicet, Ruben, Simeonis, Iudæ, Dan, Nephtali, & Gad: In sinistro erant, Aser, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasses, & Beniamin. Ex Genesis enim 29. & 30. cap. hic erat natiuitatis eorum ordo; Leui vero non cognominabatur, qui ordine tertius erat, & pro Ioseph, qui erat post Zabulon, ponuntur duo eius filij, vt in sequentibus latius prosequemur; iuxta Chaldæum vero secus est. Causam autem huius inscriptionis, in sequentibus subdit Sacer textus.

18 *Opere sculptoris, & cælatura gemmarij sculpes eos, nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos.*] Iuxta Hebræum est: Opere gemmarij sculpturis sigilli sculpes ambos lapides, cum nominibus filiorum Israel, circūdatos palis aureis facies eos. Septuaginta: Opus lapicidariæ artis, sculptura sigilli sculpes duos lapides nominibus filiorum Israel. Chaldæus: Opere artificis lapidis pretiosi, scriptura distincta, sicut sculptura, quæ fit in annulis, sculpes duos lapides, per nomina filiorū Israel, circumdatos & coarctatos, siue inclusos auro facies eos. Sed cuncta hæc à Latinæ editionis sensu non recedunt; quasi dicat: Opere artificis, qui gemmas sculpit, curabis, vt gēmarius, sculptura, qua solet vti in annulis, sculpat in illis lapillis nomina filiorum Israel, & curabis, vt circundentur, atque includantur auro. *Sabaz* enim coarctare, vel constringere significat, à quo *Misbezoth*, quæ sunt capsulæ aureæ, vel argenteæ; quibus lapides pretiosi includuntur, vt in annulis moris est. Vt autem quod de palis, iuxta Hebręum, dicitur, intelligas: scito palum dici, eam annuli partem planam, & latiorem, in qua gemma ingeritur, etiam sine lapillo: sic dicta; quod fit palam: vnde Cicero: Cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur. R. Salomoh huiusmodi palas, annuli sedes appellat, alij capsellas.

שבץ
משבצות

Cicer. 3. de offic.

19 *Et pones in vtroque latere superhumeralis memoriale filijs Israel.*] Iuxta Hebræum est: Et pones ambos lapides in oris superhumeralis, lapides memoriæ filijs Israel, idest, in eis, quæ sunt super humeros, vt sint lapides pro memoriali. Chaldæus: Ponesque duos lapides super humeros superhumeralis, lapides memoriales filijs Israel. quid clarius dici potest? Et sic fere Septuaginta. Quorum omnium vnus est sensus cum litera nostra: quod duæ, scilicet gemmæ illæ, ponantur in humeris ephod, in memoriæ recordationem sequentem.

20 *Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino, super vtrumque humerum, ob recordationem.*] Iuxta Hebræum est: Ad memoriam. sic Chaldęus, at Septuaginta: Memoriale de ipsis, siue monimentum; dictio enim *Leziccaron*, prædictis omnibus modis verti potest, & sensus vbique est idem: In singulis itaque lapidibus istis, sena filiorum Iacob nomina descripta gestare debebat Pontifex, pro quorum peccatis libaturus erat Domino sacrificia, & quorū curas super humeros suos gestaret, vt sicut Paulus Apostolus diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? sic Arnoldus Abbas in tractatu de vltimis verbis Domini, vt amplius, inquit, exonerare quam grauare delicta infirmorum intendat. Vnde Beda: Tres ob causas, Aaron nomina Patriarcharum inter sacrificia semper in humeris, sicut & in pectore prtoabat, videlicet, vt ipse fidem vitamque Patriarcharum meminisset imitari, vtque duodecim tribuum, quę de his natę sunt, in orationibus & sacrificijs memor existeret; & vt idem populus, scripta in veste præsulis sui, patrum nomina videns, curaret sedulo, ne ab illorū meritis desciscens, ad errorum contagia declinaret. Sic & Arnoldus Abbas bonæ vallis, in tractatu de vltimis verbis Domini.

לזכרן

Arnoldus Abbas.
Beda lib. 3. de tabernaculo cap. 4.
Arnoldus Abbas.

21 *Facies & vncinos ex auro.*] Sic Chaldæus: At iuxta Hebræum est: Et facies palas aureas: eadem dictio Hebræa est *Mizbezoth*, de qua paulo antea: vnde quidam recapitulationem putant eorum lapidum, de quibus iam dixerat: sed sanctus Hieronymus, vbi supra, de catenulis rationalis, & de eius annulis agens, inquit: Quibus in superhumerali respondebāt alij quatuor, hos vncinos, annulos vocat. Et Beda ad hoc dicit vncinos istos fuisse, vt catenulæ, quę de rationali pendebant, possent cum eis annecti, easdem catenas reputātes cum his, de quibus hic agit textus: sed horum vncinorum, seu circulorum aureorum forma innuitur in dictione Hebraica, vt scilicet, essent laminæ quædam aureæ, ad modum palarum, hinc, & inde, super vtrumque humerum in decorem magnum, & quæ essent perforatæ, vt catenulæ aureæ per earum foramina immitti possent, & etiam superhumeralis oræ coniungi: Non igitur erant ad similitudinem exiguorum circulorum, quibus communiter vulgus vtitur, ad vestium extremitates laqueolo aliquo coniungendas, sed ad similitudinem palarum perforatarum, ad nimium decorem.

משבצת

Hieron. epist. 127.
Beda lib. 3. de Tabernaculo.

22 *Et duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes, quas inseres vncinis.*] De istis catenulis, nec S. Hieronymus, nec Iosephus nunc agunt, sed cum de rationali loquuntur, quod eædem sint: sed Scriptura de illis nunc agit, quatenus per vncinos, qui erāt in superhumeralis extremitatibus, immittebantur, quibus rationale etiam superhumerali copulabatur. Quod autem dicitur: Sibi inuicem cohærentes: Sic & Chaldæus; at iuxta Hebręū est: Et facies eas opere plectili, siue intorto, idest, se inuicem complectentes, opere funis intricati. & idem est vtriusque sensus. Quas catenulas, prout ad

super-

Digitized by Google

superhumerale pertinet, per vncinos, siue palas immittendæ erunt, quæ. s. erant in summitatibus, in quibus duæ Epomides, vel superhumeralis partes, anterior, & posterior, super humeros copulabantur.

pars Ephod lacunulam, quæ in pectore est, replens. — *Quod oporteret sacerdotem illud gestare, quoties consuleret Dominum, super iudicijs Israel.* — *i. vario.* — *quasi quadam illius pars.* — *i. filis aureis.* — *i. filis his coloribus tinctis.*

Rationale quoq; iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho,

vt amplius color imbueretur. — *propter firmitatem.* — *i. duplicatum, vt fortius lapidum pondus sustinere possit.*

& purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit & duplex: mensuram

duodecim digitorum, siue semicubiti. — *s. rationali, siue pectorali.*

palmi habebit tam in longitudine, quam in latitudine. Ponesque in eo quatuor ordines

i. gemmarum, suis virtutibus Iacob filios, & eorum posteros præsignantiū. — *i. linea.* — *s. versu, siue linea.*

lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus: in secundo carbunculus,

versu, siue linea. — *versu, siue linea.*

sapphirus, & iaspis: in tertio ligurius, achates, & amethystus: in quarto chrysolitus, onychinus,

sicut fit in annulis. — *i. cuncti in suis ordinibus constituti.* — *sub. sculpta.* — *i. Iacob.*

& beryllus. inclusi auro erunt per ordines suos. Habebuntque nomina filiorum Israel:

Non erit nomen Leui, nec Ioseph, sed duorum filiorum Ioseph. s. Ephraim, & Manasses. — *calatura, s. sigilli, in quolibet lapide vnum nomen.* — *i. iuxta ordinem duodecim tribuum.*

duodecim nominibus calabuntur, singuli lapides nominibus singulorum, per duodecim tribus.

SCHOLIA.

23 *Rationale quoque iudicij facies.*] Sic Chaldæus, iuxta Hebræum vero est: Pectorale iudicij; quod super pectus ponatur, vestimentum mensura paruum; sed cunctis sacratius, fieri mandatur, inquit Hieronymus, sicut & arca summa res erat inter tabernaculi vasa: & quidem pars quædam potius dici potest superhumeralis, siue Ephod, eiusq. ornamentum insigne, Hebraice *Choscen*, Græce *Logion*, & vtriusque vocis satis ambigua est significatio: & quidem non desunt, qui ex vi Hebraicæ vocis, ornamentum pectoris esse dicant. vtcumque tamen rationale à sancto Hieronymo dicitur, vt ex nomine, inquit, scias, mysticum esse, quod dicitur: Augustinus vero innititur, quare cum in Græco *Logion* dicatur, Latine rationale vertant; hoc enim Græci *Logicon*, dicerent: At Iosephus, postquam dixit, per duodecim lapides, qui in rationali erant, futura fuisse præcognita, subdit: Quapropter Græci, qui à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant; ita, vt negari non possit, Essena, pro Hosena (sic enim legendum est) vocant *Logion*. Galenius vertit oraculum, Ruffinus, rationale: Et certe iuxta vim Hebraicæ vocis, verti potest oraculum, non vnde responsa petuntur; sed ipsa Dei responsa: sed sic huic loco adaptari vix posset. Verum est tamen, Græcos *Logius*, appellare eos, qui futura prædicunt, vt Plutarchus, vbi in Latino legimus, Tyrrenorum vates, mutationem ostendebant significare prodigium, illud, quare sic rationale *Logion* diceretur, ac si fatidicū dicerent, siue futura prædicens. Inuenitur etiam scriptum *Logeion*, apud Septuaginta in hoc capite, & apud Philonem, & Hieronymum, quod nomen locum significat, vbi conueniunt consulentes, responsa desiderantes: & ab aliquibus rationale dictum est, quod contineret, quæ summa prudentia, & exacta ratione consideranda erant à summo Pontifice; nempe Vrim, & Thumim, & filiorum Iacob nomina. Additur autem dictio, iudicij, rationale iudicij. Quidam, quod sacerdos nunquam ius diceret in re graui, nisi super pectus rationale gestaret, R. Dauid, & qui Iosephum sequuntur, dictum sic putant,

Margin: Hieron. epist. 127. ad Fabiolam. — חשן λόγιον. — Hieronym. ... q. 115. in Exod. — λόγιον. λογικον. — Ioseph. 3. antiq. cap. 9. — λόγιον. Ruffinus. — λογίους. Plutarchus in Sylla. — λόγιον. — λογεῖον. Philo lib. 3. de vita Moysi, et 2. lib. de Monarchia. Hieron. in 3. cap. Oseæ. — R. David.

putant, quia per illud Deus doceret, quid faciendum esset, sic enim iudicij nomen in scriptura alibi scriptum reperitur, vt Psalm. 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, idest, id quod fieri oporteat. Alij vero, iudicij, esse dicunt, idest, memoriæ; quasi dicat: Memoriale filiorum Israel; maxime cum infra dicatur: Portabit Aaron iudicium filiorum Israel super cor suum: iudicium, idest, memoriam; sed certe iudicium ibi, pro rationali iudicij sumitur; Commodior tamen explicatio videtur, rationale iudicij dici; quod oporteret sacerdotē illud portare, quoties cōsuleret Dominum super iudicijs Israel, vt infra dicitur. Prima etiam expositio optima est, & tertia, si Hebræa vox memoriam vtcumque significaret, de facto enim certissimum est, memoriale filiorum Israel esse. De secunda vero expositione R. Dauid, quid veritatis cōtineat, videbimus, cum *Vrim*, & *Thumim*, idest, doctrinam & veritatem, iuxta Vulgatum, interpretabimur.

R. Dauid.

24 *Opere polymito, iuxta texturam superhumeralis.*] Quid per opus polymitum, & quæ textura fuerit superhumeralis, vidimus. Quod autem subditur; Et duplex: optime Hieronymus; ne facile, scilicet rumpatur, & fortius gemmarum pondus sustineret.

Hieron. epist. 127.

25 *Mensuram Palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine.*] Quadratæ igitur figuræ erat; & ne de palmi mensura dubitaretur, an quatuor digitorum, vt sæpe apud Latinos, an maior, ambiguitatem sustulit Hebręorum nomen *Zereth*, quæ est duodecim digitorum mensura, siue dimidium cubiti. Septuaginta, & Iosephus, *Epithama* dixerunt. Porro, rationale hoc implebat omnino lacunam; quam in superhumerali relictam ad hoc esse diximus, sicut rationale, quasi pars Ephod esse videretur: sic Iosephus: Quod ita quadrat, vt adamussim spatium illud circa pectus à texente relictum expleat.

זרת

Ioseph. 3. antiq. c. 8.

26 *Ponesque in eo quatuor ordines lapidum.*] Iuxta Hebræum est: Et implebis eum impositione lapidum, quatuor ordinibus lapidis. Septuaginta: Et texes in eo texturam, secundum lapidem quadriformem. Chaldæus: Et implebis in eo impletionem lapidis pretiosi, quatuor ordines lapidum pretiosiorum, vnus est omnium sensus; quasi dicat: Intexti erunt rationali lapides pretiosi duodecim, per quatuor ordines, ita scilicet, vt in singulis versibus terni lapides collocentur. Ex quo patet minorem fuisse distātiam vnius ordinis ab alio, quam distantiā lapidum vnius ordinis inter se. Porro, hos lapides non casu fuisse in rationali positos, cū Moysi optionem lapidum non dederit, sed mysterij causa, cum certos lapides signauerit, certumq. cuique locum dederit, satis certum videtur: mysteriumq. illud esse existimo, vt singuli virtute, & proprietate singulorum Patriarcharum, & posteriorum ex tribu illa, quorum nomina in ipsis sculpta sunt, facta referant, & eorum gestis respondeant: Sic sentire visus est Hieronymus, cum ait: Hos lapides in diademate principis Tyri, & in Apocalypsi Ioannis legimus capite 21. de quibus exstruitur cælestis Hierusalem, & sub horum nominibus, & specie virtutum, vel ordo, vel diuersitas indicatur, quod Sapien. 18. aperte innuitur, vbi dicitur: Et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant scripta: Quod quantum in me est, inuestigare conabor, maxime ex his, quæ Gen. 49. & Deuteron. 3 de illis scripta sunt.

Hieron. epist. 127.

27 *In primo versu erit sardius.*] Versum, pro ordine, vel linea ponit: In Hebræo est *Tur*, quod ordinem, siue lineam designat. Iam sardius, de qu Plinius, etsi cum sarda, vt vidimus, confundat, colore conspicitur rubro, verum subobscuro, vt siqu imaginetur terram rubram pellucere quidem, s subobscura offundi nubecula. Rubor ille, sed subobscura nubecula perfusus, dignitatem Ruben int fratres significat, de qua Gen. 49. Ruben primog nitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, m ior in imperio, subintellige, esse debueras; sed n becula superfusa est, vnde & additur: Principiū d loris mei, effusus es, sicut aqua. Quæ amplius e plicans, ait: Ascendisti cubile patris tui, & maci lasti stratum eius, alludens ad id, quod Genes. 3 scribitur: Abijt Ruben, & dormiuit cum Bala co cubina patris sui. sed de his videnda sunt scholia nostra, vt, quam apte hæc dicta fuerint; innotesca Porro, inter translucentes lapides, inquit Plini ibidem, nullus tardius suffuso humore hebetatu quam sardius, ita Ruben tardius, ac minus, qua reliqui fratres, suffuso inuidiæ humore hebetat est, idest, fulgorem suum amisit, cum de occidend Ioseph agebatur capite 37. Genesis. Reperiunt etiam, vt idem scribit, circa Ægyptum sardij, q bractea aurea sublinuntur, talemq. hunc fuisse v rosimile est, cum circa Aegyptum fuerint filij I rael, quo tempore hæc fiebant: Ita & Ruben, e in eo, quod foris apparebat, particeps fratricic videretur; tamen inferius bracteas aureas habeba quia charitatem fraternitatis in corde suo seru bat, & Ioseph incolumem cupiebat. Gen. 37.

28 *Et topazius.*] Omnibus eiusdem coloris ge mis pręfertur: amplissimam tradit Plinius, vt etia Arsinoę Philadelphi vxori statuam præbuerit qu tuor cubitorum in delubro aureo sacram. Hui duplicem differentiam constituunt, priorem *Pr soiden*, idest, porraceam, alteram *chrysopterin*, h est, ad filicis herbæ virorem inclinantem; est nan que filicis viror quam porri dilutior. Nec desun qui facto periculo audeant affirmare, quod man topazium habens, ab aqua buliente citra iactura eripi possit. In quo Simeonis adumbratur inden nitas, qui & in Sychimitarum facto, & Ioseph cu inter alios ipse manus conieciſſet, indemnis eu serit.

29 *Smaragdus.*] De qua & Plinius, viridiu gemmarum iucundissima; nullus namq. color ęqu placet, quod oculorū acies virore maxime demu ceatur, ideoque fit, vt nullis lumina nostra lapilli quam smaragdis plus oblectamenti consequantu Optima apud Scythas in altissimis montibus, in metallis aureis nascitur, vnde nō sine magno d scrimine, ac negotio solet adipisci: Scythicæ potio res, quamquam & in Britannia maiore, quam nu Angliam vocant, reperiri non ignobiles, auctor e Albertus Magnus. Lapis hic Iudam significat, q cęteris ciuilior, & in verbo efficacior fratribus sui & amabilior, & eius regiam potestatem adumbra & cum gemma hæc diuinæ naturæ similitudine in multis habeat, vt ex his, quæ Isidorus ex Plini

& Epi-

Digitized by Google

Epiph. lib. de duodecim lapidibus. Theoph. de lapidibus.

& Epiphanius,& Theophrastus scribunt: Congrue Iudæ tribum refert, ex qua natus est Christus Dominus,verus Deus,& homo;cui aptari potest,quod Theophrastus refert,olim in Cypro lapidem fuisse, cuius dimidia pars esset smaragdus, dimidia iaspis: & quidem in Christo, & diuina, & humana natura, in vno diuino supposito sunt.

30 *In secundo,carbunculus.*] Gemmarum omnium carissimæ sunt carbunculi, vt eadem sit illarum cum reliquis comparatio, quæ auri ad metalla quæuis analogia: carbunculos itaque (ab igniti carbonis colore ita vocatos) inter ardentes igneasque gemmas, supremam sibi vindicasse maiestatem, auctor est Plinius: Et quicunque de gemmis sermonem fecerunt, id confirmant: & licet in numerosas diuaricentur species (sunt namque qui Garamantici, Indici, Aethiopici, Alabandici nominantur, singuli scilicet à suæ generationis loco) selectissimi vero quidam, colore vehementer igneo, in modum ardentis prunæ translucent; ita tamen, vt extremus earum igniculus, in Amethisti violam desinere videatur, sed & per tenebras lumen diffundunt non iniucundum. Alij alba præcincti venula, qui coloris præstantia, atque illecebra, nullis alijs cedūt, quibus etiam familiare esse perhibent, inter ignitas prunas, seu mortuas lāguidasq. comparere, superessusa autem aqua carbonibus extinctis, è vestigio priori gratia, seu rediuiuo colore gloriabundos resplēdere, tanto naturæ miraculo, vt hinc carbunculi genus hoc præcipuū nōnulli reputent: hūc appyrotū nūcupari cōperio, quod ignem nō videatur sentire. Hunc sequitur, qui sandastros quibusdā, alijs Garamantites vocatus est, hunc in pretio magno à viris spectatis haberi certū est, quod præ alijs lōge vberius cælestes cōplectatur virtutes, syderūque concepisse similitudinem videatur: qua de re Chaldæis sacrum quibusdam æstimatum est. Modo carbunculus Dan tribuitur; propter eius tribum, cuius magna fuit fortitudo, quę ad ignis similitudinem vrbem Lais exussit Iud. 18. & maxime propter Samsonem, qui veluti ignis quidam in Palæstinos fuit. De huius tribus fortitudine scriptum est Deuteron. 33. Dan catulus leonis,&c.

Plin. lib. 37. cap. 7.

31 *Sapphirus.*] De qua Plinius,& Indiæ sunt, & Podiæ, à loco, scilicet, suæ generationis sic dictę, & cælesti colore conspicuæ sunt. Porro, earum, quæ apud Medos reperiuntur, supremam sibi maiestatem vendicant, quæ serenissimi, vernique cæli colorem efferentes, cęruleæ conspiciuntur, & ceu transfusas nubeculas (immista etiam leui quadam purpura) repræsentant, vt videlicet sulphuris primum accensi colorem referāt, aureis insuper punctis colluceant scintillentque; ita tamē, vt visus aciem materiei crassitie retundant, vt & admotarum rerum imaginem speculi instar minime reddant, supremā olim sapphirum auctoritatem habuisse, & apud diuos gratiam, ipsa perhibet antiquitas, tam quippe dijs, Phœbo maxime, gratam hanc gemmam causantur, vt tum præcipue sua huic sacra placuisse creditum sit, cum inter hæc sapphirum (tamquam videlicet concordiæ signaculum) etsi non citra fastum superstitionemque ostentarent. Qua de causa Pontificibus in primis, deinde etiam Regibus, summis denique viris, præ cæteris dignam, ob propemodū diuinas illius facultates, philosophi iudicarunt. Indicat cælestes mores aliquorū, qui de tribu Nephtali fuerunt, vt Psalm. 67. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephtali. Aurea puncta pulchritudinis eloquia præseferunt, de quo Gen. 49. Nephtali ceruus emissus,& dans eloquia pulchritudinis: de quo scholia nostra in illum locum consule.

Plin. lib. 37. cap. 10.

32 *Et iaspis.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: Hebraice Iahalom, aliqui adamantem verterunt, putantes descendere à verbo *Halam*, quod percutere, quassare, & excidere significat; eo quod alias gemmas durissimas diuidat, & frangat, perforetque vnionem, seu margaritam. Quam lectionem sequitur quidam magnus Rabinus Hispanus, teste R. Abraham. Sed nos sequimur Vulgatum, cum Septuaginta, & Chaldæo. Porro, iaspidis (de qua Plinius) plura ab auctoribus enumerantur fastigia; ea tamen quæ apud Indos nata, gramatias, alijs polygramos vocata est, quęque virens smaragdo quadātenus similis pellucet (vt & hinc sola substātiæ crassitudo ab hoc desciscere, fere videri possit) supremam obtinuit maiestatem. Ab hac vero diuersa multum Cypria visitur, colore glauco, substantia pingui: Gallis iaspis alba dicta. Persica æri similis, Acrizusa nominata conspicitur. Thermodontiaca autem iaspis, cęrulearum optima est. Cappadox, ex purpureo cęruleum refert in materia opaca, ideoque non fulget. Phrygia ruboris nonnihil amisit. Thrasica Indicæ æmula. Chalcidica turbulenta, ac variæ multum substantiæ, omnium minime iucunda: Cunctarum vulgo præstātissima est, quæ purpuræ quidpiam complectitur. Secundū habet locum, quæ roseum quoddam nacta est. Tertiam obtinet dignitatē, quæ smaragdum. Quartam, quæ autumnale, matutinum, serenumque cælum imitatur. His optime respondet, quod de Gad Deuteronom. 33. legitur: Benedictus in latitudine Gad, quasi leo requiescit, cepitque brachium & verticem.

יהלם הלם

R. Abraham.

Plin. lib. 37. cap. 8.

33 *In tertio Ligurius.*] Sic Septuaginta,& Chaldæus. Hebraice est *Lesem*, Plinius vocat lincurium, & sic vertit Galenius in translatione Iosephi, Rufinus vero, vt apud Græcum, ligurium; Etenim lyncurium apud Latinos non est gemma, sed succinū, aut electrum. Videndus est Plinius eo loco. De hoc sanctus Hieronymus inquit: Satis miror cur hyacinthus pretiosissimus lapis in horum numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine lyncurus: Scrutans eos, qui de lapidum scripsere naturis, atque gemmarum, lyncurum inuenire non potui: Et certe deprauatus videtur Hieronymi textus, vt pro lygurio, sit lyncurius: forsan carbunculi genus est in liguria, de quo Plinius cap. 7. inde ligurius gemma dicta sit, cuius color igneus,& aquis perfusa exardescit. Aser integritatem in bonorum copia fulgentem indicat. Gen. 49. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus. Et Deuteron. 33. Benedictus in filijs Aser, sic placens fratribus suis,& tingat in oleo pedem suum, &c. ascensor cæli auxiliator tui.

לשם

Plin. lib. 37. cap. 3.

Hieronym. epist. 127.

Plin. lib. 37. cap. 7.

34 *Achates.*] De qua Plinius, & Isidorus, & quidem maximam tempus auctoritatem ademit achatæ, non quod viribus minus quam antiquitus polleat, sed quod copiosior sit: qua enim occasione solet in rebus humanis elationem, fastumque raritas adferre, eadem etiam multitudo, & crebrior familiaritas contemptum parere cōsueuit. Plinius

Plin. lib. 37. cap. 10. Isid. 16. Etym. cap. 10.

auctor

auctor est, Pyrrhum Epirotarum Regem achatem habuisse, nouem musis cum Apolline, citharam manu tenente insignem, nulla arte, sed sola naturæ solertia, ac virtute, sponte maculis ita discurrentibus, vt musis quoque singulis sua redderentur insignia. Cæterum, omnem achatem venenis pestiferis araneorum, & scorpionum ictibus aduersari, ac facundum præstare adstruunt. Tribuitur Issachar tribui, quę peccatorũ, ac idololatriç veneno restitit; immo & peccatores ad iustitiam vocauit. Deuteron. 33. Lętare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis; populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ, idest, tantæ pietatis erunt, vt ad templum vocent alios, & victimas Deo gratissimas immolent.

Plin. lib. 37. cap. 9. 35 *Et Amethystus.*] De qua Plinius: Præcipue inter violaceas gemmas, amethysto laus, & auctoritas, Indicę supremam sibi vendicarunt maiestatem, post has Arabicæ, Armeniacæ, Aegyptiæ, & quæ in Galatia reperiuntur. Absolutissimam purpuram Indicæ repræsentant, inter quas eæ quidem præcellunt, quæ, veluti ex carbunculo irradiantis osei cuiusdam nitoris, iucundam anhelationem effundunt. Aristoteles auctor est, amethystum vmbilico admotum, à crapula, & ebrietate furentem vendicare. Sunt qui grandinem auertere, & omnia prospera inuitare illum tradant. In quo Zabulonicis, vitiorum, & idololatriæ ebrietati medentibus, similis est, iuxta illud Deuteronomij 33. Populos vocabunt ad montem, ibi inmolabunt victimas iustitiæ.

תרשיש 36 *In quarto Chrysolitus.*] In Hebræo est *Tharsis*, quem Vulgatus hic Chrysolitum, & Cant. 5. hyacinthum transtulit, cum ait: Plenæ hyacinthis. De quo Plinius, & Isidorus: selectissimarum India nutrix, quæ quadamtenus cæruleæ sunt, marinæ aquæ virorem ita præseferentes, ut aurum in collatione quadam, veluti argenti facie cogantur albicare. Datur Ephraim; propter regiam potestatem, quam eius tribus habuit in Ieroboam, & eius posteris, & quod quasi mare multiplicatus sit: Genesis 49. & semen illius crescat in gentes. (Plin. lib. 37. cap. 9. Isid. 16. Etym. cap. 4.)

Plin. lib. 37. cap. 6. 37 *Onychinus.*] De quo Plinius, & nos supra in hoc capite egimus, ab humani vnguis similitudine carni impositi sic dictus: Venustatem morum, & candorem Manasse signat, in quo parentem suum Ioseph fuit imitatus.

ישפה 38 *Et beryllus.*] Sic Septuaginta, & Chaldęus, & iuxta Hebræum sic vertunt, licet Hebraicum nomen hic positum *Iasphe*, iaspidi conformis videatur appellatio. De beryllis agit Plinius: Illorum Indię parens est, ita vt raro alibi oriantur, estque vna ex virentibus lucidisque gemmis: probatissimæ sunt, quæ limpidi maris virorem proxime referunt: sculpuntur singulæ forma sexangula; quo color alioquin hebes & languidus excitetur repercussu, vix namque aliter politæ fulgent. Aduersus hostium iniurias, & ad animorum maxime inter ipsos coniugatos conciliationem prodest. Deuteronomij 33. Et Beniamin amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. Idest, in eo, quasi in thalamo suo, Dominus confidenter habitabit, & ad conciliandos fratres Ioseph multum eius præsentia profuit: Et Beatus Paulus, qui de tribu Beniamin, laboribus expolitus vndique maxime refulsit, fulgoremque suum mundo manifestauit.

39 *Inclusæ auro erunt per ordines suos.*] Iuxta Hebræum: Constricti autem erunt in plenitudinibus suis, idest, in palis, quas replent. Septuaginta: Circumtecti auro, & colligati in auro sint per ordinem eorum. Quæ omnia idem sunt cum litera nostra, idest, sicut in annulis, sic inclusi erunt auro per ordines suos, idest, prædictis ordinibus in rationali constitutis.

40 *Habebuntque nomina filiorum Israel.*] Iuxta Hebræum: Et lapides eorum cum nominibus filiorum Israel duodecim. Septuaginta: Et lapides sint ex nominibus filiorum Israel duodecim, secundum nomina eorum. Chaldæus: Lapides autem erunt duodecim, iuxta nomina filiorum Israel. Omnes istæ tres editiones exprimunt duodecim fore lapides, iuxta totidem filiorum Iacob nomina, quod & in sequentibus Vulgatus etiam exprimit. Prædictis tamen verbis tantum dicit, filiorum Iacob nomina debere esse in lapidibus: ex quo forsan & subintelligi volunt, duodecim fore, sicut & filiorum Iacob nomina.

41 *Duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum, per duodecim tribus.*] Iuxta Hebræum est: Secundum nomina ipsorum, sculpturis sigilli, singuli cum nomine suo, erunt duodecim tribus. Septuaginta: Sculpturæ sigillorum, cuilibet secundum nomen, sint in duodecim tribus. Chaldæus: Sculpti sculptura distincta, sicut sculptura annuli, singuli lapides per nomina singulorum erunt, per duodecim tribus. Cælaturæ modum expresserunt istæ tres editiones, scilicet, sculpturis sigilli, quæ Vulgatus tantum subintelligi voluit in reliquis: Vnusque est omnium sensus, sed in verbis Vulgati expressior & clarior; quasi dicat: Licet duodecim sint nomina, singuli tamen lapides, singulis filiorum Iacob nominibus cælabuntur: non sicut in superhumeralis onychinis, in quorum vnoquoque sena eorum nomina sculpta erant. Porro, Leui nomen non fuit inter prædicta sculptum, vt auctor est Iosephus: His, inquit, sculpta filiorum Iacob nomina. Et capite 11. ait: Pro Leui autem, elegit inter auctores tribuum, Manassen, Iosephi filium, & Ephraim, pro Iosepho; hos enim Iacobus in adoptionem à Iosepho impetrauerat, &c. Atque idcirco Ephraim, & Manasses, filij etiam vocantur Iacob, & vt filij Iacob acceperunt hereditatem; quoniam ipse Iacob, Genes. 48. dixerat: Ephraim & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi; reliquos autem, quos genueris, tui erunt. Nec propterea Leui in obliuione inter sacra fuit; quoniam ipse Pontifex, & omnes Sacerdotes, & Leuitæ erant ex tribu Leui, & eam repræsentabant, & licet primum pro se orarent, vt Paulus innuit, tamen tales in hoc futuros volebat Dominus, vt ipsi potius pro alijs orarent, quam alij pro ipsis. (Ioseph. 3. Antiq. c. 8. & 11.) (Heb. 7.)

Digitized by Google

e f g
i. circuli cum circulis cohærentes vel fila aurea, cum alijs filis contorqueantur.
a b c d e f g h i K l m n
Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo : & duos annulos

g
i. extremitate superiori.
a b c d e f g h i K l m n
aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate : catenasq. aureas iunges annulis, qui sunt

a b e K
i. angulis, seu potius in oris, quæ sunt penes angulos. *s. rationalis.* *qui sunt in palis aureis supra humeros.*
a b c d e f g h i K l m
in marginibus eius : & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque

a c d e
i. humero. *vtpote in anteriori parte Ephod situm.*
a b c d e f g h i K l m n
latere superhumeralis quod rationale respicit. Facies et duos annulos aureos, quos pones in

a c f g h f g h i K l m a
i. extremitatibus inferioribus. *s. versus latera, non versus cincturam Pontificis.* *i. in ea parte, quæ est immediate supra lacunam. erat enim rationale duplex, vt diximus.* *i. à latere, non subtus: vel est repetitio, & per posteriorem, intimam faciem superhumeralis intelligit.*
a b c d e f g h i K l m
summitatibus rationalis, in oris, quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius

m n o
i. ex vtraque parte posterioris epomidis.
a b c d e f g h i K l m n o
aspiciunt. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere

b c d e f g h g l
i. versus baltheum, supra ipsum tamen. *repetitio est eius, quod dixerat: deorsum.* *s. rationalis, vbi alij duo annuli.* *s. rationale.*
a b c d e f g h i K l
superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit

d i
ne scilicet defluat. *correspondentibus.*
a b c d e f g h i k
cum superhumerali, & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis

a b c d e f g
secundum Hieronymum & catenis aureis. *i. sic apte rationale capacitati lacunæ appositum, vt vnum opus, & vna textura vnius indumenti videatur, cum Ephod.*
a b c d e f g h i K l m
vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à seinuicem rationale & super-

b c h i K l
s. nisi laxentur fimbria, & catena. *i. Iacob.* *sculpta in lapidibus, qui in eo sunt.*
a b c d e f g h i K l
humerale nequeant separari. Portabitq. Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij

b d e f g k l
sub. & cor. *ad litandum, vel consulendum Dominum super iudicijs Israel, & orandum pro illis.* *i. in monumentum, & memoriam illorum.* *i. quotiescumque coram Domino illa veste indutus apparebit.*
a b c d e f g h i k l
super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

SCHOLIA.

42 *Facies in rationali, catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purißimo.*] Iuxta Hebræum est: Et facies in pectorali catenas termini, opere plectili, ex auro mundo. Catenas termini, idest, terminatas, & præfinitæ magnitudinis, quales, iuxta terminos, scilicet, annulos rationalis, & superhumeralis, esse oportebat. Plectile, idest, tortile, quale est funium. Septuaginta: Et facies super rationale catenas connexas, opus catenarum ex auro puro. Chaldæus: Facies in rationali catenulas sibi inuicem cohærentes, opere fimbriarum, auro mundissimo. Fimbrias, quod vulgo Trenas. Itaque quod Vulgatus, & Chaldæus dicunt: Sibi inuicem cohærentes, & Septuaginta: Connexas; non sic accipiendum, inquit Hugo de sancto Victore, quasi vna catena alteri cohæreat; sed facturam catenæ denotat, in qua circuli cum circulis cohærent, vel fila cum filis contorquentur, quod, iuxta Hebræum, plectile opus dicitur. *Hugo de S. Victor. in Exod.*

43 *Et duos annulos aureos.*] Iuxta Hebræum est: Et facies in pectorali duos annulos aureos. Chaldæus: Et facies super rationale duos annulos aureos; sed Vulgatus tacuit verba illa: Et facies in rationali, seu pectorali, quia aperte subintelliguntur; immo postea satis exprimit.

44 *Quos pones in vtraque rationalis summitate.*] Iuxta Hebræum est: Et pones ambos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. Chaldæus: In duobus lateribus rationalis. Septuaginta: Super vtraque initia rationalis: Et quidem dictio *Pezoth*, & extremitates, & summitates, & latera verti potest; sed sensum optime Vulgatus per summitates expressit; vt enim inquit Beda, duo annuli erant in duobus superioribus angulis rationalis. *בצות* *Beda lib. 3. de Tabernaculo.*

45 *Catenas aureas iunges annulis, qui sunt in marginibus eius.*] Iuxta Hebræum est: Et pones duas catenas aureas in duobus annulis, in extremitatibus pectoralis. Chaldæus: Et pones duas fimbrias aureas in duobus annulis, in lateribus rationalis. Septuaginta: Et impones catenas, & catena auri super duos annulos, super vtraque latera rationalis. Sensum Beda expressit, dicens: Duo erant annuli in duobus rationalis angulis sursum. Et subdit: E quibus pendebant duæ catenæ aureæ, quæ tempore induendi inserebantur vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. Et Iosephus scribit: Alios duos maiores annulos in extremitate rationalis, quæ respicit ad collum, eminentes è textura fecerunt, qui suscipiebant catenas aureas opere plexili, venientes per fistulas quasdam, ad extremitates humerorum. *Ioseph. 3. antiq. c. 8.*

46 *Et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis, in vtroque latere superhumeralis, quod rationale respicit.*] Vncinos intelligit, qui adhærent palis duorum lapidum onychinorum. Iuxta Hebræum est: Et duas extremitates duarum catenarum pones in duabus palis, & pones in oris superhumeralis, contra faciem eius, scilicet, rationalis: quasi dicat: In palis, quæ sunt versus anteriorem partem Ephod. Septuaginta: Et duo latera duarum catenarum impones super duas connexiones. Connexiones forsan vocant extrema, quibus super humeros coniunguntur duę Ephodis partes, anterior, & posterior. Chaldæus: Et duas fimbrias, quæ sunt in duobus lateribus eius, pones super duos vncinos. fimbrias vocat catenas. Sensus est, copulandas esse illis duobus annulis, qui erant super humeros, versus anteriorem partem Ephod, vt scilicet rationale, & superhumerale mutuo nectерentur fortius, quam per hyacinthinas fimbrias; quod Iosephus sic describit: Venientes catenas ad extremitates humerorũ, quarum catenarum summitas ascendens, reducitur post tergum, & circulos, qui est à tergo, in Epomidis fimbria connectitur. id; quod præcipuè sustinet Ephodem, ne quo pacto defluere possit: quæ omnia in sacro textu non sunt expressa, sed tantum meminit, quomodo in vncinis, qui in anteriori parte Ephodis erant super humeros, catenæ insererentur: quod autem addit Iosephus, verosimile videtur, ne si catenæ anteriori parti Ephodis innicerentur, pondere inclinaret; ideo & annulis, qui versus tergum erant, inserebantur etiam catenæ, quo fortius, absque Ephodis vitio, rationalis, & lapidum pondus subsisteret, & à suo loco, scilicet lacunula, non demitteretur. *Ioseph. 3. antiq. c. 8.*

47 *Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, & in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt.*] Iuxta Hebræum est: Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duabus extremitatibus pectoralis, in ora eius, quæ est in latere superhumeralis intrinsecus. Itaque summitates Vulgatus posuit pro extremitatibus: quod autem dicit: Et in oris, quæ è regione sunt, superhumeralis, idest, in ora interiori rationalis, quæ contingit superhumerale. Quod vero dicitur: Et posteriora eius respiciunt: Iuxta Hebræum, vt vidimus, est: Intrinsecus. Sic Septuaginta, & Chaldæus: Ita vt posteriora eius, idest, superhumeralis; cum enim non versus infimam partem, sed à latere rationalis essent, respiciebant posteriorem superhumeralis partem, cui coniungi deberent: ad quem vero vsum fuerint annuli isti, sequentibus constabit: etenim annuli isti habebant contra se in vtroque latere superhumeralis, æque, annulos alios, quibus ipsi vittis ligantibus inngerentur, vt Beda aduertit: de quo in textu sequitur. *Beda lib. 3. de taber.*

48 *Necnon & alios duos annulos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis, deorsum.*] Iuxta Hebræum est: Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duobus lateribus superhumeralis inferne. Septuaginta: Et impones eos super vtrosque humeros superhumeralis ab infra eius. Chaldæus: Et pones eos in duobus humeris superhumeralis inferius. Septuaginta, & Chaldæus, humeros superhumeralis latera vocant: Quod autē in litera nostra dicitur: Deorsum, intellige pro posteriori parte superhumeralis, idest, in Epomide; quæ tergus, siue posteriorem partem tegit.

49 *Quod respicit contra faciem iunctura inferioris, vt aptari possit cum superhumerali.*] Iuxta He-

bræum est; è regione faciei eius, contra coniunctionem eius, supra baltheum, super humerulos. Quod dicitur: Supra baltheum, idest, in tali parte, quæ maneat supra baltheum; cum superhumerale illo cingeretur: Quod autem dicitur in litera nostra; Vt aptari possit, subintellige, rationale: & sic fit vnus sensus vtriusque editionis, licet in vna aliquid exprimatur, quod non in alia: Estque sensus, vt in posteriori parte superhumeralis; inferius tamen, supra baltheum cum cingendum sit, duo annuli sint, correspondentes duobus alijs annulis positis in inferiori parte rationalis, in vtroque latere eius, per quos rationale, & superhumerale constringi possint in vtroque Pontificis latere, sicut statim subditur.

50 *Et stringatur rationale annulis suis, cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina.*] Iuxta Hebræum est: Et iungent. Chaldæus; & Stringent. Sunt qui iuxta vim verbi Hebraici legant: Et eleuet rationale de annulis suis, ad annulos superhumeralis. Sed prædictæ editiones cum nostra concordant; Et Septuaginta, qui legunt: Et constringes; ad hoc enim eleuari deberent, vt firmiter stringerentur ad inuicem, ne quid deflueret. Porro, pro vitta, in Hebræo est *Phetil*, Iuxta Hebræum legitur: Filo, quod nos vulgo *Cordon*, sed cum Vulgato, & Chaldæo legitur: Vitta. פתיל

51 *Vt maneat iunctura fabrefacta.*] Iuxta Hebræum; Vt sit super baltheum superhumeralis. Sic & Chaldæus; at Septuaginta contexturam vertunt, & certe, licet subintelligi possit ex dictis, quod de baltheo Chaldæus exprimit, tamen cum hic sit dictio *Chescb*, de qua supra, & texturam significet, & intelligi possit de omni textura superhumeralis, & balthei, cum vna fuerit, siue similis, tamen cum Vulgato, sensum horum verborum puto, sic aptari debere rationale cum superhumerali, vt replens rationale lacunam, non excedat, neque deficiat, sed sic iunctura eius cum superhumerali maneat, vt contextura totius operis, quasi vna videatur, & vnicum appareat indumentum eiusdem texturæ. חשב

52 *Et à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari.*] Iuxta Hebræum est: Et non separetur pectorale à superhumerali. Chaldæus: Non auferatur. Septuaginta: Vt non defluat. & quidem verbum *Zachach*, & leuare, & separare significat, & vtraque significatio huic loco quadrat, & subintelligi debet, ita vt firmiter coniungatur, nec separetur, nec defluat. Horum omnium sensum optime Hieronymus expressit, cum ait: Per quatuor rationalis angulos, quatuor annuli erant aurei, habentes contra se in superhumerali, alios quatuor, vt cum appositum foret *Logion*, in loco quem in Ephod diximus derelictum, annulus veniret contra annulum, & mutuo sibi vittis copularentur hyacinthinis. Porro, ne magnitudo & lapidum pondus, contexta stamina rumperet, auro ligati erant, atque conclusi: nec sufficit hoc ad firmitatem, nisi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem, fistulis aureis necterentur, & deorsum alios duos; nam post tergum, in superhumerali contra pectus & stomachum, ex vtroque latere erant annuli aurei, qui catenis cum rationalis inferioribus annulis iungebantur, atque ita fiebat, vt astringerentur & rationale superhumerali, & superhumerale rationali, vt vna textura contra videntibus putaretur. Cæterum quod Hieronymus de fistulis, & de catenis aureis per inferiores circulos dicit, in sacro textu non exprimitur. Iosephus de fistulis meminit, & vittas cum auri filis fuisse dicit; non tamen meminit de aureis catenis & per inferiores circulos immittendis. זחח Hieron. epist. 127. λόγιον. Ioseph. 3. antiq. cap. 8.

53 *Super pectus suum quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.*] Iuxta Hebræum est: Super cor suum. In Hebræo est *Libbo*, vnde pectus, hic Vulgatus pro corde posuit, quantum enim ad situm, in idem redit. Porro, quod sequitur: Memoriale coram Domino; dictio *Lezicearon*, & memoriale, & memoriam, siue monumentum verti potest. Quod autem dicitur: In æternum, iuxta Hebræum est, iugiter. In Hebræo *Tamid*, idest, iugiter, siue semper, vel æternum, hoc est, semper, quando ingredietur sanctuarium, gestabit super pectus & cor memoriale iudicij, vt scilicet, Deus sit memor duodecim patriarcharum: vel, vt ipse Aaron, cum erit coram Domino, sit memor duodecim patriarcharum: sed conuenientius puto, vt sit filiorum Israel memor Pontifex in suis orationibus, & libaminibus, & cum Dominum consulet. לבו לזכרן תמיד

d *sic dicto; quod super pectus sacerdos, consulturus Dominum super iudicijs Israel, gestaret.*
f g h *i. lapides perfectos, & auro inclusos ac ordinatos, vt symbolum reuelationis, quam docebit Deus, & vera erit, nec anceps, et non sicut responsa oraculorum gentium.*
m *i super pectus.*

a b c d e f g h i k l m
Pones autem in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore

d e *i. tabernaculo, in quo arca, & propitiatorium, in testimonium præsentia Dei.*
g *i. Aaron.*
h *i. rationale iudicij.*
i K *i. quod gestat ad consulendum Dominum, super iudicijs filiorum Israel.*

a b c d e f g h i K
Aaron, quando ingredietur coram Domino: & gestabit iudicium filiorum Israel

Digitized by Google

b c e f g
i. super pectus suum. *i. iugiter, quoties, iuxta legis dispositionem, intrabit sanctuarium.*
a b c d e f g
in pectore suo, in conspectu Domini semper.

S C H O L I A.

54 *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem.*] Quare rationale iudicij dictum sit, vidimus, quod scilicet Pontifex super iudicijs Israel, cum Dominum consuleret, gestare oportebat illud supra pectus suum. Quod vero subditur: Doctrinam & veritatem pones: Quid sibi hoc velit, vel in quali re, vel metallo poneretur super rationale, inquit Augustinus, inuenire difficile est: Et quidem in Hebræo, pro doctrina & veritate, est, *Vrim*, & *Thumim*; *Vrim*, ab *Or*, quod illuminare, seu lucere significat, descendit, & plurale est dictionis *Vr*, quare illuminationes interpretari posset, & luces. Altera vox à *Thamam*, verbo quod complere, perficere, seu immaculatum esse significat. Iam de his obscure loquitur Philo, & ait, loquendo de rationali: Quapropter duas ei supradictas virtutes attribuit, reuelationem atque veritatem: & supra dixerat de eodem rationali: Id erat quadrangulum duplicatum, pro basi destinatum, ferendis duabus virtutibus, reuelationi veritatique. & alibi ait: Id rationale, geminus textus variat, quorum alter claritas appellatur, alter veritas. Iosephus vero, cum de Pontificis vestibus ageret, nihil de *Vrim* & *Thumim* dixit: Et cap. 9. sequenti, ait: Nunc illud succurrit, quod in mentione sacerdotalis ornatus omissum non oportuit, nam & vestis, omnem, sub prophetiæ prætextu, imposturarum occasionem ademit his, qui illa vtebantur, liberumque Deo, vel adesse sacerdotibus, vel nō omnibus, & popularibus demonstrauit, & exteris, siqui forte huic spectaculo interuenirent. Et post hæc recenset Iosephus, quod de onychinis, qui super humeros erant, ex ipso nos supra retulimus. & deinde subdit: Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum, per duodecim gēmas, quas in pectore Pontifex insutas *Esseni* pro *Hosseni* gestabat, in bello victoriam prænunciare Deus solebat; nam priusquam exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facile innotesceret, adesse Deum, opemque & auxilium suum inuocantibus esse allaturum: quapropter Græci, quotquot à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari non possit, *Essena* pro *Hosena*, vocāt *Logion*, hoc est, oraculum. Desijt tam *Essen* pro *Hosen*, quam sardonix, fulgorem emittere, annis ducentis antequam hæc commentaremur, irato Deo, propter legum suarum præuaricationem: de quo alias opportunius dicetur. Hactenus Iosephus. Porro, varias de hac re sententias referre placet, quod difficilis, & ardua sit. Quidam ex loco illo Leuit. 8. Aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas: Vbi iuxta Hebræum legitur: Et posuit in pectorali *Vrim*, & *Thumim*, Colligunt ad actionem induendi Pontificem pertinere, & cum rationale textum esset, & catenis firmaretur, vtique rugas aliquas habere potuit, multasq. obliquitates, quare sic accommodari oportebat, vt secundum omnes sui partes pateret, & rursum, vt secundum omnes sui partes cōmēsurationem haberet ad alias Ephod partes, quę duo per *Vrim*, & *Thumim* designantur, vt sit sensus: Dabis ad rationale *Vrim*, idest, luces; quasi dicat: Vt omnes illius partes clare luceant, & pateant, nullaque ruga obtenebrentur. Et *Thumim*, idest, perfectiones; quasi dicat: Vt totum, & quælibet eius pars ita commensuratiue ad omnia se habeat, vt perfectam dispositionem commensuratione ad alias Ephod partes habeat: & quia duæ istæ conditiones mistice alias duas repræsentant in Pontifice, veritatis cognoscendæ, & iuxta cognitam veritatem, quando, & vbi, & cui oportet ius discernatur; ideo subditur: Quod portabit Aaron iudicium filiorum Israel super cor suum. Hæc expositio à viris de sacris literis benemeritis laudatur, vt germana huius literæ. Secunda expositio est, quod *Vrim*, luces flammas, & illuminationes importet: *Thumim* vero perfectiones & completiones, à *Thamam*, quod est perficere, & complere: per *Vrim*, idest splendores, lapides ibi fulgentes & rutilantes intelliguntur, qui in rationali erant; per *Thumim*, completus numerus lapidum, & loca lapidibus impleta: Pones igitur *Vrim*, & *Thumim*, idest, completos, & perfectos lapides, vt sit repetitio eius, quod dixerat de lapidibus: vnde etiam & lapides plenitudinum, vt vidimus, aliquando dicti sunt, idest, *piedras engastadas*, & quod pectorale impleant. Quod autem Num. 23. dicitur: Consulet in *Vrim* sacerdos, idest, Dominum consulet, habens in pectore rationale iudicij. & confirmant, quia nec in isto capite, nec infra 39. in quibus de vestibus agitur, vlla fit mentio in rationali, quam de lapidibus, & duplici textura, circulis, & catenis. Tertia expositio est Hugonis de sancto Victore, qui dicit, Hæc nomina *Vrim*, & *Thumim*, scripta fuisse in textura rationalis, idest, doctrina & veritas. Hinc & sortes, quibus antiquitus ad iudicium veritatis vtebantur, *Vrim*, & *Thumim*, dictę sunt, erantque characteres inscripti diuersis literis, quibus proiectis, ex iunctura litterarum desuper apparentium, quid faciendum, siue vitandum foret, vero iudicio monstrabatur: Quæ expositio Augustino non displicuit. Est & quarta expositio R. Salomoh, apud Hebręos non vulgaris nominis, qui putat, inter rationalis plicas scripturam fuisse nominis tetragrammaton, dicique *Vrim*, & *Thumim*, quod sacerdotem illuminaret, doceretque viam rectam prosequi, & vt sciret, quid ei foret dicendum: Hoc autem nomen *Iehoua*, Trinitatis mysterium continet, vt veteres Iudæi, qui Christum præcesserunt, in suis traditionibus dixerunt; nam per *Iod*, intelligitur pater, qui est principium, & origo rerum omnium: per *He*, filius, per quem omnia, quę facta sunt, esse cœperunt, per *Vau*, quæ est coniunctio copulatiua, Spiritus sanctus, qui est amor & nexus vtriusque, ab vtroque procedens: Geminatur autem *He*, propter duplicem naturam, quæ est in Christo. Hoc autem nomen *Iehoua*, dicebatur ab Hebræis nomen

Marginalia (left): *Aug. q. 117. in Exod.* אורים טומים אור תמם — *Philo lib. 3. de vita Moysi.* — *Philo lib. 2. de Monarchia. Ioseph. 3. antiq. cap. 8.* — λόγιον. — אורים תמים

Marginalia (right): אורים תמים אורים תמים — אורים תמים תמם — אורים תמים — *Hugo de s. Victor. in Exod.* אורים תמים אורים תמים — *Aug. q. 117. in Exod.* — אורים תמים — יהוה — ה — ו — יהוה

Digitized by Google

expositum, seu declaratum, aut nomen quod exponitur: exponebatur autem ab eis per nomen duodecim literarum, quod Latine sonat Pater, Filius, & Spiritus sanctus: Item per nomen quadragintaduarum literarum, quod Latine sonat, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus est, tres in vno, & vnus in tribus: idest, tres personæ in vna deitate, & vnus Deus in tribus personis: hæc autem scriptura dicebatur *Vrim*, & *Thumim*, idest, illuminationes, & perfectiones, quod ex huius Trinitatis intellectu mens illuminetur & perficiatur. Hæc fere omnia ex R. Salomoh. Nec desunt alij Rabbini, qui ideo illuminationem, & perfectionem dicant Dominum iussisse in rationali scribi, vt admoneretur Pontifex, oportere eum summa esse doctrina præditum, quæ lumen & illuminatio sæpe in scriptura dicitur, & morum summa integritate. Est & quinta expositio, eorum, qui Iosephi verbis innitendo, pro certo affirmant, *Vrim*, & *Thumim*, esse duodecim illos lapides, qui in rationali erant, quatenus per eos Deus futura solebat prænunciare, & respondere de agendis, sicut & de propitiatorio responsa dabat: quod confirmant primo ex eo, quod in hoc capite, & infra capite 39. cum de vestibus Pontificis exacte tractaretur, nihil de *Vrim*, & *Thumim* & Iosephus 3. antiquit. cap. 8. & 9. quasi nihil prætermissum in his, quæ ad vestes pertinerent, solum addidit, quod per lapidum splendorem, euentus belli innotesceret: & sanctus Hieronymus, in his, quæ ad *Vrim*, & *Thumim* pertinent, non vt nouam vestem, aut vestis partem, sed ad rationes mysticas cum origine recurrit, quod & ex locorum scripturæ collatione ostendere conantur, nam Numeri 27. iubetur Iosue successor Moysi sisti coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine. Deinde sequitur: Pro hoc, siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum: pro quo ex Hebræo est: Et interrogabit illi, idest, pro illo in iudicio, *Vrim*; quasi dicat: Consulet Pontifex *Vrim*, idest, per lapides rationalis; sic enim pontifices consulebant pro Regibus, & ducibus suis: Inde Achimelech cum obiurgaretur à Saule Rege, quod pro Dauid consuluisset Dominum, 1. Reg. 22. ait: Num hodie cœpi pro eo consulere Dominum? & cap. 23. quod cum Dauid rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod, & ait Dauid: Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? &c. Et dixit Dominus: Tradent, &c. & capite 30. Et ait ad Abiathar sacerdotem: Applica ad me Ephod, & applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominum, dicens: Persequar latrunculos hos? &c. Dixitque Dominus: Persequere, &c. Hoc autem dictum esse de Ephod, propter rationale, quod in illo erat, certum est ex alijs Scripturæ locis, & primi Regum capite 28. vbi dicitur: Neque per sacerdotes: Iuxta Hebræum est: Neque per *Vrim*, & Esdræ secundo: Donec surgeret sacerdos doctus, atque perfectus: Iuxta Hebræum est. Donec stet sacerdos ad *Vrim*, & *Thumim*. Septuaginta: Illuminantibus & perfectis. Et Nehemiæ 7. Donec staret sacerdos doctus & eruditus. Iuxta Hebræum est: Donec stet sacerdos ad *Vrim*, & ad *Thumim*. Septuaginta: Illuminationibus & perfectionibus, siue ad illuminationes, & perfectiones. Hinc summa Pontificis dignitas indicatur, cum illi dati dicuntur, *Vrim*, & *Thumim*, Vt Deuteronomij 33. Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua, viro sancto tuo, quem probasti in tentatione: Iuxta Hebræum est: *Vrim*, & *Thumim* tui viro sancto tuo, &c. Septuaginta: Date leui manifestationes eius, & veritatem eius. Hinc Leuitici 8. non commemorantur gemmæ rationalis; sed *Vrim*, & *Thumim*: Aptauit, inquit, rationali, in quo erat doctrina & veritas. Aduertendum tamen est, fateri etiam, qui hanc expositionem tuentur, non solum per lapides Deum futura prædicere, sed quandoque per sacerdotem loquentem, & singula explicantem; qui tamen Pontifex, ad præsentiam rationalis, & sacrarum gemmarum, spiritum prophetiæ accipiebat: sicque intelligunt: sic interpretantur aliqua præcitata loca, vt 1. Regum capite 22. & 28. & Numeri 27. & hoc, vt sacerdotalem, seu Pontificiam dignitatem commendaret. Denique, quod hoc loco dicitur: Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem: repetitionem esse dicunt eius, quod de gemmis dixerat: Hic vero sic dici, & nominari, ob miraculum, quod Deus per illas operabatur. Iam, in tanta opinionum varietate expedit ignorantiam fateri, sicut & Rabini eruditissimi faciunt, potiusquam inerudite loqui, & magis diuinare, quam scire. Nec desunt qui dicant, *Vrim*, & *Thumim*, duos lucidissimos lapides fuisse denuo à Deo productos, & Moysi datos: cuius vero materiæ fuerint, nemo scit, sicut & lapides tabulæ, in quibus lex primo, digito Dei fuit scripta. Sed hæc qua facilitate finguntur, eadem & reijci possunt. Cæterum quid mihi verosimilius videatur, dicam: Fateor lapides rationalis dici *Vrim*, & *Thumim*, nec quid corporeum in vestibus esse, quod præter rationale, aut lapides, *Vrim*, & *Thumim* dicatur, vt ex dictis à principio prædictæ quintæ expositionis satis aperte conijcitur: dico tamen sic vocari: quod essent fulgentes, & pleni, siue auro perfecte inclusi, suoque ordine constituti, quæ omnia ad perfectionem spectant, quibus duobus in lapidibus existentibus, refulgentia scilicet, & perfectione, admonere voluit Dominus, responsa, quæ per sacerdotem à Deo populo darentur, cum veste illa sacratissima esset indutus, vera esse & integra, & quæ Deus illos doceret: Vnde, doctrina & veritas, idest, docebat illos quæ vera erant, non sicut gentium oracula: luces esse, sed perfectas, non amphibologica, & minus vera responsa, qualia erant apud gentes: sicque sacerdotem clare, & fideliter, siue integre populo referre debere. Ex qua mystica lapidum plenitudine, vt ita dicam, iuxta Hebræum, & lapides ipsi dicti sunt *Vrim*, & *Thumim*: Quinimmo aliquando & ipsummet rationale, in quo lapides, similiter quandoque, & sacerdos ipse dictus est *Vrim*, & *Thumim*; quod tunc doctrinam veram, siue vera & integra responsa à Deo acciperet, & populo renunciaret, cum lapides illos horum symbola super pectus gestaret: Quam nominum extensionem frequenter in vsu experimur: Vt si instrumenta quibus rei torquentur, vt veritatem dicant, ab effectu veritatis expressor, *saca verdades* vocarentur, certe ductu temporis, & locus, in quo torquerentur, & lictor ipse, qui torquet, eodem nomine insigniri, & appellari possent, sicut in similibus sæpe contingit ad diuersa eiusdem nominis applicatio, ex aliqua analogia: pari modo, à lapidum mystica significatione, quam per *Vrim*, & *Thumim* nomina, Spiritus sanctus notã esse voluit, & lapides ipsi, & rationale in quo erant, & sacerdos ipse, in cuius pectore cum essent, mystica significatio cõplebatur, eodem nomine, scilicet, *Vrim* & *Thumim*,

diuersis

Margin notes: אורים תמים — *R. Salomoh.* — *Theod. q. 60 in Exod.* — אורים תמים — אורים תמים — *Ioseph. 3. antiq. c. 8. & 9.* — אורים אורים — אורים תמים — אורים תמים — אורים תמים — אורים תמים — אורים תמים — אורים תמים

diuersis in locis Scripturæ sic vocati sunt. Ex qua observatione, varia Scripturę loca in quinta expositione recitata, germane & proprie interpretari possunt, vt prædicta de causa, in eorum aliquibus, *Vrim* & *Thumim*, lapides sacros significent, in alijs, rationale ipsum, & in alijs, sacerdotes, vt vertit Vulgatus, & nos proprijs in locis explicabimus. His, quæ diximus, maxime consona esse vidi, quæ Origenes vbique de *Vrim*, & *Thumim* loquutus est, & quæ S. Hieronymus, tam in versione, quam in epistola ad Fabiolam erudite prosequitur: Licet aliqui, ad mysticas huius loci interpretationes confugisse, putarint: immo genuinus & literalis sensus loci, ex mystica lapidum significatione deprehenditur.

אורים תמים

Orig. in Exod. Hieron. epist. 127.

55 *Quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino.*] De ornatu rationalis est sermo, qui super pectus & cor imponebatur, & gestare debebat Pontifex, cum ingrederetur tabernaculum, ad sua munia peragenda. Dicitur autem: coram Domino, idest, coram arca, & propitiatorio, signa diuinæ præsentiæ, quam indicare voluit, cum dixit: Et habitabo vobiscum. & vocat ornatum r tionalis, doctrinam & veritatem, modo, quo in s periori scholio indicauimus.

56 *Et gestabit iudicium filiorum Israel in pect suo, in conspectu Domini semper.*] Iudicium in H bræo *Mispbat*, quod iudicium & ius significat, id quidam interpretatur, de iure filiorum Israel, qu habebant omnes tribus, quorum nomina ibi scu ta erant, ad repromissiones patribus eorum fact vt admonerentur in hoc Israelitæ sui iuris. A pro memoriali accipiunt, idest, memoriam fil rum Israel. Ego tamen existimo, hoc loco iudicii sumi pro rationali iudicij, in quo etiam erat liorum Israel memoria. Iudicij autem dicebat vt aduertimus; quod deberet Pontifex illud sup pectus gestare, cum Dominum consuleret super dicijs Israel. Quod autem sequitur: In conspe Domini semper, idest, iugiter, quoties taberna lum ad sua ministeria, iuxta legis dispositionem intraret.

---

c d f
siue pallium, quod exterior esset. quod superhumerali immediate subesset. i. coloris violacei.
a b c d e f g h i k l
Facies, & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erit

a c d e f g i K
i. apertura per quam Pontifex caput immittat. ex eodem non aliunde assuta. f. vt in lorica.
a b c d e f g h i k l K m n
capitium, & ora per gyrum erit textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus,

a b c f g h i l
de illa ora, qua ad firmitatem erat, loquitur. erat enim in extrema ora limbus, purpureis, coccineis, & aureis, tam floribus, quam gemmis mira arte distinctus. sub. pendent.
a b c d e f g h i K l m n
ne facile rumpatur. Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala

n a d f h l
distincta. i. filis horum colorum. sub. & pendentibus.
a b c d e f g h i K l m n o
punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintin-

f
sub. post hoc.
a b c d e f g h i K
nabulis, ita vt tintinnabulum sit aureum, & malum punicum, rursumque tintinnabulum

c
sub. post hoc.
a b c d e f g h i K l m n
aliud aureum & malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt

a b c d e f c d e f g h i K
quasi totus vocalis, & sonorus incederet. quod in eius maiestatem, & sanctuarij venerantiam cedebat. i. coram arca & propitiatorio, diuinæ præsentiæ symbolis.
a b c d e f g h i K
audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu Domini,

a b c
i. vt. i. ne plaga mortis subito percutiatur, sed impune ingrediatur & egrediatur.
a b c
& non moriatur.

SCHO-

S C H O L I A.

57 *Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam.*] Ad pontificias vestes, nec alijs communes, pertinere tunicam hanc, & Philo, & Iosephus, & patres omnes, qui de his scripsere, testantur: & sicut *Chetoneth*, interior erat illa byssina tunica, de qua supra, ita & vestis ista exterior, *Mebil*, in Hebræo dicta est, non *Metbir*, vt est apud Iosephũ ex textus deprauatione, ab aliquibus palliũ, vt ab interiori tunica discernant: Hanc Septuaginta, & Philo, & Iosephus, tunicam talarem dicunt, id est, vsque ad talos dependentem; sic tamen existimo, vt tintinnabula pedes nõ tangerent: superhumeralis autem dicitur; quia immediate sub ueste superhumerali erat, cuius pars non minima superhumerali tegebatur, ad distinctionem, inquit Beda, interioris lineæ. Porro, tota hyacinthina, idest, violacei coloris: Quidam sericam, alij laneam affirmant, quod violacei coloris lana pretiosa apud veteres fuerit, vt ex Odyss. 4. constat, vbi Helenæ colum famula affert, violaceam lanam habentem. Hæc tunica, inquit Iosephus, non erat è duobus segmẽtis, vt suturas haberet in humeris ac lateribus, sed vnica tela in longum contexta. Iam, strictas manicas habuisse, & assutas, licet in textu non sit, nec apud Philonem, nec Iosephum, testatur S. Hieronymus, quem sequuntur viri grauissimi; quod similia non sit consuetus fingere, sed ex authentica traditione, vel aliunde simili acceperit, licet quibusdam non placeat, qui magnam in hoc comparare sibi gloriam putant, si quid in Hieronymo, Augustino, aut alio grauissimo ex patribus legant, & sibi non arridere dicant.

Philo lib. 2. de Monarchia. Ioseph. 3. antiq. c. 8. כתנת מעיל *Philo lib. 2. de Monarchia. Ioseph 3. antiq. c. 8. Beda lib. 3. de tabernaculo cap. 6. Homerus. Ioseph. 3. antiq. cap. 8. Hieronym. epist. 127.*

58 *In cuius medio supra erit capitium.*] Iuxta Hebræum est: Erit os capitij eius, in medio eius. Capitiũ autẽ dicitur foramẽ, siue apertura, quę collo inducitur, vt inquit Hieronymus, siue per quod caput immittitur: sic Augustinus, & peristomium medium vocat hanc aperturam. Iosephus sic describit aperturam: In summo habet, non transuersam, sed in longum descendentem, à tergo & ante, vsque ad medium pectus.

Idem ibid. Aug. q. 118. in Exod. Ioseph. 3. antiq. cap. 8.

59 *Et ora per gyrum eius textilis.*] Sic iuxta Hebræum, & Chaldæum, idest, oris firmissimis per gyrum textis: oris, inquit Hieronymus, ex se textis firmissimis: & Augustinus oram habens in circuitu peristomij, opus textoris contextum, idest, ne ipsa ora extrinsecus assuatur. Vnde infra, iuxta Septuaginta, est: Ex ipsa, ne rumpatur, idest, vt ex se ipsa sit ipsa ora contexta cum veste: quod licet aliquibus non ita videatur, sed ex se ipsa, idest, ex eadem lana hyacinthina esse seorsum contextam, & postea eidem tunicæ assutam; eo quod Iosephus capite 8. dicat: Cui, decoris causa, assuta est fimbria, ne sutura appareat. Ego tamen maiorem honorem patribus deferre solitus, existimo Iosephum loqui de alia fimbria, quæ ad decorem esset, sicut illa, de qua textus, erat ad maiorem firmitatem.

Hieron. epist. 127. Aug. q. 118. in Exod.

60 *Sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur.*] Iuxta Hebræum est: Sicut os loricæ erit ei, ne frangatur. Sic Chaldæus. At Vulgatus sensum illum reddere voluit, vt facilius intelligeretur. Vides autem in lorica os eius, siue oram eius, eiusdem operis esse cum ipsa, idest, non alibi constructam, & deinde illi assutam, seu additam.

61 *Deorsum vero, ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto.*] Iuxta Hebræum est: Et facies in fimbrijs eius mala punica, ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, in fimbrijs eius, in circuitu. Septuaginta: Et facies supra marginem tunicæ, ab infra. Chaldæus: Facies in inferiori parte per circuitum malogranata. Et quidem *Sul* sinus, seu ora inferior vestimenti est, illa scilicet pars, quæ est deorsum, secus pedes, & solum inuenitur in numero plurali: de hoc Iosephus sic dicit: Cæterum ima vestis ornabatur limbo, effigie malorum punicorum distincto. Porro, non desunt viri in his non vulgares, qui dicant ad extremam & imam oram, limbum fuisse, purpureis, coccineis, & aureis tam floribus, quam gemmis mira arte distinctum, à quo & mala punica, & tintinnabula penderent: Et sic in biblijs eorum opera, & annotationibus excussis, depingunt tunicæ orã. In Philone quidem reperi aliquid huic simile, qui ait: Tunica fuit simplicior, tota hyacinthina, præter imam fimbriam distinctam, dependentibus floribus, malisque puniceis aureis, & tintinnabulis. Et alibi: In extrema vero eius fimbria, flores & mala punica. Et infra, de hoc, & textura Ephod loquendo, ait: Ob pretium simul & varietatem, pręcellit magis, quam vllum textile in nostris regionibus. Iam, malogranata, licet Philo videatur aurea dicere, textus tamen ex lana, siue serico, prædictis coloribus tinctis, aperte dicit. Quod vero in aliquibus biblijs additur: Ex bysso retorta: Ex Septuaginta additum est; non enim reperitur, neque iuxta Hebræum, nec in Chaldaica, vnde nec in correctioribus biblijs Clementis positum est.

שול Ioseph. 3. antiq. cap. 8. Philo lib. 3. de vita Moysi. Philo 2. lib. de monarchia. Philo vbi supra.

62 *Mixtis in medio tintinnabulis.*] Iuxta Hebræũ: Et tintinnabula aurea subaudi, facies in medio eorum, in circuitu. Sic Chaldæus: Quomodo vero mixta sint, subdit textus, cum ait: Ita vt tintinnabulum sit aureum, & subintellige post ipsum malum punicum; rursumque tintinnabulum aliud aureum, & subintellige, post ipsum malum punicum; non enim voluit dicere, malum punicum aureum fuisse, sed tintinnabulum tantum; cum non solum ad decorem, sed ad sonum, vt infra dicitur, deseruirent: Iosephus de hoc sic scribit: Ima vestis ornabatur limbo, effigie malorum punicorum distincto, à quo tintinnabula aurea sic dependebant, vt medium esset quodque malum punicum inter duo tintinnabula situm, & tintinnabulum inter duo mala punica. Quot autem fuerint tintinnabula, & mala punica, Ecclesiastici 45. dicitur: Et cinxit eum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, nihil de eorum numero dicens. At S. Hieronymus, & S. Isidorus, & Iosephus scribunt, fuisse tintinnabula septuaginta duo, & mala punica totidem, quorum testimonium grauissimum est; non enim solet Hieronymus, à quo Isidorus accepit, leuiter addere, & pro libito, ad ea, quæ ex sacris literis non constãt, sed ex antiqua traditione, aut magnæ fidei teste.

Ioseph. 3. antiq. c. 8. Hieron. epist. 127. Isid. 1. Etym. cap. 21. Ioseph. 3. antiq. cap. 8.

Iustinus

Iustinus contra Triphonem ait, fuisse duodecim in figuram duodecim Apostolorum, quorum sonus in omnem terram exiuit.

63 *Vt audiatur sonitus, quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.*] Sic fere iuxta Hebræum, & Chaldæum: Quod autem dicitur: Et non moriatur: Hebraismus est, idest, vt non moriatur. quasi dicat: s impune ingredietur & egredietur, & ne subito pl ga mortis percutiatur. Sonus autem tintinnab lorum erat, vt totus vocalis & sonorus, inquit Hi ronymus, vt pontifex & maxime populo vere dus incederet, & in eius maiestatem & sanctu rij, quod ingrediebatur reuerentiam, cederet.

c — *siue lorum, vt inquit Iosephus.*
K — *& distincte, ita, vt ab omnibus legi possit.*
l m — *s. Dei nomen Iehoua.*
n — *i. quod & coram Domino Sanctum est, sanctèque colendum.*

a b c d e f g h i K l m n
Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.

g h — *i. in anteriori eius parte, & externa.*

a b c d e f g h i x l
Ligabisque cum vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti Pontificis.

a — *i. accipiet & deferet.*
c — *i. oblationes pro iniquitatibus oblatas in sanctuario.*
d e f — *q. d. commissas, dum non rite offerunt, seseque sanctificant, vt delent: vel eorum, pro quibus ipsi sacrificia obtulerunt.*
h — *i. à profanis segregantes Deo dicarunt.*

a b c d e f g h i K
Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel,

c — *i. oblationibus.*
e — *s. in sanctuarij seruitium vel ornatum.*
i — *siue lorum, vt inquit Iosephus.*
k — *i. iugiter iuxta legis dispositionem.*
l m n — *i. in anteriori parte tiaræ supra faciem.*

a b c d e f g h i K l m n o
in cunctis muneribus & donarijs suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt

o a b c — *i. vt quasi eius nominis meritis, & Pontificis interuentu placatus Dominus, pro delictis eorum oblationes acceptas habeat.*
b c d — *i. vt eos Domino reconciliet.*
e — *i. facies strictam, vel cinges eam byssina Zona.*
f — *s. lineam.*
g — *i. zona byssina.*
i — *siue cidarim.*

a b c d e f g h i x l m
placatus sit eis Dominus. Stringesque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, &

a — *s. textum & variatum quo cingatur Ephod.*
b c — *i. textum vtique sicut & Ephod.*
f g h — *quæ communes erant sacerdotibus & pontifici, sicut duo alia, quæ sequuntur.*
x l — *s. ad cingendas prædictas lineas tunicas.*

a b c d e f g h i K l m
baltheum opere plumarij. Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis & baltheos ac

a — *s. lineas.*
b c d e — *i. ornamentum.*

a b c d e f g h i K l
tiaras in gloriam & decorem: vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum

f b c — *s. vestibus, tantum prædictis sacerdotibus, non alijs, quæ proprie erant pontificis.*

a b c d e
& filios eius cum eo.

SCHO-

Digitized by Google

S C H O L I A.

64 *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.*] Iuxta Hebræum est: Et facies laminam ex auro mundo, & sculpes in ea sculpturis sigilli, sanctitas Domino. Septuaginta: Et sculpes in ea sculptura sigilli, sanctificationem Domini. Quid autem per scripturam sigilli intelligatur, explicauit Chaldæus vt solet, qui legit: Et sculpes in ea scriptura distincta, Sanctum Domino. Scriptura itaque sigilli, quasi dicat, scriptura distincta, idest, absque abbreuiationibus, & quæ aperte legi possit, & opere cælatoris, idest, non atramento scripta, sed cælatoris opere sculpta. Hanc laminam quam Iosephus lorum vocat, sacratiorem cæteris indumentis affirmat Beda. Porro, sunt qui in lamina duas dictiones sculptas putent, scilicet, Sanctum Domino, vel Sanctitas Domino. In Hebræo *Kodes Laihoua*, vnde scripturæ significationem in his duabus dictionibus interpretari conantur, Sanctitas Domino, idest, Sanctitas decet Dominum; *Kodes* enim, & sanctitatem, vel sanctificationem, vel sanctum, vel consecratum reddi potest: & *Iehoua*, tam Domini, quam Domino, propter *Lamed* articulum, qui tam genitiuo, quam datiuo casui seruit: Sanctitas igitur decet Dominum: quasi dicat: Procul este profani, sancte colendus est Deus: Alij Sanctitas Domino, idest, Deus sanctissimus est. Cæterum licet semper hoc Dei nomen, cum Epitheto, sancto, vel sanctissimo, nominare consueuerint homines, ibi tamen tantum sculptum esse nomen *Iehoua*, quatuor consonantibus, communem patrum conceptum esse video: sic Hieronymus ait: Scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor literis, (quod apud illos ineffabile nuncupatur) *Iod, He, Vau, He*, nihil vnquam de Scriptura *Kodes* meminit. & Augustinus: Quomodo autem formetur in lamina, Sactitas Domini, non video, nisi aliquibus literis, quas quidem quatuor dicunt esse Hebræas. Et Beda: Sanctum autem Domino, quod in lamina sculpi iubetur, nomen eius sanctum & venerabile est, quod apud Hebræos quatuor literis vocalibus scribi solet. & Rupertus idem asserit, & in eius tantum interpretatione versatur. Nullus patrum de Scriptura dictionis *Kodes* meminit, nec Philo, nec Iosephus; Philo enim sic scribit: Ad hæc, lamina aurea, quasi corona sculpta erat, quatuor literis nominis illius, quod solis aures linguamque sapientia purgatis fas est audire, nominareque in sacris, præterea nemini: Theologi aiunt esse tetragrammaton. Ecce solum meminit de quatuor literis, in lamina scriptis. Et Iosephus: Sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat: nihil de alia dictione, & sic à sapientioribus neotericis, vno consensu affirmatur. Illud vero ex deceptione aliquorum Rabbinorum ortum habuisse credo: Vnde cum sacer textus inquit: Sanctum Domino, aut Sanctitas Domino, idest, Sanctum Dei nomen, quod coram Domino Sanctum est, & non solum apud homines: In abstracto vero in Hebræo ponitur, sanctitas, communi idiotismo; quod ad exaggerationē rei, nominibus abstractis, pro concretis sępe vtantur, vt sanctitas, pro sancto, iustitia pro iusto, &c. Quare vero hoc Sanctum Dei nomen ineffabile dicatur, ex Philone iam retulimus, & suo loco aliqua dicetur. Beda vero, sic inquit: Ineffabile, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu, & intellectu creaturæ nullius potest, & quia nihil de eo satis digne dici potest, ideo ineffabile rectissime vocatur. Quod vero Philo dixit, Synagogæ tempore obseruatum fuisse, credo. Et hoc in fronte pontificis sculptum deferri voluit Dominus, vt totam Pontificis pulchritudinem, inquit Hieronymus, Dei vocabulum coronet, & protegat.

Margin notes (left): Ioseph. 3. antiq. c. 8. | Beda lib. 3. de tabernaculo cap. 7. | קדש ליהוה | קדש | יהוה | ל | Hieron. epist. 17. | י. ה. ו. ה | קדש | Aug. q. 118. in Exod. | Beda lib. 3. de taber. cap. 7. | Rupert. in 28. cap. Exod. | קדש | Philo lib. 3. de vita Moysi. | Ioseph. 3. antiq. cap. 8. | Beda lib. 3. de taber. cap. 7.

Margin note (right): Hieron. epist. 127.

65 *Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens fronti Pontificis.*] Iuxta Hebræum est: Et pones eam in filo hyacinthino, & erit super mitram, eregione mitræ erit, & erit super frontem Aaron. Septuaginta: Et impones illud hyacintho retorto, & erit super mitram, ante faciem mitræ erit. Chaldæus: Ponesque eam super vittam hyacinthinam, vt sit super tiara, in anteriori parte, è regione tiaræ erit. Et quidem *Pethil* fasciam, vittam, filum, hæc omnia significat: & *Miznapheth*, & mitram, & galerum, & tiaram designat, omniumque vnus est sensus, & se inuicem editiones exponunt. Sacrosancta ergo lamina, super Pontificis frontem siue faciem, in anteriori & externa tiaræ parte, vitta hyacinthina constringi debebat.

Margin notes (right): פתיל | מצנפת

66 *Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis eius.*] Iuxta Hebræum est: Et portabit Aaron iniquitatem sanctificationum, quas sanctificabunt filijs Israel, in omnibus donis sanctificationum eorum, Chaldæus: & portabit Aaron iniquitates eorum, quæ sanctificauerunt filij Israel, cunctis donis vel oblationibus suis sanctis. Et certe prædictorum verborum intelligētiam difficilem fecere verbum, portauit, & quibusdam: alioquin optimi delectus viris eruditis placuit, verbum portare, interpretari pro eo quod est, auferre, & mundare, vt sæpe alibi Hebraico idiotismo: Vt sit sensus: Si quid Israelitæ peccauerint, offerendo non debite, vel non rite, condonabitur eis, propter summum sacerdotem, qui Christum repræsentabat. Sed saluo meliori iudicio, multum abest à germana verborum intelligentia; iniquitates enim vocat textus, oblationes pro peccatis, vnde subditur: Quæ obtulerint. Quod autem dicitur: Sanctificauerunt, idest, à profanis separarunt, & Deo sacrarunt, siue dicarunt, siue munera siue donaria essent: Portabit itaque, idest, recipiet, & deferet: vt sit genuinus sensus: Pontifex assumet oblationes, quas pro peccatorum remissione offerent, & sanctificabunt, idest, diuino cultui dicabunt, siue oblationes sint, siue etiam donaria pro tabernaculi cultu & ritibus: expositio est Augustini.

Margin note (right): Aug. q. 120. in Exod.

67 *Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus.*] Iuxta Hebræum: Et erit supra frontem eius iugiter, ad beneplacitum eis coram Domino. Sic & Chaldæus. Hebraismus est, quem docte interpres vertit: Vt placatus sit eis Dominus, sacerdote scilicet, cum nomine, *Iehoua*, in lamina, pro eorum peccatis deprecante. Septuaginta: Acceptabile eis coram Domino. quasi dicat: Intercedente sacerdote cum lamina in fronte, siue inuocatione nominis Dei, acceptet Deus oblatio-

nes &

nes & donaria. Quod autem dicitur: Semper, optime Hugo de sancto Victore intelligit, congruo, scilicet, tempore, siue iugiter, iuxta legis dispositionem. *Hugo de s. Vict. in Exod.*

68 *Stringes tunicam bysso.*] Iuxta Hebræum est: Et stringes tunicam: Quare aliqui interpretantur: strictam arctamque facies; sed Chaldæus optimus horum interpres legit sicut nos, vt sit sensus: baltheo byssino astricte ad corpus aptabis. Porro, de hac veste, quam Hebræi *Chetoneth* vocant, abunde egimus in hoc capite scholio 8. vide ibi. כתנת

69 *Et tiaram byssinam facies.*] Iuxta Hebræũ: Et facies mitram byssinam. De tiara, siue mitra, aut cidari, cõsule quę supra in hoc capite, scholio 8.

70 *Facies & balthеum opere plumarij.*] Iuxta Hebræum est: Cingulum facies opere phrigionis. Sermo est de baltheo, quo iungebatur Ephod, Hebræi vocant *Abneth*, nos cingulum, seu baltheum, אבנט inquit Hieronymus, vel Zonam dicere possumus, *Hieron. epist. 127.* Babylonij, siue Chaldæi, nouo vocabulo *Hemianin* המיינן vocant hoc cingulum, in similitudinem pellis colubri, qua exuit senectutem, sic in rotundum textum, vt marsupium longius putes, textum est subtegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, & stamine byssino, ob decorem & fortitudinem, atque ita polymita arte distinctum, vt diuersos flores ac gemmas, artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Lineam, inquit Hieronymus, tunicam inter vmbilicum & pectus; hoc stringunt baltheo, qui quatuor digitorum habens latitudinem, & ex vna parte ad crura dependens, cum ad sacrificia cursu & expeditione opus est, in læuum humerum retorquetur, hactenus Hieronymus, ex Iosepho capite 8.3. antiquitatum. *Ioseph. 3. antiq. cap. 8.* Sed certe quod Iosephus & Hieronymus prædictis verbis describunt, non est baltheus de quo in præsenti textu agitur: sed quo tunica byssina cingebatur, & ex eodem Iosepho, eodem capite, etiam tunica hyacinthina alia zona cingebatur; sic enim scribit, postquam de hyacinthina tunica egerat: Astringitque eam zona, coloribus supradictæ simili, nisi quod auro intexta. At baltheus, de quo hic agitur, est, vt diximus, quo Ephod cingebatur, de quo etiam Iosephus meminit eodẽ capite, qui postquam Ephod, & rationale descripserat, subdit: *Essen*, pro, *Hosseni*, autem assuta erat zona, iam dictis coloribus & auro distincta, quæ totum complexa, rursumque supra futuram nodata, deorsum propendere sinebatur. & de hoc baltheo Leuiti. 8. dicitur: Et desuper humerale imposuit, quod stringens cingulo aptauit rationali: & de priori baltheo antea dixerat: Vestiuit Pontificem subucula linea, accingens eam baltheo.

71 *Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis, & baltheos, ac tiaras, in gloriam & decorem.*] Iuxta Hebræum est: Et filijs Aaron facies tunicas, & facies eis cingulos, & pileos facies eis ad honorem & gloriam. Chaldæus: Et filijs Aaron facies tunicas, & facies eis baltheos, & mitras facies eis in honorem & decorem. Omnium idem est sensus: quod enim in honorem seu gloriam & decorem dicitur, Hebraismus est; idest, in eorum ornamentum. Porro de hac tunica supra scholio 7. de tiara scholio 8. de baltheo scholio præcedenti abunde egimus.

72 *Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo.*] Iuxta Hebræum est: Et induere facies illa Aaron fratrem tuum, & filios eius secum: idem est sensus: & licet in Hebræo non sit dictio, omnibus, parum refert; quia sermo est iuxta prædicta; iam enim distinxerat sacer textus, quæ indimenta essent Pontificis, quæ vero pro filijs Aaron, in præcedentibus verbis, & sic intelligi debet, vt Aaron suis; filij autem eius, his, quæ pro illis fieri dixit sacer textus, induerentur. *Beda lib. 3. de tabern. cap 7.*

---

c — *vnctione, & munerum manuum impletione, vnde iuxta Hebræum est: implebis, scilicet, dans in manus, quod offerat.*
e — *i. separatum ab alijs, diuino cultui dicabis: Et est explicatio præcedentis.*
g h i — *sub. post consecrationem.*

a b c d e f g h i K
Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi.

---

c — *siue subligaria, seu femoralia ad honestatem, & Iosephus dicit facienda ex bysso.*
g h i — *.i. verenda sua.*
K l m a b — *sub. pertingent feminalia, & tegent vsque ad genua.*

a b c d e f g h i K l m
Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque

---

K l m — *ob honestatem.*

a b c d e f g h i K l m
ad femora: & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum

---

m a — *quod ibi in arca testimonium esset fœderis inter Deum & populum illum, sic dictum est.*

a b c d e f g h i K l
testimonij, vel quando appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne

iniquita-

a b c — i. si aliter fecerint, peccent, ob idque moriantur. b c — s. ista omittendo. d e f g — i. statutum perpetuo obseruandum, dum hoc sacerdotium duret. Iuxta Hebraeum: statutum ꝗ d ..

a b c d e f g
iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron,

a b c d e — q. d. induentur, & id obseruabunt, quotquot summo sacerdotio fungentur.

a b c d e
& semini eius post eum.

S C H O L I A.

73 *Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi.*] Iuxta Hebraeum est: Et vnges illos, & consecrabis manum eorum, & sanctificabis eos, & sacerdotio fungentur mihi. Chaldaeus: Et vnges eos, & offeres oblationes eorum, sanctificabisque illos, vt ministrent coram me. Sunt & qui iuxta Hebraeum legant: Et vnges eos, & implebis manus eorum, & sanctificabis eos: quam lectionem refert Augustinus quaestionibus in Exodum. (Aug. q. 121. in Exod.) Quid vero per implere manus significetur, quidam exponunt, idest, consecrabis, sic & Vulgatus noster; impletionem enim manuum, symbolum dicunt initiationis; quod fiebat oblatione & impletione pugillorum; cum enim sacerdotes initiabatur, oportebat manibus suis portare Deo munera, qui eos ab omni alio populo segregatos sibi ministros delegerat. Cui interpretationi, quam legitimam existimo, fauet Chaldaica lectio. Sunt & alij, qui per manuum impletionem, vnctionem intelligant, qua sacerdotum manus vngebantur: Sed certe vnctio iam praecesserat. Alij: Implebis manus eorum, idest, suppeditabis illis victimas, & trades in manus eorum, vt eas offerant. Sunt & qui dicant, periphrasi idem esse, quod eos mittere in sacerdotij possessionem, nam cum alicuius datur rei possessio; illa in manus illius tradi dicitur, idest, sub iure, & dominio, & potestate. Modo, quod Vulgatus dicit: Consecrabis, ad vnctionem pertinet, & manuum impletionem: quod autem dicit: Et sanctificabis, ad eorum segregationem à profanis, & cultui Dei dedicationem, spectat. Porro, quod additur: Vt sacerdotio fungantur mihi, ad sacerdotij functiones & munia alludit, soli Aaron & filijs eius commissa, vt victimas & sacrificia offerre, & pro populo orare, sicut 1. Paral. 6. dicitur: Fratres quoque eorum Leuitae, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini; Aaron vero, & filij eius, adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti Sanctorum, vt precarentur pro Israel, iuxta omnia quae praeceperat Moyses seruus Dei. Et quidem Moses sacerdos fuit, qui consecrauit Aaronem, & filios eius, & sacrificia obtulit Leuit. 8. vide Psalm. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Verum postea, Aaroni, & eius filijs tantum, datum est sacerdotium, & posteri Mosis numerati sunt inter Leuitas, vt 1. Paral. 23. legitur, nec tamen ministrare poterant, aut Leuitae, aut sacerdotes, quamuis Leuitici aut sacerdotalis generis essent, nisi prius certis & legitimis ritibus consecrarentur, de quibus in sequentibus, & de Leuitarum initiatione vide Num. 8.

74 *Facies & feminalia linea.*] Vestis est communis Pontifici, & sacerdotibus, vt Beda aduertit ex Philone, & Iosepho, & subligaria ab illis dicuntur; sic enim & femoralia à profanis scriptoribus latinis dicuntur, de his sic loquitur S. Hieronymus ex Iosepho: Lineis feminalibus, quae vsque ad genua & poplites veniunt, verenda celantur, & superior pars sub vmbilico vehementer astringitur, vt si quando expediti mactant victimas, tauros, & arietes, trahunt, portantque onera, & in officio ministrandi sunt, etiam si lapsi fuerint, & femora reuelauerint, non pateat quod apertum est: Inde & gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentium verenda conspiciat, vocaturque lingua Hebraea hoc vestimenti genus, *Michnese*, à nostris, feminalia, vel bracae vsque ad genua pertingentes. Rursum, refert ibidem Hieronymus ex Iosepho magnae fidei, vtpote oculato teste, de bysso retorta, ob fortitudinem, solere côtexi, & postquam incisa fuerint, acu consui; non enim posse in tela huiusmodi fieri. Est autem byssus retorta, quae fit ex lino quod netur, & postea duplicatur, & torquetur. Iam, femoralia in Hebraeo *Michnese*, à verbo *Canas*, quod est colligere, vel constringere, secundum Iosephum, qui constrictorium scribit, & vere dum colligunt, constringunt, aut quia duae eorum alae ad inuicem congregantur, vt dicit Rabbi Salomoh.

(Beda lib. 3. de taber. cap. 7. Philo li. 3. de vita & op. ?. Ioseph. 3. antiq. c. 8. Hieronym. epist. 127. — מכנסי — מכנסי — כנס — Ioseph. 3. antiq. cap. 8. R. Salom. h.)

75 *Vt operiant carnem turpitudinis suae, à renibus vsque ad femora.*] Iuxta Hebraeum est; À lumbis. Sic Chaldaeus, & Septuaginta: Et certe dictio *Mathenaim*, non solum lumbos, sed & renes significat, vt supra capite 12. cum dicitur: Renes vestros accingetis. Et quidem lumbus, vel quod vsitatius est, lumbi, à rei anatomicae peritis, dicitur pars inferior spinae, quinque constans vertebris, quae mediae sunt inter os sacrum, & vertebras dorsi: Hispane *los lomos*. Renes vero, Hispane *los riñones*, viscera duo sunt vtrimque, non procul à vena caua sita; hic tamen, sicut saepe, pro parte externa cutis sibi correspondente sumitur. Femora, Hispane, *los muslos*, dicta sunt, secundū Phocam, à ferendo; quod his praecipue partibus sustineatur animal, atq. feratur; proprie tamê, teste Valla, sunt exteriores & anteriores partes, sicut feminae interiores, & posteriores. Modo, Hugo de S. Victore: tantum, inquit, protenditur turpitudinis caro, à renibus scilicet, vsque ad femora: Sed certe per turpidinis aut nuditatis carnem, pudenda Hebraismo significantur: Quod ad pudicitiam & honestatem refert Arnoldus Abbas, tractatu de vltimis verbis Domini, & addit:

(מתנים — Valla lib. 4. — Hugo de S. Victor. in Exod. — Arnoldus Abbas.)

& quasi

Digitized by Google

& quasi emortuas, & fœtidas partes illas sepeliat, & abscondat, & multa alia eleganter ad hoc propositum prosequitur. Quod autem dicitur: A renibus vsque ad fœmora, subintelligendum venit, erunt, vel, fient, vt ad feminalium quantitatem referatur. Iam, cum de sacerdotum vestibus finem fecerimus, nec prætereundum censeo, illorum communem rationem esse, vt à populo in maiori veneratione sanctuarij ministri haberentur, quod & in Dei honorem cedebat, cum inter Deum & homines vt medij & internuncij essent. Speciales vero singularum vestium rationes assignant S. Hieronymus, Augustinus, Beda, S. Thomas, & Iosephus, sed omnes ex Philone, à quo omnes Ecclesiæ proceres diuinarum literarum interpretationem, allegoriarum, & mysticorum sensuum floribus adornare accepisse, (de priuatis scriptoribus dico, non canonicis) plane affirmare possumus. Totum igitur Pontificis indumentum totius mundi similitudinem adumbrare dicunt, vt Pontifex totius vniuersi orbis imaginem portans in vestibus, sciat se esse totius mundi mediatorem apud Deum, & non tantum pro familiaribus, amicis, ciuibusque suis, rem diuinam faciat, sed pro toto humano genere, & pro omnibus naturæ partibus, cælo, atque elementis, aut gratiarum agat actiones, aut supplicationes offerat Deo omnium conditori. Quod autem Philo inquit, aduocatum adhibens mundum, eius perfectissimum filium, ad impetrandam erratorum veniam: In quibus verbis videtur existimasse, Dei filium esse vniuersum hoc, siue orbem, pie interpretari debet, vt metaphorice sit loquutus, iuxta communem loquendi modum, quo solemus interdum artificialia opera, artificum fœtus, partusque appellare. Partes itaque singulæ vestimenti, singulas orbis partes repræsentant: byssina tunica, quia byssus ex terra gignitur, terram ostendit: hyacinthina tunica, aerem à lunari orbe vsque ad terras protensum, propter coloris similitudinem demonstrat; tintinnabulorum ex ipsa pendentium sonitus, & aureus fulgor, indicant fulgura, & tonitrua in aere progenita, alij, omnium concentum & armoniam. Thoracis ornatus gemmis refulgens, cæli syderei pulchritudinem figurat; nam duo orbiculares onychini in singulis humeris, singuli solis, lunæque, alter diurni, alter nocturni syderis typum gerunt, vel vt alij, polorum orbis. In rationali duodecim gemmæ discolores, ternæ distributæ in quatuor ordines, signiferum circulum nobis innuunt, in quatuor partes ternis signis constantes diuisum. Zona exemplum habet æquinoctialis circuli, quem mundi cingulum Astronomi nuncupant; diadema vero, quod Regium insigne est, in summo totius corporis fastigio positum, & Dei nomen in lamina aurea continens, cælum empyræum, ac Dei sedem subindicat, omni creaturarum ambitu sublimiorem, ex qua Rex Regum omnibus præsidens, cuncta quæ infra sunt, sapientissime moderatur. Significat etiam diadema Pontificis, ornatum supereminens, quod summi sacerdotij potestas & honor, non solum priuatis hominibus est eminentior, verum etiam cunctis Regibus, & mundi Imperatoribus. Hæc sunt quæ sub Pontificali veste latent ænigmata.

Hieron. epist. 127. August. q. in Exod. Beda lib. 3. de Tabernaculo. S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 10. Ioseph. 3. antiq. c. 8. Philo lib. 3. de vita Moysi, & 1. de monarchia, & lib. de profugis, & lib. de migratione Abraham.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

77 *Ne iniquitatis rei moriantur.*] Iuxta Hebræum est: Et non ferent iniquitatem, neque morientur. Chaldæus: Et non suscipient peccatum, ne moriantur. Septuaginta: Et non adducent ad se ipsos peccatum, vt non moriantur: quæ omnia eumdem sensum faciunt; ferre enim iniquitatem, Hebraismus est, idest, ne, si aliter faciant, peccent, ob idque moriantur.

78 *Legitimum sempiternum erit Aaron & semini eius post eum.*] Iuxta Hebræum: Statutum perpetuum erit ei, & semini eius post eum; itaque legitimum sempiternum, idest, statutum perpetuo obseruandum, quasi dicat, ita induentur, & id obseruabunt, quotquot summo sacerdotio fungentur, interim dum Aaron sacerdotium durabit. Et quod non ad tempus præfinitum sacerdotium illud fuerit, sempiternum legitimum dixit, non quod perpetuo duraturum, sicut sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, de quo Psalm. 109. Iurauit Dominus & non pænitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Sic annotauit Augustinus.

Aug. q. 109. in Exod.

CAPVT XXIX.

a b c d e f g h i — *Sicut enim populus per circumcisionem ad Dei cultum peculiarem instituebatur, ita sanctuarij ministri subsequentibus ritibus, initiabantur sacerdotio.*

h — *i. sacerdotij functionem, Chald. ad ministrandum coram me.*

l — *In memoriam remissionis peccati Aaron, pro vituli conflatione.*

a b c d e f g h i K l m n
Sed & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento,

b *iam vnius anni expletos.* d *i. perfectos, omni corporeo defectu carentes.* e f *in memoriam manna populo praestiti, & ad detestationem idololatriae, azymos vult: quod fermentatos offerrent in idolorum cultu.* h *i. placentulas ita tenues, vt quasi crusta tantum sint.*

a b c d e f g h i k l
& arietes duos immaculatos, panesque azymos, & crustulam absque fermento, qua

l a b c *i. non solum cum aqua, sed cum oleo facta sit massa.* d *frixa de sarten.* K *i. farinae flore.*

a b c d e f g h i K l m n
conspersa sit oleo, lagana quoque azima oleo lita: de simila triticea cuncta facies:

f g h i k *vt ad manum sint, cum litari debebunt.*

a b c d e f g h i K l m n o p
Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. Et Aaron, ac filios eius

d e *quod in arca testimonium foederis Dei cum illo populo esset, sic dictum est.* f g h i K l a *ad ritum purificationis spectat.*

a b c d e f g h i k l
applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filijs suis

d e *pontificijs.* g *s. tunica linea.* i *s. hyacinthina.* l *i. Ephod.*

a b c d e f g h i K l m
aqua, indues Aaron vestimentis suis, idest, linea & tunica, & superhumerali &

a *quod & pectorale dicitur.* d *textura variata sicut Ephod.* g *vtramque, & sacerdotalem, & desuper pontificiam.* m a *siue locum, in quo sculptum erat sanctum Dei nomen.*

a b c d e f g h i K l m
rationali, quod constringes balteo. Et pones tiaram in capite eius, & laminam

b *i. supra externam eius partem, faciei imminentem.* c e *suauissimum vnguentum, arte vnguentaria confectum: sic Philo.* f g *sub. largiter, deposita tamen tiara.*

a b c d e f g h i K l m n
sanctam super tiaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu

a *s. Pontifex.* b c d e *sacerdotio scilicet initiandos.*

a b c d e f g h i K
consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque

a *de quo superiori cap. scholio 66.* K *lineas.*

a b c d e f g h i k l m
balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes

b *iuxta Hebr. statuto, q. d. ritu.* b c *i. hoc ritu sacerdotio initiabuntur, dum hoc sacerdotium durabit, & ipsi, dum viuent, sacerdotes erunt.*

a b c
mihi religione perpetua.

SCHO-

SCHOLIA.

1 SED & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur.] Iuxta Hebræum est: Et hoc est quod facies eis, ad sanctificandum eos, vt sacerdotio fungantur mihi, sic & Septuaginta, quasi dicat: Hac quoque ratione consecrabis eos, vt mihi sacerdotes sint. Chaldæus: Vt sanctifices eos ad ministrandum coram me, idem est omnium sensus. Et quidem, sicut populus ad cultum Dei peculiarem per circumcisionem instituebatur, ita & tabernaculi ministri, per aliquam peculiarem purificationem & consecrationem. Vnde & separari ab alijs præcipiuntur, quasi specialiter ad ministerium cultus diuini præ alijs deputati. Et totum, quod fiebat, ad hoc erat, vt ostenderetur in eis super alios aliqua prærogatiua puritatis, & dignitatis, ita S. Thomas. (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.) Fuit quidem apud gentes mos, vt, quo potentior, sacerdotij honore vindicaret sibi, ac primogenitis suis, & à pauperioribus eo religiosiores habebantur, quo nouum deorum cultum erigerent, & inuenirent, vt ex lib. Iudicum in historia Michæ constat, (quod sacrilegium, & postea à filijs Israel imitatione receptum fuit) sicque ambitio, & idololatria incrementum susceperunt. Vt igitur Deus huic calamitati occurreret, ipsum Aarō, & eius filios delegit, & nominauit, vt Iosephus refert, (Ioseph. 3. antiq. c. 9.) & quomodo illud Moyses, ex Dei iniuncto, longa & eleganti oratione renunciauerit, eisque sacerdotis dignitatem concessit, præcipiens, ne aliorum quis, gentium more, præsumeret officium hoc sibi arrogare, nec sanctuario ministrare. Et Philo inquit. (Philo lib. 3. de vita Moysi.) Hos instituit Moyses de communi totius gentis sententia, iubente oraculo, more nouo, & memorabili.

2 Tolle vitulum de armento.] Sic Chaldæus. Iuxta Hebræum vero est: Tolle iuuencum vnum filium bouis. Septuaginta: Accipies vitulum ex bobus vnum. & quidem filius bouis, Hebraismus est, idest, bouem, sicut filius hominis, idest, homo. At aliqui, filium bouis, idest, non adultum interpretantur; sediam expresse dicitur: Iuuencum, iuxta Hebræum, quod Vulgatus cum Chaldæo eleganter vnico verbo expressit, dicens: Vitulum, vt etiam pro iuuenco sumitur; apud latinos enim vitulus Bezero, iuuencus, nouillo, & de hoc credo textum loqui. Iam, vitulum istum pro peccato, in memoriam remissionis peccati Aaron circa conflationem vituli, fuisse scribit S. Thomas: (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.) Et Philo: (Philo 3. de vita Moysi.) Vitulum, inquit, vt offerret in remissionem peccatorum, subindicās cuiuis nato, vel ob hoc ipsum quod natus sit, cognatum esse peccatum, propterea placandum esse Deum precibus, & victimis, ne iratus sæuiat.

3 Et arietes duos immaculatos.] Sic etiam est iuxta Hebræum: Et quidem Elim, (אלים) ab El, (אל) idest, fortitudo, teste R. Dauid, (R. Dauid.) fortes significat, ad minus vnius anni expleti: quod autem immaculatos dicit, in Hebræo est: Temimim, (תמימם) idest, completos, & perfectos, sic immaculatos intellige, qui scilicet non sint aliquo corporis vitio affecti, non manci aut infirmi, aut aliquo vitiati; velleris siquidem macula non reputabatur in vitium. Horum vnus in holocaustum, in memoriam oblationis Abrahæ, cuius obedientiam Pontifex imitari debebat: alter vero, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis ex Ægypto, per sanguinem agni: sic Sancto Thomas: (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.) Quamuis Philo alterum dicat esse in gratiarum actionem, (Philo lib. 3. de vita Moysi.) quod hoc sublunari orbe vtamur. Alterum vero, in initiandorum purificationem.

4 Panesque azimos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sint oleo.] Iuxta Hebræum: Panes infermentatos, & placentas infermentatas, mistas oleo, sic Chaldæus: Et quidem Challoth, (חלת) plurale, placentas vel tortas significat, quod non est à nostra litera diuersum; placentæ enim & crustulæ aliquando quasi totę crusta sunt. Sequitur: Conspersa sint oleo. Sic Chaldæus, & Septuaginta, sed talis conspersio per modum mistionis facta est, ita quod non solum aqua, sed & oleum appositum sit.

5 Lagana quoque azima oleo lita.] Iuxta Hebræum: Lagana infermentata vncta oleo. Et quidem Rachich, (רקיק) à verbo Rachich, (רקיק) quod est extenuare, seu tenuem esse, quid tenue vel subtile significat, siue placentulam, siue crustulam, siue laganam dicas. Porro, R. Salomoh (R. Salomoh.) linitam inquit, oleo dici, quod digito in oleo tincto, liniretur, secundum quamdā figuram, Chi, Græco similem. (χ)

6 De simila triticea cuncta facies, & posita in canistro offeres.] Simila flos farinæ est, de qua Martialis:
Nec poteris similæ dotes numerare nec vsus.
Porro, horum panum oblationem, in memoriam præstiti mannæ populo fuisse testatur S. Thomas; (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.) sed quod idolorum cultores, Dijs suis offerre, & in excelsis solenniter edere consueuerint, sed omnia cum fermento, ideo iubet, in his omnibus panum differentijs fermentum omne abesse.

7 Applicabis ad ostium tabernaculi.] Sic Hebraica, & Chaldæus: Quod autem additur iuxta Hebræum: Ad ostium tabernaculi Ecclesiæ, vel cōuentus, ideo sic dicitur, quasi dicat, quo vobiscum conuenire soleo: itaque applicare præcipit cum prædictis omnibus, etiam vitulis & arietibus non mactatis, quasi præparatis, vt dum eis opus fuerit ad victimam, ad manum præsto sint.

8 Cumque laueris patrem cum filijs suis aqua.] R. Salomoh (R. Salomoh.) inquit: Lotio hęc, non tātum manuū, aut pedum, sed & totius corporis fuisse dicitur, quæ, vt inquit S. Thomas, (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.) quasi prælibatur ad consecrationem, estque quasi ad purificationem pertinens ministrorum; lotione enim, & prædictis oblationibus, & animalium victimis purificari dicebantur initiandi, ante consecrationem.

9 Indues Aaron vestimentis suis.] De vestibus, quæ hoc loco recensentur, tam Aaron, quam filiorum eius, abunde superiori capite egimus. Porro prædictis vestibus indui, ad dignitatem illorum insinuandam pertinere, affirmat S. Thomas. (S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.)

10 Et oleum vnctionis fundes super caput eius,

Digitized by Google

atque hoc ritu consecrabitur.] Iuxta Hebræum, vbi nos legimus: Et consecrabitur est: Et vnges eum: sic Chaldæus, & Septuaginta, sed hoc repetitio est eius quod dixerat: Fundes super caput eius: sed additur à Vulgato: Atque hoc ritu consecrabitur, referendo ad lotionem, victimas, ornamenta, & vnctionem, in qua maxime consecrationis cæremonia perficiebatur. Dicitur præterea: Oleum vnctionis, quod eo vngerentur, quod & suaueolentissimum fuisse, scribit Philo, & vnguentaria arte confectum, & infra capite 30. in textu describitur. Porro, ritus hic vnctionis in capite peculiaris erat Pontifici, de quo Philo inquit: Postremo adductum Pontificem inunxit, profuso largiter in caput eius sacro vnguine, quo designatur, inquit S. Thomas, quod ab ipso diffundebatur potestas consecrandi ad alios, sicut oleum à capite deriuatur ad inferiora, iuxta illud Psalm. 132. Sicut vnguentum in in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. Hanc vnctionem dicit R. Salomoh. factam fuisse digito consecrantis oleo tincto, incepisseque à capite, & versus palpebras descendisse, sub figura *Chi* Græcorum. Sed præstat effusione vnguenti cum Philone factam credere, vt sic descendere posset vnctionis oleum, in barbam, quod largiter perfusum fuisse arguit, vt dixit Philo. Et de hoc oleo S. Thomas inquit: Sanctificationis oleo, quod Dominus mandauit fieri Exod. 30. vngebantur vasa tabernaculi, & sacerdotes, Leuit. 8. & 9. Reges, 1. Regum 16. & 3. Regum 1. & Prophetæ, 3. Reg. 19. Sed quare fiebat, inquit, ista sanctificatio per vnctionem. ratio est literalis; homines enim Orientales pro celebritate vngebantur, ne consumerentur, eo quod sunt in regione multum calida, pauperes etiam vngebantur ad festiuitatē, 1. Reg. 4. Non habeo ancilla tua, nisi parum olei quo vngar, hactenus S. Thomas.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

Idem ibid.

S. Tho. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 8.

R. Salomoh.

Χ

Philo lib. 3. de vita Moysi.

S. Tho. in epist. ad Hebra.

11 *Eruntque sacerdotes mihi religione perpetua.*] Iuxta Hebræum: Et erit eis sacerdotium, in statutum perpetuum, idest, hoc ritu erit filijs Aaron sacerdotium successione deuinctum, velut statuto perpetuo, idest, dum sacerdotium illud durabit. De sacerdotum vero functionibus, superiori capite egimus, & suis locis, quæ eis ex lege iniuncta fuerint, videbimus, & de illorum dignitate, lege Philonem libro de gigantibus, prope finem.

Philo lib. de gigantibus.

---

b c d g h i K

sub. prædicto modo, iuxta Hebræ: impleueris, idest, consecraueris. — *i. iuuentum.* — *i. in atrio, in quo erat altare holocausti.*

a b c d e f g h i K

Postquam initiaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo testi-

a b c d e f g h i l

vt super materiam sui sacerdotij, & deinceps possint & hostias pro peccato offerre. — *quod in hac initiatione Moyses sacerdotij ministerio fungeretur.*

a b c d e f g h i K l m

monij. Imponentque Aaron & filij eius manus super caput illius, & mactabis eum

a b c d e f g

quod in sanctuario esset arca, & propitiatorium dicitur in conspectu Domini. — *s. in atrio, in quo erat altare holocausti.*

a b c d e f g h i K

in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. Sumptumque de sanguine

a c d e

i. iuuenci. — *i. angulos, contradictorie, quorum quilibet duo latera respicit.*

a b c d e f g h i K l

vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes

a b c f g h i k l m n a b c d e

à parte interiori, vt igne consumeretur. — *Quod hæc omnia apud gentes in suis sacrificijs ederentur, optima quæque, iubet Dominus, in idololatria detestationem, sibi offerri, & igne incendi.*

a b c d e f g h i k l m n

iuxta basim eius. Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris,

l m

Chaldæus: Incendes ea. — *i. ad modum incensi.*

a b c d e f g h i K l m n o p

ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare: carnes

b f g h i K n o a

i. iuuenci. — *ad hoc alludit Paulus ad Hebra. 13.* — *i. hostia pro peccato.*

a b c d e f g h i K l m n o

vero vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eo quod pro peccato

sit. Vnum

Digitized by Google

f g h i K l m n a
vt materiam circa quam versabuntur, vt deinceps & holocausta litare possint, qua tota igne absumuntur.
a b c d e f g h i k l m n
sit. Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius

---

b c d e f g k l m
quod Moyses vsque ad completam Aaronis, & filiorum initiationem, sacerdotio functus fuerit. *vt ad interiorem partem veniens, igne consumeretur.*
a b c d e f g h i K l m
manus. Quem cum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare.

---

l
i. crura.
a b e d e f g h i K l m
ipsum autem arietem secabis in frusta. Lotaque intestina eius ac pedes pones su-

---

m n
i. ad modum incensi.
a b c d e f g h i K l m n
per concisas carnes, & super caput illius. Et offeres totum arietum in incensum.

---

b c f g
s. holocausti. *i. holocaustum.* *non tam fumi quam obedientia, & deuotionis eorum, qui litabant.*
a b c d e f g h i K l
super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victima Domini. Tolles quoque

---

a b c d e f g h i K l
qui consecrationis aries dictus est. *vt materia circa quam, vt deinceps & pacificas hostias offerre possent.*
a b c d e f g h i k l m n
arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus: Quem cum

---

b h i k l k
s. digito. *in signum obedientia legis circa sacrificium.* *superiorem scilicet partem.*
a b c d e f g h i K l
immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextra

---

e f g h i K l
in signum celeritatis in executione horum sacrificiorum.
a b c d e f g h i K l m n
Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesque

---

b
sic vt ad interiorem partem perueniret, vt calore ignis absumeretur.
a b c d e f g h i k l
sanguinem super altare per circuitum. Cumque tuleris de sanguine qui est

---

e f g h i K l m a b c
i. sancto, suauiolentissimo, & vnguentaria arte confecto. *vt hac aspersione legali mundati, à profanis vsibus segregati, diuino cultui ipsi & vestes essent addicti & dicati.*
a b c d e f g h i K l m
super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios

---

a b c
& vestimenta eorum.

SCHOLIA.

13 *Postquam initiaueris manus eorum.*] Iuxta Hebræum est: Et consecrabis manũ Aaron, & manum filiorum eius: Sic & Septuaginta. Aliqui legunt: Et implebis manus Aaron, & filiorum eius, seu postquam impleueris & quidem in Hebręo est: *Vmilletha*, quod & cum initiaueris, seu consecrabis, seu implebis, verti potest. Modo, implere manus, phrasi Hebraica, pro consecrari sumitur; vt enim infra videbimus, eorum manus implebantur victimis & oblationibus, & subintelligendum credo: prædicto modo, quasi dicat: Postquam prædicto modo initiaueris manus, quia adhuc supererant, quę sequuntur ad initiationem, seu consecrationem eorum: Vnde iuxta Hebræum non est, postquam, sed, & consecrabis, &c. & subiungit: Applicabis, &c. ומלאת

14 *Applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij, imponentque Aaron & filij eius manus super caput illius.*] Iuxta Hebræum est: Et appropinquare facies iuuencum corã tabernaculo Ecclesiæ, & iungent Aaron & filij eius manus super caput iuuenci. Iam, supra diximus, in cuius memoriam vitulus esset, scilicet, in remissionẽ peccati Aaron in conflatione vituli. Iuuencus vero Hispane dicitur *buey nouillo*, cum scilicet vitulus esse desijt, nondum tamen ad iustam magnitudinem excreuit: & sic Vulgatus vituli nomen accipit, prout ad iuuencum extenditur. Vidimus etiam sæpe quare tabernaculum testimonij dictum sit. Impositio vero manuum iuxta Theodoretum, in his, inquit, erat, quæ pro ipsis offerebãtur, & maxime pro peccato, quod indicabat hostiam illam in eius locum, qui offerrebat, suffici, vtque pro ipso moreretur, idest, eius loco, qui propter delicta mortem promeruisse confitebatur. At iuxta S. Thomam, ad applicationem ministerij pertinet, sicut & modò, cum Ecclesiæ ministri ordinibus initiantur, manus imponunt, & tangunt materiam, circa quam illius ordinis vsus versatur, sicque in hac manuum impositione, tribuebatur eis ministrandi potestas in hoc, quod erat pro peccatis victimas litare.

Theod. q.61. in Exod.

S. Tho. 1.2. q. 102. a.5. ad 8.

15 *Et mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij.*] Iuxta Hebræum est: Et mactabis iuuencum coram Domino ad ostium tabernaculi Ecclesiæ: Fungebatur Moyses sacerdotis ministerio, in hac fratris, & filiorum initiatione, ideo ei dicitur, mactabis: & cum iam vestiti essent Aaron & eius filij, hac victima fatebãtur indignos se esse, qui pro alijs intercederent, cupereque agni venturi sanguine mundari, & mortẽ, qua digni erant ob delicta, in animal, quod mactabatur transferri. In conspectu autem Domini dicitur, ratione arcæ, & propitiatorij in sanctuario existentium: ad ostium vero tabernaculi; idest, in atrio, vbi holocausti altare positum esse supra vidimus.

16 *Sumptumque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo.*] Iuxta Hebræum est: Et capies è sanguine iuuenci, & pones in cornibus altaris digito tuo. In omnibus his exequitur Moyses sacerdotij ministerium, quousque Aaron & filiorum initiationem perficeret. R. Salomoh contradictorie in altaris cornibus inquit positum esse sanguinem, quasi ad totum altare, scilicet, holocausti, de quo est sermo; nam cornu vnum commune est ad duo latera, cornua autem altaris, pro eius angulis sumuntur.

17 *Reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius.*] Iuxta Hebræum est: Et omnem sanguinem fundes ad fundamẽtum altaris. Sic Chaldæus, & Septuaginta. Et quidem dictio *Iesod*, & basim, & fundamentũ significat, à verbo *Iasad*, quod est fundare, seu fundamentum iacere, & constituere. Per basim autem, seu fundamentum, altaris inferiorem partem parietum, vt ita dicam, ipsius intellige, seu parietũ radices à parte interiori, vt sanguis ab igne consumeretur; indecens enim videbatur, quod sanguis esset ad parietes altaris à parte exteriori, quoniam tanta sanguinis copia sacerdotum ministeria impediret, & horrorem vidẽtibus incuteret, nisi ibi esset fossa aliqua, quæ illum reciperet circum circa. יסוד

18 *Sumes & adipem totum, qui operit intestina.*] Adeps Hispane *enxundia*, ab his, qui anatomen ex professo tractant, dicitur vnctosum illud, quod musculorũ extremitatibus, membranisve adhærescit, ex frigida sanguinis portione, quę à venis excidẽs, exanguibus, ideoque frigidis membranis adhęret, ibidemque, non secus atque oleum, frigore concrescit. in vẽtre inferiore magna imprimis eius copia colligitur, quod ea pars membranosa sit, & à fonte caloris longiuscule dissita. Et licet adipem, à pingui, multis discriminari dicant, quandoque tamen adipis nomine confunduntur. Intestina vero sunt, quidam quasi membranacei canales, qui in interiori ventris parte siti, alimentorũ excrementa à ventriculo excipiunt, longisque orbium anfractibus tandem per secessum eijciunt. Hispane *tripas*, sex que in corpore humano ab anatomistis numerãtur.

19 *Et reticulum iecoris.*] Sic Septuaginta. Iuxta Hebræum est: Et fibram cum hepate. Chaldæus: reticulum, vel tela, quę super iecur, subaudi, est. Et quidem *Iotheret*, & reticulum, & aruinam, siue adipem, iecoris, aliquãdo significat: Vt Leui. 3. & aruinam iecoris cum renunculis. *Cabed* autem iecur dicitur. Modo, reticulus, diminutiuum retis, hic sumitur pro eo quod Hispane dicimus, *el redaño que cubre la fressura ò bigado del animal*, quod ad modum retis videatur, cum extẽditur, existente adipe rariore, & crassiore in diuersis partibus. At vero iecur Hispane, *el bigado*, est viscus incrassato sanguini simile, sedes concupiscentiæ, venarum omnium principiũ, & primum sanguinis generandi instrumentũ, ventriculum lobis quibusdã quasi digitis circũquaque complectens: à Gręcis *ἧπαρ*, Latinorum vsu hepar dicitur. יתרת כבר ἧπαρ

20 *Ac duos renes, & adipem, qui super eos est.*] Quid renes, capite pręcedenti scholio 71. Quid vero adeps, paulo ante in hoc capite dictum est. At quæ Theodoretus de his docet, ad mysticum pertinent sensum. Theod. q.61. in Exod.

21 *Et offeres incensum super altare.*] Iuxta Hebræum: Et suffire facies in altari. In Hebræo est: *Vehiktarta*, idest, fumigabis, adolebis, incendes, & sacrificabis reddi potest. Chaldæus: Incendes. Septuaginta: Impones super altare. Quare quod Vulgatus ait: Et offeres incensum, intelligendũ est. i. ad modũ incẽsi. Porro, hoc ad idololatrię detestationẽ והקטרת

fiebat,

Digitized by Google

fiebat, in qua totum adipem victimæ edebant, iuxta illud Deuteron. 32. De quorum victimis comedebant adipem. Quamuis & hoc aliter intelligi potest, vt suo loco videbimus. Optima ergo quæque in oblati animalis corpore, quæ apud gentes magna superstitione inspiciebantur, & edebantur, vetat ab aliquo edi, sed sibi quod delicatius offerri vult, & in altari incendi, reliquas vero carnes extra castra comburi.

22 *Carnes vero vituli, & corium, & fimum combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit.*] Sic iuxta Hebræum, nisi quod, pro vitulo, legitur iuuencus. Septuaginta vero legunt: Peccatum enim est: quo modo loquendi, & sacrificium quandoque peccatum dicitur; quod satisfactio pro peccato sit: Sic Paulus 2. Corint. 5. de Christo inquit: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: Vnde Chaldæus hoc loco ait: Expiatio enim est. alij: Sacrificium pro peccato: Peccatum itaque fecit, inquit Paulus, idest, hostiam pro peccato: Et ad istum ritum, qui & Leuit. 16. etiam refertur, alludit Paulus ad Hebr. 13. cum ait: Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: Sic Theodoretus, figuræ veritatem, inquit, restituens. *Theod. q. 61. in Exod.*

23 *Vnum quoque arietem sumes.*] Quid de hoc iubeat Dominus fieri, satis apertum est in litera; ideo enim holocaustum dicitur; quod totum in honorem Dei accendatur, præter sanguinem, qui circa altare, vt dictum est, fundebatur: Vnde subditur: Et offeres totum arietem incensum super altare. Quod iuxta Hebræum est: Et suffire facies totum arietem super altare: suffimentum vocans ad modum incensi, vnde subditur: Odor est Domino suauissimus.

24 *Oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini.*] Iuxta Hebræum est: Holocaustum est Domino in odorē quietis, oblatio ignita Domino est. Et quidem in Hebræo est *Michoach*, à *Noach*, verbo descendens, quod quiescere significat; *Isse* autem proprie oblatio dicitur, vel sacrificium, quod in igne offerebatur: Vnde & holocaustum vertit. Additur: Oblatio est enim ignita Domino; quasi dicat: Oblatio enim est, quæ tota igni absumi debet in honorem Dei. Estque oblatio, quæ quiescere facit iram Domini, hoc est pacatum eum reddit hominibus. Quare quod dicit: Oblatio ignita Domino est, repetitio est, verbis paululum immutatis. Iam dictio *Hola* in Hebræo posita, holocaustum dicitur, à verbo *Hala*, idest, ascendit; quod totum illud sacrificium in fumum, vt ita dicam, ascendat, & conuertatur: Vnde & Septuaginta: Holocaustum Domino in odorem suauitatis, sacrificium Domino est. Chaldæus: Holocaustum est coram Domino, vt suscipiat cum beneplacito, holocaustum est coram Domino. Sed hæc non discordant à Vulgato, qui dixerat: Offeres totum arietem incensum coram Domino, & subdit: Oblatio est Domino, idest, vapor, seu incensio placentissima est Domino: Non quod Deus fumi odore delectetur; non enim, sicut nos, odorem, inquit Augustinus, corporeis naribus ducit: sicut ergo ille olfacit, sic ista significat. Quod Theodoretus eleganter elucidat: humanis, inquit, rebus, diuina docet: nā quia nos suauibus odoribus maxime delectamur, sacrificiū, quod ex lege fiebat, suauem odorem appellauit: quid enim peius olet quam illa? & grauis est odor ossium combustorum, suauissimus vero obedientiæ, & deuotionis in illo, & maxime quod vmbræ quædam essent Christi immolandi in cruce.

מחות אשה · עלה עלה · *Aug. q. 127. in Exod.* · *Theod. q. 62. in Exod.*

25 *Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron, & filij eius ponent manus.*] Quid aries sit, & in cuius memoriam hostia hæc pacifica esset, vidimus: Et vt quid manus imponant, secundum Theodoretum, quod illorum, qui manus imponerent, esset, sed iuxta sanctum Thomam ad ministerij applicationem pertinebat, in his, qui initiandi erant, vt materia, circa quam versarentur, vt deinceps & pacificas hostias immolare possent. *Theod. q. 61. in Exod.* *S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.*

26 *Quem cum immolaueris, sumes de sanguine ipsius, & pones super extremū auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & super pollicem manus eorum, at pedis dextri.*] Hæc ad ritum initiandi spectant; Vnde & merito aries consecrationis hic secundus dicitur. Dictio *Tenuch*, tenerum proprie significat, quod est in extremo auriculæ: Vnde aliqui vertunt ex Hebræo: Super fibrā auris Aaron, alij: Super teneriorem auris dextræ partem. Chaldæus, vt solet, partem explicat, legit enim; In superiore parte auris. Porro, ritus huius significationem refert sanctus Thomas, vt scilicet essent obedientes legi Dei in oblatione sacrificiorum, quod significatur in intinctione auris dextræ, & quod essent solliciti & prompti, in executione sacrificiorum, quod innuitur in intinctione pedis, & manus dextræ: quam tinctionem inquit R. Salomoh factam super iuncturam mediam pollicis. תנוך *S. Thom. 12. q. 102. a. 5. ad 8.*

27 *Cumque tuleris de sanguine, qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron, & vestes eius, filios, & vestimenta eorum.*] Iuxta Hebræum post prædicta verba additur: Et sanctificabuntur, ipse, & vestes eius, & filij eius, & vestes filiorum eius secum: Et quidem aspersionem hanc, in memoriam sanguinis agni, per quem liberati fuerunt de Ægypto, fuisse affirmat sanctus Thomas. Quod vero iuxta Hebræum additur: Sanctificabunt ex hoc, ad quamdam tam ipsorum, quam vestium dedicationem puto spectare; & legalem munditiem, vt scilicet ex hoc, tam ipsi, quam vestes, sanctæ, idest, diuino cultui dicatæ essent. De oleo vero vnctionis, idest, quo vngebantur, quod & oleum sanctum dicebatur, iam ex Philone supra vidimus, quo modo non commune, sed suaueolentissimum esset, & vnguentaria arte confectum. *S. Tho. 12. q. 102. a. 5. ad 8.* *Philo lib. 3. de vita Moysi.*

a: i. diuino cultui dicatis, & segregatis à profanis vsibus. l: pro, idest, vel inquam. m: i. adipem.

Consecratisque ipsis & vestibus, tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam, quæ operit

a *las entrañas.* c *Quia adeps est extensus ad modum retis.* o *la espalda del animal.*

vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem, qui super eos est, armumq. dextrum,

d e *i. proprie ad consecrationem ministrorum destinatus in hac vice.* f g h *hac iam supra exposita sunt.*

eo quod sit aries consecrationis: tortamq. panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de

c d e f g h *Hebraismus est. i. in quo infermentata fuerunt Deo oblata.* i k l m n a b c *propter hoc implere manus, Hebraismo, in hoc capite idem est, quod consecrare, & proinde, hac. offerendi Deo deinceps, potestatem accipiunt.*

canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini: ponesq. omnia super manus Aaron

e f *i. segregatos ab vsibus profanis, diuino cultui dicabis.* g h i *sursum, & deorsum, & in omnem plagam oblationem ipsam, quo significabatur, Deum vniuersorum Dominum esse.* k l m n *tamquam mihi oblata.*

& filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino. Suscipiesque vniuersa de manibus

c d e *i. igne adolebis.* h i *non fumi, sed magis fidei, obedientia, & deuotionis in offerentibus.*

eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini,

b c d *i. Deo fuerunt oblata.* g *el pechesillo.* o *i. diuinis dicabis vsibus.*

quia oblatio eius est. Sumes quoque pectusculum de arite, quo initiatus est Aaron, sanctificabisq.

b *sursum, deorsum, & secundum omnem plagam orbis.* e f g h i *quod in hac initiatione. Pontificis ministerio Moyses fungeretur.* k *i. diuinis vsibus dicabis.* l *pro, non solum.*

illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam. Sanctificabisque & pectusculum

a *i. eleuatum modo praedicto.* b *pro, sed.* c *la espalda del animal.* g *Iuxta Hebraeum: eleuasti.*

consecratum, & armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron & filij eius,

a *s. talia in sacrificijs populi in posterum, cum ipsi sacerdotij ministerio fungentur.* e f g *i. successorum eius.* h i *i. dum hoc sacerdotium durabit, statuto inuiolabili.* k l m *s. dandum.* o *i. primo eleuata, & separata in hostijs pacificis, q. d. debita, sicut primitiae.*

cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filijs Israel: quia primitiuae

b *pro idest.* h i k *ac proinde potest, vt sibi à populo oblatum, de illo disponere, vt de suo, quod in ministrorum partem cedat.*

sunt & initia de victimis eorum pacificis quae offerunt Domino.

S C H O L I A.

28 *Tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam, quae operit vitalia.*] Quid adeps, supra scholio 18. quod autem sequitur: Et aruinam, quae operit vitalia, expositiue accipiendum videtur, est enim eadem dictio Hebraica *Cheleb*, vbi dicitur adeps, & hic aruina; forsan ne idem verbum tam cito replicaret, vt diceret totum adipem; & ne quis dubitaret, de quo adipe loqueretur, eum adipem, inquam intelligo, qui operit vitalia. Iuxta Hebraeum est Intestina; est enim dictio *Kereb*, in Hebraeo: Et quidem vitalia proprie dicuntur, quod nos Hispane *las entrañas*; intestina, *las tripas*, & quandoque voces istae large accipiuntur, & non adeo stricte, sicut apud anotomistas; nam & aruina proprie, teste Seruio, durum pingue est inter cutem. *graça que esta puesta sobre la carne*, hice autem sumitur, pro eo

חלב

קרב

quod

quod proprie adeps dicitur.

29 *Et reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem, qui super eos est.*] Quid reticulum, & quid iecur, supra schol. 19. quid renes, capite praecedenti, schol. 71. quid adeps, supra schol. 18.

30 *Armum dextrum, eo quod sit aries consecrationis.*] Sic & iuxta Hebraeum, & in Hebraeo est שוק הימים *Sok haiamim*, idest, armum dextrum. Septuaginta: brachium. Cęterum armus Hispane *la espalda del animal*: in hoc enim armus ab humero differt, quod humeri, eorum proprie sint, qui recti in caelum spectant, solus itaque homo humeros habere dicitur; Virgil. 4. Aeneidos:

Os humerosque Deo similis —

Armi vero sunt brutorum, quamuis & de hominibus quandoque dicatur, vt est apud Horat. Satyr. 4. Sequitur: Eo quod aries consecrationis est: vel iuxta Hebraeum, consecrationum. Septuaginta: Est enim consecratio. Chaldaeus: Quoniam aries oblationum est. Aliqui legunt, aries repletionum; implere enim in hoc capite, pro consecrare sumitur: aries ergo repletionis, siue consecrationis, idest, quo consecrantur ministri, siue replentur, iuxta id quod paulo post sequitur: Ponesque omnia super manus Aaron & filiorum eius.

31 *Tortamque panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini.*] Tortam, placentam intelligo, quid vero crustula, quid laganum, vide supra scholijs 4. 5. & 6. Animaduertendum tamen, tam iuxta Hebraeum, quam Septuaginta, & Chaldeum, in omnibus his, dictionem, vnum, vel vnam, positas: crustulam vnam, laganum vnum. Quod vero sequitur: Quod positum est in conspectu Domini, Hebraismus est, idest, in quo infermentata fuerunt Deo oblata.

32 *Ponesque omnia super manus Aaron, & filiorum eius, & sanctificabis eos, eleuans coram Domino.*] Iuxta Hebraeum est: Et pones omnia super volas Aaron, & super volas filiorum eius, & eleuabis ea eleuationem coram Domino: Sic Chaldaeus. Quod igitur Vulgatus dicit: Sanctificabis eos, ad initiationis ritum pertinet; dabatur enim proinde potestas, vt deinceps talia Domino offerrent, sacerdotij ministerio fungentes; sic sanctus Thomas, necnon & iuxta viros doctos, quod in eorum partem deinceps haec cederent, innuitur, ita quod, siue in hac initiatione, siue deinceps, cum sacerdotio fungerentur, eorũ nihil in profanos vsus esse posset. Sequitur: Eleuans coram Domino; pro quo sciendum est, verbum נוף *Nuph*, à quo תנופה *Tenupha*, significare eleuare, mouere, & hincinde agitare; posita enim praedicta in initiandorum manibus, sustentatis à Moyse, quasi tradente illis ius talia possidendi, eleuabat cum decore & solennitate sursum, quantum fieri poterat, & iterum submitti sinebat: & haec eleuatio ab Hebraeis תרומה *teruma* dicitur; Deinde à sinistra ad dextram mouitabat, in modum crucis, significando Dei omnipotentiam, in cuius ministerium initiabantur, quia Dominus totius orbis est, ad omnem plagam mundi, & Dominus eorum, quae sursum, & deorsum, ante, & retro; nam etiam secundum omnem differentiam, idest, antrorsum, & sinistrorsum, ad dextram, & ad leuam mouebãtur manus eorum, cum praedictis muneribus: & haec eleuatio dicebatur ab Hebraeis *Tenupha*. sic R. Salomoh.

S. Thom. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 8.

33 *Suscipiesque vniuersa de manibus eorum, & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini; quia oblatio eius est.*] Iuxta Hebraeum est: Et suffire facies super altare in holocaustum, in odorem quietis coram Domino. Septuaginta: Et offeres super altare holocausti. Chaldaeus: Et incendes in altari super holocaustum, vt suscipiatur cum beneplacito coram Domino. Idem est omnium sensus, sed haec iam abunde explicata sunt supra schol. 24. huius capitis.

34 *Sumesque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam.*] Iuxta Hebraeum est: Et capies pectus arietis cõsecrationis, quod est ipsi Aaron, & eleuabis illud eleuationem coram Domino, & erit tibi in partẽ. Alij pro eo, quod est, consecrationum, legunt: Impletionum, iuxta phrasim vsitatam in hoc capite, impletionum, pro, consecrationum. Chaldaeus inquit: Oblationis Aaron, licet iuxta Hebraeum cum dicitur. Quod est ipsi Aaron, videatur sensum facere, quod postmodum iure cedet in sacrificijs in partem Aaron; hoc enim pectusculum secundi arietis, solius Pontificis erat, non aliorum sacerdotum: nunc cedit in partem Moysi, qui Pontificis munere, in hac fratris, & filiorum eius initiatione, fungitur. Et quidem pectus à compactis costis sic dictum est, quae velut firmamentũ pectoris sunt, cuius diminutiuum est, pectusculum *pechefillo* Hispane. Reliqua, quae ad intelligentiam praedictorum verborum desiderantur, vide supra schol. 32. huius capitis.

35 *Sanctificabisque & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron, & filij eius.*] Iuxta Hebraeum est: Et sanctificabis pectus eleuationis, & armum exaltationis, quod eleuatum est, & qui exaltatus est ab ariete consecrationis. Quod consecratum, Vulgatus dicit, ex ritu eleuationis, de quo supra schol. 32. eleuationis pectus dicitur, & armus exaltationis. Chaldaeus: Et sanctificabis pectusculum eleuationis, & armum separationis. Septuaginta: Et sanctificabis pectusculum segregationum, & brachium separationis. Verbum autem, sanctificabis, quod est in Vulgato, sicut saepe, interpretandum iudico, pro eo quod est à profanis vsibus separare, diuinoque cultui dicare, siue cedat in cibum offerentium, quia & cibus ille eorum, quae offerebant coram Domino, non erat profanus, siue in partem sacerdotalem, & Pontificiam, siue in holocaustum incenderetur; talis distributio, vt aduertit hic Hugo de sancto Victore, fiebat de hostia pacifica, qualis fuit aries secundus.

36 *Cedent in partem Aaron, & filiorum eius iure perpetuo à filijs Israel.*] Iuxta Hebraeum est: Et erit ipsi Aaron, & filijs eius, in statutum perpetuum, à filijs Israel. Septuaginta: Legitimum sempiternũ. Chaldaeus: In statutum aeternum. In Hebraeo est *Lechach bolam*, quod praedictis omnibus modis verti potest, cuius intelligentiam saepe annotauimus. Porro, subintelligi debet, deinceps, in hostijs scilicet, quas filij Israel offerent, cum Aaron & successores eius sacerdotio suo fungetur, vt sit legitimus

sensus:

sensus: Quoad lex vetus cursum suum habitura erit, tamdiu pectus, & armum dextrum in sacrificijs tenebuntur Israelitæ dare Aaron, & legitimis successoribus eius.

37 *Quia primitiua sunt, & initia de victimis eorum pacificis, quæ offerunt Domino.*] Iuxta Hebræum est: Quia exaltatio, & exaltatio erit à filijs Israel de sacrificijs pacificorum suorum, exaltatio eorum Domino. Chaldæus: Quia separatio est, & separatio erit à filijs Israel, de victimis sanctificationum suarum, separatio eorum coram Domino. Sic fere & Septuaginta, & abstractum pro concreto ponunt, separatio, pro separato. Quare primitiua, in Vulgato, idest, quæ primo saparata sunt, & eleuata, in partem Domini Dei, in hostijs pacificis, & Dominus cedere vult iure perpetuo in partem ministrorum templi, de quo, tamquam de sibi oblato à populo, disponere potuit. Horum rationes, quas Theodoretus assignat, ad mysticum pertinent sensum.

---

a *pro, vestes.* — c *pro, sanctam.* — d *pro, quibus.* — e f g h i *q. d. nō tumulabitur Aaron, cū illis vestibus, sed, &c.* — h i *s. successores in pontificatu, ex posteris eius.* — k l *i. illo defuncto.* — m n o p a b c d *s. eo modo, quo de Aarone dictum est.* — o p *pro, cum ea, i. ea induti.*

a b c d e f g h i k l m n o p

Vestem autem sanctam, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in ea,

---

c f *continuis, quibus durabat ritus consecrationis.* — g *s. cum dedicatur. Aug. q. 129. in Exod.* — k *summus.*

a b c d e f g h i k l m n o

& consecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus

---

b c *i. posteris eius.* — f g h *sub. etiam in sancta sanctorum.*

a b c d e f g h i K l m

de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij vt ministret in Sanctuario.

---

a *loquitur de illa parte, quæ in hostia pacifica, cedebat in vsum offerentium.* — c *i. secundi, qui oblatus fuit, et ad ritū consecrationis maxime deseruit.* — e f g *præter armum, qui in vsum Pontificis cessit.* — K l *non in altari holocausti, sed in alio loco atrij.* — m n *tamquam offerentes in hoc facto.*

a b c d e f g h i k l m n

Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto: quibus vescetur

---

e f g h i x *qui reliqui fuerunt ab his, qui igne absumpti sunt.* — l m n *i. in atrio, quod est ante ostium tabernaculi.*

a b c d e f g h i x l m n o

Aaron & filij eius. Panes quoque qui sunt in canistro in vestibulo tabernaculi testimonij

---

b c d e *i. appareat placatum fuisse Deum, sacrificio; & sacerdotem consecratum.* — f g h i *quod hoc ritu initiatio eorum compleretur.* — k *i. qui non fuerit sacerdotio initiatus ex filijs Aaron.*

a b c d e f g h i K

comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena

---

e f g *sub. & non communes cibi, carnes. s. & panes illi.* — m n o *i. Deo dicatis in tabernaculo.*

a b c d e f g h i l m n o p q

non vescetur ex eis, quia sancti sunt. Quod si remanserit de carnibus consecratis, siue de

---

b c *quando finita fuerit religiosa comestio.* — e *quæ etiam ad cibos sacros, & non communes pertinent.* — g h *ab alienigena, vel à canibus, & huiusmodi.* — i k l *i. sunt de cibis Deo in Sanctuario dicatis, & non de cōmunibus, ideoque eodem die comedenda.*

a b c d e f g h i K l

panibus vsque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt.

---

a b c *pertinentia ad eorum initiationem.* — e f g h i K *vt rite initientur, & ad sacerdotia promoueantur, tam ipsi, quam eorum successores.*

a b c d e f g h i K

Omnia, quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filijs eius.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIA.

38 *Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eorum.*] Iuxta Hebræum est: Et vestes sanctitatis, quæ sunt ipsi Aaron, erunt filijs eius post eum, ad vngendum cum eis, & ad consecrandum cum eis manum eorum. Et quidem in Hebrĉo in plurali est, vestimenta, aut vestes, quare Vulgatus singulare pro plurali posuit, plura siquidem erant Pontificis indumenta, vt vidimus. Porro, filij, idest, eius posteri, qui in pōtificia dignitate succedent, filij successores in pontificatu. Chaldæus: Vt vngantur in eis, & offerantur in eis oblationes eorum, quantum ad sensum, vnus est omnium; omnia enim hæc in initiatione Pontificis interueniebant, vt scilicet ad pontificatum promouerentur, & secundum dictum modum consecrarentur. Iam, ne quis putaret, Aaron in vestibus, quibus pontificalia exercebat, cum obiret, tumulandum, successorem illis indui in sua initiatione iubet, quod & factum fuisse Numer. 20. refertur, vbi Dominus dixit ad Moysen: Tolle Aaron, & filium eius, cumque spoliasset Aaron vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius:

39 *Septem diebus vtetur illa, qui Pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius.*] Iuxta Hebræū est: Septem diebus induet eas sacerdos, loco ipsius, de filijs eius. Septem diebus, non quod & alijs diebus easdem vestes non indueret, sed his septem diebus continuis, inquit Augustinus, in quibus sacerdotium quodammodo dedicatur, vt quo Pontifex diutius consecratur, eo maior & illustrior fieret sacerdotij auctoritas: & sermo est de summo sacerdote: quare, qui Pontifex pro eo fuerit constitutus, subaudi, summus, hoc est, qui in eius locum sufficietur de filijs, idest, posteris eius: & lege cauetur, sic semper Pontificem cōsecrandum, sicut de Aarone dictum fuit.

Aug. q. 129. in Exod.

40 *Et qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in Sanctuario.*] Iuxta Hebræum est: Qui veniet ad tabernaculum Ecclesiæ, seu conuentus, ad ministrandum in sanctificatione, siue sanctimonia: licet enim alij sacerdotes etiam ministrarent in tabernaculo, non tamen sic, vt Pontifex: quamuis & Augustinus videatur, & commode, interpretari de ingressu in sancta sanctorū, quia & ipsa sancta sunt, & Sanctuarium, quo solus Pontifex ingrediebatur.

Aug. q. 129. in Exod.

41 *Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto.*] Iuxta Hebræum est: Et arietem consecrationum capies, & coques carnem eius in loco sanctitatis: sæpe enim Hebræus abstractis pro concretis vtitur, vt sanctitatis, pro, sancto, sicut & consecrationum plurale *Hamilluim*, pro singulari, consecrationis. Porro, his verbis quasi quibusdam interpositis, ordinat de his, quæ ex ariete consecrationis supererant, post pectusculum delatum Moysi, & reliqua iam incensa & igne absumpta, iubetur quod reliquum erat, coquendum in loco sancto, non vtique in holocaustorum altari, vbi destinati tantum ministri accedere poterant ad ministerium, sed in alio atrij loco, ad talia destinato, qui cum quodammodo ad tabernaculum pertineret, locus sanctus, idest, non profanus, seu communis dictus est.

המלאים

42 *Quibus vescetur Aaron, & filij eius; pan[em] quoque qui sunt in canistro in vestibulo tabernac[uli] testimonij comedent.*] Iuxta Hebræum est: Et co[m]medent Aaron & filij eius carnes arietis, & p[a]nem qui est in canistro ad ostium tabernaculi E[c]clesiæ. In hostia pacifica hæc erat pars, quæ ced[e]bat in cibum sacrum offerentium, & cum hæ esse[nt] carnes arietis consecrationis Aaron & filiorum, ipsi erant modo offerentes; similiter post igni a[b]sumptos panes, qui reliqui erant, ad offerentium [sa]crum cibum pertinebant. Quod vero dicitur: In v[e]stibulo tabernaculi, siue ad ostium, idest, in atri[o,] quod ante ostium tabernaculi erat, quare nec ci[bi] communes, nec mensa communis, sed sacrati era[nt] cibi, & mensa sacrata.

43 *Vt sit placabile sacrificium, & sanctificetur o[f]ferentium manus.*] Iuxta Hebræum est: Et com[e]dent ea, quæ propitiatio facta est, ad consecran[dum] manum eorum, ad sanctificandum eos. Comede[nt] ea, scilicet carnes & panes, quæ, idest, quibus expi[a]ti fuerunt Aaron & eius filij, dum consecrarent[ur] manus eorum, & sanctificarentur. Vnde Septuag[in]ta: Comedent ea in quibus sanctificati sunt in ipsi[s] ad consecrandum manus eorum, ad sanctificandu[m] eos. & quidem in Hebræo, præteritum passiuum e[st] *Cuppar*, At Vulgatus, prædicto sensu ex præcedent[i]bus verbis subintellecto, alium etiam exprimere v[i]detur, quasi de futuro: Vt sit, inquit, placabile, ta[li] enim conuiuio complebatur initiatio nouorum [sa]cerdotum, Domino gratiam largiente, & place[n]tiam habente in fide, deuotione, & obedientia; tale proinde est, quale in humanis videmus, tu[m] placatum Dominum, cum illum à quo offensus fu[e]rat, ad mensam suam, vel domum inuitatum admi[t]tit: in hoc igitur placabile sacrificium apparuit, Deum in illo placatum, quod in domo sua, scilice[t] tabernaculi atrio, illos inuitatos habeat. Cui ex[po]sitioni etiam arridet Chaldæus, qui legit: Et co[m]medent ea quibus placabiles erunt; idest, appare[bunt] bunt ipsorum munera accepta, Deo placato. Et ad[di]ditur: Et sanctificentur offerentium manus, quo[d] & hoc conuiuio, vt diximus, eorum initiatio com[ple]pleretur.

44 *Alienigena non vescetur ex eis, quia sanc[ta] sunt.*] Iuxta Hebræum est: Alienigena non come[de]det, quia sanctificatio sunt abstractum pro con[cr]eto, sanctificatio sunt, pro, sancti sunt. Septua[gin]ginta: Sancta sunt. Chaldæus: sanctificata sunt. Alienigena vero dicitur in Hebræo *Zar*, à verb[o] *Nazar*, quod est elongare, hic autem pro illo poni[tur], qui à sacerdotali familia elongatus est, quem cumque enim, qui nō sit de sacerdotali familia, ho[c] loco alienigenam vocat.

45 *Quod si remanserit de carnibus consecratis, si[u]e de panibus vsque mane, combures reliquias igni[,] non comedentur, quia sanctificata sunt.*] Iuxta He[b]bræum est: Etsi superfuerit de carne consecratio[nu]num, & de pane, vsque mane, consumes residuum igni, non comedetur, quia sanctitas est. Abstractum pro concreto, sanctitas est, pro, sanctificata sunt. Non licebat quidē reliquias in profanos cibos cōnuertere; cumque iam religiosum, vt ita dicam conuiuium finitū esset, ne sanctificati cibi in vsus pro-

fanos

sanos cederet, aut canibus darentur, comburi iussit. Et cum nec de vxoribus, filiabus, aut pueris sacerdotum, vlla facta sit exemptio, creditur nullum prædictorum ad præfatam sanctificatorum mensam admissum fuisse.

45 *Omnia quæ præcepi tibi facies, super Aaron, & filijs eius.*] Ita & iuxta Hebræum, præterquam quod præmittitur: Et facies Aaron, & filijs eius, sic; sed Vulgatus quandoque silet huiusmodi repetiones. R. Salomoh. Hoc loco tamen R. Salomoh aduertit, hæc verba adiecta fuisse, vt innueret prædicta omnia de necessitate cōsecrationis fuisse: sicut enim nunc quædam sunt de solennitate sacramenti, alia de necessitate, ita & in ministrorum veteris legis initiatione: præcepit itaque obseruari omnia, ita vt, si prædictorum aliquid deesset, consecratio nulla foret, & illorum ministerium pollutum: sed cum grano salis intelligendum puto, quantum ad substantiam eorum, quæ præcepta sunt ad initiationem directe, seu per se pertinentium.

c *i. Initiabis sacerdotio illos.* g *siue iuuencum.* i *i. in peccati expiationem.* l m n *s. septem.*

a b c d e f g h i k l m n o
Septem diebus consecrabis manus eorum: & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad

a *i. expiabis, scilicet, oblato vitulo.* d *sub. postque.* f g *sub. & alia sacrificia, oblationes, & libamina.* i *in duobus angulis, vt supra, vnguento sancto, de quo capite sequenti.*

a b c d e f g h i k l
expiandum. Mundabisque altare cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in

a *i. dedicationem, seu, vt sit consecratum.* c *continuis.* d *i. mundabis.* g *i. vngendo dedicabis.* k l *Hebraismus, idest, sanctissimum: quod in illo sacra hostia offerantur.*

a b c d e f g h i k l
sanctificationem. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum.

a b c *pro, omne, quod in eo oblatum fuerit.* e *i. ita sanctum, vt in communes vsus nefas sit cedere.* f g *i. prædicta.* n *i. nondum anni expleti.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos

a *inde iuge, i. continuum sacrificium dictum est.* d *ante Solis occasum.* g h *i. inter duas vesperas, ante Solis occasum, sic iuxta Hebræū.* h i *s. Ephi.* K *i. floris farina.* m *non mola contuso, quod purius sit.*

a b c d e f g h i k l m n
dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum vespere, decimam partem similæ conspersæ oleo tuso,

c d *i. octodecim ouorum, & trium login.* f *mensura est liquidorum, continens duodecim login,* K *libamen liquidorum est, sicut oblatio aridorum, sacrificium viuentium.*

a b c d e f g h i K l m
quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensuræ

a b c *i. pro quolibet agno.* h i *i. inter vesperas ante Solis occasum.* K l *cum simila, scilicet oleo conspersa.*

a b c d e f g h i K l m n
in agno vno. Alterum vero agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis,

g h *Hebraismus est, idest, suauissimum.* i *s. iuge, & holocaustum.* m n o a b *i. quamdiu eritis, offeretis mihi hoc iuge sacrificium, per omne tempus legis vestræ obseruandum à posteris vestris.*

a b c d e f g h i k l m n o
& iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis: sacrificium est Domino, oblatione perpetua in

c d e f *i. in altari holocausti, quod erat in atrio ante ostium tabernaculi.* g h *quia è regione arcæ erat illud altare.* i k l m a b *s. vt præcipiam populo, quæ facturus sit, & vt ad internuncium illius ad te loquar.* x *i. conueniam, seu adero.*

a b c d e f g h i K l m
generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, vbi constituam vt loquar

ad te.

c d c f h k l m h i K l m
s.qua facturi sint. *sic, iuxta Hebraeum, scilicet ob Dei praesentiam. Chaldaeus, & Septuag. Sanctificabor.* *q.d. ob gloriosam praesentiam meam.* *i. cum in nube apparens super tabernaculū, inde ignē emittā, qui hostias deuoret. Leu. 8.*
a b c d e f g h i K l m n
ad te. Ibique praecipiam filijs Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo

a b c d e f g h i κ
dedicatione spirituali ad ritus externos, vnumquodque suo modo.
a b c d e f g h i k l m n
& tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur

c e h i K m o p q a
in figura nubis praesens ero, protegens, fauensque. *i. inter.* *per cultum specialem.* *i. experientur.* *per cultū specialem.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroq. eis Deus, & scient quia ego Dominus Deus

h i K l m n n o p
per specialem curam, & tabernaculum vt specialem domum eligens. *quasi dicat: cum tamen Deus ipsorum sim.* *per specialem cultum, qui iure creationis, & gubernationis omnium Dominus est.*
a b c d e f g h i K l m n o p
eorum, qui eduxi eos de Terra Aegypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

S C H O L I A.

46 *Septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies, ad expiandum.*] Septem etiam diebus sacerdotum initiatio durabat, sicut & Pontificis, vt & sacerdotum auctoritas diuturna consecratione celebrior haberetur. Porro, in eo, quod sequitur de vitulo, seu iuuenco, vt iuxta Hebraeum legitur; ad expiādum, siue propter expiationes, vt dicitur iuxta Hebraeum, idest, pro peccati eorum expiatione, per singulos septem dies fieri praecipit, quod & de omnibus alijs, scilicet, de arietibus, & panibus, etiam per singulos dies septem cōsecrationis fieri, auctor est Iosephus, cum ait: Purificans eos fontanis aquis, ac vnguento, vt Dei fierent sacerdotes, ac simili modo per septem dies, ipsos, & eorum vestes curabat, tabernaculum item, & eius vasa, vnguento, sicut dixi, confecto, & sanguine taurorum, & arietum, alternis diebus iuxta genus suum mactatorum: itaque & septem vituli, seu iuuenci, & quatuordecim arietes, in sacerdotum & Pontificis initiatione mactabantur. *Ioseph. 3. an-tiq. cap. 9.*

47 *Mundabisque altare, cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem, septem diebus expiabis altare, & sanctificabis.*] Iuxta Hebraeum est: Et expiabis altare, cum expiaueris eum, & vnges eum ad sanctificandum ipsum, septem diebus expiabis altare, & sanctificabis illud. Chaldaeus, vbi nos legimus, cum immolaueris, vertit: Cum expiaueris super illud; idem est, ac si dicat, immolaueris expiationis hostiam: Septuaginta legūt: Mundabis altare, cum sanctificaueris tu super illud. Immolationem hostiae, sanctificare vocant. Singulis itaque diebus, post immolationes in altari factas, vt inquit R. Salomoh, mundari praecepit altare, & sacro vnguento liniri, quae ad dedicationem nouę arę spectare videntur: Et hoc est, quod inquit textus: In sanctificationem. Sequitur: Expiabis altare, & sanctificabis: Repetitio eiusdem est, paululum immutatis verbis: quod enim dixerat: Mundabis, hic dicit: Expiabis, & quod dixerat: Vnges in sanctificationem, hoc ait modo, & sanctificabis; quae enim Deo dicata erant, & sanctorum vsui deputata, sancta dicebantur; quia de caetero profanis vsibus adaptare nefas erat, & sic tota tabernaculi supellex primis ritibus sancta habebatur. *R. Salomoh.*

48 *Et erit Sanctum sanctorum.*] Iuxta Hebręum est: Et erit altare sanctitas sanctitatum: Hebraismus est, idest, summe sanctus habebitur. Non itaque Sanctum sanctorum, inquit Augustinus, sicut illud quod velo separatur, vbi est arca testimonij, sed per vnctionem & expiationem septem dierum post sacrificia, erit Sanctum sanctorum, ait Hugo de sancto Victore, ad sacras hostias sacrificandas. Ex quo habes aequiuoca denominatione, adytum sic vocari, & quaeque alia ad sanctuarium pertinentia, maxime altare, in quo sacrae immolabantur hostiae. *Aug. q. 13 in Exod.* *Hugo de s. V. flor. in Exo.*

49 *Omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.*] Iuxta Hebraeum est: Quidquid tetigerit altare, sanctificabitur, & quidem dictionem *Col*, omnis generis esse constat, omnis, & omne dici potest, idcirco R. Salomoh (quem ex recentioribus sequuntur aliqui) sic interpretatur, vt si ex oblatis, quae secundum legem offerri possent, dum essent in exedra, ex tactu alterius polluerentur, non recuset sacerdos illa offerre; hoc enim ipso, quod super altare sacratum sunt, siue altare contingunt, sanctificantur. Sed planior sensus est, quod cum praedictis ritibus holocaustorum, & victimarum expiationis, per singulos septem dies, & vnctionis, tandem sic sufficienter consecratum habeatur altare holocausti illud in perpetuum, eatenus, vt, quidquid illic oblatum fuerit hostiarum secundum legem, ita sanctum fiat, vt edi non possit, nisi in sacros cibos, nec vllo modo in profanos vsus commutari, adeo, vt reliquiae ne canibus, vel alijs in communes cedant cibos, comburi debeant. כל *R. Salomoh.*

50 *Hoc est, quod facies in altari, agnos anniculos duos per singulos dies iugiter.*] Iugiter, subaudiendum est, offeres. Septuaginta legunt: Duos (videlicet agnos sumes) per singulos dies iugiter oblationem continuationis. De iugi sacrificio sermo est, de quo Numer. 28. Anniculus autem dicitur, vnius anni, vel qui non peruenerit ad annum, vnde & aliqui ab octauo die natiuitatis dicunt sic vocari, non enim poterant ante octauum diem offerri.

51 *Vnum agnum mane, alterum vespere.*] Iuxta Hebraeum est: Agnum vnum facies mane, & alterū

Digitized by Google

agnum facies inter vesperas. In Hebræo est *Benbarbaim*, idest, inter vesperas, hoc quidem exponũt, idest, vesperas duplices, intelligiq. volunt, vnã eam haberi vesperam, qua rota solaris iubaris orizonta iam tenet, & aliam cum iam nihil superesse videtur luminis de radijs solaribus quibuscumque, tempus scilicet crepusculi, quarum intercapedo vesperarũ, hora integra durat, cum tertia parte horę, infra hoc tempus, immolandum secundum agnum volunt. Iosephus vtrumque, mane scilicet, & vespere, sic describit: Oportebat, inquit, bis suffitum facere, ante ortum, & circa occasum Solis. Modo verbum facere, quo & iuxta Hebræum, & Iosephus vtuntur, pro sacrificare sæpe in Scriptura est in vsu.

בין הערבים

Ioseph. 3. antiq. c. 9.

52 *Decimam partẽ similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram, quartam partem hin.*] Ita, & iuxta Hebræum, subintelligiq. debet Ephi, decimam partem Ephi: habet autem Ephi mensura tria sata, seu modios; & decima pars Ephi habet mẽsuram quadraginta trium ouorum. Hin vero refertur mensura liquidorum, continens duodecim login. At login minima mensura est in aridis, & liquidis, quæ continet sex oua. Rursum Gomer, qui & chorus, de quo Leu. vlt. est mensura continens tres mensura Ephi, hoc est, quantum mille ducentæ & nonaginta testæ ouorum, & quarta pars hin, erit mensura trium login, hoc est, octodecim ouorum, sic quidem Hebręi, pro suo more, mensuræ genera per oua explicare consueuerunt. Porro, simila flos farinæ est, & oleum tusum dicitur, quod non mola teritur, sed pilo, estque oleum purissimum, de quo, cum de candelabro tabernaculi fieret sermo, egimus. Et quod hoc iuge sacrificium Messiæ æternitatem adumbraret, (de qua ad Heb. 13. Iesus heri & hodie, ipse & in sęcula) sanctius hoc sacrificium alijs esse dixerunt, & quæ puriora sunt exigi, vt simila, & oleum tusum.

53 *Et vinum ad libandũ, eiusdem mensuræ in agno vno.*] In agno vno, Hebraismus est, idest, pro vnoquoque agno. Chaldæus: Et vinum pro libamine, quartam partem hin in agnum vnum. Septuaginta: Et libaminis quartam partem hin vini, agno vni. Iuxta Hebræũ est: Et libamen quartã hin vini, agno vni. Pro vnoquoque igitur agno, quarta pars hin de vino dabatur ad libandum. Porro, libamen erat in liquidis, in aridis dicebatur oblatio, & sacrificium rerũ tantum viuentiũ dicebatur, quãuis & aliquando sacrificij & oblationis nomina, confundantur.

54 *Alterum vero agnum offeres ad vesperam, iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea, quæ diximus, in odorrem suauitatis.*] Iuxta Hebræum est: Facies inter vesperas. sed de hoc supra schol. 52. Porro, vbi nos legimus: Iuxta ritum matutinæ oblationis, secundum Hebręum, Septuaginta, & Chaldæum, legitur: Sicut sacrificium matutinum. Oblationem itaque pro sacrificio ponit Vulgatus, nisi forsan intelligat de simila cõspersa oleo; nam & vbi legitur: Et iuxta ea, quæ diximus, iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum, est: Et secundum libamen eius facies ei. Ita vt hæc vltima verba Vulgati, ad libamen vini referantur, & præcedentia immediate, ad oblationem similæ oleo conspersæ. Porro, vbi dicitur: In odorem suauitatis, Hebraismo, idest, suauissimum. Iuxta Hebræum est: In odorem quietis; quod odore ira quiescere soleat. Septuaginta, vt nos: In odorem suauitatis. Chaldæus: Vt oblatio suscipiatur cum beneplacito coram Domino. Et certe elucidat, vt solet, verborum sensum, idest, vt beneplaceat, & acceptum sit sacrificium Domino.

55 *Sacrificium est Domino Deo, oblatione perpetua, in generationes vestras.*] Iuxta Hebræum est: Holocaustum iuge in generationes vestras. Vt sit sensus, quamdiu eritis, offeretis mihi iuge sacrificium, scilicet, quotidianum erit per omne tempus legis vestræ, obseruandum à posteris vestris. Septuaginta: Sacrificium assiduitatis legunt, idest, assiduum. Porro, hoc iuge sacrificium, ab Hebræis *Mincha*, dicitur, hinc & vespertinum tempus: vsus apud Hebræos obtinuit, vt etiam *Mincha*, diceretur, & licet matutinum sacrificium etiam *Mincha* dicatur, tamen peculiariter adaptatur vespertino tempori, & eius sacrificio.

מנחה

מנחה

מנחה

56 *Ad ostium tabernaculi coram Domino, vbi constituam, vt loquar ad te.*] Iuxta Hebræum est: Ad ostium tabernaculi Ecclesię coram Domino, in quo conueniã vobiscum illic, vt loquar ad te ibi. Coram Domino, idest, arca fœderis, & propitiatorio, vbi præsentem se exhibebat Dominus, nõ quod oblatio hæc intra tabernaculum fieret, sed foris in atrio, in altari holocausti, quod erat iuxta ostium tabernaculi, è regione arcæ fœderis. Porro, quod iuxta Hebræum dicitur: In quo conueniam vobiscum illic, in Vulgato subintelligendũ est, & est ratio, ob quam tabernaculum dicatur *Ohelmohed*, idest, tabernaculum conuentus, seu Ecclesiæ; quia videlicet illuc, vt ita dicamus, conuenire solebat Deus cum filijs Israel. Septuaginta legunt: In quibus (subaudi rebus) cognoscar tibi illic, vt loquar tibi. idest, me cognoscetis; eo quod loquar ibi ad te. Chaldæus consonat Vulgato, & legit: Vbi constituam verbum meum vobis, vt loquar ibi tecum. Itaque cum populo constituit, vt loqueretur inde ad Moysen, & responsa ederet, vt ad populi internuntium: Et quidem verbum *Iahad*, constituere, & conuenire significat, & secundum vtramque significationem hic positum est à spiritu sancto, vnam expressit Vulgatus, alteram subintellexit, quæ ab alijs exprimitur.

אהלמועד

יעד

57 *Ibiq. præcipiam filijs Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea.*] Iuxta Hebræum est: Et conueniam cum filijs Israel, & sanctificabitur ibi subaudi, altare, in gloria mea. Ex eiusdẽ verbi multiplici significatione, & præcipere, seu constituere, & conuenire legi potest, & vtrũque accõmodate, ita vt cum vnum exprimitur, alterum subintelligatur. Et præcipiebat Deus, quę facere deberent, & ad hoc, quasi cum illis in tabernaculo conueniebat, & etiam pasciscens, quod si ibi debitum cultũ exhiberent, propitius eis adesset. Quod autem subditur: Et sanctificabit altare in gloria mea. Septuaginta, & Chaldæus, ad Deum referunt, & legunt: Sanctificabor: Et vtrumque ita fuit, & altare sanctificatum est ad Dei præsentiam, & miraculũ ignis: & Deus sanctificatus est in illis, idest, sanctissimus Deus apparuit, dum gloriam suam manifestauit; nam quando quæ nunc præcepta legũtur, executioni mandata sunt, dicitur Leu. 8. Apparuit gloria Domini omni multitudini; & ecce egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustũ, & adipes, qui erant super altare: & Iosephus idẽ referens: Ignis, inquit, in morẽ fulguris emicuit.

Ioseph. 3. antiq. cap. 9.

58 *Sanctificabo et tabernaculũ testimonij, cum altari, et Aaron cũ filijs eius, vt sacerdotio fungãtur mihi.*]

Quasi

Quasi epilogat, quæ dixerat, vt ex illis ostendat sanctificata, & tabernaculum, & altare, & sacerdotes. Nec desunt, qui hęc verba ad diuinam actionem referant, vt quod prædictis ritibus externis, inuisibili modo sanctificauerit vnumquodque suo modo.

59 *Et habitabo in medio filiorum Israel.*] Septuaginta: Et vocabor in filijs Israel, idest, inuocabor à filijs Israel. Chaldæus: Et habitare faciam maiestatem meam in medio filiorũ Israel, elucidans, vt solet Chaldæus, vt scilicet sit sermo de nube, in cuius figura habitabat cum illis, super tabernaculũ, & de propitiatorio responsa dabat. Nec desunt, qui idcirco in tabernaculo, quod erat in medio filiorum Israel, idest, inter filios Israel habitasse dicant Dominum, quod in eo disposuisset coli, & inuocari, & re sponsa dare.

60 *Et scient quia ego Dominus Deus eorum, q eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos. Eg Dominus Deus ipsorum.*] Scient, idest, experientu per specialia, & manifesta beneficia, & mirabilia quæ suis locis in Scriptura referuntur, eundem sc licet verum Deum esse, qui eos de Ægypto liber uit, cui crediderant, & quod ideo inde eduxerit, cum illis esset per specialem curam, cum alioqu Dominus Deus ipsorum sit, secundum speciale cultam & ritum; qui, iure creationis, & guberu tionis, omnium Dominus est.

CAPVT XXX.

c f h i l
Quod & à Iosepho thuribulum dictũ est, & à Philone thymiaterium. — compositio est aromatum, de qua in fine huius capitis. — quorum copia erat in Arabia deserta. — vsualem.
a b c d e f g h i K l m n
Facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, habens cubitum longitudinis, &

a f g l m n
s. cubitum. — vsuales. — i. ex ipsis angularibus lignis assurgent, non aliunde affixa & compacta.
a b c d e f g h i K l m n
alterum latitudinis, idest, quadrangulum, et duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent.

a b f n
sub. vndique laminis. s. auri. — i. tectum, quod foramina haberet, ad modum craticulæ. — s. altaris.
a b c d e f g h i K l m n
Vestiesq. illud auro purissimo, tam craticulam eius, quam parietes per circuitum, & cornua.

c d l m n o a
aliquanto prominentem tectò altaris. — i. auri. — paulo infra ipsam: — iuxta angulos altaris.
a b c d e f g h i K l m n o
Faciesque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula

f g h i
s. aurati. — cum scilicet tabernaculum mutari loco debeat.
a b c d e f g h i k l m n o
latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoque vectes facies de

a b d f g h i k l m
vt supra. — i. laminis aureis teges. — s. thymiamatis. — i. in Sancto ante velũ, è regione arcæ, quæ est intra velum, altare vero extrinsecus. — s. velum. — diuidens adytum a Sancto.
a b c d e f g h i K l m
lignis setim, & inaurabis. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet

a c f g h m
quod ibi testimonium fœderis esset. s. tabula legis. — i. tecto arca sanctissimo, vnde Deus responsa dabat. — i. arcæ testimonij. — ex propitiatorio scilicet. — i. confectionem thymiamatis.
a b c d e f g h i k l m
testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. Et adolebit incensum

c d e f g h i k l
sub. vel filij; id enim, & quod sequitur, erat etiã aliorũ sacerdotum. — vtpote ex varijs odoramentis confectum. — i. singulo mane. — sollendo, siquid immunditiarũ ex loco, & ellychnio, et adaptando, vt accendi vespere possint. — i. altare perfusis odoramentis, siue incendet incensum, seu thymiama.
a b c d e f g h i k l m
super eo Aaron, suaue fragrans, mane. Quando componet lucernas, incendet illud: &

b c d e g h i x l m a
i. accensas suis locis super candelabrum constituet. — ante Solis occasum: Iuxta Heb. Inter duas vesperas. — vt supra. — quod quotidie statutis horis incenderetur. — i. arca cum propitiatorio, vnde Deus respõsa dabat. — i. in posterus vestr subandi, sic fiet.
a b c d e f g h i K l m
quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes

c g h i K
s. altari. — sub. quam illius de qua in fine capitis erit sermo — s. quãcumque in altari. s. holocausti.
a b c d e f g h i k l
vestras. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, &

a d e f g h i K l m n

i. vinorũ facrificium in altari holocausti. *liquidorũ. s. in altari holocausti.* *iuxta Heb. Expiabit. Chal. & Septuag. propitiabitur.* *i. innixus cornibus, vel expansis manibus super illa.* *s. altaris.* *quãdo, s. egressus fuerit de adyto, in die expiationis 10. Septẽb.* Leuit. 16.

a b c d e f g h i k l m n

victimam, nec libabitis libamina. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum,

a a b c d b c d f g h i K l m n o

pro, eũ. *s. liniens sanguine, sicut dicitur Leu. 16.* *pro, qui oblatus.* *vituli. s. et hirci.* *i. peccatis, vel pro expiatione peccatorũ filiorum Israel.* *s. Dominũ, qui pro peccatis iratus fuerat, iuxta Hebr. Expiabit.* *s. altari: pro peccatis scilicet.* *sub. sic facito posteris vestris.*

a b c d e f g h i K l m n o

in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris.

a b a b c

quod sacratissimũ thymiama ibi tantum adoleretur. *Hebraismus. i. sanctissimum.* *s. altare.*

a b c d

Sanctum sanctorum erit Domino.

S C H O L I A.

1 FACIES quoque altare ad adolendum thymiama.] Iuxta Hebræum est: Et facies altare suffimenti suffitus. Septuaginta: Altare thimiamatis. Chaldæus: Et facies altare ad adolendum super illo incensum aromatum. Et quidem à *Katar*, verbo, quod suffumigare, adolere, seu incendere significat, tam *MiKtar*, quod est, thuribulum, seu altare, in quibus adoletur incensum, seu thymiama, quam *Ketoreth*, quod suffumigationem, vel incensum, vel thymiama verti potest, descendit. Porro, altare hoc à Iosepho thuribulum vocatur, cum ait: Et prima quidẽ pars ad quadraginta cubitos aulæa, hæc tria mirabilia, & prædicandi opera cunctis hominibus habebat, candelabrum, & mensam, & thuribulũ, forsan quod nihil aliud esset altare hoc, quam thuribulũ quoddam grãde, in quo nihil aliud ab aromatibus, vel ex illis compositũ, offerebatur: Et certe, vt vidimus, eadem vox Hebraica, scilicet *MiKtar*, & thuribulum, & altare, in quo thymiama adoletur, significat. & alibi in eodem Iosepho, vbi Latinus interpres vertit, suffumigatoria arula, sic altare hoc vocans, in Græco est *Tymiatirion*; quam eamdem vocem, apud Paulum ad Hebræos 9. Latinus interpres vertit, thuribulum. Quod erroris causa fuit quibusdam ex recentioribus, vt putarent thuribulum illud, de quo Paulus ibi loquitur, fuisse hoc altare, quod Iosephus thuribulum vocauit. Et cum aperte Paulus secernat ibi ea, quæ in sancto erant, ab his, quæ in adyto, inter hæc thuribulum aureum recenset: cuius argumenti vim manifestã vt fugiãt, ad modos habẽdi confugiunt, qui ab Aristotele in calce cathegoriarum referuntur: quare autem tacuerit Paulus hoc altare inter ea, quæ in sancto erant, suo loco videbimus. Et quidem Leuit. 16. cum de nubecula esset sermo, siue vapore incensi, quo oraculum operiebatur, cum eo ingrederetur Pontifex, thuribulum de quo ibi fit sermo, nõ erat hoc altare, cũ dicatur: Assumptoq. thuribulo: Et rursum: vltra velum intrabit in sancta, & positis, subaudi, ibi, super ignem aromatibus, &c. altare siquidem hoc, non ita facile assumi posset à Pontifice, & huc atque illuc deferri, cum & aureos annulos factos in eo legamus, per quos traiectis vectibus, cũ moueretur tabernaculum, à multis vehi posset, sed erat thuribulum aureum semper in adyto manens, sicut Anselmus, & S. Thomas affirmãt, in quo prioris thuribuli, in quo carbones accensi deferebantur, igne transposito, aromatibus immissis, vapor incensi ascenderet, & nebula oraculum cooperiret: nec enim omnia Scriptura expressit, sed ad cõmodã eius interpretationẽ subintelligi possunt, & debent, maxime cũ apertissime, vt videbimus Leu. 16. postquam egressus Põtifex de adyto fuerit, præcipitur, positis manibus super altare, deprecari pro populo. Non ergo est thuribulũ illud, quod à Paulo inter ea, quæ in adyto erant, recensetur, nec ita facile verborum Pauli sensum manifestissimũ inuertere licet, vt à Patrum mente quis discedat, illum locũ, sicut nos interpretãtium. Certe horum ingeniũ sæpe miror, qui cum alioquin eruditi sint, & sanctissimi instituti viri, in hoc frequẽter modesta, & religiosa aliorum pectora, & ingenia offendant, vt tunc sibi gloriam comparare studeant, cum recensitis patrum interpretationibus, ab eorum mente discedunt, vel leuissimis causis, & tantum apparẽtibus ducti. Iam quid thymiama, infra hoc eodem capite videbimus. Et cuius figuræ, ac quantitatis hoc altare esset, satis aperte dicitur in textu, in quo sermo est de cubitis vsualibus, de quibus supra sæpe egimus, sicut & de lignis setim, quæ essent, & quomodo in Arabiæ desertis abundarent.

קטר
מקטר
קטרת

Ioseph. 6. de bell. Iud. c. 6.

מקטר
Ioseph. 3. antiq. cap. 6.
τυμιατήριον.

Ioseph. 3. antiq. c. 6.

Ansel. in 9. c. epist. ad Heb. S. Thom. in 9 c. epist. ad Heb.

2 *Cornua ex ipso procedent.*] Iuxta Hebræum: Ex ipso cornua eius, idest, ex eodem ligno assurgentia, non aliunde affixa & compacta; sed ex eisdem lignis, quæ in altaris extremitatibus, siue angulis erant, quatuor eminentia cornua assurgebant super altaris mensam, quasi radij quidam elegantes sursum erecti, in modum obelisci: quod enim de cornuum figura dicitur, & inde craticulam pendere, non adeo probatur.

3 *Vestiesq. illud auro purissimo, tam craticulam, quam parietes per circuitum, & cornua.*] Sic Septuaginta: At iuxta Hebræum est: Et teges illud auro mundo, tectum eius, & parietes eius per circuitum, & cornua eius. Et quidem vox *Gaggo*, tectum eius, solarium eius, superficiem eius, reddi potest: sic habet Chaldæus; locum autem significat superiorem, vbi adoletur incensum, vbi focus est, cui superponitur thymiama. Et altari quidem holocaustorum necessaria erat craticula, propter cæsa animalia, ibi comburenda, huic verò altari minime: tectum itaque erat altari huic superius intra coronam, in quo à sacerdote, mane & vespere, carbones in quodam thuribulo ex alio altari deducti, collocabantur, & thymiama adolebant: sed & verosimilius videtur, extimam superficiem, siue tectum, non craticulam, sed quasi reticulatum fuisse, vt inde infra decideret. גג

siquid

siquid forte cineris superesset, idque craticulæ nomen insinuare voluisse apud Septuaginta, & Vulgatum: Cui arridet, quod Iosephus scribit: Cratem pro foculo superpositam habens; excipiebat enim terra, quidquid ignitum superne decidebat; quod basis nulla subesset. Et quidem, ligneum hoc tectū fuisse, licet aureis laminis vestitum vndique, satis aperte indicat, non craticulam, qualis illa ęnea erat alterius altaris, nec auream, sed ad modum eius foramina aliqua habuisse; & hoc Vulgatus noster craticulam nominauit, quod ad modū illius videretur.

Ioseph. 3. antiq. cap. 6.

4 *Faciesque ei coronam aureolam per gyrum.*] Sic & iuxta Hebræum: Coronam auream per circuitū, alij, limbum. Et quidem *Zer*, coronam, limbum, circulum, verti poterat, non à *Zarah*, quod ventillare, & dispergere importat; sed magis à *Zur*, quod est comprimere & contrahere, & circumligare. Creditur aliquāto prominentē tecto altaris fuisse: figura eius, & profunditas ex textu non constant: sic fuisse videntur, prout arti magis consona essent.

זר זרה זור

5 *Et duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur.*] Iuxta Hebræum est: Infra coronam ipsius, in duobus angulis eius, in duobus lateribus, & erit intra vectes, ad portandum ipsum cum eis. Septuaginta: Et erunt ansulæ vectibus, ad portandum illud in ipsis. Chaldæus: Sub circulo eius, in duobus angulis, & in duobus lateribus eius, erūtq. loca vectibus, vt portetur in eis. In reliquis verbis concordant cum Vulgato, & in omnibus, quātum ad sensum. Paulo post, infra coronā igitur, erant annuli in lateribus. Quod autē dicitur à Chaldæo: In duobus angulis, & iuxta Hebræum, indicat fuisse in lateribus quidem, sed iuxta angulos, ita, vt viderētur quasi in angulis esse, vt scilicet, per illos, vectes aurati traijcerentur, & vehi posset ab aliquibus altare.

6 *Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij, coram propitiatorio.*] Iuxta Hebręū est: Et pones illud ante velum, quod est super arcā testimonij. Planusque literæ sensus est, cum velum quod ante arcam erat, diuideret adytum à sancto; in sancto ipso, ante ipsum velum, fuisse altare hoc thymiamatis. Et quidem Iosephus de ea parte tabernaculi loquens, quæ sancta dicebatur, in qua & candelabrum, & mensa propositionis erant, sic inquit: Inter hoc, scilicet candelabrum, & mensam, sita erat arula suffumigatoria. Et de templo alibi loquēs, cum scripsisset de candelabro, & mensa propositionis, subdit: Medium autem inter vtrumque locum, obtinebat altare illud aureum: Hæc omnia cōtinebat, inquit, anterior illa templi pars, velo disparata ab adyto: Et paulo post: Candelabrum autem, & mensam, & altare aureum, statuerunt in templo ante adytum, eisdem locis, in quibus in tabernaculo prius sita fuerant. Philo huius altaris meminit, & thymiaterium vocat, sicut altare holocausti thysiasterium, à victimis: Et cum de isto dicat, fuisse in atrio ex aduerso vestibuli tabernaculi tantum inde semotum, quantum spatij satis esset ministris sacrorum, ad obeunda quotidiana sacrificia; de loco tamen altaris thymiamatis nihil dicit, sed 2. de Monarchia, sic scribit: Pontifex autem iubetur & ipse vestem similem sumere, quando adyta subijt, vt aram odoramentis adoleat: sic tamen intelligendum est, quod illa veste indutus, adyta subijt, & antequam intret, & aram odoramentis adoleat, non quod ara hæc intra adyta esset; sed & de loco huius altaris loquitur Scriptura, infra cap. 40. Appendit ante eam velū. Et deinde loquens de his, quæ erant extra velum, post candelabrum, & mensam propositionis, meminit & altaris huius, quod ait contra velum fuisse. Et iuxta Hebræum est: Coram velo, sed & Leuit. 16. apertissime id dicitur: vbi de Pontifice, qui adytū ingressus fuerat, loquēs, subdit: Cum autem exierit ad altare, quod coram Domino est, orat pro se, &c. Ecce, vt super altare manus extendat, de adytó egressus est. Adde quod ad hoc altare thymiamatis, & alios minores sacerdotes accedere constat, vt de Datan & Abiron Leuit. 10 satis verisimile est, in hoc altari incēsum obtulisse, & Zacharias pater B. Ioannis Baptistæ Lucę 1. incensum in altari obtulit, qui è minoribus sacerdotibus erat, vtpote de vice Abia, quę erat octaua sors sacerdotū 1. Paral. 24. de qua non erat summus sacerdos; cum tamen adytum ingredi interdictum fuisset alijs omnibus à summo sacerdote: sic tenent Theophilactus, Beda, Comestor in historia lib. Exodi, & S. Thomas. Et licet 3. Reg. 6. altare oraculi dictum sit, siue iuxta Hebræum, altare quod ad oraculum erat. & Septuaginta: Ante faciem oraculi, sic dictum est, non quod intra oraculum esset, sed ad differentiam altaris holocausti, quod longe ab oraculo erat, scilicet, in atrio; hoc autem admotum erat oraculo, non sic remotum ab illo, vt altare holocausti, & quia ad nihil aliud ibi positum, nisi ad veneratione oraculi, propter fumum boni odoris, vt ibidem inquit S. Thomas: sicut si tantum essent lampades modo in Ecclesia, coram sacro sancto sacramento, alię in claustro Ecclesiæ, satis commode dici possent illæ, lampades sanctuarij, *las lamparas del sacramento*, etiam si intra sanctuarium nō essent, ad differentiam earum, quæ in Ecclesię claustro essent. De Augustino vero, qui sequutus Origenem aliter sentire videtur, scilicet intra adytum fuisse, alibi quid dicendum sit videbimus.

Ioseph. 3. antiq. c. 7.

Ioseph. 8. antiq. c. 2.

Philo lib. 3. de vita Moysi.

Philo lib. 2. de Monarchia.

7 *Quo tegitur testimonium.*] Iuxta Hebræum est: Quod est super testimonium: Et quidem testimonij nomine, in hoc loco, quidam tabulas legis intelligunt, quæ testimonium fœderis erant: sed verosimilius est, intelligi arcam ipsam testimonij quæ ex vsu, & accommodatione aliquando testimonium vocabatur.

8 *Vbi loquar tibi.*] Iuxta Hebræum est: In quo conueniam tecum. Septuaginta: In quibus cognoscar tibi illic, idest, à te cognoscar ibi, cum scilicet responsa dabo. Chaldæus: Vbi constituam verbum meum tibi. Et quidem ex vocis Hebraicæ *Iaba* multiplici significatione ortum habet hæc diuersitas editionum. Chaldæus vero, vt solet, optime elucidauit, cum ait: Constituam verbum meum tibi, idest, in hoc conueniam tecum, vt loquar tibi: vel conueniam tecum, idem sit quod loquar ad te.

9 *Et adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans mane.*] Iuxta Hebræum est: Et suffire faciet super illud Aaron suffimentum aromatum. Septuagintā: Incensum compositum subtile. Chaldæus: Incensum thymiamatum. sermo est de compositione, de qua infra in fine huius capitis, qu[i] incensum dicitur, & thymiama, & aliquando aromata, communi voce. Porro, mane, iuxta Hebræum

bræum est: Singulo mane, siue mane mane, vt Septuaginta, & Chaldæus; sicque intelligendum est mane, idest, quolibet mane, & sic dictio hæc mane, iungenda est, cum superioribus verbis: sic Septuaginta, & Chaldæus, & denuo emendata Biblia Clementis, quidquid alijs videatur.

10 *Quando componet lucernas, incendet illud, & quando collocabit eas ad vesperam.*] Iuxta Hebræum est: Quando aptabit lucernas, suffire faciet illud, & quando incendet Aaron lucernas inter vesperas. Septuagita, & Chaldæus legunt, sicut nos. Quidam sic explicant, mane, cum, extinctis quatuor lucernis, aliarum trium, vt per diem luceant, quidquid immunditiarũ oleum & ellychinium contraxerint, remouebit, & repurgabit: inter vesperas vero, ante Solis occasum, idem facies, cum reliquas quatuor accenderis. Ego tamen, vt supra cap. 25. in die claro & sereno, non lucernarum luce, sed magis solis tabernaculum illuminari docui, & mane lucernas omnes mundari, & adaptari, vespere vero iam adaptatas, accensas, suis locis super candelabrum constitui: vnde mane, sacer textus, secundum omnes editiones, componi, vel adaptari, vbique dicit, numquam, lucere; vespere vero vbi nos legimus: Collocare, iuxta alias editiones legitur: Incendere: de quo vide quæ cap. 25. diximus. Et simili modo hoc loco interpretandum censeo. Itaque per singulos dies, & mane, cum adaptauerit lucernas sacerdos, in altari adolere debebat incensum, & similiter ante Solis Occasum, cum accensas lucernas suis locis super candelabrum constitueret, seu collocaret. Et quod de Zacharia Ioannis Baptistæ patre Luc. 1. legitur, secundum istum ritum intelligi debet, quem non solum summus Sacerdos, sed & alij, qualis erat Zacharias, perficere poterant.

11 *Vret thymiama sempiternum coram Domino, in generationes vestras.*] Iuxta Hebræum est: Suffire faciet illud suffimentum iugiter coram Domino, in generationes vestras. Itaque sempiternũ dicit thymiama, quod iugiter, idest, semper singulis diebus, statutis horis esset adolendum. Rursum coram Domino: idest, coram arca propitiatorij, quæ è regione illius, sed intra adytum erat. Porro, in generationes vestras; idest, non tantum Aaronis, & filiorum, qui tunc erant, tempore, sed in eorum posteris, dum lex illa permaneret.

12 *Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis libamina.*] Compositionis alterius, inquit Hugo de S. Victore, subaudiendum est, quam illius, de qua locuturus sũ in fine huius capitis. Porro, in eo quod sequitur: Nec oblationem, &c. Iuxta Hebrǽu est: Et holocaustum, & sacrificium, & libamen, non libabitis super illud. Nõ meminit oblationis; forsan quod & thymiama ad oblationẽ pertineat, vtpote in aridis. Septuaginta vero legunt: Oblationem & sacrificium, & libationem nõ libabitis in eo: Oblationẽ, subintellige, aliam ab odoramentis, seu incenso, & thymiamate. Chaldęus: Neque holocaustum, neque munus, neque libamen libabitis super illud. Munus, subintellige, aliud ab odoramentis, & sic interpretari licet verbũ, Oblationẽ, in Vulgato: Sicut libamina in liquidis, & sacrificium rerum viuentium: Omnem igitur rem aliam ab odoramentis ibi Domino offerri prohibet.

[Left margin: Hugo de S. Victor. in Exod.]

13 *Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine, quod oblatum est pro peccato.*] Iuxta Hebręũ: Et expiabit Aaron super cornu eius semel in anno de sanguine oblationis pro peccato expiationum semel in anno. Et quidẽ *Chaphar*, deprecari, & propitiari, & expiare, & placare, significat, hinc tanta editionum varietas consurrexit. Semel itaque in anno, in die, scilicet, expiationis, 10. Septemb. Luc. 16. sanguine vituli, & hirci, quę pro peccato oblata erant, ponebat super cornu altaris, & hoc dicunt: Expiabit, postquã de Sancto sanctorum egressus fuerat illo die, & innitens altaris cornibus, seu potius extensis manibus super cornua altaris, deprecabitur pro populo. Et quod Leuit. 16. dicitur: Expiet & sanctificet ab immunditijs filiorũ Israel, hoc Septuaginta, & Chaldæus dicunt: Hic, propitiabitur: Et cũ hæc omnia interfuerint, vnaque Hebraica voce comprehendantur, editio vna, vnũ exprimit, aliud subintelligit, quod ab alia iuxta vim vocis Hebraicæ exprimitur. [Right margin: כפר]

14 *Et placabit super eo in generationibus vestris.*] Iuxta Hebræum: Expiabit super illud in generationibus vestris. Chaldæus: Propitiabitur super eo in generationibus vestris. Quæ editionum diuersitas in verbis, ad ea, quę scholio pręcedenti diximus, referenda est, & verba similiter interprętanda. Porro, subintelligenda sunt aliqua; cum enim dicitur: Et placabitur eo, subintellige: Dominus; ipse enim placabitur, qui pro peccatis iratus fuerat: Et rursum cum dicitur: In generationes vestras, idest, futuris temporibus, per posteros vestros, subaudi: sic fiet singulis annis.

14 d. *Sanctum sanctorum erit Domino.*] Iuxta Hebræum est: Sanctitas sanctitatum est Domino: Hebraismus est, idest, sanctissimum erit. In Hebræo est *Kodes Kadasim*. & licet quidam hoc referant ad excellentiam huius altaris, super alia, quę in Sancto erant, placet tamen referre ad oblationes, quod scilicet, sacratissima odoramenta ibi incenderentur: nam & de altari holocausti, præcedenti capite post eius expiationem idem legimus, dici scilicet, Sanctum sanctorum, siue sanctissimum; quod in eo sanctissima sacrificia peragerentur. Vides, quomodo aliquando adyti nomen, & alijs Scriptura imponat, ob diuersas rationes. [Right margin: קדש קדשים]

i. eum primum eos, qui expediti ad bellum sunt, in numerum repones, scilicet à vicesimo anno, & supra.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Quando tuleris summam filiorum

pro, eorum, qui numerandi sunt scilicet, viginti annorũ, & supra. *i. pecuniam in pretium ad redimendam animam.* *i. pro vita sua. Iuxta Hebr. expiationem, seu redemptionem.*

Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino,

& non

a b c d e f — i. non punientur, sicut fuit tempore Dauid, 2. Reg. 24. — n o p a b — i. cuius nomen denuo inter expeditos reponetur.

a b c d e f g h i x l m n o p

& non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit

c d — i. decem obolos. — e f g — s. sicli, quo vtebantur in templo. — K — obolus continet sexdecim grana hordeacea.

a b c d e f g h i K l

ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet.

f g h i — i. qui numeratur.

a b c d e f g h i K l m n

Media pars sicli offeretur Domino. Qui habetur in numero, à viginti annis &

c — iuxta Hebræum, & Septuaginta: oblationem. — d e f g h i K l m n — æquales voluit Dominus diuites, & pauperes esse, ad expensas tabernaculi taxatas, ne hac occasione diuites pauperibus se sanctiores putarent.

a b c d e f g h i K l m n

supra, dabit pretium. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.

Susceptamque pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimo-

a — i. in memoriam, quasi dicat: vt sit quamobrem filiorum Israel recorder. — h i K — i. condonem delicta eorum, nec eos interficiam propter illa.

a b c d e f g h i K

nij, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

SCHOLIA.

15 *Locutusque est Dominus ad Moysen.*] Cum ea, quæ supra de sanctuario, & eius vasis, nec non & alia eius supellectili commemorata sunt, non mediocrem sumptum requireret, vt iuxta verbum Domini, ad conseruandam publicam religionem perficerentur, docet Dominus Moysen, vnde tantus sumptus accipiendus sit.

16 *Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino.*] Iuxta Hebræum est: Quando leuabis summam filiorum Israel, secundum numerum eorum, dabunt vnusquisq. redemptionem animæ suæ Domino, cum nominauerit eos. Chaldæus: Quando suscipies summam filiorum Israel iuxta numerum eorum, &c. & est oblatio, qua redimebant vitam suam. Septuaginta: Cum accipies computationem filiorum Israel in visitatione eorum. Quam lectionem sequutus Augustinus inquit; Quid hoc? nisi quia iubet Deus eos aliquando visitari & computari, idest, numerari, quod in Dauid vindicatum intelligendum est, quia Deus non iusserat. Interlinearis antiqua intelligendum dicit, cum pergens Israel ad expeditionem numeratur; quod Num. 1. ex Dei mandato factum legimus, sicut hoc loco aduertit Hugo de S. Victore. Quod autem aliqui existimant, prohibere hoc loco Deum, numerationem eorum per capita & nomina, sed ex pecunia quam soluerint colligendum esse numerum; præterquam quod est literæ sensum inuertere, quæ tantum, cum numerantur, præcipit dari pretium pro animabus Num. 1. constat, falsum esse, vbi, ex Dei mandato, per capita, nomina, & familias, iubet numerari. Porro, cum dicitur: Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum: sensus legitimus est: quando recensere volueris filios Israel, qui veniunt in numerum; non enim omnes numerabantur, sed vt infra subditur, à vigesimo anno & supra: Et Iosephus addit: à vigesimo vsque ad quinquagesimum. Et quidem Deum ægre ferre, vt cunctus populus in numerum veniret, satis liquet ex eo quod 1. Paral. 27. scribitur: Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferius; quia dixerat Dominus, vt multiplicaret Israel quasi stellas cæli, idest, absque numero. Vnde constat, ideo Deo displicere ad numerum reduci populum, quem promiserat multiplicandum absque numero, vt sunt arenæ in litore maris, & stellæ in cælo, quæ vix numerari queunt. Cæterum, quod ex eorum frequenti numeratione, qui erant ad bellum apti, satis dignoscebatur multiplicatio Israel promissa, ideo Hebræi existimant, non semel, sed sæpe singulis, scilicet annis in festo expiationis, ex Dei iussu illos numerari, vt gratia illum multiplicandi Patriarchis promissa, fidem populi augeret. Quare autem 2. Reg. 24. vltus fuerit Dominus factum Dauid, in numeratione populi, ibi videbimus. Iam, quod sequitur: dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino. Hebraismus est, idest, pro vita eorum. Sicut Chaldæus elucidat, cum ait: Et est oblatio qua redimebant vitam suam: illo itaque pretio redimebant vitam, qua priuabantur, qui non soluerent, vt subditur, cum dicitur: Et non erit plaga, subaudi, mortis, cum fuerint recensiti. Quidam hoc

Aug. q. 134. in Exod.

Hugo de S. Victor. in Exod.

fieri putant, quod Deus, propter rationem dictam, ægre ferat & hos recenseri, tamen pretio dato redimebant vitam: sed hoc non videtur verosimile, cum ex Dei mandato numerarentur: sed magis suspicor, id in gratiarum actionem dari Deo, qui eos vsque ad eam ætatem perduxit incolumes: sed quia, si non soluerent, vt tanti beneficij immemores & ingratos morte puniret, ideo quantitas pecuniæ, quæ dabatur, vitæ precium, seu redemptio vitæ dici potuit.

17 *Et non erit plaga, cum fuerint recensiti.*] Hic igitur est redemptionis fructus pro vita, & hæc pena, si non exoluerent, plaga, subaudi mortis.

18 *Hoc autem dabit omnis, qui transibit ad nomen.*] Iuxta Hebræum: Transiens ad numeros. Chaldæus: Ad numerum. Septuaginta: Ad visitationem. Quo innuitur, in visitatione populi hoc fieri, forsan quod hoc vocent visitationem, experiri scilicet, quot sunt in populo, qui ad bellum expediant. & quidem Pacad, & visitare, & numerare significat. erit igitur sensus: Omnis, qui transit ad nomen, idest, omnis, qui recensitus fuerit, nisi forsan quod hi solum soluerent, qui denuo scriberentur, vtpote qui ad illam ætatem, post transactam numerationem, peruenissent, ideo dicitur transire ad nomen, idest, venire denuo in expeditorum numerum: Et si ita esset, cum infra dicitur: Qui habetur in numero à vigesimo anno & supra, subintellige, denuo: cui consonat Chaldæus, qui legit: Omnis, qui transierit ad numerum, à viginti annis & supra, dabit separationem coram Domino.

פקד

19 *Dimidium sicli iuxta mensuram templi: siclus viginti obolos habet.*] Iuxta Hebræum: Dimidium sicli, secundum siclum sanctitatis, hoc est, secundum quod vtebantur in templo; nam siclus templi, vt ait Iosephus: (cui credendum inquit Theodoretus est in huiusmodi rebus, vt probe cognoscenti gentis illius mẽsuras) habebat quatuor drachmas, & qualibet drachma quinque obolos, vnde siclus templi viginti obolos capiebat, profanum vero, quo vulgus vtebatur, sexaginta, obolus continet sexdecim grana hordeacea.

Theod. q. 64. in Exod.

20 *Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.*] In hoc omnes ex æquo soluere voluit Dominus ad expensas tabernaculi, ne diuites sanctiores se pauperibus reputarẽt, vel magis participare de diuinis, in his, quæ communia erant; nam in peculiaribus oblationibus, vnusquisque prout in corde destinauerat, ex proprijs facere poterat. Porro, post verba prædicta, iuxta Hebræum sunt alia, quæ hic desiderari apparent, scilicet: Cum dederit oblationẽ Dominus, ad expiandum animas vestras. Septuaginta: In dando oblationem Domino, propitiari pro animabus vestris. Chaldæus: Vt det separationem Domini, ad placandum pro animabus vestris: Omnium vnus est sensus: Prætermisit tamen hæc Vulgatus consulto; quia iam supra idem dixerat, volens eorumdem repetitionem vitare.

21 *Susceptamque pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij.*] Iuxta Hebræum: Et capies argentum, idest, pecuniam, expiationem à filijs Israel, & dabis illud pro opere tabernaculi Ecclesiæ. Chaldæus: Tollesque argentum propitiationum à filijs Israel, & trades illud in ministerium tabernaculi fœderis. Dicitur expiatio, argentum, seu pecunia, & propitiatio; quod redimeretur vita, quæ pro peccato debitæ solutionis foret auferenda; hæc autem seruabatur in vsus tabernaculi, vt supra scholio quintodecimo huius capitis diximus.

22 *Vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.*] Iuxta Hebræum est: Et erit filijs Israel ad memoriam coram Domino, ad expiandum animas vestras. Expiare autem dicit; quod redemptio esset vitæ, quæ alioquin tolleretur, pro omissionis peccato. Porro, monimentum seu memoriale coram Domino, idest, vt sit, quamobrem filiorum Israel recorder, Hebraico modo de se loquens in tertia persona. Iam propitietur animabus vestris, idest, condonem delicta eorum, nec eos interficiam propter illa.

i quod cum fistulis quibusdam erat, per quas aqua fundebatur.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Facies & labrum æneum cum basi sua

e non directe. i s. holocaustorum. l s. in labro.

ad lauandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa

c d i. cum aqua, quæ inde fluet. m discalciati quippe ministrabant:

aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri

s. ad quodlibet ministerium. i tam holocaustorum, quam thymiamatis,

sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in

b d e f g h
s. vel quid aliud, vt in altari holocaustorum. ob indecens ministerium. i. statutum. i. dum viuent.

a b c d e f g h i k l
eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi, &

a d
i. posteris. s. sacerdotij. Iuxta Hebraeum: generationes.

a b c d
semini eius per successiones.

SCHOLIA.

23 *Facies & labrum aeneum.*] Iuxta Hebręum legunt: Et facies concham aeneam; est enim vox
כיור *Cyor*, quae & concham, siue labrum importat, vas scilicet, in quo erat aqua ad lauandum. Septuagin-
R.Salomoh. ta peluim vocant. Chaldaeus, luterem, R.Salomoh eius formam describit, cum quibusdam fistulis, per quas aqua fundebatur. Porro aeneum erat, vnde & quod Salomon postmodum in templo fecit, mare dictum; ob aquae ingentem quantitatem, cuius vas illud capax erat, ex aere fabrefecit, quod Dauid 2. Reg. 8. deferri iusserat: quod aeris genus, auro pre-
Ioseph. 7. antiq. cap. 6. tiosius habitum tunc fuisse, refert Iosephus.

24 *Cum basi sua ad lauandum.*] In Hebraeo est:
כן *Can*, & qui eius radicem contendunt esse *Chanaa*,
כנע quod tegere, seu occultare, vt ipsi dicunt, significat, sic dictum putant, quod pars eius sub terra occul-
כון tetur. Qui vero eius radicem putant *Chun*, quod est firmare, sic dici existimant, quod firmam esse oporteat, cui scilicet aedificium vel simile innitatur.

25 *Ponesque illud inter tabernaculum testimonij & altare.*] Per altare, holocaustorum altare, quod in atrio erat intelligi nullus dubitat, sed non directe inter illa locandum esse, satis rationabiliter quidam asserunt.

26 *Et missa aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes.*] Iuxta Hebraeum: Et pones ibi, scilicet, in concha aquam, & lauabunt Aaron & filij eius, ex ea, manus suas, & pedes suos. Iuxta quam lectionem interpretantur dictiones, ex ea, idest, ex aqua immissa, & inde fluente per fistulam, vnde & Septuaginta legunt: Et effundes in illam, (nempe praedictam peluim) aquam, & lauabit Aaron, & filij eius, ex ea. Et Chaldaeus: Et pones ibi aquas, & sanctificabunt Aaron, & filij eius, ex eo (scilicet lutere) manus, vnde etiam in Vulgato legimus: Lauabit in ea, intellige, in aqua, quae ex labro fundebatur, iuxta illum loquendi modum, quo Gen. 49. dicitur: Lauabit in vino, idest, vino, vel cũ vino, stolam suam. Porro, cum subditur: manus & pedes, ex hoc verosimiliter inferre licet, Hebraeorum sacerdotes nudis pedibus ingredi, & ministrare in tabernaculo solitos, sicut & Moysi praeceptum fuerat pedes nudare, quod sancta esset terra, in qua admirabilis illa rubi visio sibi apparuerat.

27 *Quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino.*] Iuxta Hebraeum: Verba quędam adduntur, quae consulto subticuit Vulgatus, nihil de sensu minuens, sed ab eiusdem repetitione abstinens, quae non adeo grata est apud Latinos, sicut apud Hebraeos: & quidem post verba illa: Quando ingressuri sunt tabernaculum, iuxta Hebraeum, subiungitur: Lauabunt se aqua, & non morientur. Sic & Septuaginta. Chaldaeus: Sanctificabuntur aquis, & non morientur. Rursum, post verba illa: Et quando accessuri sunt ad altare; Iuxta Hebraeum subiungitur: Vt ministrent, vt suffiant oblationem ignitam Domino: quod iuxta Vulgatum est: Vt offerant in eo thymiama Domino. Septuaginta: Ad ministrandum & offerendum holocaustum Domino. Chaldaeus: Ad ministrandum, vt incendatur oblatio coram Domino. Ex quo aliqui intelligendum dicunt illud, quod Vulgatus vocat thymiama, de oblatione holocausti; quod ad modum thymiamatis totum incendebatur: sed mihi placet de vtroque intelligi, licet alterum tantum Vulgatus expresserit, scilicet, de thymiamate. Iam, cum dicitur: Quando ingressuri sunt tabernaculũ, ad quaecumque ministeria intellige, & cum de sanguine vituli pro peccato oblati hauriẽs, inferret in tabernaculum, vt Leuit. 4. praecipitur. Ex quo patet, quam crebrae huiusmodi lotiones esse deberent, cũ ad diuersa ministeria non semel quolibet die ingredi oporteret, vt ad lucernarum compositionem, & ad iuge sacrificium, & similia. Denique ex hoc loco, nõ solum internam munditiem, sed & externam quodammodo sibi gratam Dominus insinuat, quod publica honestas sit & pędagogia quaedam, qua admonemur & exercemur, ad sectandam animi puritatem. Quin & ex hoc eodem loco satis aperte colligitur, quidquid laudabilis consuetudinis apud exteras gentes fuit, à lege & à populo Dei manasse: & quidem de huiusmodi lotionibus ad sacra peragenda, apud Hesiodum legimus: Nunquam, inquit, mane Ioui, aut alijs Dijs libes ardens vinum, illotis manibus; non enim audiunt, sed abominantur preces, si ad sacra irreuerenter accesseris.

28 *Ne forte moriantur.*] Iuxta Hebraeum, ante ista verba habetur, quod iam supra à Vulgato appositum fuerat, scilicet: & lauabunt manus suas, & pedes suos, & non morientur. Septuaginta: Lauabunt manus & pedes suos aqua, vt non moriantur. Chaldaeus: Sanctificabuntque pedes suos, & manus suas, & non morientur. Porro, cum dicitur: Ne forte moriantur, subintellige: ob indebi-

tum mi-

Digitized by Google

tum ministerium; sic enim Datan & Abiron Leuit. 10. mortuos legimus.

29 *Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones.*] In Hebræo est: *Chak bolam,* חק עולם idest, statutum perpetuum; quasi dicat, quandiu viuent, perpetuo obseruabitur ab illis lotio hæc, & post illos, ab eorum posteris.

i. species odoriferas. — i. pura & potior, qualis est, quæ sine arte fluit.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ

i. inter alias, quæ non adeo præstant. — sub. odoriferi. — i. dimidium prædictæ quantitatis.

& electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, idest, ducentos quinquaginta

s. aromatici. — s. aromaticæ, de qua Dioscorides lib. 1.

siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, casiæ autem quingentos siclos in

i. non secundum pondus profanum, sed quo vtuntur in rebus sanctuarij. — purissimi & pilo tusi. — ad differentiam olei nucum, & similium. — s. supra cap. præcedenti. — i. diuinis dicatum.

pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: facietque vnctionis oleum sanctum,

i. artificis periti in horum compositione.

vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij,

non secundum omnes partes, sed præcipuas, & illas iuxta Iudæorum traditionem.

& arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius,

i. prædictorum.

altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum

i. dedicabis. — i. sanctissima comparatione, ad res communes. — i. quidquid.

pertinet. Sanctificabisque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea,

i. ex eo deinceps dicata erunt sacris. — in capite & manibus. — s. cum mistione sanguinis arietis consecrationis, aspergendo illos, & eorum vestes. — i. Deo dicabis.

sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio

i. sacris meis dicatum.

fungantur mihi. Filijs quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi

i. in futuris sæculis, dum vestra posteritas durabit. — pars aliqua corporis. — s. non sacerdotis, aut Regis, cum in Regem vngetur. — s. ad delicias, vel ad profanos vsus. — i. proportionem prædictam aromatum, compositionem miscentium.

in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem

eius non

f i K l
i. Deo & diuinis dicatum. i. non in commune vsus expendetis, sed in sacris.
a b c d e f g h i K l m
eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo qui-

h i
i. his qui non sunt ad sacros ritus. i. reus erit mortis.
a b c d e f g h i K l m
cumque tale composuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo.

S C H O L I A.

30 *Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos.*] Iuxta Hebræum est: Et tu accipe tibi aromata præcipua, myrrhæ libere fluentis, quingentos siclos. Et sunt qui myrrham liberam interpretantur, non adulteratam, quæ libere transit per manus mercatorum; teste siquidem Plinio solet frequenter adulterari. Sed placet potius intelligi de illa, quæ libere, idest, absque arte aliqua fluit, sicut gummi ab arboribus, quæ & prima & prestantissima dicitur; est enim & alia, quæ arte, per incisionem scilicet corticis fit, quæ non adeo præstat, nec efficax est ad multa, vt prior. Septuaginta legunt: Et tu cape aromata, florem myrrhæ electæ. Chaldæus: Tu autem sume tibi aromata primæ myrrhæ mundissimæ. Porro, sume tibi, idiotismus linguæ Hebrææ est, idest, sume aromata, idest, species boni odoris, myrrhæ primæ, idest, melioris & dignioris. Myrrha autem hoc loco iuxta Hieronymum, idem est quod stactes; abusiue autem iuxta Strabum myrrha dicitur. Est autem gummi seu lachryma, iuxta eumdē Strabum, cuiusdam arbusculæ sic dictæ in Arabia, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro & intorto, de qua Plinius. Cuius virgulta inquit Strabus, Arabes exurunt, vt melius pululent & fructificent, ex cuius nidore incurabiles morbos contraherent, nisi fumo storacis occurrerēt. huius lachrymæ præcipua virtus est, vt mortuorum cadauera incorrupta conseruet, sic Plinius vbi supra. Denique quid siclus, supra in hoc eodem cap. §. 19.

[Margin: Plinius. — Hieronym. ad Principiam virginem. — Strabus. — Idem. ibid. — Plin. lib. 12. cap. 16.]

31 *Et cinnamomi medium.*] Iuxta Hebræum est: Et chumemon aromatici, dimidium scilicet sicli ipsius, sic Chaldæus. At Septuaginta: Et cinnamomi odoriferi dimidium huius. Porro, R. Salomoh vnum cinnamomi genus nihil suaueolentiæ habere affirmat, bene tamen aliud. Quidam putāt esse quod nos vulgo *Canela*, sed hoc est falsum, quāuis hæc perfectissima species, quam Dioscorides *Ziguir* vocat, ad quamdam cinnamomi similitudinem inclinet: Sub Paulo 3. in quadam sepultura inuentum fuit cinnamomi lignum, coloris rubei aromaticum quidem, ibi vt creditur ante 1400. annos positum. De cinnamomo scribit Plinius: Et quidem frutex est duorum cubitorum altitudinis, amplissimus, quatuor digitorum crassitudinis, eminens à terra sex digitis, surculosus, & arido similis, cum viret nō odoratus, gignitur in planis, sed densissimis vepribus rubisque, difficilis collectu, nascitur potissimum in Æthiopia.

[Margin: R. Salomoh. — Dioscorides. — Plin. lib. 12. cap. 19.]

32 *Calami similiter.*] Dictio similiter, ab interprete addita est: Iuxta Hebræum est: Et calami aromatici: Sic Chaldæus. At Septuaginta: Et calami odoriferi. Et quidem calami nomen multa significat, vt sagittam, sic apud Virgilium: Fregisti & calamos: qua significatione vsus est Plinius, cum ait: Calamis populi Orientis bella cōficiunt. Item scribendi instrumenta, calami dicuntur. Aliquando ponitur pro fistula, sic in Virgilio Egloga 5. similiter sumitur pro quacumque re fistulosa, ad similitudinem arundinis. Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. Est denique odoratus calamus, de quo hic sacer textus loquitur, de quo & Plinius. Iuxta Dioscoridem arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, &, cum frangitur, scissilis, locum in quo nascitur suauissimo replens odore, prouenit in India, Arabia, & in Syria, iuxta Libanum montem.

[Margin: Virgil. Egl. 3. — Plin. lib. 1… — Virgil. Egl. 5. — Plin. lib. cap. 20.]

33 *Casiæ autem quingentos siclos, in pondere sanctuarij.*] Iuxta Hebræum est: Casiæ quingentos siclos, secundum pondus sanctificationis. Modo, casiæ nomen satis ambiguum est: namque est fistularis casia, sic à recentioribus Medicis dicta, at à doctioribus nonnullis, siliqua Ægyptia dicta est. Est & herba ita dicta, cuius meminit Virgilius, cum ait:

Tum casia atque aliis intexens suauibus herbis.

Est &, teste Theophrasto, casia frutex salicis Amerinæ magnitudine, multis surculosisque brachiatus ramis, crassiore quam cinnamomum sarmento, soloque cortice comendatum. Et quidem Dioscorides tria facit precipua casiæ genera, vnum ex nigro purpurascens, & rosæ odorem referens, Ziger appellarunt. Alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum, & vini mistum odorem repręsentans. Tertium superioribus paulo vilius. Hic sermo est de duobus primis generibus à Dioscoride recensitis. Porro, dicitur: In pondere sanctuarij, ad differentiam ponderis communis, & in vsum profanarum rerum.

[Margin: Virgil. Eg. 2. — Theophras… — Dioscor. lib…]

34 *Oleum de oliuetis, mensuram hin.*] Iuxta Hebræum est: Et olei oliuæ hin. Sermonem credo esse de oleo purissimo, & pilo tuso, de quo supra cap. 27. & dicitur oliuæ, ad differentiā olei nucum & similium. Quæ autem mensura sit hin, vidimus capite præcedenti §. 55.

35 *Faciesque vnctionis oleum sanctum.*] Subintelligendum est, ex prædictis; Est enim in Hebræo *Otho*, idest, ex omnibus his aromatibus confusis, vnctionis sanctæ facies vnguentum. Dicitur autem sanctum, idest, diuinis vnctionibus dicatum; & quod ex eius vnctione Deo essent res sacratæ & dicatæ, nec communibus vsibus expositæ.

[Margin: אתו — S. Tho. 22. 81. ar. 8. …]

Digitized by Google

36 *Vnguentum compositum opere vnguentarij.*] Iuxta Hebræum est: Vnguentum vnguenti, idest, inter vnguenta præstantissimum, opere vnguentarij, idest, opere prudentis artificis in horum compositione. Porro, statim post prædicta verba iuxta Hebræum subduntur alia, videlicet: Oleum vnctionis sanctæ erit: Sic Chaldæus. At Septuaginta: Oleum Chrismatis sanctum erit: Quæ verba consulto Vulgatus prætermisit, vt vitaret repetitionem.

37 *Et vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet.*] Licet iuxta vim Hebraici cõtextus, solum exprimatur supellex altaris holocausti, subintelligi tamen debet: & altaris thymiamatis, quod Vulgatus optime expressit, cum ait: Ad cultum eorum, scilicet, vtriusque altaris. Porro, post prędicta verba, iuxta Hebræum subditur: Et labrum, & basim eius. Chaldæus: Et luterem & basim eius: Septuaginta: Et peluim & basim eius: quæ quidem subintelligi debent in Vulgato.

38 *Et vnges ex eo tabernaculum.*] Non quod hæc omnia liniri secundum omnes sui partes illo vnguento deberent, sed, vt Hebræi tradunt, sic, vt digito tincto sacro vnguento, aliquæ eorum præcipuæ partes tingerentur.

39 *Et erunt Sancta sanctorum.*] Iuxta Hebręũ: Et erunt sanctificatio sanctificationum: quod idem significat cum litera nostra, idest, erunt sanctissima: Sic tamen dicuntur, respectu eorum, quæ communibus hominum vsibus applicantur.

40 *Qui tetigerit ea, sanctificabitur.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus. Iuxta Hebræum est: Quidquid tetigerit ea, sanctificabitur. Vnde iuxta Vulgatum multi exponunt: Omnis vir tangens, mundus erit. Sed certe verba Vulgati potius intelligenda existimo ad sensum, qui iuxta Hebręum planius exprimitur, quasi dicat: ea re, quam tetigerit sanctificata, non licebit vsibus priuatis vti, sed tantum in sacris.

41 *Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi.*] Non satis apud omnes cõstat, quomodo filij Aaron vngendi essent; nam de Aarone omnes conueniunt, in manibus & in capite hoc sacro vnguento liniendum; minorum vero sacerdotum manus tantum vngi debere quidã affirmãt; alij vero hoc negant, sed mistione quadam prædicti vnguenti, cum sanguine arietis consecrationis, ipsos & eorum vestes aspergendas tantummodo fore, quod ex superiori capite, & octauo Leuitici constare dicunt.

42 *Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi, in generationes vestras.*] Sensus est, hoc vnguento non licebit vobis, nec posteris vestris vti aliter, quam in sacris meis, nempe cum vngetis quæ lege sic facere vobis præcepta fuerint.

43 *Caro hominis non vngetur ex eo.*] Ad profanas delicias prohibet hoc vnguento liniri, vtpote sacro, sed tantum ad vsus sacros & sacerdotum, & Regum, qui dignitate supra homines esse videntur, & diuina quadam inter homines excellentia fulgere.

44 *Et iuxta compositionem eius non facietis aliud; quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.*] Iuxta Hebræum est: Secundum summam eius, non facietis sicut illud, idest, secundum quantitatem eorum quæ veniunt in eius compositionem. Chaldæus: Et iuxta similitudinem eius non facietis aliud sicut illud. Septuaginta: Nec talem compositionẽ facietis, qualis est hæc. Idem est omnium sensus, quasi dicat, licebit vobis quidem vti ad communes vsus aromatibus prædictis, etiam secundum aliquam compositionem, non tamen secundum hanc proportionem. Quod autem subditur: Sanctum erit vobis, idest, non licebit vobis in alios vsus expendere illud.

45 *Et dederit ex eo alieno.*] Iuxta Hebræum est: Et qui posuerit ex eo super extraneum. Extranei aut alieni voces quidam referunt ad personas, quæ scilicet non sunt de sacerdotali genere; alij ad res, non ad personas, vt scilicet prohibeatur vsus eius in res, quæ non pertineant ad sacra ministeria: Existimo tamen de vtroque interpretandum: Alieno, idest, ad vsus profanos & communes, siue in personis, siue in rebus alijs; prohibetur tamen talis profanatio sub reatu mortis, & hoc est quod subditur: Exterminabitur de populo suo.

g *i. species aromaticas.* h *i. pinguedinẽ distilata myrrha.* K *i. paruam ostreolam redolentem, adinstar vnguis pellucidam.* l *est succus aromaticus ferula in Syria nascentis.*

a b c d e f g h i K l
Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onycha, galbanum

a b *qui scilicet vel ex antiquitate, vel alia causa odorem non amiserit.* d e *i. absque resina mixtura, per quam offuscatur.* l *appropriatum nomen prædicto mixto odorifero.*

a b c d e f g h i K l
boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: faciesque thymiama

c *i. artificis in his experti.* e *i. solicite iuxta artem.* g *i. sine immunditijs, aut alijs extraneis.*

a b c d e f g h i
compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione

dignissi-

Digitized by Google

i. quale decet vt in Dei cultum expendatur. Iuxta Hebra. & Septuag. Sanctum, idest, ob sanctitatem pretiosissimum. Chaldaus: in sanctificationem. — *i. non simul, sed prout sacerdoti expedire videbitur.* — *iam in puluerem redacto.*

dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo

s. in altari thymiamatis, quod erat è regione arca, interposito velo. — *i. propitiatorio.* — *s. per hoc, quod loquar ad te, & responsa dabo.* — *i. sanctissimum respectu eorum, qua communibus vsibus exponuntur.*

coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis

i. hac aromatum compositio. — *s. secundum prædictam supputationem.* — *i. Deo & diuinis dicatum.*

thymiama. Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino.

secundum prædictam supputationem compositionis. — *i. in istum finem, & vsum eo communem.* — *i. reus erit mortis.*

Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

S C H O L I A.

46 *Sume tibi aromata, stacten.*] Sic Chaldęus, & Septuaginta; per aromata autem species aromaticas intelligit. Porro, quid stactes sit, fere apud omnes conuenit, vt §. 29. huius capitis videre est; ex Hieronymo enim & Isidoro, & Strabo, quin ex Dioscoride est recentis myrrhæ incisæ pinguedo, cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ, maxime odorifera, à distillando dicta; quod ex distillatitia dumtaxat myrrha fiat. R. Dauid putat esse guttam, quam arbor incisa distillat, Hebraice dicitur *Nataph*.

(Hieronym. ad Principiam virginem. Isidorus. Strabus. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 12. cap. 16. R. Dauid. נטף)

47 *Et onycha.*] Sic Chaldæus, & Septuaginta. Hebraice dicitur *Secheleth*, R. Salomoh radicem ait esse candentem, tersam, ac puram, in modum vnguis, onix siquidem Græce vnguem significat. Alij herbam aromaticam esse affirmant, sed probabilius videtur, paruam esse ostreolam valde redolentem, magnitudine, & colore hominis vnguem referentem.

(שחלת R. Salomoh.)

47 *Galbanum boni odoris.*] Iuxta Hebræum: Galbanum aromata. Quam vltimam vocem quidam referunt ad tres prædictas aromaticas species, alij ad sequentia verba, vt sit sensus, aromata ista, vna cum thure mundissimo. Chaldæus legit: Galbanum aromatizans, siue aromaticum: additur autem aromaticum, siue boni odoris, ad differentiam illius Galbani, quod ex antiquitate, vel alia causa odorem amiserit. Porro, Galbanum, teste Dioscoride, succus est, siue lachryma ferulæ in Syria nascentis, quam metopium vocant. Vnde Plinius: Dat, inquit, & galbanũ Syria, in eodem Amano monte, è ferula, quam eiusdem nominis, resinæ modo stagonitum appellant.

(Dioscor. lib. 3. Plin. lib. 12. cap. 25.)

48 *Et thus lucidissimum.*] Iuxta Hebræum: Et thus mundum. Sic & Chaldæus, mundissimum thus. Sed idem est sensus omnium, impermistumque thus designatur, nec resinæ admistum, per quã eius puritas offuscari solet.

49 *Aequalis ponderis erunt omnia.*] Sic iuxta Hebræum, & Chaldæum: at Septuaginta: Aequale æquali erit, idest, pondus vnius, sicut pondus alterius, ita vt sit omnium vnus sensus; etenim dictio *Bad*, cum simplici *Daleth*, viri docti asserunt ponderum æqualitatem, seu mensurarum significare, quãdo scilicet, de rebus diuersis, tantum accipitur de vna, quantum de alia. Scio & alios, dictionem prędictam, descendere velle à *Badad*, per duplex *Daleth*, quod significat solum, ita vt legant solum, cum solo, aut vnum, cum vno, quasi dicat: vt sit contusum vnumquodque seorsum in pila, & in pulueres redactum; sed præstat prior lectio. Porro, ex aliquorũ traditione refertur, Moysen ex vno quoque horum aromatum, libras septuaginta accepisse.

(בד ד — בדד דד)

50 *Faciesque thymiama compositum opere vnguentarij mistum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.*] Iuxta Hebræum est: Et facies ipsum suffimentum aromatum, opere aromatarij, mistum erit mundum, & sanctum. Septuaginta: Et facies illud thymiama mistum, purum opus, sanctum. Chaldæus: Faciesque thymiama aromatum, mistum mundissimum, in sanctificationem: Quæ omnia à litera nostra non deuiant. Porro, cum dicitur: Facies thymiama compositum, subintelligendum est, ex prædictis aromaticis speciebus: In Hebręo enim est *Otha*, idest, ex eo, siue ex his omnibus. Iam thymiamatis nomen, appropiatum est huic misto odorifero. Cum autẽ dicitur: Opere vnguentarij, idest, artificis in his experti. Subditur: Mistũ diligenter, quasi dicat: non quomodolibet mistum, sed multa arte, ita vt licet mistum, purum tamẽ sit, idest, sine admistione alicuius externi, sicut sępe admisceri solent in similibus: Denique ita perfectum, vt decet ea omnia esse, quæ in Dei obsequium consecranda sunt, & hoc est, quod subditur: Sanctificatione dignissimum, vtpote pretiosissimum.

(אתה)

51 *a Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis.*] Iuxta Hebræum est: Et contundes ex eo comminuendo. Septuaginta: Et conteres ex his subtile. Chaldæus: Et contundes ex eo, & comminues. Idem est omnium sensus. Facta itaque mistione ab aromatario, sacerdos ex illa compositione (sic enim dicit Chaldæus.) ex eo, idest, aliquã partem, prout expedire videbitur ministro, conteret, & in puluerem tenuissimum reddet.

52 *Pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi.*] Iuxta Hebræum est: Et pones ex eo coram testimonio, in tabernaculo Ecclesiæ, in quo conueniam tecum ibi. Septuaginta: Et pones coram testimonio, in tabernaculo testimonij, vnde cognoscar tibi illic. Chaldæus: Et pones ex eo coram testimonio, in tabernaculo fœderis, vbi constituam verbum meum tibi. Quæ omnia idem sunt cum litera nostra. Iam, dicitur: Coram tabernaculo testimonij; erat enim altare thymiamatis, è regione arcæ, in qua erant tabulæ legis; erat tamen medium velum, quod diuidebat adytum à sanctuario: non itaque sic intelligendum est, quasi altare thymiamatis esset intra adytum. Porro, cum subditur: In quo loco apparebo tibi: Satis talis apparitio ex alijs translationibus explicatur, per hoc scilicet, quod cum Moyse loquebatur, & inde responsa dabat: Vnde, cum dicitur: In quo loco, intellige, de tabernaculo testimonij, idest, de arca & propitiatorio; inde enim vox audiebatur loquentis ad Moysen.

53 *Sanctum sanctorum erit vobis thymiama.*] Iuxta Hebræum: Sanctificatio sanctificationum erit vobis. Iuxta Hebræum enim, non est vox, thymiama, quare quod dicitur: Sanctum sanctorum erit vobis, quidã ad locum tabernaculi referri putant, sed Vulgatus thymiama expressit, & de illo intelligendum insinuanit: Sanctum igitur sanctorum, idest, sanctissimum erat hoc thymiama: quo loquendi modo sæpe vsus est de multis, quæ ad cultum Dei dicata erant, intelligendumque diximus, respectu eorum, quæ in vsus communes & profanos veniebant.

54 *Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domini.*] Iuxta Hebræum est: Suffimentum, quod facies secundum supputationẽ eius, non facietis vobis. Chaldæus: Et thymiama aromatum quod facies. Porro Talem compositionem: sermo est de compositione thymiamatis, vt exprimit Chaldæus, & secundum talem supputationem, vt dicitur ex Hebræo, idest, secundum omnia, quæ ibi immiscentur, & secundum illam quantitatem: aliquibus vero ex his aromatibus, dummodo non esset secundum eamdem supputationem, vti liceret in priuatos vsus: quod autem additur: Quia sanctum est, idest, quia talis compositio, & secundum talem supputationem, diuinis dicata est, & sacrum thymiama vocabatur.

55 *Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.*] Iuxta Hebræum est: Quisquis fecerit sicut ipsum, ad odorandum illud, excidetur è populis suis. Dictio prædicta, vt, satis aperte indicat vtrumque requiri, vt reus mortis fieret, scilicet, facere thymiama, vt odore illius perfruatur; facere igitur thymiama, vt vsibus communibus exponat, hoc totum sub reatu mortis interdicitur.

CAPVT XXXI.

Hebraismus est, idest, præ cæteris delegi. alij: nominatim vocaui.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Ecce, vocaui ex nomine Beseleel

alij sunt ab his, de quibus 1. Paral. 2. licet de eadem tribu Iuda. — *.i. infudi in mentem eius.* — *i. Spiritu Sancto, seu diuino, & excellenti, vt aliqui volunt.*

filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia, &

i. in ordine ad mechanica, seu in arte mechanica.

intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrefieri

Chald. lapidibus pretiosis. Iuxta Hebræum: In fabricatione lapidu, scilicet pretiosi. — *quæ auro, argento aut simili inseruntur & includuntur.*

potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate

i. stipitum.

lignorum. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan.

Et in

c i. intellectu. — e i. apti & aliquo modo instructi, etiam aliorum, qui possint illos iuuare. — f i. auxi.

a b c d e f g h i K l m n
Et in corde omnis eruditi posui sapientiam : vt faciant cuncta quae praecepi tibi ,

a supra cap. 26. — d e supra cap. 25. — g supra cap. 25.

a b c d e f g h i K
tabernaculum foederis , & arcam testimonij , & propitiatorium , quod super eam

d i. instrumenta. — K supra cap. 25.

a b c d e f g h i K l
est , & cuncta vasa tabernaculi , mensamque & vasa eius , candelabrum purissi-

l a commendatur huius puritas, quod ob oleum & lucem, facile immunditiam contrahere posset. — g supra cap. 30. — i supra cap. 27.

a b c d e f g h i K l m
mum cum vasis suis , & altaria thymiamatis , & holocausti , & omnia vasa

b supra cap. 30. — f g pontificias.

a b c d e f g h i K l m
eorum , labrum cum basi sua , vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti , &

m a b s. Sacerdotales. — i supra cap. 30.

a b c d e f g h i K l m
filijs eius , vt fungantur officio suo in sacris . Oleum vnctionis , & thymiama

d sub. iuxta : — h non quod omnes cuncta scirent , sed prout didicerat, vel à Deo acceperat, in hac vel in illa materia.

a b c d e f g h
aromatum in Sanctuario , omnia quae praecepi tibi , facient .

S C H O L I A.

1 ECCE, *vocaui ex nomine.*] Hebraismus est, idest, prę cæteris delegi, sicut nosce aliquem ex nomine, est familiarius aliquem nosce; eorum siquidem nouimus nomina, & eos proprio nomine vocamus, qui familiariores sunt.

2 *Beseleel filium Vri filij Hur, de tribu Iuda.*] Miratur & merito, Hugo de Sancto Victore, quomodo cum Caleph quadraginta esset annorum in exitu ex Ægypto Iosue 14. pater esse potuerit Hur, & hunc genuisse Huri patrem Beseleel, de quo hic sacer textus loquitur; quæ enim R. Salomoh hac in parte affirmat, absque ratione dicta quis non iudicet? Cum & Hur & Huri ante decimum annum genuisse dicat, & Hur ex Maria fere nonagenaria: Præstat igitur fateri, æquiuocationem esse in nominibus hominum diuersarum cognationum, licet eiusdem tribus, scilicet Iudæ: Hur igitur Hebraice Chur, vir prudens, & socius Moysi & Aaron Exod. 17. creditur duxisse in vxorem Mariam s rorem Moysi & Aaron, patremque esse Huri, cui filius fuit Beseleel, de quo hoc loco est sermo. Fu autem & alius Hur, filius Caleb, pater Huri & S bal, &c. Huri vero genuit Beseleel, & de viris h ius cognationis similibus in nominibus cum pręc ctis loquitur Scriptura. 1. Paral. 2.

Hugo de S. Victor. in Exod.

R. Salomoh.

3 *Et impleui eum spiritu Dei, sapientia, & int ligentia, & scientia in omni opere.*] Spiritu D vt sæpe de se Deus in tertia persona loquitur, ide spiritu meo, scilicet, Spiritu Sancto, quantum sequentes effectus, sapientiæ, scientiæ, & intel ctus in ordine ad mechanica, non itaque, vt qu dam putant, quod etiam, quæ arte comparantu Deo sint; licet enim ita sit, hoc tamen loco sic i telligi debet, quod forsan, cum nihil didicisset Deo infusa fuerint, vt magis miraculum appa ret. In omni igitur opere, idest, in ordine ad m chanica, & artificiosa.

Digitized by Google

4 *Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest.*] Iuxta Hebræum est: Ad cogitandum cogitationes, ad faciendum, quasi dicat: vt non solum excogitare queat, quæ facere oporteat, sed & exequi sciat, quæ excogitauerat: Sic subintelligendum est in litera Vulgati. Septuaginta: Ad excogitandum & fabricandum, ad operandum aurum, &c. Chaldæus vero habet: Ad docendum artifices, vt faciant in auro. Conuenit cum Vulgato, subintelligi tamen oportet, quæ diximus. Porro, quidquid fabrefieri potest: est siquidem fabri nomen commune, in ordine ad artificiosa, in varia materia, ligni, ferri, &c. per quæ specificatur; vnde dicitur faber lignarius, faber ferrarius, &c.

5 *Marmore, gemmis, & diuersitate lignorum.*] Iuxta Hebræum est: Et arte lapidaria, ad implendum, & in arte lignaria, ad faciendum in omni opere. Chaldæus: Et in arte lapidis pretiosi, ad implẽdum cælaturas, & in arte fabri lignarij, vt faciant in omni opere. Quo in loco multa apud Septuaginta addita sunt, scilicet, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum filatum, & byssum retortam: deinde subditur: Et ad lapidaria opera, & ad fabrilia lignorum, operari secundum omnia opera. Cæterum, certum est, sermonem esse, cum dicitur: Et gemmis, de arte lapidis pretiosi, inserendi & includendi auro & argento.

אהליאב
אחיסמך
6 *Et dedi ei socium Ooliab filium Achisamech, de Tribu Dan.*] Ooliab, in Hebræo: *Aholiab*, filius Achisamech, in Hebræo: *Achisamach.* Porro prudentissimum illustremque artificem fuisse conijcere licet hunc Ooliab, qui ex tanta hominum multitudine, socius Beseleel assumptus fuerit ad talia opera.

7 *Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta, quæ præcepi tibi.*] Iuxta Hebræum est: Et in corde omnis sapientis corde dedi sapientiam, & facient omnia quæ præcepi tibi. Septuaginta: Et omni erudito corde dedi intellectum. Chaldæus: Et in corde omnium sapientum corde dedi sapientiam. Et licet horum verborum sensus quibusdam videatur, vt hominibus alioquin natura ingeniosis sapientiam infuderit Deus, in ordine ad mechanica, præstat tamen interpretari de his, qui alioquin artifices cum essent in practicis, eorum tamen artem & cognitionem Deus miraculose auxerit, prout expedire nouit, ad exequenda opera, quæ Ooliab præciperet, iuxta præscriptum Moysi à Deo.

8 *Quæ præcepi tibi.*] Hæc sunt, quæ in textu subduntur: Tabernaculum fœderis, de quo supra cap. 26. Arca testimonij, & propitiatorium, mensa, & candelabrum purissimum, de quibus supra cap. 25. purissimum autem inter alia dicitur candelabrum, non tam quod sanguine non fędaretur, vt dixit, R. Hizcuni, sed maxime propter oleum, & lumen, ob quę facile poterat immunditiam contrahere: ideo peculiariter eius puritas, seu munditia commendatur. Porro, altaria thymiamatis, de quo supra cap. 30. & holocausti, de quo supra cap. 27. Labrum cum basi sua, de quibus supra cap. 30. R. Hizcuni.

9 *Vestes sanctas, in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius.*] Iuxta Hebręum est: Et vestes ministeriales, & vestes sanctitatis Aarõ sacerdoti, & vestes filiorum eius, vt sacerdotio fungantur. Chaldæus: Et vestes filiorum eius, vt ministrent. Septuaginta: Vt sacerdotio fungantur mihi: Et licet quidam interpretentur de vestibus, quibus arca, mensa, candelabrum portabantur. Cæterum licet, & hæc subintelligi possint, iuxta Vulgatum tamẽ, Chaldęum, & Septuaginta, satis aperte exprimuntur vestes põtificiæ Aaron, & sacerdotales, minorum scilicet sacerdotum; de quibus omnibus supra cap. 28. sicut de oleo vnctionis, & thymiamate, de quibus subditur in textu, videre est supra cap. 30.

10 *Omnia quæ præcepi tibi facient.*] Iuxta Hebræum est: Secundum omnia, quæ præcepi tibi facient; est enim in Hebraico textu *Checol*, idest, secundum, vel iuxta: sic habent Chaldæus, & Septuaginta, sicque subintelligendum est in Vulgato. Porro, sermo est de artificibus, quibus vel de nouo infudit Deus, quæ antea nullo modo nouerant, vt Ooliab: & de illis, quibus diuinitus auxit cognitionem, quam sibi, licet nõ ita perfecte, antea compárauerant: Et intelligendum est accommode: Vnusquisque iuxta artem, quam acquisierat, & Deus auxerat: vel iuxta cognitionem, quam Deus de nouo infuderat, in hac, vel in illa materia auri, vel ligni, vel huiusmodi. ככל

Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos:

a *pro, veruntamen, estque eclipsis, quasi dicat: omnia, quæ iussi, facite, non tamen in diebus Sabbathi operabimini illa.* d *i. mihi dicatum.* g *quod, scilicet, delegi istum populum, qui in cultum meum obseruat Sabbathum, prater ritum omnium gentium.*

a b c d e f g h i K l m n
Videte vt Sabbathum meum custodiatis: quia signum est inter me, & vos in

a b *idest, etiam in posteris vestris, dum vixeritis, & illi vixerint.* c d *q. d. vt sic testemini, vos esse populum meum, meo cultus dicatum.* h i K *i. qui delegi vos in peculiarem populum mihi dicatum.*

a b c d e f g h i K
generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

b *i. diem septimum cuiusuis septimana.* c *i. mihi dicatum.* d e f g *i. inter vos erit sacris consignatum, & sancte colendum.* h i K *s. opus seruile faciendo.*

a b c d e f g h i K
Custodite Sabbathum meum. Sanctum enim est vobis: qui polluerit illud,

morte

Digitized by Google

a b c d e f g g h i K l m n o
i. ex sententia iudicis ad mortem damnabitur. explicatio est eius quod dixerat. s. seruile. i. ex sententia iudicis ad mortem damnabitur, & erit reus mortis: estque repetitio praecedentis sententiae, alijs verbis.
a b c d e f g h i k l m n o
morte morietur : qui fecerit in eo opus , peribit anima illius de medio populi sui .

d h i l
etiam seruile. i. dies quietis sancta, vt subditur. i. dicata.
a b c d e f g h i K l m
Sex diebus facietis opus : in die septimo Sabbathum est , requies Sancta Domino .

d h i m
s. seruile. ex iudicis sententia, estque repetitio iam tertio eiusdem sententiae alijs verbis. i. obseruent, non faciendo opus seruile. i. diem septimum cuiusuis Hebdomadae.
a b c d e f g h i K l m
Omnis qui fecerit opus in hac die , morietur . Custodiant filij Israel Sabbathum ,

b d e f i
iuxta Hebraeum: faciant. i. dum vixerint, & in posteris suis similiter. i. dum lex antiqua permanebit.
a b c d e f g h i K l m
& celebrent illud in generationibus suis . Pactum est sempiternum inter me &

c d k l a
s. quod delegi in populum peculiarem, & eius, quod subditur, & quod, per libertatem ex Aegypto, est eis requies sancta. i. quamdiu lex antiqua durabit. i. orbem vniuersum.
a b c d e f g h i K l
filios Israel , signumque perpetuum . Sex enim diebus fecit Dominus caelum &

f g h i k
s. primae creationis. iuxta Hebraeum: Quieuit & recreatus est. Quod naturalis lex in cordibus scripta, quasi per ignauiam obliterata videretur.
a b c d e f g h i K l
terram , & in septimo ab opere cessauit . Deditque Dominus Moysi , completis

a b h i
s. de obseruatione Sabbathi. sic dictas, quod in eis testaretur Deus, quid sibi placitum esset, & quid agendum foret. Ob firmitatem illius legis decalogi.
a b c d e f g h i
huiuscemodi sermonibus in monte Synai , duas tabulas testimonij lapideas ,

a b c b
i. non humano artificio, & more humano de Deo loquitur. i. opera.
a b c
scriptas digito Dei .

S C H O L I A.

11 *Videte vt Sabbathum meum custodiatis.*] Sic habent Septuaginta. At iuxta Hebraeum est: Verumtamen Sabbatha mea custodietis. In Hebraeo est: *Ach*, idest, tantummodo; aut verumtamen: Estque eclipsis, quasi dicat: Facient quidem omnia quae iussi, nolo tamen ea fieri diebus Sabbathis; sicut enim infra cap. 34. dicit: Die septimo cessabis arare, & metere; ne putarent, ob temporis opportunitatem, posse etiam die Sabbathi laborare, ita & nunc, ne existimarent licere in opere tabernaculi laborare, quod ad Dei cultum esset; idque intelligendum hoc loco censeo de Sabbatho, idest, septimo quoque die hebdomadae: nam de alijs festiuitatibus, semel tantum legimus, in deserto Pascha celebrasse, bene tamen Sabbathum cuiusque hebdomadae. Numeri siquidem quartodecimo scribitur, collectorem lignorum die Sabbathi, fu se pro sacrilego lapidatum: Licet enim caerem nialia vsque ad ingressum terrae promissionis n obligarent, bene tamen Sabbathi obseruatio. Po ro, Sabbathum meum dicitur, idest, mihi dic tum, diuinis consignatum.

12 *Quia signum est inter me & vos, in gener tionibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sa ctifico vos.*] Signũ dicitur, idest, pactũ. In gener tionibus vestris, idest, per aetates vestras, & poster rũ, dũ vixeritis. Subditur: Vt sciatis quia ego Do nus qui sãctifico vos, idest, qui separaui vos ab ali populis, & mihi selegi, vt sancti essetis: sic enim i telligi debet iuxta Hieronymũ, quod Eze. 20. dic tur: Insuper & Sabbatha mea dedi eis, vt esset sign

4 *Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest.*] Iuxta Hebræum est: Ad cogitandum cogitationes, ad faciendum, quasi dicat: vt non solum excogitare queat, quæ facere oporteat, sed & exequi sciat, quæ excogitauerat: Sic subintelligendum est in litera Vulgati. Septuaginta: Ad excogitandum & fabricandum, ad operandum aurum, &c. Chaldæus vero habet: Ad docendum artifices, vt faciant in auro. Conuenit cum Vulgato, subintelligi tamen oportet, quæ diximus. Porro, quidquid fabrefieri potest: est siquidem fabri nomen commune, in ordine ad artificiosa, in varia materia, ligni, ferri, &c. per quæ specificatur, vnde dicitur faber lignarius, faber ferrarius, &c.

5 *Marmore, gemmis, & diuersitate lignorum.*] Iuxta Hebræum est: Et arte lapidaria, ad implendum, & in arte lignaria, ad faciendum in omni opere. Chaldæus: Et in arte lapidis pretiosi, ad implẽdum cælaturas, & in arte fabri lignarij, vt faciant in omni opere. Quo in loco multa apud Septuaginta addita sunt, scilicet, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum filatum, & byssum retortam: deinde subditur: Et ad lapidaria opera, & ad fabrilia lignorum, operari secundum omnia opera. Cæterum, certum est, sermonem esse, cum dicitur: Et gemmis, de arte lapidis pretiosi, inserendi & includendi auro & argento.

6 *Et dedi ei socium Ooliab filium Achisamech, de tribu Dan.*] Ooliab, in Hebræo: *Aholiab*, filius Achisamech, in Hebræo: *Achisamach*. Porro prudentissimum illustremque artificem fuisse conijcere licet hunc Ooliab, qui ex tanta hominum multitudine, socius Beseleel assumptus fuerit ad talia opera. אהלי' אחים

7 *Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta, quæ præcepi tibi.*] Iuxta Hebræum est: Et in corde omnis sapientis corde dedi sapientiam, & facient omnia quæ præcepi tibi. Septuaginta: Et omni erudito corde dedi intellectum. Chaldæus: Et in corde omnium sapientum corde dedi sapientiam. Et licet horum verborum sensus quibusdam videatur, vt hominibus alioquin natura ingeniosis sapientiam infuderit Deus, in ordine ad mechanica, præstat tamen interpretari de his, qui alioquin artifices cum essent in practicis, eorum tamen artem & cognitionem Deus miraculose auxerit, prout expedire nouit, ad exequenda opera, quæ Ooliab præciperet, iuxta præscriptum Moysi à Deo.

8 *Quæ præcepi tibi.*] Hæc sunt, quæ in textu subduntur: Tabernaculum fœderis, de quo supra cap. 26. Arca testimonij, & propitiatorium, mensa, & candelabrum purissimum, de quibus supra cap. 25. purissimum autem inter alia dicitur candelabrum, non tam quod sanguine non fędaretur, vt dixit, R. Hizcuni, sed maxime propter oleum, & lumen, ob quę facile poterat immunditiam contrahere: ideo peculiariter eius puritas, seu munditia commendatur. Porro, altaria thymiamatis, de quo supra cap. 30. & holocausti, de quo supra cap. 27. Labrum cum basi sua, de quibus supra cap. 30. R. Hizcuni.

9 *Vestes sanctas, in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius.*] Iuxta Hebręum est: Et vestes ministeriales, & vestes sanctitatis Aarõ sacerdoti, & vestes filiorum eius, vt sacerdotio fungantur. Chaldæus: Et vestes filiorum eius, vt ministrent. Septuaginta: Vt sacerdotio fungantur mihi: Et licet quidam interpretentur de vestibus, quibus arca, mensa, candelabrum portabantur. Cæterum licet, & hæc subintelligi possint, iuxta Vulgatum tamẽ, Chaldęum, & Septuaginta, satis aperte exprimuntur vestes põtificiæ Aaron, & sacerdotales, minorum scilicet sacerdotum; de quibus omnibus supra cap. 28. sicut de oleo vnctionis, & thymiamate, de quibus subditur in textu, videre est supra cap. 30.

10 *Omnia quæ præcepi tibi facient.*] Iuxta Hebræum est: Secundum omnia, quæ præcepi tibi facient; est enim in Hebraico textu *Checol*, idest, secundum, vel iuxta: sic habent Chaldæus, & Septuaginta, sicque subintelligendum est in Vulgato. Porro, sermo est de artificibus, quibus vel de nouo infudit Deus, quæ antea nullo modo nouerant, vt Ooliab: & de illis, quibus diuinitus auxit cognitionem, quam sibi, licet nõ ita perfecte, antea comparauerant: Et intelligendum est accommode: Vnusquisque iuxta artem, quam acquisierat, & Deus auxerat: vel iuxta cognitionem, quam Deus de nouo infuderat, in hac, vel in illa materia auri, vel ligni, vel huiusmodi. ככל

Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos:

a *pro, veruntamen, estque eclipsis, quasi dicat: omnia, quæ iussi, facite, non tamen in diebus Sabbathi operabimini illa.*
d *i. mibi dicatum.*
g *quod, scilicet, delegi illum populum, qui in cultum meum obseruat Sabbathum, præter ritum omnium gentium.*

(a) *Videte* (b) *vt* (c) *Sabbathum* (d) *meum* (e) *custodiatis:* (f) *quia* (g) *signum* (h) *est* (i) *inter* (K) *me,* (l) *&* (m) *vos* (n) *in-*

a b *idest, etiam in posteris vestris, dum vixeritis, & illi vixerint.*
c d *q. d. vt sic testemini, vos esse populum meum, meo cultui dicatum.*
h i K *i. qui delegi vos in peculiarem populum mibi dicatum.*

(a) *generationibus* (b) *vestris:* (c) *vt* (d) *sciatis* (e) *quia* (f) *ego* (g) *Dominus,* (h) *qui* (i) *sanctifico* (K) *vos.*

b *i. diem septimum cuiusuis septimanæ.*
c *i. mibi dicatum.*
d e f g *i. inter vos erit sacris consignatum, & sancte colendum.*
h i K *s. opus seruile faciendo.*

(a) *Custodite* (b) *Sabbathum* (c) *meum.* (d) *Sanctum* (e) *enim* (f) *est* (g) *vobis:* (h) *qui* (i) *polluerit* (K) *illud,*

morte

a b c d e f g g h i K l m n o
i. ex sententia iudicis ad mortem damnabitur. — *explicatio est eius quod dixerat.* — *s. seruile.* — *i. ex sententia iudicis ad mortem damnabitur, & erit reus mortis: estque repetitio præcedentis sententiæ, alijs verbis.*

a b c d e f g h i k l m n o
morte morietur : qui fecerit in eo opus , peribit anima illius de medio populi sui .

d h i l
etiam seruile. — *i. dies quietis sancta, vt subditur.* — *i. dicata.*

a b c d e f g h i K l m
Sex diebus facietis opus : in die septimo Sabbathum est , requies Sancta Domino .

d h i m
s. seruile. — *ex indicis sententia, estque repetitio iam tertio eiusdem sententiæ alijs verbis.* — *i. obseruent, non faciendo opus seruile.* — *i. diem septimum cuiusuis Hebdomodæ.*

a b c d e f g h i K l m
Omnis qui fecerit opus in hac die , morietur . Custodiant filij Israel Sabbathum ,

b d e f i
iuxta Hebræum: faciant. — *i. dum vixerint, & in posteris suis similiter.* — *i. dum lex antiqua permanebit.*

a b c d e f g h i K l m
& celebrent illud in generationibus suis . Pactum est sempiternum inter me &

c d k l a
s. quod delegi in populum peculiarem, & eius, quod subditur, & quod, per libertatem ex Aegypto, est eis requies sancta. — *i. quamdiu lex antiqua durabit.* — *i. orbem vniuersum.*

a b c d e f g h i K l
filios Israel , signumque perpetuum . Sex enim diebus fecit Dominus cælum &

f g h i k
s. primæ creationis. — *iuxta Hebræum: Quieuit & recreatus est.* — *Quod naturalis lex in cordibus scripta, quasi per ignauiam obliterata videretur.*

a b c d e f g h i K l
terram , & in septimo ab opere cessauit . Deditque Dominus Moysi , completis

a b h i
s. de obseruatione Sabbathi. — *sic dictas, quod in eis testaretur Deus, quid sibi placitum esset, & quid agendum foret.* — *Ob firmitatem illius legis decalogi.*

a b c d e f g h i
huiuscemodi sermonibus in monte Synai , duas tabulas testimonij lapideas ,

a b c b
i. non humano artificio, & more humano de Deo loquitur. — *i. opera.*

a b c
scriptas digito Dei .

SCHOLIA.

11 *Videte vt Sabbathum meum custodiatis.*] Sic habent Septuaginta. At iuxta Hebræum est: Verumtamen Sabbatha mea custodietis. In Hebræo est: *Ach*, idest, tantummodo; aut verumtamen: Estque eclipsis, quasi dicat: Facient quidem omnia quæ iussi, nolo tamen ea fieri diebus Sabbathis; sicut enim infra cap. 34. dicit: Die septimo cessabis arare, & metere; ne putarent, ob temporis opportunitatem, posse etiam die Sabbathi laborare, ita & nunc, ne existimarent licere in opere tabernaculi laborare, quod ad Dei cultum esset; idque intelligendum hoc loco censeo de Sabbatho, idest, septimo quoque die hebdomadæ: nam de alijs festiuitatibus, semel tantum legimus, in deserto Pascha celebrasse, bene tamen Sabbathum cuiusque hebdomadæ. Numeri siquidem quartodecimo scribitur, collectorem lignorum die Sabbathi, fu se pro sacrilego lapidatum: Licet enim cærem nialia vsque ad ingressum terræ promissionis n obligarent, bene tamen Sabbathi obseruatio. Po ro, Sabbathum meum dicitur, idest, mihi dic tum, diuinis consignatum.

12 *Quia signum est inter me & vos, in gener tionibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sa ctifico vos.*] Signũ dicitur, idest, pactũ. In gener tionibus vestris, idest, per ętates vestras, & poster rũ, dũ vixeritis. Subditur: Vt sciatis quia ego Dor nus qui sãctifico vos, idest, qui separaui vos ab ali populis, & mihi selegi, vt sancti essetis: sic enim i telligi debet iuxta Hieronymũ, quod Eze. 20. dic tur: Insuper & Sabbatha mea dedi eis, vt esset sign

. Tho. 12. q. 8. ar. 2. corp.

inter me, & eos, & scirent, quia ego Dominus sanctificans eos; ad hoc enim, inquit, Sanctus Thomas, Deus vnum selegit populum, illum proinde ab idolorum cultura retrahens, vt in cultu vnius Dei illum concluderet, à quo saluandum erat genus humanum per Christum, quod eleganter Apostolus ad Galat. 3. inquit, priusquã veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat.

13 *Custodite Sabbathum, sanctum enim est vobis.*] Custodite inquit Sabbathum: Quomodo autem infra subditur, cum ait: Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius: Non igitur faciendo opus seruile, sed vacando diuinis, sic Sabbathum custoditur: quod autem subditur: Sanctum enim est vobis, idest, licet alijs gentibus communis sit dies, vobis tamẽ sacris, & diuinis dicatum est: qua Sabbathi obseruatione testabantur, esse populum Dei Sanctum, idest, Deo dicatum, in cuius honorem, præter aliarum gentium consuetudinem Sabbathum custodiebant, iuxta illud Ouidij:

Ouid. lib. de arte amandi.

Cultaque Iudæo septima sacra viro.

Ac proinde forsan etiam supra dixerat, Sabbathi obseruationem esse signum, quod Deus esset sanctificans illos.

14 *Qui polluerit illud, morte morietur; qui fecerit in illo opus, peribit anima illius de medio populi sui.*] Vtriusque sententiæ vnus est sensus, & se mutuo explicant: Idem itaque est qui polluerit illud, quod qui fecerit in eo opus, scilicet seruile, profanando Sabbathum, vt est supra cap. 20. Rursum idem est, peribit anima, idest, vita illius, de medio populi sui, quod morte moriatur, & vterque est Hebraismus, idest, sententia iudicis moriatur; hoc enim verbum Hebraicum *Iumat*, in sexta coniugatione significat, sicque intelligi debet paulo post, alijsque multis in locis: Cuius rei exemplum legimus Num. 14. Non ergo intelligendum est vt quidam volunt, quasi talis proinde non pertineret ad populi numerum, aut vt alij contendunt, quod media ætate, scilicet, inter quadragesimum, & quinquagesimum annum periret: sed quod reus esset mortis, pœnaque tali ex Iudicis sententia esset plectendus. Et quod tam seuere Sabbathi celebritatem olim Deus exegerit, vt ex hoc loco, & passim videre est, in causa fuisse puto, quod in eo legem populus discere deberet, & fidem alere.

יומת

15 *Requies sancta Domino.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: Sancta Domino, vel, coram Domino, idest, requies hæc à seruilibus operibus sancta, idest, dicata est Domino, siue diuinis, quasi dicat, sex diebus facietis opus, die autem septimo, cessate, & requiescite ab illo opere, vt diuinis vacetis; talis enim cessatio à seruili opere est, vt diuinis intendatis; non enim morale esset ab opere cessare, nisi inquantum ordinatur ad illa, quibus dicata est talis requies, scilicet, ad cultum Dei, & ad opera libera, qualia sunt illa, quę ad profectum spiritus ordinantur. Porro, ex prædictis verbis, & illis, quæ postea subduntur, scilicet: In septimo ab omni opere cessauit, constat gennina interpretatio vocis Sabbathi, Hebraice *Sabath*, à verbo *Sabath*, quod est, quiescere, Sabbathum, requies, siue, quies; quod sicut Deus illo die cessauit ab omni opere quod patrarat, & quieuit, sic illo die, filij Israel cessent ab opere seruili, & quiescant, diuinis vacando, sicut Iosephus erudite insinuat, & merito alibi Appionem grammaticum irridet; quod dixerit, Hebræos ex Ægypto redeuntes, inguinum vlceribus laborasse, qui morbus Aegyptijs, sabbo dicebatur, septimo vero die quieuisse; ac proinde ab Hebræis Sabbathum dictum fuisse. Sed turpius decipitur Plutarchus libro Symposiorum, siue quæstionum conuiualium, qui Sabbathi nomen, à Baccho dictum putauit, cuius cultores Iudæos fuisse mẽtitur, & Sabbos, inquit, vulgus nunc Bacchos vocat, & illi Sabbathum se colere dicunt, quod se mutuo ad potum inuitent, *se brindan*. Et quamuis Lactantius Hebraicum esse nomen Sabbathi cognouerit, putauit tamen sic dictum, à numero dierum, quod apud Hebræos, septem dicatur *Seba*, & septimus *Sibba*.

שבת
שבת

Ioseph. 1. antiq. c. 2.
Ioseph. lib. 2. contra Appionem non longe à principio.
Plutarc. lib. Sympo. q. 5.
Lactant. lib. 7 de inst. c. 14.

שבע
שבעה

16 *Et celebrent illud in generationibus suis.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus. Et quidem quod antea dixerat custodiant, nunc dicit, celebrent: Quod autem dicitur, in generationibus suis, idest, ipsi, & eorum posteri dum vixerint.

17 *Pactum est sempiternum inter me, & filios Israel, signumque perpetuum.*] Idem, quod pactum dixerat, vocat signum, licet alia ratione dicatur pactum, idest, fœdus, & signum: quia scilicet est signum, quod Deus selegit populum illum, & suo cultui dicauit, cum Sabbathum in Dei cultum præter ritum aliarum gentium obseruet, & est etiam signũ eius, quod subditur, scilicet, septimo die Deum ab opere creationis cessasse.

18 *Sex enim diebus Dominus fecit cælum, & terram, & in septimo, ab omni opere cessauit.*] Iuxta Hebræum est: Et die septimo cessauit, & animo requieuit; quod *Naphes*, & requiescere animo, seu refrigerare significet; loquitur enim Scriptura hic, sicut, & multis alijs locis, de Deo, more humano, perinde, quasi homo esset, qui post laborem respiret, & recreetur: Vulgatus vero ad rei veritatem attendens, legit: Cessauit; quod re vera ab opere primæ creationis cessauerit. Porro, hinc intelligitur, cur Dominus cum diem coli, & in eo Hebræos ab omni opere seruili quiescere iusserit, quod & supra cap. 20. & Deut. 5. & alibi sæpe legimus. Alteram causam iam supra hoc eodem capite insinuauit, quod scilicet elegerit istum populum, vt sanctificaret illum, sicut exposuimus. Addit tertiam Deut. 5. cum dicit: Memento quod & ipse seruieris in Ægypto, & eduxit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & in bracchio extento, idcirco præcepit tibi, vt seruares diem Sabbathi. Quod Moses Aegyptius, libro 2. ductoris dubiorum dictum putat; quoniam cũ essent Hebræi in Ægypto, & dura seruitute premerentur, laborare cogebantur, nec dies vnus eis dabatur, quo in cultum, & Dei honorem, ab opere illo seruili feriarentur. Iubentur igitur Sabbathi diem seruare, vt beneficiorum Dei reminiscantur, cuius fauore effectum est, vt à laboribus Aegypti quiescerent, & Deo vacare possent.

נפש

Moses Aegyp. lib. 2. c. 22.

19 *Dedit quoq. Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus, in monte Synai, duas tabulas testimonij.*] Iuxta Hebræum est: Et dedit ipsi Moseh, quando compleuit loqui secum in mõte Synai, duas tabulas testimonij. Verũ ista nõ discrepant inter se. Porro, R. Salomoh tenet, quæ de opere tabernaculi præmissa sunt, per prolepsim dicta fuisse, nã postquã

R. Salomoh.

Moyses

Digitized by Google

Moyses super adoratione vituli, (de qua sequenti capite) Dominum placauerat, in signum amicitiæ, de tabernaculo construendo mandatum accepisse ipsum à Deo: Quare quod dicitur in textu: Completis huiuscemodi sermonibus, ad Sabbathi obseruationem refertur: Quod & S. Hieronymus sentire videtur in illa verba Isaiæ: Non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, super verba holocausti, & victimarum: licet alijs oppositum videatur, propter illa verba: Huiuscemodi sermonibus: Verum cum immediate præcesserint, quæ de obseruatione Sabbathi sunt, satis est ad illa referri. Subditur: Duas tabulas testimonij, quæ sic dictæ sunt; quod in eis scripta essent præcepta, quibus testabatur Israelitis suam voluntatem, quidquid eos in posterum facere vellet. Quare merito Gaudentius Brixiensis Episcopus, tract. 2. de lection. Euang. legitimas coniunctionis tabulas vocat, inter Deum & plebem ipsam, quam legem in cordibus scriptam, vtpote naturalem, totus orbis acceperat, vt inquiũt Ambrosius, & Hieronymus. Quare nec patribus data est in tabulis, vt Irenæus aduersus hæreses aduertit; quia legem scriptam in cordibus suis seruabant: idcirco postea lex data fuit per Moysen; quia quę in cordibus sculpta erat, oblita, extinctaq. in Aegypto videbatur, & dissipata.

Hieron. in 7. cap. Isa.

Gaud. tract. 2. de lect. Euang.

Ambr. de fuga saculi c. 3.
Hieron. in 24. cap. Isa.
Irenaus lib. 4. cap. 30.

20 *Lapideas.*] Non ligneas, aut papyraceas; Vt stabilitatem, & firmitudinem legis suæ insinuaret, eius inquam, quam tabulis scriptam dabat, quę & naturalis est: Vt igitur gentes incidebant leges suas in ære, quo ostenderent eas inuiolatas esse debere; ita Deus decalogum suum in lapide insculpsit; vt ostenderet legis huius stabilitatem: quod autem ad duritiem cordis Iudæorum refert Isidorus, magis ad mysticum sensum pertinere videtur.

21 *Scriptas digito Dei.*] Per Dei digitum hoc loco, plerique Spiritum sanctum intelligunt, inter quos Ambrosius, & Augustinus de catechizandis rudibus, & de verbis Apostoli, quod satis verosimile est: alij digitum Patris, forsan & Spiritum sanctum intelligentes, inter quos Idacius Clarus aduersus Varimãdum; Planior autem sensus videtur, vt digito Dei inscriptæ dicantur, idest, non opere humano, sed diuino: Et cum digitis homines scribere soleant, Scriptura, vt sępe, de Deo, humano more loquens, digito Dei scriptas dicit. Et cũ dicitur: Digitus Dei, antecedens, pro, relatiuo positum est, vt sæpe, idest, digito suo. Iam quia lex vetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo, inquit sanctus Thomas, in sensibilibus signis scripta est: Non sic de Christi doctrina, quæ, cum lex sit spiritus vitæ, scribi debuit, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis: sic Paul. 2. ad Cor. 3. alludens ad dictum Ezech. 36. carnea corda eorum mentes vocans; quod Spiritu sancti Scripturam suauiter reciperent, & acceptarent, seu obedirent ad nutum.

Aug. de catechiz. rud. et de verbis Apostoli serm. 6.
Ambr. lib. 3. de Spiritu sancto cap. 2.
Idacius aduersus Varimandum.

S. Tho. 3. p. q. 42. ar. 4. ad 2.

CAPVT XXXII.

c d e f g h i x
i. eorum maxima pars, qui de populo erant. *s. & quasi delusi frustrarentur, spe ingrediendi terram promissionis.* *s. sicut cum illis constituerat.*
a b c d e f g h i K l m
videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus

a c f g h i h i K l m n q
qui pracipuus erat, absente Moyse. *i. Eia.* *pro, Deũ.* *Quod forsan tunc columna ignis, & nubis disparuerit.* *s. per desertum.* *Hebraismus est, pro huic viro Moysi. s. nescimus quid acciderit.* *i. extraxit.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit

d e g g h i k
An scilicet mortuus, vel raptus à Deo. *vt à cœpto reuocaret, affectu auri, & ornamentorum.*
a b c d e f g h i K l m n
de Terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Dixitq. ad eos Aaron: Tollite inaures aureas

a b c d e
vt reclamantibus vxoribus, & puellis præ iocalium amore, à cœpto desisterent.
a b c d e f g h i K l m n
de vxorum, filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitq. populus

b c d e f m n
s. Aaron. *studiosissime illos fecisse deprehenditur.* *conflatione vituli, retardans executionem tanti sceleris.*
a b c d e f g h i k l m n
quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio,

a b e f g. k l k l m n o p q a b
acquiescens populo, neglecto Deo. *ad similitudinem Apis, pracipui numinis apud Aegyptios, ipsum enim adorare volebant.* *s. populus.* *pro, Deus tuus.* *obliti Domini creatoris sui, qui tot miranda in oculis eorum fecerat.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
& fecit ex eis vitulum conflatilem. dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de

terra

h
ad holocausta.
a b c d e f g h i k l m n
terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce

d e
forsan sub æquiuocatione locutus, Moysi aduentum propere expectans, ideo dixit, Domini, & non idoli.
a b c d e f g h i k
clamauit dicens: Cras solennitas Domini est. Surgentesque mane, obtulerunt holocausta,

g m
in honorem idoli. *i. tripudiare, & cantare more idololatrarum.*
a b c d e f g h i K l m
& hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

S C H O L I A.

1 VIDENS autem populus, *quod moram faceret descendēdi de monte Moyses.*] Populi nomine R. Salomoh ex Ægyptijs ad legem conuersis, qui cum Hebræis de Aegypto exierant, putat illos esse, qui de idolo cogitauerunt, & alios ex filijs Israel ad scelus incitarunt. Sed mirum est, si ita fuisset, Moysen in textu non insinuasse, sicut Num. 11. fecit, cum ait: Vulgusque promiscuum. Hoc certū est, vt Augustinus aduertit, quod ex multis populus constet, vsitata locutione, quod plerique, vel supra maiorem partem faciunt, populum hoc fecisse dicatur: non quod omnes id fecerint, vt insinuat Paulus 1. ad Cor. 10. Neque idolis seruiamus, sicut quidam illorum. Porro circa hanc moram R. Salomoh inquit, fuisse pene aliquas horas, quod Moyses eis dixerit, mansurum per quadraginta dies, loquens de diebus naturalibus integris, quod ipsi non intellexerunt, & quod dæmonis arte viderint quasi feretrum defuncti Mosis: Sed ista nescimus, cui fundamēto innitantur. & Leu. 23. forsan de hac mora aliquid dicemus. Et quidem Iosephus solum dicit, ascendisse Moysen in montem, prȩmonito ante populo; nam, & expectare eos ascēsionem suam voluit; cumque diutius moraretur, per quadraginta enim dies abfuit, cœperunt solliciti esse, ne quid grauius illi accidisset, neq. in tot ærūnis, aliud quicquam eos sic contristauit, vt interitus Mosis opinio; variabant enim rumores, dum alij deuoratum à bestijs iactant, maxime, qui minus eum amabant: alij raptum à Deo videri malunt: qui vero prudentes erant, inter vtramque sententiam ancipites, quod alterum ab humanis casibus non alienum, alterum viri illius virtuti conuenientius videbant. Iam, desiderio ingrediendi terram promissionis, delusum se populus putauit, & confusum, quod ex vi vocis Hebraicæ quidam contendunt, subintelligendum esse.

Salomoh. *August. locut. 9. in Exod.* *Ioseph. 3. antiq. c. 6.*

2 *Congregatus aduersus Aaron.*] Sic etiam iuxta Hebræum: at Septuaginta, & Chaldæus legunt: Ad Aaron: & quidem dictio *Hal*, & cōtra, & super, & ad, reddi potest: At omnium idem est sensus, licet in Vulgato expressior. Porro, quod nullam faciat textus hic mentionem de Hur, quem ad regimen populi supra cap. 24. Moyses Aaroni associauerat, R. Salomoh putat, populum illum interfecisse; quod de tanto scelere, scilicet, petendi idolum, populum arguisset: sed mirum, nullam huius mentionem Scripturam fecisse, neque quod Moyses de hoc populum reprehendisset: Prȩstat igitur dicere, Aaronis tantum mentionem fieri; quod præcipuus esset.

על *Salomoh.*

3 *Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant.*] Licet nonnulli hoc loco intelligant, Israelitas solum petiuisse publica sacra illis institui, quæ nomine, *Eloim*, in Scripturis aliquando intelliguntur; crediderim tamen eos cultum vituli, quem in Aegypto habuerant, voluisse reuocare: quo furore nihil potest excogitari portentosius, vt, præterito Deo viuo, qui præsentiam suam paulo ante illis tam luculenter declarauerat, idolis suis iam potius fiderent: Quidam itaque inconstantes, vt inquit Philo, tamquam orbati Principe, absentiam eius verterunt in impietatis occasionem, oblitique veri Dei, cœperunt æmulari figmenta Aegyptia. Et quamuis frequenter ad culpam lubricus Hebræus populus fuerit, (vt Ambrosius aduertit) dum lex dabatur, errasse non proditur, verum vbi diuinum conticuit oraculum, peccatum irrepsit, vt peteret sibi fieri deos, &, vt inquit Chrysostomus, loquens de Sinagoga: Reliquit eam Moyses, & fornicata est. Porro: deos, idest, deum, nomen enim *Eloim*, sæpe, pro singulari in Scriptura ponitur, quod & S. Hieronymus notauit, Scripturæ, dicens, consuetudinem esse, vt vnum idolum appellet pluraliter, vt hoc loco, & 3. Reg. 12. Ieroboam ponens aureum vitulum in Bethel, idola fecisse narratur, sicut econuerso multa dæmonia singulari numero appellantur: vt Isa. 44. Inclinat se, & adorat illud, & votum faciens, dicit: Deus meus es tu: sic & Augustinus. Iam sunt, qui contendant, columnam nubis, & ignis defuisse illis diebus, ac proinde petijsse deos, pro Moyse, & colūna, qui illos præcederent: Obliti sunt, inquit. Prosper de promissionibus, & prædictionibus Dei, Deum, qui liberauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chanaan, & terribilia in mari Rubro.

אלהים *Philo lib. de vita Moysi.* *Ambros. lib. 7. epist. 56.* *Chrysost. hom. de regressu eius ex Asia.* אלהים *Hieronym. in 3. cap. Dan.* *August. locut. 124. in Exod.* *Prosper parte 2. cap. 4.*

4 *Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit.*] Hebraismus est, pro, huic viro Moysi, nescimus, quid acciderit: Ex quibus verbis, verosimilius apparet, quod ex Iosepho retulimus, quam quod de feretro. R. Salomoh, dicebat.

5 Tollite

5 *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.*] Septuaginta, & Chaldæus legunt sicut & nos: At iuxta Hebraicum est: Separate inaures: Et certe vox *ParKu*, & tollite, & separate, & confringite, & dilacerate, significat, quæ omnes significationes satis appositæ sunt huic loco. Porro, multum conantur Patres excusare Aaronē, adeo vt Bernardus dicat, contra voluntatem suam populi clamoribus cessisse: Et Ambrosius, nec excusare tantum sacerdotem posse fatetur, nec accusare audet: Et omnes cum Augustino fatentur, difficilia præcipere voluisse, vt hoc modo illos à cœpto reuocaret. Et Theodoretus inquit: Primum eorum impetum verbis reprimere tentauit, vt autem vidit eos nulla ratione adduci posse, postulauit à mulieribus ornamenta aurea; affectum, affectu repellens, nempe cupiditatem pecuniæ, & ornamentorum opponens insano dæmonum cultui; atqui neque inuentum quidem istud rabiem illorum extinxit, quin compulsus fuerit vitulum effingere. Cæterum. Deut. 9. constat, in efformatione vituli peccasse Aaron, licet à principio multis conatus sit eos à tanto scelere auertere, & differre eorum petitionem, aduentum Moysi expectans, reclamātibus interim vxoribus, & puellis, inaurium amore, & cupiditate.

פרקו

Bern. epist. 83. ad Abbatem S. Nicolai. Ambr. ep. 56. ad Romulū. Aug. q. 141. in Exod. Theod. q. 66. in Exod.

6 *Fecit populus, quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron.*] Iuxta Hebræum est: Separauerunt se omnis populus ab inauribus suis, quæ erant in auribus suis, & adduxerunt ad Aaron. Chaldæus, & Septuaginta: Tuleruntque omnis Populus. Et expensa vi sermonis Hebraici, magno, & prompto animo id fecisse, & complacuisse in separatione inaurium insinuatur: studiosissime itaque abiecerunt, & expenderunt inaures in profanum, & vanum cultum, sicut Hiere. 44. in obsequium Reginæ cæli; cum tamen in cultum Dei illiberaliter se habuerint, Nehem. 13. cum Leuitis, & ita misere se habuerunt, vt necesse fuerit, Ecclesiasticum ministerium deserere: Et de similibus sæpe conqueritur Deus per Aggæum, & Malachiam prophetas.

7 *Quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.*] Iuxta Hebræum est: Et tulit de manu eorum, & formauit illud stillo, & fecit ex illo vitulum conflatilem. Et quidem *Cheret*, stylum, opus fusorium, & marsupium significat: quare aliqui formulam intelligunt, in quam proiecerit Aaron aurum, & postquam effuderit, expresserit vituli similitudinem. R. Salomoh inquit, non quod in fornacem sit coniectum aurum, & imago in igne coaluerit, sed conflarunt totum aurum per ignem in vnam massam, quam deinde Aaron scalpello formauit, & effigiauit in vituli imaginem, quod fit ab his, qui sigilla, & aurea vasa exsculpunt. Hebræorum aliqui dicunt, quod cum in populo illo Aegyptiorum esset magna colluuies, inter illos erant Magi, qui sua arte id egerunt, & præter omnium expectationem, egressus est vitulus. Sed planius est, modo communi, proiecto in vnum auro, conflatilem vitulum fecisse, quod Diodorus, cum plerisque ex patribus, factum dicit, vt tempus in vituli conflatione Aaron contereret, donec Moyses de monte descenderet, qui omnem illam insaniam, & impetum refrenaret. Quare autem vitulum efformauerint, insinuat Philo: Obliti, inquit, veri Dei, cœperunt æmulari figmenta Aegyptia, facto iuuenco aureo ad imitationē animalis eius regionis sacratissimi; fuit enim præcipuum numen apud Aegyptios, Apis, qui in forma vituli apparebat, de quo Augustinus late scribit.

חרט

R. Salomoh.

Diodorus.

Philo de vita Moysi.

Aug. de Ci. Dei.

8 *Dixeruntque, hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.*] Dij tui, idest, Deus tuus, plurale, pro, singulari, vt ex Hieronymo supra aduertimus; putabant siquidem se, ab Api Ægyptiorū Deo liberatos; ideo enim deum in forma vituli fecerunt, quia Apim Aegyptiorum deum, in forma bouis coli in Aegypto viderant. Porro, vt inquit Prosper de promissionibus, & prędictionibus Dei: Obliti sunt Deum, qui liberauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, quæ vitulo tribuebant: In quos inuehunt erudite Hieronymus, & Cyrillus.

Hieron. in cap. Dan.

Prosper par. cap. 4.

Hieronym. Oseam. Cyrill. lib. in 5. cap. Io.

9 *Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo.*] Etsi Aaron ęgre tulerit populi institutum, &, vt ex Patrum mente vidimus, differre multis studuerit, sicut in hoc, quod crastina die, non eadem, festum indixerit, à voluntate tamen Dei denique in fauorem vulgi deflexit, & peccauit grauiter, vt Deuteron. 9. dicitur; quamuis sicut nec de B. Petro vmquam mihi persuadere potui, vt fidem amiserit, licet in confessione externa fidei defecerit; sic & dicendum iudico de hoc viro, alioquin sanctissimo.

10 *Cras solennitas Domini est.*] In Hebræo est nomen tetragrammaton Iehoua, & quidem putantes esse Dei nomen appellatiuum, & non proprium, tamquam præcipuo numini apud Aegyptios, diuinū hoc nomen illi imposuerūt, quod non leue peccatū fuit Aaronis, tali scilicet facinori consensisse.

יהוה

11 *Surgentesque mane, tulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus. Porro, olim gentes in idolorum suorum solennitatibus, pro more sacrificiorum, publica conuiuia, & solennes ludos celebrasse, seu saltationes, vel ex hoc loco conijcitur, passimque in Scripturis reperies: quod ex profanis historijs cōpertissimum est, & cū idololatrię ritus exercere, idololatrare sit, merito sanctus Pater Antiochus in pandectis suis, hom. 4. de hoc lusu loquens, in væsanientem, inquit impegerunt idololatriam: nullæ denique celebratæ festinitates, & cæremoniæ fuerunt, citra saltationem. Iam, quod breuiter hic Moyses attingit, Philo fusius depingit, de iuuēco hoc aureo loquens, quem ad imitationem Apis efformauit Hebræorū populus: Cui, inquit, profana sacra faciebant, & choreas agebant inconditas, hymnos concinendo lamentis similes (*à modo de endechas*) & expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter furentes, ac insania, pernoctando in comessationibus, oblectandoque se factis pessimis, ignari vltionis eminentis, quam prouocabant sua malitia, & excæcati suis affectibus. Iam, quod R. Salomoh contendit, aliqua vitalia opera in efformato iuuenco dæmonis arte apparuisse, sicut in idolis alijs cōtingit, vt est responsa dare, & huiusmodi, satis credibile est: quod vero in huius confirmationem adducitur ex Psal. 106. Mutauerunt gloriam Dei, in similitudinem vituli comedentis fœnum, non est ad propositum; non enim sic intelligendum est, quasi similitudo vituli aurea fęnum comederit; sed quod efformarit similitudinem vituli, animalis vtique, fęnum comedere soliti.

Antiochus 4.

Philo de v Moysi.

Locutus

Digitized by Google

f — *cum huc illucq. incertus Moyses distraheretur, castrensibus clamoribus auditis.*
K — *sub. quoniam, vel quia.*
l m — *quasi dicat: non meus, quod à religione mea discesserit.*

a b c d e f g h i K l m n
Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus, quem

g h — *i. de cultu & fide.*
i K l — *s. ex reuelatione mea. iuxta Hebraum: Septuaginta: præcepisti.*
o — *In similitudinem Apis, præcipui numinis apud Aegyptios.*

a b c d e f g h i K l m n o
eduxisti de Terra Aegypti. Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis: feceruntq. sibi vitulum

l m — *pro, Deus tuus.*

a b c d e f g h i k l m n
conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel,

a b c d e f — *obliti vtique Domini creatoris sui, qui eos extraxerat.*

a b c d e f g h i K l m n
qui te eduxerunt de Terra Aegypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quod

c d — *i. prauus & impersuasibilis sit.*
f g h i — *potest vtiq. orationibus sanctorum Deus teneri, ne faciat, quod minatus est.*
k l — *metaphorice ab effectu.*
p q — *s. per mortem, de terra.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos,

c d e — *i. in prolem copiosam.*
h i k l — *Non solum commissi sibi populi seditionem interim tolerat, sed pro ipsis orat, & diuino se furori obijcit.*

a b c d e f g h i K l m
faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens:

d e — *quia ad modum furentis acerbe punit, qui antea dissimulauerat.*
g h — *i. à te selectum.*
i K l m n — *i. extraxisti, quasi dicat: tu, non ego, qui nihil possum.*

a b c d e f g h i K l m n
Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Aegypti,

f — *i. potentia.*
m — *i. astute.*

a b c d e f g h i K l m n
in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quæso dicant Aegyptij: Callide eduxit

g h i — *per mortem.*
k l m — *i. cessa, seu muta sententiam, eius in quo videris iratus.*
p q — *Iuxta Hebræum: pœniteat te super malo, idest, punitione.*

a b c d e f g h i K l m n o p q
eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super
nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti

e — *i. prolem, seu posteritatem.*

a b c d e f g h i k l m
per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terram

g h — *i. posteris vestris.*
m — *i. dum populus meus erit.*

a b c d e f g h i K l m n
hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque

e — *i. pena, nempe vindictam culpæ.*

a b c d e f g h i k l
est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum.

Digitized by Google

S C H O L I A.

12 *Locutus est autem Dominus ad Moysem.*] Quando Dominus populi scelus Moysi reuelauerit, describit Philo, vbi supra; clamores castrenses, vt in turba celebritateque longe lateque audiebantur, adeo, vt ad montis cacumen peruenirent, quas cum audiret Moyses hęrebat, vt amator Dei, simul, & hominum, nec discedere sustinens à diuino colloquio, nec despicere plebem misere tumultuantem ob Principis absentiam; sentiebat enim tumultum vocibus confusis, & inarticulatis, indicantibus perturbationes animi, præsertim prudenti sagacique homini, facile intelligenti hanc esse debacchationē publicam per vinolentiam, non abstinentium ab iniurijs: itaque diu huc, illucq. incertus distrahebatur, sed oraculum dubitationem exemit, præcepitque descendere celeriter; quod populus ad impietatem prolapsus esset.

Philo de vita Moysi.

13 *Peccauit populus tuus.*] Iuxta Hebræum est: Quia viam suam corrupit populus. Viam vocat, viuendi modum, & normā. Septuaginta: Quoniam peccauit populus tuus. Chaldæus: Quia corruptus est populus tuus. Et quidem in Hebræo est: *Chi*, idest, quia, vel quoniam, & sic subintelligi debet in Vulgato, & dictio *Sichet*, verti potest, corrupit viam suā, siue corruptus est, & peccauit: idemque est vtriusque sensus. Porro, populus tuus; quasi dicat: Tuus, cognatione carnis, vel affectu sollicitudinis, non populus meus; quia me deseruit, sic Hieronymus.

כי שחת

Hieronym. in 9. cap. Ezec.

14 *De via quam ostendisti eis.*] Iuxta Hebræū est: Quam præcepi eis. In Hebræo est *Ziuitim*. Et quidem, quod Dominus iusserat, per manum Moysi præceperat, & ostendit, siue manifestauit.

צויתם

15 *Isti sunt dij tui, qui te eduxerunt de terra Aegypti.*] Augustinus non hoc eos dixisse, sed quod in eorum animis fuerit, Dominum indicasse, innuit; quod ex contextu non constet eos dixisse. Certe loquitur Augustinus de exemplaribus, quæ apud illum erant, in nostris tamen, vt videre est supra in hoc eodem capite, eos sic dixisse constat. Porro, isti sunt dij, pro, iste est Deus, plurale pro singulari, vt ex sancto Hieronymo aduertimus.

Aug. q. 142. in Exod.

Hieronym. in 3. cap. Dan.

16 *Cerno, quod populus iste duræ ceruicis sit.*] Iuxta Hebræum est: Vidi populum hunc, & ecce populus duræ ceruicis est. Chaldæus: Notum est apud me, quod populus iste, sit duræ ceruicis: quæ omnia verba apud Septuaginta desiderantur. Porro, duræ, perfractæq. ceruicis populus, perinde est, ac homines praui, duri, & impersuasibiles, squales certe Hebræi in deserto quasi semper se exhibuerunt, quos nec inaudita illa portenta, & prodigia, in beneficiū ipsorum facta, nec horrendæ adeo rebellionis suæ vltiones, quas experti fuerant, in timore, nec incomparabilis Mosis mansuetudo, & pene infinitus pro eis fidusque labor, in officio erga ipsum retinere potuerunt, vt merito hoc conuicium in lege, & prophetis illis sæpe obiectum sit, & à Christo passim in Euangelio.

17 *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.*] Iuxta Hebræum est: Et nunc dimitte me. Sic septuaginta, est quippe in Hebræo *Vehatta*, idest, & nunc, sicque in Vulgato subintelligendum est: Chaldæus ad sensum attendens, legit: Et nunc dimitte deprecationem tuam à facie mea; quasi dicat: Noli apud me preces fundere pro eo, quod quidem, erat magis eum prouocare ad precandum instantius pro illo: sic Prosper de promissionibus, & prædictionibus Dei, sicut cum euaginato gladio quis filium percutere satagens, amico dicit, noli pro eo preces fundere, id vt faciat, hoc ipso insinuans. Ex quo Theodoretus aduertit, manifeste colligi posse Deum ab omni animi commotione, natura liberum, atque omnino vacuum, & singulari benignitate præditum esse; qui enim ira commotus aliquid agit, precatores maxime recusat, nec illos expectat, vt irascatur, sed admonitus ab ira quiescit. Et quidem, vt sæpe diximus, irasci dicitur Deus, ab effectu; quod ad modum hominis irati se quandoque gerat, puniendo: sic Cyrillus contra Iulianum, vt sit sensus: Et irascatur furor meus contra eos, idest, metaphorice, & ab effectu, & ad similitudinem irati vt perdam, & destruam, sicut faciunt, qui furore impellente alios, persequuntur. Iam cum dicitur: Dimitte me, metaphorice loquitur; significat enim Deum precibus Mosis placatū fuisse, quod illi solent, qui ab aliquo, ne in illum seuere animaduertant, impediuntur: sic Augustinus q. 149. in Exod. Cyrillus lib. 5. in Iulianum. Greg. 6. moral. cap. 12. non enim illud: Dimitte me, significat posse Deum à Moyse impediri, ne faceret quod vellet; cum Iob 9. scriptum sit: Deus, cuius iræ nemo resistere potest. Porro, ex hoc loco patres acute inferunt, virum iustū posse Deo precibus resistere, vt ita dicam, & eorum orationibus teneri Deum posse, ne faciat, quod minatus est: sic sanctus Hieronymus. Gregorius, Cyrillus, & Rupertus.

ועתה

Prosper parte 3. cap. 4.

Theod. q. 67. in Exod.

Cyrill. contra Iulianum.

Hieronym. in 26. cap. Iere. & in 13. c. Ezech. & epist. ad Gauden. Greg. 9. mor. cap. 11. & 12. Cyrill. lib. 5. contra Iul. Ruper. in 33. cap. Exod.

18 *Deleam eos.*] Iuxta Hebræum est: Consumam eos. In Hebræo est *Vaachalem*, idest, delebo, scilicet, de terra interficiendo eos, seu conteram, & consumam eos.

ואכלם

19 *Faciamque te in gentem magnam.*] Sunt qui interpretentur, præficiam te altiori genti multo maiori, sed accommodatius videtur; quasi dicat: efficiam, vt ex te gens oriatur magna, ne promissiones patribus factas ex eorum semine reuocare videretur. Et quidem facere aliquem ingentem magnam, idest, in sobolem multam, & copiosam posteritatem illi concedere: modo hæc renuit, inquit Bernardus, quod non quæ sua sunt quæreret Moyses, sed quæ Dei, & proximi, sicut pastores sentire oportet; sic Ambrosius, Chrysostomus, & Gregorius.

Bern. ser. 30. Ambros. lib. 2. offic. cap. 7. Chrysost. hom. 12. in 1. cap. Ioan. Greg. 27. mor. cap. 7.

20 *Moyses autem orabat Dominum.*] Iuxta Hebræum est: Et orabat Moyses faciem Domini Dei sui. Hebraismus est, quem interpres scite reddit. At Septuaginta, & Chaldæus: Et orauit Moyses coram Domino Deo suo: Idem est omnium sensus. Itaque Moyses, non solum commissi sibi populi seditionem interim tolerat, sed pro ipsis orat, & diuino se furori obijcit, quia vt Gregorius inquit, in sancto eius pectore, etiam ex persecutione, Charitas ignescit.

Greg. 27. mor. cap. 7.

21 *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de Terra Aegypti?*] Furere

dicitur

dicitur Dominus, sicut irasci, non quod humanis perturbationibus subijaceat, vt sæpe diximus ex sancto Hieronymo, sed quod ad modum furentis, & irati vehementer scelera vlciscatur, quæ antea, quasi dissimulare videbatur, dum non puniret. Porro, populus tuus; quasi dicat: Non meus, sed tuus; quod illum selegeris; & tu eduxisti ex Aegypto in manu potenti, ideft, nullo existente, qui tantæ potentiæ resisteret: non igitur ego eduxi, quasi virtute mea, quæ nulla est. *...ron. in 3. Isa.*

22 *Ne quæso dicant Aegyptij, callide eduxit eos.*] Iuxta Hebræum est: Vt quid dicent Aegyptij, dicendo, malitiose eduxit eos. Septuaginta: Ne forte loquantur Aegyptij: Quæ omnia idem sunt cum litera nostra, & est; quasi dicat: Conuertent factum hoc in blasphemiam. Porro, callide, iuxta Hebræum est: malitiose. Septuaginta: Cum malitia: Chaldæus: Cum malignitate. Et quidem in Hebræo est *Beraba,* quæ vox, & callide, seu cum astutia, & malignitate, siue cum malitia verti potest. Vulgatus scite vertit, callide, quod ex his, quæ subdũtur, satis explicetur, astutiam hanc malitiosam intelligi; cum eorum interitum perinde satagere videretur. Sunt & qui legant: Malo, seu infelici sydere eduxit eos; quod Aegyptij cuncta syderibus tribuerent. ברעה

23 *Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.*] Iuxta Hebræum est: Reuertere ab ira furoris tui, & pęniteat te super malum hoc populi tui, & subintelligi debet: Quod facere decreuisti: pęnitere autem vocat idē, quod mutare sententiam; Vnde Septuaginta: Cessa ab ira furoris tui, & placabilis esto super nequitia populi tui. Chaldæus: Reuertere ab ira furoris tui, & conuertere à malo, quod cogitasti facere populo tuo. quæ lectio aperte explicat sensum præcedentium, malum autem vocat, vltionem, quam Deus facere cogitauerat, malum, scilicet, pęnæ: & quidem non orat omnem pęnam condonari, sed tantum ne deleatur populus, quod Dominus cominatus fuerat. sic aduertit sanctus Pacianus epist. ad Sympronianum. *S. Pacia. epist. ad Sympron.*

24 *Recordare Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum.*] Cum Moyses legationem suam, ad Deum placandum, non satis idoneam esse existimaret, vt inquit Theodoretus, Patriarcharum quoque nomina in patrocinium inuocauit, quasi dicat: Si populus hic incendio perire meretur, ecce Abrahā eorū pater, qui tui amore in Vr Chaldęorū in ignem proiectus est: Si gladio, ecce Isaac, qui pro te immolari paratus fuit: si exilio: En Iacob, tamquam exul tibi, & patri obediens, fugit in Mesopotamiam: adde, quod his iuraueris. *Theod. q. .. in Exod.*

25 *Possidebis eam semper.*] Iuxta Hebræum est: Et hereditate accipient in sæculum. Chaldæus: Et possidebunt eam in æternum. Septuaginta: in sæculum. Et quidem *Nachal,* & hereditare, & possidere significat, & dictio *Holam,* semper, & sæculum, & perpetuum importat, quod sæpe pro longo tempore sumitur, scilicet, dum eris populus meus, & interdum pro vita vnius, cum de ipso est sermo, vt supra vidimus. נחל עלם

26 *Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat.*] Iuxta Hebræū est: Et pœnituit Dominus super malum quod locutus est. Hebraismus est, ideft, cessauit & abstinuit inferre vindictā, hanc enim vocat malum hoc loco, vtpote pęne, vt Augustinus aduertit: pęnitere autem dicitur, dum quod cominatus fuerat, reuocat, non cum sui aliqua mutatione, qui immutabilis est, sed ex sola effectus, cum ipsarum rerum mutatione, sicut docte prosequuntur Hieronymus, Gregorius. Placatus fuit, sicut orauerat Moyses, non vt totam pęnam delicti condonaret, sed ne deleret eos, sicut fuerat comminatus. *Aug. q. 143. in Exod. Hieron. in 5. cap. Dan. Greg. 20. mor. cap. 24.*

---

i k
quod in eis conditiones initi fœderis sculpta essent, sic dicta sunt.
a b c d e f g h i k l m n o p
Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex

p a b d g h i
vt ab his, qui ex vtraque parte essent, legi possent. *i. præparatas.* *i. præcepta Dei.*
a b c d e f g h i K l m n o
vtraque parte, & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Audiens

b i
qui saltem diu è castris abfuerat. *i. armorum.*
a b c d e f g h i K l m
autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris.

c d e f g h l m a
s. vox iubilantium præ fortitudine, Chaldæus: victorum, neque eorum, qui vincuntur, ita & iuxta Hebræum. *s. vox tristitia plena, & calamitosa.*
a b c d e f g h i K l m
Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad

d e f
sub. & corizantium. *ex diuino oraculo: de vituli adoratione id intulit.*
a b c d e f g h i k l m
fugam: sed vocem cantantium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum,

& choros:

Digitized by Google

b c d e f g h

i. conuenentes. *charitate forsan stimulante.* *quod indignos iudicauerit tanto munere.*

a b c d e f g h i K l m n o

& choros: iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis:

a g h i K l a

Zelo Dei accensus. *vt nullũ superstitionis vestigium permaneret.* *arte fieri certum est, aurũ igni applicatũ in puluerem redigi posse.*

a b c d e f g h i K l

arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem

d e f g h i K

in detestationem superstitionis, & contemptum, vt vilipendere discant, quod in secessum emitti videant. Hieronymus epist. 128.

a b c d e f g h i K

sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel.

SCHOLIA.

27 *Et reuersus est Moyses de monte.*] Iuxta Hebræum est: Et aspexit, & descẽdit Moses de monte. Chaldęus: Et respexit, & descendit Moyses de monte. Et quidem Hebraismus est, reuertens abijt, reuersus descendit, quem, scite vertit Vulgatus dicens: Reuersus est de monte, eius vtique reuerti fuit, descendendo de monte.

28 *Portans duas tabulas testimonij in manu sua.*] Testimonij tabulæ dictæ sunt, vel pacti; quod scripserit eas Deus in testimonium sempiternum pacti illius celeberrimi, quod secum inierat Hebræorum gens in monte Sinai, quãdo coram vniuersa Iudęorum multitudine, pollicenti Deo, quod, ex omnibus gentibus terrę, habiturus illum esset in propriũ peculium, si vocem eius audirent, & propositæ legis pacta seruarent, respondit omnis populus: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus, supra cap. 19. tunc præstito vtrinque consensu, & pactis ex vtraque parte confirmatis, conditiones initi fœderis, lapideis tabulis, ad perpetuam facti memoriam, Deus optimus digito suo insculpsit.

29 *Scriptas ex vtraque parte.*] Sic Chaldęus. At iuxta Hebræum est: A duobus lateribus eius, hinc, & inde erant scriptæ. Septuaginta: Ex vtrisque partibus earũ. satis aperte loquitur Scriptura, nec sufficit fingere, cum R. Salomoh, miraculum, vt cum ex altera earũ parte esset scriptura, in externa etiam parte scriptura appareret, & cum inuersa videretur, ab omnibus facile legi posset. Nec satis tutum videtur cum alijs contẽdere, ex parte tantum interna fuisse scripturam. Quod vero dicitur: Ex vtraque parte, vel hinc, & inde, intelligendum est, secundum vtramque tabulam, quod essent ad modum tabularũ libri ad inuicem coniunctæ, & scriptura esset in tabula, quæ erat à dextris, & in altera, quæ esset à sinistris. Quare præstat cum sano sensu literæ affirmare, ex vtraque tabularum superficie, scripturã fuisse eisdem literis, vt tam ab his, qui stabant ex vna parte versus eas, quam ab alijs, qui situ opposito ipsas respiciebant, cõmode mandata Dei legerentur. Quod vero sequitur: Et factas opere Dei scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis; docet & tabulas ipsas præparatas, & scripturam, diuino opere cuncta facta fuisse, nõ artificio aliquo humano. Iam Philo, & Iosephus tradunt cũ alijs Hebręis, in vtraque harum tabularum, quina legum capita inscripta, nos tamen cum cõmuni patrum cõsensu, tria priora tantùm, in earum vna scripta fuisse dicimus, septẽ vero in altera, quæ præcepta secundæ tabulæ communiter dici solent, sicut & tria priora primæ tabulæ.

30 *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis.*] Sic iuxta Hebręum. At Septuaginta: Vocem populi clamantium. Chaldęus: Vocem populi, quando vociferabantur. Et quidem verbum *Roaa*, hic positum, vociferari, tam in luctu, quam in lætitia importat, & iubilare, & vlulare: Vnde aliqui legũt: Vocem populi iubilantis. Sed hæc nequaquam dissona sunt; clamabat siquidẽ populus, & iucũdabatur. Porro, & in ascensu, & in descensu legimus, Iosuẽ fuisse cum Moyse, sed non legimus cum eo in monte permansisse. Vnde Hugo de S. Victore merito dubitat, an toto tempore cum Moyse ieiunauerit, & satis innuitur ibi permansisse, quidquid sit de ieiunio, vel diu è populo abfuisse, cum ignorauerit, quid strepitus, & voces illæ præseferrent. רוע Hugo de S. Victor. in Exo.

31 *Vlulatus pugnæ auditur in castris.*] Sic & Chaldæus. iuxta Hebræũ est: Vox pręlij in castris. Sic, & Septuaginta. quæ omnia idẽ sunt; est enim sermo de pugna armorum. Ex quo, vt diximus, insinuatur, vel semper cum Moyse, vel diu è populo abfuisse Iosue.

32 *Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio.*] Iuxta Hebręum est: Non est clamor victorię, neque eorum, qui victi sunt, sed vocem cantantium ego audio. Chaldæus: Non est vox fortium pręualentium in pugna, neque vox imbecilliũ, qui superantur, sed vocem ludentium, idest corizantium, ego audio. Septuaginta: Non est vox imperantium violenter, seu vox præcinentiũ pugnam, neque vox imperantium conuersionem. Sed idem est omnium sensus. Et quidem vox eorũ, qui victi sunt, calamitosa est, & tristitiæ plena, eorum vero, qui victoriam sunt adepti, est iubilantiũ præ fortitudine sua: in castris autem Israel audiebatur vox gaudentium ludentium, siue corizantium, & cantantium. Porro, inter hæc discernere, quidam Moysi tribuunt ob sensuum viuacitatẽ, cum tamen senior esset, vt Deut. 6. scribitur. Sed crediderim id intellexisse, ob diuinum oraculum, quod acceperat de vituli adoratione, & celebritate, ex quo intulit, clamorem, non pugnæ, sed insanæ lætitiæ esse.

33 *Iratusq. valde.*] Cum solum ea ira, quæ cum charitate pugnat, damnãda grauiter sit, non hac de causa & illius effectus, tabularũ, scilicet, confractio reprehensibilis erit; nam & peccanti filio pater irasci solet, & Christum Iudęis iratum legimus, & sępe grauiter conuiciantẽ, maxime cum stimulante charitate, hæc sæpe fiant: quamuis de Moyse, vt Hugo de S. Victore aduertit, vtrum ex humano affectu, an ex diuino instinctu hoc fecerit, non pateat. Hugo de S. Victor. in Ex

34 *Proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.*] Quod eos tanto beneficio, & tam pretioso munere, vt erant tabulæ, Dei opere præpa-

Digitized by Google

ratæ,& sculptæ, indignos reputauerit,ideo solo illisit,& cōfregit, sic Theodoretus,& quidē acute,quāuis & S. Ambrosius de Helia, & ieiunio indignum iudicasse dicit, vt ebrio populo lex daretur: sed adæquatior videtur Theodoreti ratio. *(Theod. q. 68. in Exod. Ambr. de Helia, et ieiunio.)*

35 *Contriuit vsque ad puluerē, quem sparsit in aquā, & dedit ex eo potum filijs Israel.*] R. Salomoh refert, ex hoc potu inflatos esse,& lāguoribus affectos eos, qui in cōflatione vituli deliquerāt;alijs vero nequaquā potū nocuisse,sicut de potu zelotypię Nū.5.Alij affirmāt,colore puluerū auri,post aquæ potū, pilos barbę affectos,& deauratos apparuisse corū,qui vitulum adorauerant,sicq. cognitos à Leuitis,cum pertransirent percutiendo: sed hæc libere dicta videntur.Quare præstat dicere cum S.Ambrosio,hoc fecisse,vt omnia impietatis vestigia aboleret,& nihil reliquum esset,quod postmodū superstitiose colerent,sicut fecerunt de serpente æneo, quousque S. Ezechias eum confregit,& combussit. 2.Reg.18. Si enim 3. Reg.12. tempore Ieroboam,suscitauerunt vitulum,vt adorarent, quid fecissent, si illius vituli Aarō reliquias integras habuissent?Quare sic facere consuetum fuit, vt comburerent fideles idolum, & in torrentē mitterent 3.Reg.15. His adde,quod & Hieronymus ad Fabiolam de Sacerdotis vestibus acute aduertit: In contemptum superstitionis,etiā in potū dedisse, vt cōtemnere discerent, quod in secessum proijci viderent. Dici etiam potest, hoc facto innuere Moysen, non impune facinus illud futurum,*si no que les bauia de costar caro.*Iuxta Prouerbium,quod vulgo dicitur,cum quis minatur alicui, quod iniuriam, vel malum aliquod fecerit, *yo se lo dare à beuer;* quasi dicat: In se facti damnum acerbe experietur. *(R. Salomoh. Ambr. ad Romulum. S. Hieron. ad Fabiolam.)*

a defgh K K l m n o o
s.Moyses. i. in quibus te offendit. i. peccare faceres. i.quod eū peccare feceris tam grauiter,sacerdotiq. imputatur,quod non obstiterit,etiā vsque ad sanguinem. Quod maximum peccatū inter omnia,ex suo genere,sit infidelitas.
a b c d e f g h i K l m n o p
Dixitq. ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui

c d e f g h i K l m n o p q
Hebraismus est.i.ne indigneris mihi Domine. i.multis es expertus eius impetū, auiditatē,& studium, & propensionem in malum.
a b c d e f g h i K l m n o p q
ille respondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum,quod pronius sit ad malum:

e i K l o
pro, deum. Hebraismus, pro, Moysi viro huic. i.extraxit.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
dixerunt mihi: Fac nobis deos,qui nos præcedant: huic enim Moysi,qui nos eduxit de Terra Aegypti,

d e f
vt, scilicet, auri cupidate à cœpto retardarem.
a b c d e f g h i K l m n o
nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt,& dederunt mihi:

a b c d e f f g h i o p q
quasi dicat: ad perdendum, vt eius dolore desisterent à cœpto. i. factus, seu fabricatus. mentitus est Aaron, quia arte fabrefactus fuit. auro,& detecta interna malitia ad idololatriam.
a b c d c f g h i K l m n o p q
& proieci illud in ignem,egressusq. est hic vitulus. Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus,

a b c d e f g h i l m
i.detegi fecerat per vituli conflationem,tanto auri dispendio. Hebraismus est.i.sordidū, & ignominiosum idolum. i.exteras gentes circum adiacentes. i.infamem ex idololatria,cum tanto auri dispendio.
a b c d e f g h i K l m n
(spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) &

b c f g h i i m n o p q a b
vbi dicere ius antiquitus principes consueuerant. i.qui Dominum colet, & eius partes tueatur. i.pro, Domino. accurrentes propere, & pedū celeritate animi alacritatem indicantes, & quanto affectu pietatē colerent.
a b c d e f g h i K l m n o p q
stans in porta castrorum, ait: Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatiq. sunt ad eum omnes

q a b l
non quod omnes filij Leui essent congregati, sed quod omnes congregati, fuerint filij Leui, siue Leuitæ. i. vnusquisque.
a b c d e f g h i K l m n o p
filij Leui: quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum:

b c d e f g h i k l
Hebraismus est, idest, sine delectu quouis sanguinis, aut amicitiæ fœdere non obstante.
a b c d e f g h i K l m n o p
ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem,

& amicum

Digitized by Google

p a b c d e i K l

Hebraismus est: idest, sine delectu, quouis sanguinis, aut amicitia fœdere non obstante. *i. sicut iusserat Moyses.*

a b c d e f g h i K l m

& amicum, & proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, cecideruntque

d e f g h m n o p a

etsi aliqui innocentes, & infantes interierunt *tales solet esse vltio peccati cõmunitatis, vt in Sodomis, vbi* *Iuxta Hebræum, Chaldæum, & Septuaginta: Tria millia.* *i. ad modum sacrificij sic, vel meruistis dicari ad sacrificiorum ministerium.*

a b c d e f g h i k l m n o p

in die illa quasi viginti tria millia hominum. Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie

i K l m

i. vt vobis benefiat in hoc, vt deinceps sola Leuitica tribus ecclesiastico ministerio dicata sit.

a b c d e f g h i K l m

Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.

S C H O L I A.

36 *Vt induceres super eum peccatum maximum.*] Hebraismus est; quasi dicat: quod eum peccare feceris tam grauiter, seu impuleris in tantum peccatum. Dicitur autem peccatum maximum, non solum ratione vindictæ maximæ, quam à Deo merebatur, sed & quod idololatriæ, & infidelitatis peccatum ex suo genere grauissimum sit omnium: Sic S. Thomas. Porro, populi preuaricatio in Deum sacerdoti impingitur; quasi dicat: Animam tuam potius prodere debuisses, quam sacrilegium tale admisisse: admisisse tamen accusatur; quod non summo conatu fuerit amolitus.

. Tho. 22. q. o. a 3. et q. 13 rt 3. corp. & .39 artic. 2. orp. et 3. p. q . ar. 5. in corp.

37 *Ne indignetur Dominus meus.*] Iuxta Hebræum est: Non irascatur furor Domini mei; sic, & Chaldæus: Hebraismus est, idest, ne indigneris mihi, Domine, & verba timentis sunt, leniterq. loquitur, sicut, qui offendisse se nouit, & veniam desiderat.

38 *Tu enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum.*] Sic iuxta Hebræum; sic Septuaginta, & Chaldæus; quasi dicat: Multis expertus es eorum impetum, auiditatem, studium, & propensionem in malum.

39 *Et proieci illud in ignem, egressusq. est hic vitulus.*] Conatur his verbis excusare Aaron Iudæos, & Hebræos omnes, & in proselytorum colluuiem peccatum hoc conijcere, dum vitulum non Aaronis opera, aut ignis virtute, sed magicis proselytorum artibus, præter omnem expectationem prodijsse, sicq. Aaron se excusare videtur, sicut, & in eo, quod aurum ad opus illud petijsset, vt illos auri cupiditate, & amore, à cępto auocaret. Cæterum Moysi verba, & quod Deut. 9. dicitur, manifestant Aaronē peccasse, reprehensioneque dignum. Insuper, & in hoc mentitus vtique fuit Moysi, vt se excusaret, sed cum Moysi nõ reuelasset, qua ratione conflatus fuisset vitulus, ideo nec mẽtitũ fuisse Aaronẽ agnouit.

40 *Videns ergo Moyses populũ, quod esset nudatus; spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiã fordis, & inter hostes nudum constituerat.*] Iuxta Hebræum est: Et vidit Moseh populum, quod discoopertus esset, quia discooperuerat eum Aaron, ad infamiam inter hostes eorum. Difficilis est hic locus. Hugo de S. Victore, cum multis alijs, denudatũ interpretatur populum à pretiosis vestibus, & iocalibus; hostes autem vocat adiacentes gentes. Sunt, & alij, qui de armorum expoliatione exponunt, vnde subditur: Et inter hostes nudũ constituerat; cum enim eorum aliqui idolum conflari peterent, alijs hoc ęgre ferentibus, ad arma ventum est, & ad huiusmodi seditiones vitandas, armis eos Aaron spoliauit; sed cum Leuitis præceperit Moyses, vt ponat vir gladium super femur suum, nec de restitutione armorum sermo vllus fiat, non adeo probatur hic sensus, nisi dicas, proinde Moysen Leuitis, quibus arma præbere iusserit, ideo confidenter iniunxisse, quod nouerit populum inermem, nec Leuitis armatis resistere posse, quod non videtur alienum à veritate, sed & optimam expositionem puto, vt nudatus dicatur populus, hoc est manifestatus, quia per externam idololatriam, interior eius impietas, qua idololatriã antea conceperat, detecta fuit: (quod enim aperitur, nudari dicitur, vt ad Heb. 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius) ac proinde, quasi dissipatus erat populus, vt Augustinus innuit. Quod autem dicitur: Spoliauerat eum Aaron, etiam respicit circunstantiam quãdam huius detectæ impietatis, quod scilicet, magno dispendio auri, & argenti, relicto Deo suo, vanitatem coluissent, quo auro eos spoliauerat Aaron. Insuper, quod efformando publicũ idolum, innotescere fecit eorum impietatẽ. Adde ex Augustino, Aaroni totũ malũ, quod populus fecit, tribui, quoniã cessisset eis, cuius erat impietati eorũ obsistere vsque ad mortem. Subditur: Propter ignominiam sordis, idest, propter sordidum, & ignominiosum idolum excudendũ, quod ignominiæ, ac sordis nomine in Scripturis nominari consueuit, quo idololatriæ fœditas, & impietas exprimi solet. Subditur: Et inter hostes nudum constituerat, idest, inter gentes illas exteras circumadiacẽtes, notam fecerat impietatem populi, in vituli efformatione, & eorum dedecus, & nudos Dei auxilio propter tantũ scelus. Quod, & R. Salomoh exponit, dicẽs: Eo quod ea res erat summo dedecori in ore hostium suorũ. Et huic expositioni consonat lectio Septuaginta interpretum, qui sic legunt. Videns Moyses populum, quod esset dissipatus; dissipauerat enim eos Aaron, ludribium aduersarijs suis, hoc est, quæ res cessura erat in maximum ludribium eorum apud hostes, seu aduersarios suos.

Hugo de S. Victor. in Exod.

Aug. q. 146. in Exod.

Aug. q. 146. in Exod.

41 *Et stans in porta castrorum.*] Munita innuitur fuisse castra, ad modũ ciuitatis, & portas habuisse, & iuxta antiquissimum ritum, ad portas conuenire solebãt principes, ibiq. ius dicere, & sentẽtias ferre.

42 *Si quis est Domini, iungatur mihi.*] Iuxta Hebræum: Quis est Domini, ad me veniat. Septuaginta: Si quis à Domino, ad me veniat, idem est omnium sensus; quasi dicat: Quicumque Dominũ colit, & eius partes tueri desiderat, non idoli: Quæ verba, licet breuia sint, magnã tamen in se vim continent,

tinent, vt inquit Philo, qui sic factum hoc describit: Vbi vero castra introgressus vidit repente mutatos ritus, & figmenta recepta pro veritate; non tamen omnes infectos eius mali contagio, sed superesse quosdam sanos, quibus talia displicerent: volensq. discernere incorruptos ab insanabilibus, & videre numquid reuerterentur ad pœnitentiam, per præconem populum monuit edicto, cuius iudicio tum pios, tum impios manifeste cognosceret. *Philo de vita Moysi.*

43 *Congregati sunt ad eum omnes filij Leui.*] De hoc scribens Philo, sic ait: Itaque illi, qui Aegyptiacum typum prætulerunt, edictum contempserunt: alij fortasse metu pœnæ non ausi sunt propius accedere, siue Moysen timentes, siue seditionem populi: sola Leuitica tribus ex omnibus, audito præcone, accurrit propere, pedum celeritate indicans alacritatem animi, & quanto affectu pietatem coleret. Porro, Hebræi contendunt, Leuitarum nullũ vllo vmquam tempore idola coluisse, sic R. Moyses Aegyptius tradit, de idololatria scribens, nec in Christi morte consensisse, provt Leuitæ à sacerdotibus distinguuntur; & Aaron, licet peccauerit, tamen idolum ex animo nequaquam coluit, quare quod Moyses dixit: Consecrastis hodie manus vestras Domino, vnusquisque in filio, & in fratre, filij nomine, nepotem intelligunt, filium scilicet filiæ, viro ex altera tribu matrimonio coniunctæ, & fratris nomine, eum, qui germanus esset ex parte matris, quæ defuncto viro alteri nupserit, qui esset ex alia tribu, quorũ filij germani essent Leuitæ ex parte matris. Sed certe quidquid sit de intellectu horũ verborum, de quo statim: Etsi Leuitarum aliqui in conflatione vituli peccauerint, vel timore pœnæ ad Moysen non accesserint, nihilominus, omnes filios Leui vere congregatos ad Moysen scribitur, eo modo loquendi, quo Scriptura sæpe vtitur, vt totus populus fecisse dicatur, quod maior eius pars fecerit, sicut Iudic. 20. congregati dicuntur omnes filij Israel, quasi vnus, & tamen non fuisse ibi viros Iabes Galaad, aperte dicitur cap. sequ. scilicet 21. *Philo de vita Moysi.* *R. Moyses c. 1.*

44 *Ponat vir gladium.*] Hebraismus est: Idest, vnusquisque ponat gladium super femur suum. *ca-da vno de vosotros ciña su espada.*

45 *Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.*] Iuxta Hebræum est: Et occidat vnusquisque fratrem suum, vnusquisque amicum suum, & vnusquisque propinquum suum; quem Hebraismum doctus interpres vitauit, & dictionem, vnusquisque, semel positam, pro omnibus satisfacere posse iudicauit. Iam, *Ach*, fratrem significat *Reha*, socium, amicum, & proximum designat, & *Kareb*, proximum, seu propinquum. Vnde apte transtulit interpres, estq. visitatus loquẽdi modus apud Hebræos, quasi dicat: Nemini parcatis, etiam fraternitatis, aut amicitiæ fœdere coniunctis, & cum ex Dei præcepto iniunctum fuerit, vt dicitur in textu: Hæc dicit Dominus Deus, non oportet nos solicitos esse, si quos innocentes occiderint; similiter enim fieri consueuit in communibus, & publicis vltionibus, pro communi peccato, sicut in Sodomis constat, omnes infantes interijsse, qui tamen non deliquerant. Porro, ex hoc facto, quomodo irasci liceat, & scelera vlcisci, & laudabile sit cum mansuetudine coniunctam suo loco, & tempore, sicut in Moyse, sæuitiã, vt ita dicam, prosequũtur, & multis exemplis, ostẽdit Basilius, vt in facto Phinees, & Samuelis, cum Agag Regem Amalech, à Saule contra mandatum Domini seruatum occidit, similiter Ambrosius, Gregorius Papa, Rupertus, & Petrus Damianus Cardinalis, Ostiensis Episc. epist. 11. cap. 3. & Hugo de sancto Victore. Et præterea Philo loquens de Leuitis, sic scribit: Quos vbi vidit Moyses certatim ad se currere: Statim apparebit, inquit, num eadem animis insit alacritas, quæ corporibus, sumite gladios, cedite mille supplicia meritos, qui, vero Deo relicto, falsos sibi fecerunt: non cognatis, non amicis parcite. אח רעה קרב *Basil. ser. de Ira.* *Ambr. ad Romulum.* *Greg. in 1. Reg. cap. 14. & 20. mor. c. 6. & in Pastorali p. 3. cap. 23.* *Ruper. in Exo.* *Hugo de s. Victor. in Exod.* *Philo de vita Moysi.*

46 *Feceruntq. filij Leui, iuxta sermonem Moysi.*] Idest, vt præceperat Moyses, Hebraismus est. Vix itaque sermonem compleuerat Moyses, cum illi exasperati, inquit Philo, & infensi sceleri, iam inde à principio ruentes in cædem, plurimos interemerunt, etiam sibi coniunctissimos: Et quidem sine delectu percutientes, quod membra essent, sicut vnius corporis, scilicet, Reipublicæ, quæ peccauerat, vt optime prosequitur Gregorius Nyssenus. *Philo de vita Moysi.* *Greg. Nyss. de vita Moysi.*

47 *Cecideruntque in die illo, quasi viginti tria millia hominum.*] Iuxta Hebræum est: Ferme tria millia virorum. Sic Septuaginta, & Chaldæus. Quo factum est, vt sic legerint fere omnes ex antiquis Patribus, vt Augustinus, & Isidorus; at S. Gregorius, viginti tria millia legit; sicque habetur in correctioribus Biblijs sub Clemente Octauo: quam lectionem nos sequi oportet, cum Hebraica lectio in hoc corrigenda sit, licet ex recẽtioribus, ante istam correctionem, quamplures tria millia legant. Porro eorum cadauera medio foro iacentia plebs videns, indoluit, vt inquit Philo, simulque metuens vltricem iram adhuc feruidam, statim resipuit. *Aug. 22. con. Faust. c. 92.* *Isid. in Exod.* *Greg. in 1. Reg. cap. 14.* *Philo de vita Moysi.*

48 *Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo.*] Sunt qui legant iuxta Hebræum: Consecrate manus vestras, sicque intelligunt verba hæc ante cædem dicta fuisse, licet Moyses more suo prius narret factum, & deinde ordinem illius, vt sint verba hortantis Leuitas, quod sanguine filiorum, & fratrum, manus suas consecrarent, veluti pijs ad Deum oblationibus. Atqui iuxta Hebræum emendatius legunt alij, sicut nos, & Septuaginta implestis manus vestras, idest, consecrastis, Hebraismo vsitato, quo consecratio, manuũ impletio dicitur, vt supra vidimus. Chaldæus: Obtulistis. Quare præstat lectionem hanc sequi. Et Philo inquit: Tunc Moyses, publice laudata horum fortitudine, honorẽ eis decreuit perpetuum: Quare non solum sensum puto esse prædictorum verborũ, quod nece filiorũ, & patrum, veluti oblatione pia, manus consecrarunt, quod criminum vindicta & vltio, quoddam sacrificij genus videatur, vt Isa. 34. Victima Domini in Bosra. Vnde Leuit. 24. præcipitur, vt super blasphemum impositis manibus, (velut super sacrificia imponi solebant) lapidibus interficiant illum: Verumetiam existimo dictum, & quod facto hoc meruerint manuum consecrationẽ, & quod proinde diuino ministerio forent destinandi; sic enim Philo in ordine suæ narrationis innuere videtur, & hæc est benedictio, de qua subditur: Vt detur vobis benedictio, idest, vt vobis benefiat, scilicet, in hoc, vt sola tribus vestra ad peragenda publica sacra in tabernaculo Israelitico deligatur. *Philo de vita Moysi.*

Facto

Digitized by Google

a b c d — l

i. sequenti autem die. — *s. in conflatione vituli.*

a b c d e f g h i K l m n

Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccasti peccatum maximum: ascendam

n a b — d e f g h — h — i K

i. in montem, in quo constituit Dominus, vt loquar illi. — *sub. & si quo modo placabo illum.* — Iuxta Hebraeum: Expiare, *scilicet, precando Deum. Chaldaeus: placare.* — *s. idololatria.*

a b c d e f g h i K l m n o

ad Dominum si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. Reuersusq. ad Dominum,

c d e f g — K

Confitetur primo populi peccatum, quod apud Dei tribunal, delicti confessio promereri veniam soleat. — *i. idola.*

a b c d e f g h i K l m n

ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntq. sibi deos aureos: aut dimitte

h i k l m n o

eorum, scilicet, quos principes, & duces populi tui esse constituisti.

a b c d e f g h i k l m n o p q r

eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit Dominus:

a b c — d e f g h — k

s. sic, vt deleri mereatur. — *i. non erit dux, & si fuerit, deponetur à regno, vel ducatu.* — *sub. interim.*

a b c d e f g h i K l m n o p q

Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quo

q a b — d e f g — h i k l — l m — n

i. promissionis terram versus. — *Minatur Deus, vt & sequenti capite, quod non gradiatur ipse cum populo.* — *differt, si forsan poenitentiam condignam interim agerent.* — *i. tempore punitionis peccatorum.* — *i. vlciscar.*

a b c d e f g h i k l m n o p

locutus sum tibi: angelus meus praecedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc

c d — c d e f

q. d. non impune tulerunt, sed sunt pro peccato puniti. — *Non exprimitur, quando, forsan, si praeposterus est narrationis ordo, per cadē, quā Leuitae fecerunt, vel per hoc, quod, qui delinquerant, per desertū interiere, nec terram promissionis intrarunt.*

a b c d e f g h i K l m

peccatum eorum. Percussit ergo Dominus *populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.*

S C H O L I A.

49 *Facto autem altero die.*] Iuxta Hebraeum est: Et fuit in crastino, hoc est, sequenti autem die, siue crastino autem die.

50 *Ascendam ad Dominum.*] Iuxta Hebraeum est: Et nunc Ascendam ad Dominum; quasi dicat: Vos interim agnoscite scelus vestrum magnum: licet enim ex his, qui idolum coluerant, plerique interierint, tamē quod peccatum populi esset, sic loquitur ad omnes, quasi ad membra illius corporis, scilicet, populi, ob quam causam, vtpote, quia membra, & puniri solent in similibus, qui non peccarunt: sic supra diximus in hoc eodem capite. §. 42.

51 *Si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro.*] Iuxta Hebraeum est: Si forte expiem orando pro peccato vestro. Septuaginta: Deprecer pro peccato vestro. Chaldaeus: Si forte placabo pro peccato vestro: Et quidem sic subintelligi debet in Vulgato: Si placare eum potero pro peccato vestro, sed ad sensum attēdens Vulgatus, quod prius erat solum expressit: Si quiuero eum deprecari; quasi dicat: *Si me diere lugar para que se lo supplique, y hable en ello.* Porro, licet placatum iam fuisse Dominum antea legamus, intelligendū erat, ne subito tunc totum deleret populum, sicut comminatus fuerat, incertus tamen manserat Moyses, an interuallo temporis, siue per partes id efficeret, & pro hoc se oraturum spondet.

52 *Peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntq. sibi deos aureos.*] Confessionem enim cri minum, licet in forensibus, & humanis iudicijs vl tio sequatur, apud diuinum tamen tribunal, noue rat Moyses veniam promereri, ac proinde prim peccatum populi, etsi grauissimum, confitetur, v annotauit Chrysostomus in quadam homilia. Po ro, cum dicit: Deos suos, pluralem numerum pro singulari posuit, vt saepe in Scripturis fieri co suetum esse supra. §. 3. huius capitis aduertimu ex Hieronymo, & Augustino.

53 *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non faci dele me de libro quem scripsisti.*] Solent multa hic d libro vitae tractari, quae suis locis expendentur, consulto nunc praetereo, maxime quod textus t tum dicat: de libro quem scripsisti. Quare loci, h ius dumtaxat genuinum sensum inuestigare ins tuo ex varijs patrum interpretationibus. Sanct Chrysostomus, libri huius nomine, aeternam fe citatem intelligi vult, & ab ineffabili gloria Mo sen excidere petiuisse, affirmat: ita enim totam eius mentem charitas deuinxerat, vt id quod p caeteris amabilius est, contemneret, ne Deus tant pere ab ipso dilectus ab impijs irrideretur, b sphemareturque. Quod intelligendum puto, mota culpa, siue peccato ex eius parte, quod ob lam causam appetere licite nemo potest. Sanct Bernardus in cantica hunc sensum sequitur, sed a non petiuisse absolute excludi, sed magis ex pat

Digitized by Google

no quodam affectu postulasse, ne solus absque gente sua, in patriam æternam introduceretur: Sicut si mulier ad conuiuium inuitata diceret, malle se ieiunare, quam sine filio epulari; prædictum sensum, vt scilicet libri huius nomine æterna fœlicitas intelligatur, sequuntur ex recentioribus aliqui: sed illorum quidam cum R. Mose Gerundensi tradunt, Moysen vix sui compotem, & pene extra se raptum, magis hoc ex impetu abundantissimæ charitatis, quam ex deliberatione rationis protulisse. Alij dicunt, Moysen secundum desiderium partis animæ inferioris petijsse, quod tamen secundum superiorem portionem fieri nolebat, verbisque suis expressisse, non quod ipsa mens Deo consentiens vellet, sed quid ipsa carnis voluntas, carni suæ, hoc est, populo suo compatiens, desideraret. Sunt & alij, qui cum Chrysostomo, huius libri nomine, æternam fœlicitatem intelligendam dicunt, sed dictum fuisse à Moyse secundum hyperbolicum tropum, quo ardentissimum efflagitatæ rei desiderium exprimere solemus: Quomodo & Rachel Genes. 30. dixit: Da mihi liberos, alioquin moriar, cum vitam cunctis filijs præferret. Quæ nec dicuntur, nec vera sunt, nec intelligi debent, iuxta nudam simplicemque verborum significationem, sed per hyperbolē. Sanctus Hieronymus sequutus Origenem ait, Moysen ex charitate erga Deum, ac populum suum noluisse deleri de libro vitæ in perpetuum, sed in præsentiarum, non in spiritu, sed in carne, hoc est, per mortem corpoream. Quam expositionem sequutus est Euthymius Zigabonus. Sanctus Augustinus, huius libri nomine, æternam prædestinationem intelligi, & securum quidem Moysen de sua fœlicitate hoc dixisse affirmat, vt in consequentibus ratiocinatio concluderetur; quasi dicat: Quia non delebis me de libro tuo, populi peccatum etiam remittes. Eamdem libri intelligentiam, sequitur Rupertus, alio tamen modo dictum Moysi interpretatur: quod scilicet Moyses conuincere Deum voluerit illis verbis, vt ignosceret populo, cumque tali fuisse visum argumento: Si non dimittis eis hanc noxam, dele me de libro tuo, quare? quia & ego homo peccator sum, si ergo peccata peccantibus non dimittis, sed eos deles de libro vitæ, consequens est, vt & ego delear. De hoc eodem prædestinationis libro, interpretati sunt Moysi verba, Sanctus Bernardus ad Suggeriũ Abbatem, & alij multi, vt ex collationibus patrum liquet. Cæterum interpretatione hoc indiget, vt scilicet noluerint Dei prædestinationem fallibilem fore, & deleri inde posse eum, qui semel scriptus sit, nisi secundum quid, idest, secundum præsentem iustitiam, secundum quam scripti dicuntur ad beatitudinem, quicumque in Dei gratia sunt, quia, vt sic, ius habent ad gloriam; sed hoc modo non creditur Moysen deleri postulasse, cum hoc per solum peccatum fiat: Nisi dicamus, per hyperbolē petijsse, vel secundum appetitum, aut portionem inferiorem. Iam, R. Salomoh Iarchi Gallus exponit: Dele me de libro tuo, hoc est, de libro legis nomen meum dele, mallens, memoriam rerum à se gestarum perpetua obliuione deleri, quam populum perdi. At vero non est contemnenda eorum expositio, quæ, saluo meliori iudicio, planior huius loci videtur esse, quam & sanctus Hieronymus indicare visus est, vt sit sermo de libro, in quo ante Christi aduentum, Patriarchæ, Prophetæ, Reges & Israelitici populi duces scripti dicebantur, non quod sancti, sed quod præcipui illius populi essent, more siquidem humano sæpe Scriptura loquitur de Deo. Modo, sicut Reges in libro quodam eorum nomina solebant scribere, qui præcipui erant in aula regia, & quasi præfecti regni, eodem modo, quo Deus Israeliticum populum, vt peculiare sibi regnum delegerit, in libro suo, maxime Moysi nomen, vt illius populi præfecti, scriptum habebat, idest, maxime in memoria statutum, veluti in libro, qui, & quot, illius populi principes, & duces futuri essent, ad quod alludere visus est Deus, cum dixit: Dimitte me, vt deleam populum istum, & faciam te in gentem magnam; quasi dicat: Sicque populi mei, te, vt decreueram, principem constituam: ad idemque Moyses alludens, præ illius Israeliticæ plebis maximo affectu, dicit: Aut parce populo huic, aut me de libro, quem scripsisti, dele; quasi dicat: Aut conserua populum istum, aut me de libro regni, in quo, vt eius principem, me delegisti, in libroque gubernationis eius scribi voluisti, dele: nolo enim alteri genti, aut populo principari, etsi in tuum peculium sanctifices, sed huic, quem nimio amore prosequor.

(Margin: R. Moyses Gerund. — S. Hieron. ad Algasiã q. 9. Orig. in epist. ad Rom. — Euth. Zigab. in Psal. 68 & 39. — S. August. locut. 47. in Exod. — Ruper. in Exo. — S. Ber. ad Sug. Coll. 9. c. 11 & . — R. Salomoh. — S. Hieronym. in Psal. 68.)

53 *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.*] Propter hæc verba, quidam noluerunt librum hunc esse, vel æternam prædestinationem, vel beatitudinem, inde enim nisi ob peccatum non delentur, & de libro prædestinationis secundum quid deleri dicuntur, vt vidimus §. præcedenti. sed nos iuxta planiorem interpretationem dicimus, prædictorum verborum genuinum esse sensum: Eos deleri oportet, qui crimen commiserint, propter quod eorum nomina expungi, & à ducatu, seu principatu deponi mereantur; quasi dicat: Interim cum me non offenderis, non te delebo, seruato modo loquendi secundum hominum morem, vt diximus. §. præcedenti, iuxta quem, vt sanctus Thomas refert, apud Romanos Senatores, eorum, qui assumebantur ad præcipuas dignitates, scribebantur nomina, quæ primus Pompilius in tabulis aureis scripsit, & Patres Conscripti dicebantur. (S. Tho. in cap 4. epist. ad Philip. lect. 1)

54 *Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.*] Septuaginta: Qua autem die visitauero, & inducam super eos peccatum eorum. Chaldæus; Et in die visitationis meæ, visitabo super eos peccata eorum. idem est enim omnium sensus, nec vlla alia est visitatio, quam vltio peccati, quæ frequenter in Scriptura visitatio dici solet. Et si placatus Dominus fuerit, id dictum vidimus, quod non simul subito deleuit populum: at cum decreuisset furorem suum effundere super eos, ad tempus indulsit, vt ipsis, quorum misertus est (inquit sanctus Hieronymus) expectans pœnitentiam conuersorum. (Hieronym. in 20. cap. Dan.) Quod autem aliqui diem visitationis huius putant esse, vel extremi iudicij diem, vel Romani exitij, vel Babylonicæ captiuitatis, non adeo placet; nam & alias proximiores plagas sustinuerunt, quibus per partes punitos esse dicere possumus, maxime, quod per desertum interierint, nec terrã Promissionis ingressi fuerint vllus, ex his qui deliquerant. Sunt & qui affirmant præpostere, vt solet Moses, hæc narrasse, & cædem filiorum Leui post hæc verba factam fuisse, illamque esse vltionem, & visitationem, de qua hic loquitur Deus: Ita Hugo de sancto Victore. (Hugo de s. Victor. in Exod.)

55 *Percussit ergo Dominus populum, pro reatu vituli, quem*

Digitized by Google

tuli quem fecit Aaron.] Qualis fuerit ista percussio, & quando, non est scriptum: Aaroni quidem Dominum pepercisse, ad preces Moysi, Deut. 9. scribitur. Forsan percussio hæc, vt diximus, est cædes Leuitarum gladijs patrata, si præposterus est narrationis ordo. Sic visus est insinuare Saluianus Massiliensis Episcopus lib. 1. de prouidentia, inquiens: Partem percussit sententiæ suæ gladio; partem corrigeret exemplo: Vel percussio hæc [...] fere omnium interitus in deserto, & per cons[...] quens loquitur de illis, qui idolum coluerunt, pr[...] missionisque terram non ingressi sunt: cui sente[...] tiæ adhæret Anastasius quæst. 76. in sacram Scri[...] turam.

C A P V T X X X I I I.

g h
Hebraismus, pro, ascende.
a b c d e f g h i K l m n o
Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus

b c d e f — *alludit ad id, quod dixerat Moysi; qui nos eduxit, quasi non Deo, libertatem tribuentes.*
c — *i. extraxisti.*
k — *i. iuramento pollicitus sum.*
a b c d e f g h i k l m n
tuus, quem eduxisti de Terra Aegypti, in terram quam iuraui Abraham, Isaac, &

c d — *i. posteris tuis.*
l — *i. per quem, tamquam per ministrum, eijciam.*
a b c d e f g h i K l m n
Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam: & mittam præcursorem tui angelum, vt eijciam

Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebu-

e f g h — *Hebraismus est, idest, bonis quibuscumque affluentem.*
i K l m — *sub. in medio tui, propter propitiatorium dicitur, vnde responsa daret.*
a b c d e f g h i K l m n
sæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia

b c d — *i. pertinax, & iugum facile abijciens.*
e f g h — *quod scilicet ad meam præsentiam pertinax sis.*
a b c d e f g h i K l m n
populus duræ ceruicis es: ne forte disperdam te in via. Audiensque populus sermonem

b — *i. crudelẽ & mæstissimum, ira plenum, seu acerbum.*
d e f g h i — *in signum luctus & mæstitiæ, lugubri veste incedere solebant, & ab omni gaudio abstinere.*
k — *i. ornatu.*
m — *pro, dixerat enim.*
a b c d e f g h i K l m n o
hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitque Dominus ad

e f g h — *i. pertinax, & à se facile volens iugum abijcere.*
i k l m n a b c — *q. d. si semel ascendam tecum, tu adeo pertinax es, quod cogar te subito delere.*
a b c d e f g h i K l m n
Moysen: Loquere filijs Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui,

b c — *i. vitam tuam de terra.*
d — *i. interim.*
f g h — *i. persevera in lugubri veste, in signum pœnitentiæ.*
i k l m n — *hominis more loquitur Deus, quasi ex factis discat, quid agendum sit.*
a b c d e f g h i K l m n
& delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.

SCHO-

SCHOLIA.

1 VADE, *ascende de loco isto tu, & populus tuus*.] Vade, idem est, quod eia, siue idem quod ascende. Hebraismo: Vade, ascende; vade, descende, idem est, quod ascende, siue descende. Iam, ascende, dicitur, quod terra promissionis altior sit deserto, per quem peregrinabantur filij Israel ex Aegypto: Sic dicitur descendisse Abraham in Aegyptum, Gen. 12. 13. & 42. Porro, vox illa, iste, non est iuxta Hebræum, neque in Chaldæo: at apud Septuaginta est: Tuus: quam additam insinuat Augustinus, quod populus antea dixerat: Moysi viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, quasi illi, non Deo egressum tribuentes, ideo Deus ad hęc illorum verba alludens, vocat populum istum, quem eduxisti. *Aug. q. 149. in Exod.*

2 *Et mittam præcursorem tui angelum, vt eijciam Chananæum*.] Cum in superioribus verba in Moysen direxisset, continuo tamquam ad ipsummet adhuc loquatur, occulta conuersione, inquit Augustinus, quæ Græce *apostrophe* dicitur, ad ipsum populum his verbis loquitur. Iam vbi dicitur: Præcursorem, iuxta Hebræum est: Ante te, sic & Chaldæus. Septuaginta: Ante faciem tuam: sed omniū vnus est sensus. Porro, vbi dicitur, eijciam, sic est iuxta Hebræum, & Chaldæum: at Septuaginta ad angelum referunt: Quædam exemplaria legunt, & eijciet: secundum vero alia exemplaria, ad populum, & legunt: Et eijciet. Certe angelus, vt Dei minister, id faceret, & populus angeli adiutorio, quare in idem incidunt, nec vlla est contradictio. *August. locut. 150. in Exod. ἀποστροφή*

3 *Et intres in terram fluentem lacte & melle*.] Lactis & mellis abundantiam, quidam insinuari in terra illa, hoc Hebraismo dicunt, sed placet ad cuncta fere necessaria extendere, vt sit sensus: Terram, plenam rebus omnibus suauibus, & quibuscumque melioribus abundantem.

4 *Non enim ascendam tecum*.] Sic Septuaginta. Iuxta Hebræum est: Quia non ascendam in medium tui, Chaldęus; Non enim ascendere faciam maiestatem meam in medio tui. Quidam hanc Dei assistentiam, quam hic denegat, ad miraculorum patrationem referunt. At tot gentium eiectionem & deuastationem quis non referet ad diuinam virtutem? Negat igitur quod in superioribus promiserat, quod scilicet, in medio eorum habitaret, idest, inter eos, vt optime in Chaldaica lectione insinuatur, & refertur ad tabernaculum, & quę in eo essent, maxime ad propitiatorium, vnde respōsa ederet: Hanc igitur familiaritatem verbis prædictis denegat illis, quæ tanti estimanda erat, vt cuncti dicerent: Non est natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Sic Hugo de S. Victore. Placatus est ergo Dominus, quantum ad columnam, & angeli directionem, & ingressum terræ promissæ, non tamen quantum ad tabernaculi erectionem, & propitiatorij constitutionem, vnde responsa ederet. *Hugo de S. Victor. in Exod.*

5 *Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne forte disperdam te in via*.] Quid per hanc Dei assistentiam intelligendum sit, §. præcedenti diximus, populus autem duræ ceruicis dicitur, metaphora sumpta à vitulo, qui tunc ceruicosus dicitur, quod à se abijciat iugum sæpe, cui non est assuetus: Sic & Hebræorum populus legem facile abijciebat, velut iugum, ac proinde denegat Deus sui familiarem præsentiam in propitiatorio, non quod maior sit angeli patientia ad toleranda eorum scelera, sed quod ad familiarem Dei præsentiam grauior videatur eorum peruicacitas, ac proinde & grauius punienda, vt populi ingratissimi, & confricatæ frontis, qui Dei præsentiam non vereatur, sed rebellis, & contumax perseueret: Sic Hugo de S. Victore. *Hugo de S. Victor. in Exod.*

6 *Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo*.] Pessimum sermonem, idest, crudelissimum, atque mœstissimum, vt inquit Rabanus; sicut enim maximum erat beneficium, Deum inter se habere, ita nec maius discrimen illis videri potuit, quam tanto beneficio carere. Porro, iuxta Hebræum: Et non posuerunt vnusquisque ornamentum suum super se. Chaldæus: Et nullus posuit ornatum cultus sui super se. Septuaginta: Defleuerunt in lugubribus. Idem est omnium sensus. Porro, Iudæorum tunc luctus, seu publica pęnitentia erat, vt non tantum à cibo, sed vt ab omnibus corporis delitijs abstinerent, luctui, & fletibus, & præcationibus indulgentes, vt animi afflictionem testarentur, scindebant vestes, induebantur saccis, obnicicbant caput, aspergebantur puluere, seu cinere, & gradiebantur incurui, qualia & Ethnicos, dum luctui indulgerent, fecisse scribit Lucianus. *Raba. in Exo.* *Lucianus de luctu.*

7 *Semel ascendam in medio tui, & delebo te*.] Iuxta Hebræum est: Momento vno ascendam in medio tui, & consumam te. Septuaginta: Paulo diuersam reddunt sententiam, similiter & Chaldæus. Septuaginta legunt: Videte, ne plagam aliam inducam super vos. Chaldæus: Si vna hora abstulero maiestatem meam à te, disperdam te. Cæterum, iuxta lectionem Vulgati, & iuxta Hebræum, Rabanus ad diem iudicij hoc refert, alij Babylonicam captiuitatem, vel Romanum excidium minari putant. Sed planus sensus esse videtur, vt sit declaratio eius, quod dixerat. Nequando disperdā te in via, quasi dicat: Tam proni estis in Dei contemptum, vt si vobiscum ascenderem, vel paruissimo tempore, vos me statim contemneretis, quasi in faciem meam, ac proinde vt consumerem vos, me scelera vestra compellerent, & cogerent. *Sois tales, queno me terniades el respecto queseme deue, y me occasionariades, à que diesse vn traste, y os acabasse del todo*. *Rab. in Exodi*

8 *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi*.] Septuaginta: Nunc autem deponite vestes gloriarum vestrarum, & ornatum, & ostēdam tibi, quæ faciam tibi. Iuxta quæ verba Rabanus interpretatur verbum, sciam, in Vulgato, per hoc, quod est alijs innotescere; sicut cum Abraham dixit Deus: nunc cognoui, quod timeas Dominum, idest, scire feci alijs. Sed certe est sermo metaphoricus, & loquitur Deus more hominis de- *Idem. ibid.*

nuo co-

Digitized by Google

nuo cognoscentis, ex nouis factis, quid faciendum sit, quasi dicat: ad instar cognoscentis ex factis, sciã ex operibus tuis, quæ facies, quid boni, vel mali faciam tibi, dum te perseuerantem in humilitate & mæstitia videam. Porro, per ornatum istum, Hugo de S. Victore, primum tabernaculum intelligit, in quo consulebatur Deus, antequam magnũ construeret Moyses: Deponere autem intelligit idem quod extra castra deferre & statuere. R. Salomoh, cum iam se pretiosis vestibus exuissent, putat per ornatum istum intelligi quasdam coronas, quas sibi maiores Israel imposuerant, ad instar sponsæ, quando legem à Deo acceperant, per quam se illi desponsasse intelligebant, quas ante non deposuerant, quasi ostendentes, se adhuc legibus Dei su iectos, & veluti fidã sponsa, ornatum desponsation deferre. Sed quod idololatriæ & legis tabulæ co fractæ esset, has etiã coronas deponere iubet Deu sed hæc incerta sunt. Placet igitur, prædicto ve bo præmissam vestium depositionem approbar quasi dicat: Perseuerate in luctu, & externis mæst tiæ signis, & doloris, interim videbo, quod de v bis concilium capiam, iuuentuti in multis Dei consulens, vt in his erudiretur, cum à patribus a dirent, quare lugubribus induti incederent, qu scilicet, maiestatem Dei in vituli conflatione gr uiter offendissent.

Hugo de S. Victore in Exod.

a b c d e f — g h i

Omnem scilicet lætitiam, & fastum præseferentem, lugubrique veste induti sunt. — *i. ab eo tempore, quo iuxta Horeb castrametabantur, vel à monte, pro, ad montem.*

a b c d e f g h i K l m

Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. Moyses quoque tollens

m a b c d e — i a

ad sacra peragenda. — *quod indigne ferret Deus, in medio eorum esse.* — *quod cum Moyse Deus constituisset, ibi apparere, & respondere, & quod in eo legis tabula, in quibus Dei lex, fœdus continens. Septuag. Testimonij. Iuxta Hebræum: Conuentus.*

a b c d e f g h i

tabernaculum, tetendit extra castra procul. vocauitque nomen eius, tabernaculum

h

i. causam, vel negotium apud Deum & Moysen eius ministrum.

a b c d e f g h i K

fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad

a b — f

vt supra. — *sub. statutis horis.*

a b c d e f g h i

tabernaculum fœderis, extra castra. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum,

a b c

ob reuerentiam, quam de Moyse conceperant.

a b c d e f g h i K l

surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque

l a b — h — i a

tamquam hominis Dei, & cuius intercessione bona quæque, & veniam sperabant. — *s. Moyse.* — *vt supra.*

a b c d e f g h i

tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum

f — i

i. assistebat. — *s. Dominus ex columna.*

a b c d e f g h i K

fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum

e f — i K

ex qua Dominus Moysen alloquebatur. — *sub. quod erat extra castra.*

a b c d e f g h i K

Moyse, cernentibus vniuersis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi.

d — e f

adoratione latriæ, proni in terram, seu incurui. — *i. ad fores.*

a b c d e f g h i

Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur

Dominus

Digitized by Google

d e f — Hebraismus .i. familiarissime. m — i. charum.

a b c d e f g h i K l m m

Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.

b — f. Moyses. l — i. innocens, seu iuuenis.

a b c d e f g h i k l m

Cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non

c — i. tentorio.

a b c

recedebat de tabernaculo.

SCHOLIA.

9 *Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb.*] Septuaginta: Præter ornatum addunt & vestem. Chaldæus: Ornatum cultus sui. Quod à monte Horeb dixerit, sunt qui contendãt, filios Israel montem illum ornasse à die datæ legis, Deum autem nunc renuisse istum ornatum, propter commissum scelus idoli; cumque mons superior esset, ideo deposuisse dicitur ornamentum illud. Sed præstat executionem fuisse eius, quod Deus mandauerat; vt omni se letitiæ veste exuerent, licet in aliquibus sponte iam antea fecissent: & hoc factum est à monte Horeb, idest, ab eo tempore, quo etiam iuxta istũ montem castrametabantur; quod enim de coronis §. 8. ex R. Salomone dictum est, nullo certe innititur fundamento.

10 *Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul.*] Iuxta Hebræum est: Et Moyses accepit tabernaculum, & extendit extra castra, elongando se à castris. Quidam dicunt, non esse hic sermonem de magno illo fœderis tabernaculo, vel Sancto sanctorum, vel atrio; nondum enim erant fabricata, nisi per prolepsim hic appositum sit; vel constructum fuisset, licet, quod iam factum fuerit, Moyses nondum scripserit, maxime cum tabernaculum fœderis vocatũ sit, vt statim subditur: quod non leue argumentum est, præsertim secundum lectionem Vulgati, quæ sequenda est: sed quo modo extra castra fuerit, cum Exod. 40. & Num. 10. non extra castra, sed in medio castrorum, secundum verbum Domini erectum fuerit, hoc quidem difficile est. Quare alij dicunt tabernaculum hoc quoddã paruum esse, quod & ipsum fuit ad tempus constructum, in quo etiam Moyses vocem Domini excipiebat, donec verum tabernaculum, cum arca & propitiatorio, ac alijs vasis supra commemoratis, erigeretur. Alij de tabernaculo Moysi interpretantur, quod post hæc cum alijs figere & erigere nolebat post peccatum, ad eorum humiliationem, & vt commodius visitatione diuina doceretur de regimine populi, & improbæ plebis tumultum fugere maluit, quam importunius ferre: sed cum, fœderis, dicatur, nescio vt quid commune tabernaculum sic vocaretur. Quare commodius videtur intelligẽdum, vel de magno sermonem esse, vel de alio minori, quo interim ad sacra conuenirent: Procul autem à castris constitutum est, quod indigne ferret Deus post peccatum, hæc inter illos esse, in criminis detestationem, & eorum humiliationem.

11 *Vocauitque nomen eius, tabernaculum fœderis.*] Iuxta Hebræum est: Et vocauit illud *Ohel mohed*, idest, tabernaculum Ecclesiæ. Septuaginta habent: Tabernaculum testimonij. Chaldęus: Domus doctrinæ. Qui dicunt fuisse commune tabernaculum Moysi, quod post hac cum illis figere & erigere nolebat, affirmãt tentorium illud, vice prętorij fuisse, ideoque dictum esse, non tabernaculum Domini, sed Ecclesiæ, seu cętus & congregationis, vbi scilicet decidebantur causæ, & lites, & doctrina necessaria tradebatur. Vnde Chaldæus legit: Domus doctrinæ: sed nos, qui Vulgatum sequimur, & de tabernaculo ad sacra interpretamur, contendimus, fœderis, dici, quod constituisset Dominus, conuenissetque cum Moyse, se illi visibili signo affuturum, responsaque daturum: nisi dicamus & fœderis dici tabernaculũ Moysi, etsi commune, quod, iuxta verbum suum, Dominus in columna nubis ad ostium eius appareret, & inde responsa daret, videntibus cunctis, vt in sequentibus subditur. אהל מועד

12 *Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis, extra castra.*] Iuxta Hebræum est: Et ita omnis, qui quęrebat Dominum, egrediebatur ad tabernaculum Ecclesiæ extra castra. Chaldæus: Et omnis, qui quærebat doctrinam à facie Domini, idest, à Domino, egrediebatur ad tabernaculum domus doctrinæ, quod erat extra castra. Ex quibus varijs, sed non contrarijs lectionibus, constat vsus huius tabernaculi, quod extra castra tetendit Moyses, vt scilicet prædicaretur ibi verbum Dei, exoraretur Deus, & ibi causę forenses cognoscerentur, ac iuxta sententiam verbi Dei deciderentur, in grauioribus per Moysen; in leuioribus per Iudices ordinarios, in his denique, quæ maiori indagine indigebant, consulto Domino per Moysen. Et ex his, quæ dicta sunt, diuersa eius nomina vt quid sic imposita fuerint, facile innotescit.

13 *Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, respiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium.*] Sic & iuxta Hebræum. Qui

taberna-

Digitized by Google

tabernaculum hoc commune Moysi esse dicunt, & extra castra constituisse, id etiam factum dicunt, vt liberius Deo vacare posset, licet quandoque in castris cum ipsis conuersaretur. Sed qui tenent tabernaculum fuisse ad sacra peragenda, sentiunt, cũ statutis horis è suo tentorio ad castra pergeret, vbi tabernaculum constituerat, tunc vniuersam plebem assurgere, vt, tamquam principi, honorem debitum deferret, orarentque, vt eorum causam cum Deo ageret, & quod omnium partes apud eum faceret, & pergente ad tabernaculum, tergum illius respiciebant, tamquam hominis Dei, qui apud Deum tanti haberetur, & in quo veniæ spem constituerent.

14 *Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: At iuxta Hebræum est: Incuruabant. Situm vtique corporis in adoratione exprimens, vt scilicet curuati adorarent, latriæ vtique adoratione; cum enim illo externo signo Dei beneficium intelligerent, in gratiarum actionem adorabant.

15 *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.*] Sic & iuxta Hebræum. Septuaginta: Præsens præsenti. Chaldæus: Verbum ad verbum, sicut loqui solet homo cum proximo suo. Quæ omnia in idem incidunt. Augustinus de symbolo ad cathecumenos, hoc explicat sic dictum, quod lux illa perpetua quæ Deus est, plus eum quam cæteros illustrauerat, quasi dicat: plus omnibus manifestatus est illi: cui consentit S. Thomas cum ait: Per visionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio, & familiaris, infra essentiæ diuinæ visionem: quo loco idem S. Thomas & aliter explicat: locutum esse Deum Moysi facie ad faciem, quod scilicet loquatur Scriptura secundum vulgi opinionem, quî putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum per subiectam creaturam, angelum, & nubem, ei loqueretur, & appareret. Et quidem, vt inquit Augustinus, quod non videbat desiderabat, & à Deo petebat postmodum, vt faciem suam ostenderet ei: non ergo per se, modo, sed per angelum instruebatur: quod & ego ita fuisse existimo: Vim tamen illius Hebraismi, qui est, loqui facie ad faciem, exponere licet, idest, familiarissime cum illo loqui; quod facies quandoque fauorem, amicitiam, & gratiam importet, quæ maxime ex facie dignoscuntur: Vnde subditur: Sicut loqui solet homo ad amicũ suum, idest, sibi charum: Quam familiaritatem Rupertus, qui hanc interpretationem sequitur, expendit, dum sæpe homo charo suo loquitur, & ab eo consilium suum non abscondit, & secretorum suorum eum conscium facit, nec quæ facturus sit, illi celat, eo quod custos sit animi: Vnde amici vocabulum originem sumpsit. Et quia teste S. Thoma, etiam internuncio angelo, sic tamen in omnibus se gerebat Deus cum Moyse, vt Num. 12. & Deut. 34. dicitur, quod tamen alijs Prophetis non ita legimus, ideo facie ad faciem cum eo loquutum fuisse inquit Scriptura.

August. lib. 4. cap. 3.

S Tho. 12. q. 8. ar. 3. ad 2.

Aug. 12. super Gen. ad Lit.

Rupertus in Exod.

S. Tho. 12. q. 8. ar. 3. ad.

16 *Cumq. ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.*] Sic iuxta Hebræum. Septuaginta, & Chaldæum. Quod enim aliqui legunt, de medio tabernaculi, perinde est, ac de tabernaculo. Porro, finito colloquio cum Deo, reuertebatur Moyses in castra, ob reuerentiam tamen loci remanebat Iosue, quem puerum vocat Scriptura, non quidem ætate, cum iam dux belli extitisset, contra Amalech; nec quod minister esset, cum iam dixerit minister eius. Quare crediderim hic, ratione sanctitatis sic dici: Qui etiam in peccato idoli non consenserat, & ideo dignus erat in absentia Moysi, vt loco à peccatoribus segregato assisteret: qua significatione, pueri, & alibi sacra Scriptura vtitur, vt in Isaia: Ecce ego & pueri mei: Et alibi. Sic visus est sentire Beatus Antonius magnus, qui locum istum citat, vt commendet iuuenes, eruditione, & prudentia præditos.

Isaia. 7.

B. Antoni. in sua Mellissa ser. 19. lib. 2.

---

h
1. extraham:

a b e d e f g h i K l m
Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum, & non

---

c d e f — quem angelum, vel socium, Aaronem vt antea, vel quem alium, loco illius.
k l m n — Hebraismus, idest, præ cæteris te delegi.

a b c d e f g h i k l m n
indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine,

---

b c d e — Hebraismus, idest, mihi gratus es:
h i — Hebraismus, idest, si tibi sum gratus.

a b c d e f g h i K l m n
& inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende

---

n a b c — i. visionem claram essentiæ tuæ: vel Hebraismo, concede mihi quod postulaui, vt scilicet, nobiscum gradiaris, vel viam, iuxta Hebræum, per quam populum ducam.
d e f — sicut in te est, vel vt experiar te misericordem.
h i K l m — i. augmentum gratiæ: vel, vt hoc facto experiar, me tibi charum.
n — sub. quæso, iuxta Hebræum: vide.

a b c d e f g h i K l m n
mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice

populum

n a b c d — g h i k

s. memor quod populus tuus est, & talem tunc esse cognoscent, sic iuxta lectionem Chaldæi. — *Hebraismus, idest, ego ipse præcedam.*

a b c d e f g h i K l

populum tuum gentem hanc. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te, &

l a b c — g h i k — l m n o p a

i. non erit tibi sic adeo laboriosum, ducere & regere populum. — *s. populum, sicut pollicitus es modo.* — *i. non est, quod educas nos, sed mane, et permitte in loco isto.*

a b c d e f g h i K l m n o p

requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco

e — l m n

i. experiri, vel prænosse. — *i. tibi charos esse, & populum in tuam gratiam admissum.*

a b c d e f g h i K l m n o p

isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu

b c d — e — f g h i k l — g

s. in propitiatorio, & sicut promiseras. — *sub. sic. iuxta Hebra. & Septuag. & glorificemur.* — *i. gloriosi videamur super adiacentes populos, ex eo, quod Deum talem propitium, & inter nos habeamus.* — *i. præ. sic iuxta Hebra & Septuaginta.*

a b c d e f g h i K l m

tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super

g h i

i. rem, quam postulasti.

a b c d e f g h i K l m

terram? Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod loquutus es,

b c d e f — g h i k l

i. mihi charus, & acceptus es. — *i. præ aliis delegi.*

a b c d e f g h i k l

faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine.

S C H O L I A.

17 *Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum.*] Iuxta Hebræum est: Vide, tu dicis mihi: Ascendere fac populum hunc. sic & Chaldæus: at Septuaginta: Tu dicis mihi: Deduc populum hunc, sed hæc idem sunt: idque est quod Dominus, vt præcedenti capite vidimus, ei dixerat: Educ populum istum quo loquutus sum tibi. Porro, quod subditur: Et non indicas mihi, quem missurus es mecum, Rupertus de illo putat interrogare, qui introducturus esset populum in terram promissam: alij ad angelum referunt, quem Dominus promiserat præcursorem populi, & interrogat quis ille esset: forsan loquitur de Aarone, qui ei in socium datus erat à Deo, & amore fratris ductus, certo scire desiderabat, an in eadem dignitate, qua antea, permansurus esset, ob vituli peccatum timens, nequid aliud Deus decreuisset, & quis loco illius subrogandus foret.

Ruper. in Exo.

18 *Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.*] Iuxta Hebræum est: Noui te nomine, siue nominatim. Septuaginta: Noui te præter omnes, siue præ omnibus. Chaldæus: Vocaui te ex nomine: Augustinus, & Cyrillus legunt cum Septuaginta: Præ omnibus. Et notitiam hanc approbationis esse inquiunt Augustinus & Gregorius, quasi dicat: Præ omnibus te approbaui, cui alibi S. Gregorius arridet, qui explicat: Non te vt alios, sed specialiter scio. Et quidem Hebraismum esse dicunt, noui te ex nomine, idest, præ cæteris te delegi, & Hebræi verbum (noui) magnam præseferre diuinæ maiestatis dignationem asserunt, quod hic insinuatur, & cum ad Ieremiam dictum fuit: Priusquam te formarem in vtero, noui te; & cum stultis Virginibus in Euãgelio dicitur: Nõ noui vos, discedite, &c. Cæterum, licet hoc loco sic intelligi possit, vt præ cæteris Moysen Dominus delegerit, tamẽ ex vi Hebraismi existimo non id significari, sed specialem & non communem dignationem; ex nomine enim cognoscit Rex ministros, & aulicos, vt ex nomine vocet, cum oportuerit: quare non solum præ cæteris dilectum, sed & omnes istos ex nomine nosse dicitur, sic vt non vulgarem notitiam, seu approbationem dicat, sed peculiarem, vt S. Gregorius nõ semel insinuat. Scio Rupertum, & S. Thomam, notitiam hanc, ad electorum cognitionem, quã Deus de illis habet, referre, & Hugonem de S. Victore, ad specialem gratiam sibi datam, sicut singulare nomen, peculiarem naturam, seu proprietatem importat, ita quod sermo sit de notitia practica Dei.

Aug. q. 153. in Exod. Cyrill. lib. 2. contra Iulianum. et lib. 1. in Ioann. cap. 21.

Aug. q. 153. in Exod. Greg. in Psal. pœnitentiales. Greg. hom. 26.

Greg. hom. 26. ... 1. regist. ... 14. ... Ruper. in Exo. ... hom. in S. ... 1. ad Cor. ... 1. ... Hugo de S. Victore in Exod.

Porro,

Porro, quod dicitur: Et inuenisti gratiam corā me, Hebraismus est frequens, gratiamque & fauorem indicat, quasi dicat: mihi gratus es.

19 *Si enim inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos, respice populum tuum gentem hanc.*] Iuxta Hebræum est: Et nunc si quęso inueni gratiā in oculis tuis, scire fac me nunc viam tuā, & sciam te, vt inueniam gratiam in oculis tuis: & vide quia populus tuus, gens hæc. In Hebræo est *Deraechecha*, (דרכך) idest, viam tuam. Chaldæus viam bonitatis tuæ, & sic fere omnes recentiores legunt, & mirum certe esset, quod Vulgatus diuersissimam vocem ab Hebraica inuexisset, nisi & Septuaginta etiam legerēt: Ostende mihi teipsum manifeste. Sunt qui, vt vtrāq. lectionem coniūgant, Moysen prędictis verbis Messiæ aduentum postulare dicant, quod Dei facies diuinitatem Christi respiciat, via vero humanitatem, secundū quam dicitur via nostra, quod omnis Christi actio, vt inquit S. Gregorius, nostra instructio sit. (S. Grego.) Sed certe hęc ad mysticū pertinent sensum. Alij per viam Dei, eius voluntatem interpretantur, qua nota, sciat quid Deo bene placitum sit, idq. opere exequatur. Alij per viam, absolutam Dei voluntatē de agendis circa populū illum intelligunt, quasi dicat: Quid secundum populi demerita futurum sit, noui ex his quæ dixisti, te nolle nobiscum gradi, sed scire vellem an absolute ita facere institueris, an parcere populo secundum misericordiam tuam, & nobiscū gradi. Sed Patrum cōmunis intelligentia est, vt petierit Dei visionem claram, licet denegata ei fuerit nunc, vt infra dicitur: Nemo me videbit & viuet, sic Ambrosius: (Ambr. in Psa. 118.) Nouerat, inquit, sanctus Vates, inuisibilem Deum corporeis oculis videri non posse, sed deuotio sancta mensuram supergreditur, non irreprehensibilis hic error, sed grāta cupiditas, atq. inexplebilis; irritus quidē postulationis effectus, sed affectus laudabilis serui. Eumdem sensum sequūtur S. Chrysostomus, & S. Augustinus, cum ait: Quod nō viderat, in tanta illa familiaritate, videre desiderabat. Idem sæpe alibi sic interpretatur, sic & S. Cyrillus in Ioannem, Gregorius in moralibus, Bernardus in cantica, & S. Thomas in 2. ad Cor. ex Augustino, qui, quod denegatum hic Moysi legimus, alibi concessum affirmat. vt Nū. 12. dicitur: Si quis inter uos propheta: licet nesciamus quando illud fuerit. (Chrys. ser. de Spiritu Sācto. Aug. q. 151. in Exod. August. 2. de Trinit. c. 16. & ad Paulinam de videndo Deum, epist. 112. Cyrill. lib. 9. in Ioannem, cap. 36. Greg. 18. mor. cap. 36. Bern. in Cant. ser. 32. S. Tho. in cap. 12. 2. ad Cor. lect. 1.) Modo iuxta istum sensum dicitur: Vt sciā te, quod per illam visionem Deus cognoscatur sicut est in seipso. Additur: Vt inueniam gratiā, quod interpretantur, non quod nō esset in gratia, sed propter gratiæ augmentum, in quo sancti, dum hic degunt, semper prosperari desiderāt: forsan planior sensus est: Vt sciā, idest, vt sic sciā aperte, me tibi gratū, vel ex hoc vnico beneficio: Scio quidē & aliā expositionē nō cōtēnendā, & gratā multis futurā existimo, vt, ostēdere faciē, tropo vsitatissimo idē sit, quod exaudire, & beneuolētię signa exhibere, sicut faciē abscōdere, est meras afflictiones, & mortes ob oculos ponere, vt Iob. 13. Quare faciē tuā abscōdis. Dico igitur, prædictis verbis deprecatū fuisse Moysē, vt Dominus, remissa ira, duceret eos, sicq. populus & experiretur Dei fauorē, vt sit sensus: Ostēde mihi faciē tuā, idest, exaudi me in hoc quod postulo, vt gradiaris nobiscū, vt sciā te, subintellige, misericordē: Siue: sciā te, idest, experimento sciā te misericordē: cui cōsonat Chaldaica lectio, quę, vbi nos habemus: vt sciam te, legit: Vt cognoscam misericordiā tuam. Iam, vbi subditur: Vt inueniam gratiam ante oculos tuos, perinde sit, acsi diceret: Et vt hoc facto experiar me inuenisse gratiā, & tibi charū esse: Quod autem in sequētibus legimus, dixisse Dominum: Nō videbit me homo & viuet, quasi denegando Moysi quod pręstolabatur his verbis: Ostēde mihi faciem tuā, quæ verba nullo modo videntur accōmoda huic expositioni, quam prosequimur, dicendū itaq. existimo, Deū quandoq. humano more se habere, maxime cum amicis ac familiaribus, vt erat Moyses, & cum Moyses à Deo peteret, vt sibi id quod postulabat dignaretur cōcedere, vsusq. esset modo loquēdi ex vsu: Ostēde mihi faciem tuam, occasione horū verborū, Dominus quasi familiariter se cum Moyse habens, non tam secundum sensum verborum ad mentē Moysi, quam secundum quod simpliciter verba sonant, respondit Moysi: Non videbit me quis & viuet: Sicut apud hos sæpe contingit inter amicos, vt si quis alteri diceret, quē tristem videret, nostro idiomate, *Ea Señor veamole essa linda cara*, quasi dicat: Exhibe te aliquādo hilarē, & ille ad verba tantum alludens, respōderet: *yo Señor tengo vellaco gesto.* Quæ responsio licet faceta sit, non tamen est ad interrogātis institutum, sed magis subterfugere illud videtur. Iam, quod subditur: Respice populum tuum gentē hanc, Septuaginta habent: Vt sciā quod populus tuus gens magna est. Chaldęus: Notumque est coram te, quod populus iste, est populus tuus: In qua lectione forsan subintelligendum est, quod in Vulgato exprimitur: Respice in eum; notum namq. corā te, quod populus iste, populus tuus est. Modo lectiones prædictæ huius loci non sunt aduersæ inter se, sed quid subintelligendum in singulis, indicāt. Vulgatus orationē pro populo exprimit, Chaldęus causam, quod scilicet eius populus sit, Septuaginta effectum, vt scilicet sciant & experiantur gentes vicinæ, quod magna gens sit, quæ tantū Deum in medio sui habeat appropinquātem sibi. Vt igitur Vulgati verba explicemus, cum ait: Respice populum tuum gentem hanc, perinde est, acsi diceret: Clemēter intuere, & dirige plebē tuam hanc mihi creditā, ad vitia pronam, & labilē; propter quod & gentem vocat Moyses, sicut alibi etiam, cum dicitur: Gens absque consilio, vtinam saperent & intelligerent.

20 *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.*] Per faciē S. Gregorius notitiam intelligit, quasi dicat: Notitia ducatum prębebit. Alij fauorē diuinum interpretantur, quasi dicat: *no te faltara mi fauor, te librara de mucho cuydado.* Sed præstat hoc loco dicere Hebraismum esse, facies mea, idest, ego prįcedā te: Sic & Septuaginta legunt: Ipse præcedā te, & Chaldæus: Maiestas mea ibit: Vnde & Moyses subdit: Si non tuipse prįcedas, &c. Quod autē subditur: Et requiē dabo tibi, est, acsi diceret, quo tibi maior sit requies. Scio & alios nō improbabiliter interpretari prædicta verba, quasi dicat: Tu quidē in pace suo tempore requiesces, ego autē gratiam meam à populo hoc non auertam, sed complebo promissa multo augustius, quam quisque cogitare possit.

21 *Si non tuipse præcedas, ne educas de loco isto.*] Septuag. Si tu non ipse ieris nobiscū, nō me deducas hinc. Chald. Si nō perexerit maiestas tua nobiscū, ne ascēdere facias nos hinc. Qui superiora verba interpretātur de promissione facta Moysi, quod ipsū prįcederet, cōsequēter exponūt ista, q. d. nō tātū me, sed & populū istū præcedere debes, sic vt cū eo tuipse gradiaris, alioquin nō educas nos de loco isto: q. vero etiā ad populū referūt verba illa: Facies mea prįcedet te, interpretari poterunt in cōfirma-

tionem promissi, quasi dicat: Bene Domine; si enim non præcederes populũ, nec deducere illum de hoc loco expediet, sicut sæpe iam facta promissione de aliqua re, quam necessariam ad aliquid iudicamus, addimus: Bene quidem, alioquin absque hoc beneficio, quod promittis, nec illud, ad quod necessarium erat, exequi poterat.

22. *Vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram.*] Iuxta Hebræum est: Et diuisi erimus ego & populus tuus ab omni populo, qui est super faciem terræ. Et quidē verbum *Phala*, hic positum, & diuidere & mirificare, seu mirabilem facere significat, & in præsenti loco vtraque significatio commoda est, vt sit sensus: In quo magis cognoscetur, nos gratos, si tuipse affueris, & separati fuerimus à reliquis gentibus, speciali tua cura, & protectione, & mirificemur ego & populus tuus, præ omnibus populis, qui habitāt in superficie terræ. Quæ omnia Chaldæus dilucide expressit, legēs: Vt fiant nobis miracula, & diuidamur ego & populus, ab omni populo, qui est super faciem terræ. Septuaginta: Et glorificabimur super omnes gentes, quasi dicat: Te ductore, te profligante hos, non verebimur quocumq. iusseris proficisci, omnibus circũiacentibus regnis & populis formidini erimus, omnipotentię tuæ testes habebimur, & soli tua pręsentia gloriabimur: vt enim Rupertus aduertit, vir mansuetissimus ad hoc tendit, vt glorificetur Deus, gentium cædibus, & bellorum victorijs.

פלח

Rupertus in Exod.

23 *Et verbum istud, quod locutus es, faciam.*] Verbum, idest, rem hanc, quam tu dixisti, quasi dicat: Ego gradiar cum populo, vt tu rogas. Cætera quæ his adiuncta sunt, à nobis sunt exposita supra, hoc eodem capite.

c d e f — *i. facialem visionem, & gloriosam, intuitiuam, qua Deus videtur sicut in se est. alij maiestatem. q. d. te quantus sis.*

K l — *i. me ipsum, non tamen sicut tu petis, sed secundum aliquod illius specimen.*

a b c d e f g h i K l m n o

Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo

n o a b c d e — *i. cum ante te fuero, te certiorem faciam clamando: Ego Dominus, & nomina, & epitheta sacra mea insinuabo.*

a b c — *i. nomen Domini, dicens: Dominus adest.*

f g h i — *i. id faciam, quod mihi sic beneplacitum sit.*

K l m n o p q — *repetitio est præcedentis clausulæ, sed alijs verbis, & significat firmitatem misericordiæ.*

a b c d e f g h i K l m n o p q

in nomine Domini coram te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi pla-

a b — *sub. Dominus.*

c d — *i. non licebit.*

c d e f g — *respectu eius quod Moyses supra petierat, sibi concedi, vt cum populo graderetur, subterfugium est, respondere nolens ad eius institutum, respectu vero gloriæ, quam deinde petijt, negatio est eius, quod petierat.*

i K l m n o — *clara visione in hac vita mortali, nisi ex speciali priuilegio; loquitur autem hoc loco de lege ordinaria.*

a b c d e f g h i k l m n o

cuerit. Rursumq. ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.

a b — *sub. dixit ei Dominus.*

f — *s. in monte Horeb, vbi loqui solitus est.*

k — *i. assistes.*

l m — *i. rupem. Ex antro itaq. per foramen Moyses Dominũ transeuntē aspexit.*

p a — *i. simulacrum, quod erit vt specimen claritatis Dei.*

a b c d e f g h i K l m n o p

Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. Cumq. transibit gloria

b c d e f — *vt fixus & stabilis consistas.*

g h i k — *i. obuelabo te aliquo, ad instar dexteræ meæ, ne faciē videas & ne ad visionem tantæ maiestatis cōcidas.*

l m — *sic, vt faciem spectri videre nequeas.*

a b c d e f g h i K l m n

mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamq.

n a b — *i. id quo obuelabam oculos tuos, instar manus. s. vt possis videre.*

c — *i. tergum abeuntis.*

g h i k — *i. spectri, quod specimen præstantissimum mei erit.*

l m — *i. non tibi licebit.*

a b c d e f g h i K l m

manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

S C H O L I A.

24 *Ostende mihi gloriam tuam.*] Iuxta Hebræũ est: Fac videre me quæso gloriam tuam. Septuaginta, & Chaldæus, pro gloria, honorem legunt: Et quidem *Cabod* dictio vtrumque significat, quare aliqui sic intelligũt, vt Moysi petitio fuerit, vt omnes homines ad agnitionem nominis gloriæ Dei peruenirent, ipso superstite. Alij petijsse hic Moysen dicunt, vt, sicut referente Moyse Dei verba populus audiebat, ita ipsum forma visibili intuerentur, estque vulgaris hominum affectus, vt cum audiunt Deum, modo quo fieri posset, etiam secundum aliquam similitudinem, & illum videre desiderent. At communis est Patrum interpretatio, vt petierit Moyses, carnis suę oblitus, videre Deum in gloria sua, sicut in se est, etiam in hac mortali vita, quod in futura nos speramus, sic S. Hieronymus.

כבוד

Hiero. in cap. vlt. Marci.

26 *Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te.*] Iuxta Hebræum est: Ego transire faciam omne bonum meum super faciem tuam, & inuocabo nomen Domini coram te. Chaldæus: Ego transire faciam omnem gloriam meam

super faciem tuam, & vocabo in nomine Domini coram te. Per omne bonum, aliqui, inter quos Hugo de Sancto Victore, visionem Dei beatificam intelligunt, quæ sic dicitur, iuxta Boetium, quod sit status omnium bonorum aggregatione completus, sicut explicat S. Thomas. Ostendam autem, dixisse; quod pro alia vita fruendum promiserit; interim tamen in hac vita, vocabor Deus, Dominus, & dux huius populi, ex mirabilibus, quæ faciam, idque non eorum meritis exigentibus; sed quia sic mihi beneplacitum est, misereri cui voluero. Certe verba sunt difficilia, dicam tamen interim quid sentiam; prædictis verbis Deum polliceri, quod sequenti capite adimpletum videbimus; omne bonum promittit ostensurum se Moysi, idest, seipsum Dominum, licet non secundum claram visionem, de qua forsan subdit: Non me videbit homo, & viuet, sed aliquod specimen illius inaccessæ claritatis, vt aliqua ex parte facere videretur, quod petierat. Et non dubito, secundum aliquam similitudinem creatam, specimen tantæ celsitudinis præseferentem, se illi iuxta hoc promissum demonstrasse. Quod autem subditur: Et vocabo in nomine Domini coram te, id respicit, quod etiam sequenti capite factum videbimus, quod illum sacra sua nomina, & miranda sui epitheta docuerit in tali visione, quod magnum est familiaritatis, & beneficentiæ signum; cum igitur dicitur: Et vocabo in nomine Domini coram te; perinde est, ac si diceret, non solũ diuinitatis meæ specimen; sed & mea sacra nomina, & epitheta ostendam tibi. Quod vero secundum lectionem Septuagintà dicitur: Et vocabo in nomine meo, Dominus coram te, idest, dicam; Dominus coram te, comprehendi in verbis Vulgati puto, vel saltem subintelligi debere; quod nõ solum sui similitudinem ostendet; sed quod cum apparere ei cœperit, attentum faciet, & clamabit Dominus ad Moysen, dicens: Ecce Dominus magnus est, qui præterit; quem tamen videre non poterit, sed tantum posteriora eius, vt dicemus.

Hugo de S. Vict. in cap. 8. epist. ad Rom. S. Th. 3. cõtra Gent. cap. 63.

26 *Et miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.*] Iuxta Hebræum est; Et miserebor cui miserebor, & miserebor cui miserebor. Certe in Vulgato idem est sensus vtriusque orationis, licet diuersis verbis expressus, sicut sæpe in Scriptura contingit, vel ad maiorem emphasim, vel quod expressius sic, vel aliter dicatur. Quæ verba extendi quidem possunt ad hominum electionem in vitam æternã, vt Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, Hugo de S. Victore, & S. Tho. fecerunt. Sunt & alij, qui cum per illa verba; & inuocabo in nomine Domini, explicent, ostensurum se Deum Moysi, sua nomina, & epitheta; præsentibus verbis, vnum illorũ præ cæteris, quasi epilogo multa comprehendat, insinuet; vt scilicet pro sua libertate cuius velit misereatur. Qui vero contendunt, pollicitum esse Deum Moysi, ostensurum, quid Deus sit, prout in nomine *Iehoua;* exprimitur, voluisse dicunt insinuare, nonproinde ostẽsurum cuius miserebitur, & cuius non: quod hoc, nõ ex essentia diuina, vt sic, proueniat, sed ex simplici eius gratia, & voluntate, dependeat. Et certe negari non potest, Moysen miscellanea, & rapsodias dictorũ Dei sæpe scripsisse; nec ordine, quo gesta fuerunt vbiq. seruato; quare frustra sudabit qui semper vellet omnia connectere. Cæterũ mihi videtur, hanc clausulam facile posse superioribus coniungi, quod scilicet præ cęteris ostendere promiserit Moysi omne bonum, & inuocare in nomine Domini, huius causam reddat, cum ait: Miserebor cui voluero, quasi dicat, se ex beneplacito suo hoc facere, & sit ad sensum, quo Pilatus dixit: Quod scripsi scripsi; quasi dicat: scripsi quod volui; sic hoc loco: Miserebor huius, & clemens ero, quia sic mihi beneplacitum est.

Chrys. in c. 7. epist. ad Hebr. Ambr. epist. 87 lib. 10. ad Demetrium. Aug. q. 154. in Exod. Hugo de s. Victor. q. 137. in epist. ad Rom. S. Tho. in cap. 9. ad Roman. lect. 1.

27 *Non poteris videre faciẽ meam.*] Sunt, qui hæc verba explicãt de facie similitudinis, in qua appareret ei, quãdo posteriora tantũ videre licuit, vnde cũ subditur: Nemo me videbit, & viuet, idest, sine vitæ discrimine; hinc est, quod Manue Iud. 13. dicebat: morte moriemur, quia vidimus Dominũ. Sed certe omnes patres verba hæc, hoc loco posita, interpretantur de visione faciali, seu beatifica. Et quidem si referantur ad præcedentia verba, quãdo petijt Moyses videre faciẽ, idest, sibi, quod petebat, donari, verba sunt, vt ibi innuimus, subterfugientis responsionẽ ad petentis institutũ; si vero referãtur ad paulo ante præcedentia verba, cum petijt videre gloriã Dei, (quã hic faciẽ vocat, quod exacta sit Dei cognitio, cũ cognoscitur Deus sicuti est, sicut ex facie homines exactè cognosci solent) negãtis verba sunt, quod Moyses petebat, sicq. in plano sensu intelligi possũt.

28 *Non enim videbit me homo, & viuet*] Videbit, inquit, quod licet, intellectualis cognitio fit, cum tamen per illã Deus sicut in se est intelligitur, & non per speciem aliquã creatã, intuitiua dicitur. Porro, his verbis quidam insinuari contendunt, corpus hoc passibile ex se impedimẽto esse, quo minus Deus videri possit ab intellectu, dum hic viuit, sic Ambr. S. Greg. & S. Th. alij autem sic impedire dicunt, quod numquã sic in hac vita visus fuerit, sed tantũ secundum aliquam similitudinẽ creatam, vel cognitione aliqua eminenti, infra tamen cognitionẽ intuitiuã. sic Gregorius Nazianzenus, Phœbadus Agenni Episcopus, Augustinus, Cyrillus, Bernardus, Guerricus Abbas Igniecensis: sic & S. Tho. addit tamen, id quidem esse de lege ordinaria; si vero Deus alicui in hac vita ex priuilegio visionem sui intuitiuã concesserit, hoc erit dũ intellectus totaliter fuerit alienatus à sensibus, sic docet in secundã S. Pauli ad Cor. Quid vero de facto sentiendum sit, suis locis, quid Patres senserint, indicabimus.

Ambr. lib. de bono mortis. Greg 18. mor. S. Tho. in 19. cap. Iob.

Greg. Nazi. tract. de fide Phœbadus li. contra Arria. Aug. q. 71. no. test. Cyril. lib. 1. in Ioan. cap. 32. Bernard. ser. 31. in Cant. Guerricus ser. de pur. & ado. affectibus. S. Tho. 1. 2. q. 12. ar. 11. corp. & ad 1 & 2. S. Th. in cap 12. 2. ad Cor. lect. 2.

29 *Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram.*] Iuxta Hebræum est: Et dixit Dominus, sicq. subintelligendum est in Vulgato: Et iterum subintellige: Dixit ei Dominus. Porro, per locum istum, Ecclesiam; per petram autem, Christum Dominum interpretantur Greg. Nissenus, Hieron. Aug. Irenæus, Hilarius, & S. Greg. sed hæc ad mysticum pertinent sensum. Sermo igitur est de loco peculiari, & materiali quodã, in monte Horeb, longe à castris Israel, & de petra, seu rupe quadam materiali, quo loco apparere dignatus est Dominus Moysi, eumq. altissima, & abstrusa arcana docere.

Greg. Nyssen. de vita Moysi. Hier. in cap. 6. Matth. Aug. q. 114. in Exod. & lib. 4. de symbolo ad catechum. Irena. aduersus hæreses Valentini. Hilar. 4. de Trinit. Greg. ad episc. Orientales.

30 *Cumque transibit gloria mea, ponã te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam.*] Per foramen petræ, fidem interpretãtur S. Hier. Theod. S. Greg. Papa, at S. Tho. lumen propheticum intelligit, sed hæc ad mysticũ puto pertinere sensum. Alij per tropũ dictũ existimãt, quod tantũ nomina, & epitheta reuelaret, per quę à posteriori Deus cognoscitur, in ordine s. ad creaturas. Ego tñ existimo, spectrũ

Greg. 35. mor. cap. 6. Hier. in 12. c. Eccles. Theod. q. in Exod. Greg. 35. mor. cap 6. S. Tho. q. 171. ar. 2. corp.

quoddam,& simulacrũ præsentiæ Dei,siue Dei presentis apparuisse Moysi,gloriosum quidẽ & fulgentissimum : vt sit sensus,cum transiero ego in forma gloriæ,siue claritatis meæ,cũ eximia scilicet claritate & refulgentia, collocabo te in quodã recondito loco,vt firmus ac fixus constes:& protegã dextera mea,idest, ponam figuram quasi manus meæ super te, & detinebo ac obuelabo oculos tuos, ne videas faciem meam, ne præ ea concidas in visione tantæ maiestatis. Vnde & protegere dicitur, quasi à damno imminente.

31 *Tollamq. manum meam, & videbis posteriora mea : faciem autem meam videre non poteris.*] Quasi dicat: Cum pertransiero sic,vt faciem meam videre nequeas,tollam manum meam,idest,id quod obuelat ad instar manus meæ, & videbis tergum,faciem autem meam non poteris,idest,non licebit intueri. Crediderim tamẽ, hac visione adumbrari etiam id, quod Deus cum Moyse faciebat, vt licet non ostenderit ei facialem visionem,seu intuitiuam diuinę essentiæ,sicut petierat, cognitionem tamen eminentissimam nominũ suorum,quasi posteriora insinuasse,per quę cognosceretur,non secundum essentiam, sed altiori quodam modo,quam per naturalẽ agnitionem,& fidem,& prophetiam, & proximiore illi, quo per essentiam Deus videtur,infra illum tamen: sicut qui tergum hominis videt,proximiorem illius cognitionem habet, quam si solum vmbram illius fuisset intuitus.

CAPVT XXXIV.

c *sub. & dola.* c d e *Hebraismus est .i. præscinde.* h *ad decalogi firmitatem insinuandam, in lapidibus scribitur.*

a b c d e f g h i K l m
Ac deinceps : Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam

g h *sub. tu Moyses.*

a b c d e f g h i L l m
super ea verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregisti. Esto paratus mane, vt

m a b *iuxta Hebraeum: & ascendas mane.* b *sub. primo mane.* f g *i. insimul erimus, & sub. & assistes.* h i *i. summitatem, translatitie sic dicitur.* x *Synai.* l a *quod indigni, maxime post vituli peccatum.*

a b c d e f g h i x l
ascendas statim in montem Synai, stabisque mecum super verticem montis. Nulius

c d e f g h *ad eorum humiliationem.*

a b c d e f g h i K l m
ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boues quoque & oues

c *i. è regione, & prope.* d *sub. & dolauit.* i K l *nulla certa lapidis species insinuatur.*

a b c d e f g h i K l
non pascantur è contra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant:

c *i. primo diluculo, vt est iuxta Hebraeum.* e *s. Moyses.*

a b c d e f g h i K l m
& de nocte consurgens ascendit in montem Synai, sicut præceperat ei Dominus,

g h *i. in nube.* i *i. adfuit ibi. Iuxta Hebr. & Chald. insinuatur stetisse Dominum, & vtrumque fuit, & subintelligitur, vnde dicitur: Cum eo.*

a b c d e f g h i K
portans secum tabulas. Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses

c d e *& Moyses orans, & Dominus certiorem faciens Moysen de sua præsentia; Clamauit, sicut promisit, dicens: Dominus est, vel adest.* f g *i. Domino secundũ speciem creatam transeunte.* x *s. Dominus, Chaldaeus insinuat fuisse verba Moysi.* l *ratione creationis.* l *iuxta Hebraeum: Clamauit dominator Dominus Deus.*

a b c d e f g h i K l
cum eo, inuocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo, ait: Dominator

a *in Hebraeo est, Iehoua.* b *ratione prouidentiæ hoc loco.* c *non secundum affectum, sed secundum effectum.* e *quod punitionem moderatur.* f *quod vltionem differat.* h i *quod multis modis misereatur.*

a b c d e f g h i
Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis,

ac verax,

b c d e f g h i k K l m a b

in promissis. *.i. memor es in posteris bonitatis parentum.* *i. solus propria auctoritate.* *forsan calamitatem.* *peccata scilicet ex ignorantia, fragilitate & malitia.*

a b c d e f g h i K l m

ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera,

c d e f g i l K l m n o

sub. sed à solo Deo iustificari potest. & mundari. Iuxta Hebraeum: Non habebit pro innocente eum, qui nocens est, q. d. puniet reum. *i. punis.* *quod sint aliquid patris, maxime cum eorũ peccata imitantur.*

a b c d e f g h i k l m n

atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum

c d e f g h

tamdiu homines viuere solent, & filij videns patrum iniquitatem, ad imitationem: Et patres sentiunt filiorum punitionem, tamquam aliquid sui, à Deo puniti.

a b c d e f g h

filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.

S C H O L I A.

1 AC *deinceps: Praecide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum.*] Iuxta Hebrçum est: Et dixit Dominus ad Moysen: Sic Septuaginta, & Chaldaeus, sed haec non variant, sed aperte subintelligendum apparet in Vulgato, quod Dominus sit, qui ad Moysen deinceps, vel rursus ait, idest, locutus est. Rursus iuxta Hebraeum est: Dola tibi: Sic Chaldaeus, at Septuaginta: Praecide, legit, & vtrumq. verbum *Pesal* importat. Iam, quod dicat, dola tibi, in tuum commodum interpretatur R. Salomoh, ad quod fingit, ex quadam massa denuo cõdita à Deo sapphiri, quam Deus illi ostendit, dolasse tabulas, & ex eius fragmẽtis nimis ditatum fuisse, quasi vero ex cõtractis tabulis, si ita esset, eamdem non fuisset occasionem nactus: Ignoramus itaque, quis lapis fuerit, fuisse tamen lapideas, ad perpetuitatem decalogi designandam, vidimus supra, cum de confractis tabulis ageremus: Quod vero dicitur: Praecide tibi, Hebraismus est satis vsitatus in scriptura, idest, praescinde.

פסל
R. Salom. h.

2 *Esto paratus mane, vt ascẽdamus statim in montem Synai.*] Iuxta Hebrçum: Esto paratus mane, vt ascendas mane. Et quidẽ vbi nos legimus: statim: In Hebraeo est *BoKer*, quod mane, importat: Et subintelligendũ est in Vulgato: statim mane, idest, primo diluculo: vnde & infra, nocte surrexisse dicitur, quod summo mane esset, hocque sonat ex vi vocis: sunt qui mane positum in Vulgato, non pro immediato crastino die intelligendum dicant, cum breue spatiũ videatur ad dolandas tabulas, sed indefinite, mane, non designando diem, quod forsan, dolatis tabulis, certiorem de illo Deus cum faceret.

בקר

3 *Stabisque mecum super verticem montis.*] Iuxta Hebraeum est: Et stabis mihi ibi, super verticem montis. Sic & Septuaginta, Hebraismus est, quem scite transtulit interpres, quasi dicat: Ibi ambo erimus, insimul erimus: vel vt Chaldaeus: Stabis coram me ibi, idest, assistes mihi.

4 *Boues quoque & oues non pascantur è contra.*] Iuxta Hebraeum est: Et pecus & bos non pascant è regione montis, sic Chaldeus. Septuaginta: Prope montem istum. Et quidem subintelligi debet: è regione, prope, ita quod vtrumq. sit, & ex ea parte intelligendum est, qua proficiscens Moyses è castri ascendebat ad Dominum. Porro, quidã hoc, ob r uerentiam diuinae apparitionis, praeceptum fuiss putant, & vt nullus per totum montem videretu quod in signo visibili Dei maiestas appareret, s cum hoc sępe euenerit, astante populo, dicendum rit, indictum fuisse, in reuerentiam talis appariti nis, quod excellentior multis fuerit, & maxime cu vituli peccatum non diu praecessisset, & in illius c testationem, & populi humiliationem, ne vllus il ex populo adesset, praecauit Dominus.

5 *Excidit ergo duas tabulas lapideas.*] Iuxta Hebrçum est: Dolauit. Sic Chaldaeus, sed vt in sch lio primo huius capitis vidimus, vtrumq. vox H braica importat, sicq. subintelligendum est in Vu gato, excidit, scilicet, & dolauit.

6 *Et de nocte consurgens ascendit in montem S nai.*] Iuxta Hebrçum est: Mane, sic & Chaldaeu & vox Hebraica *BoKer*, hoc significat, vt scholio s cundo huius capitis vidimus: sed quod summo m ne esset, *entre dos luzes, por la mañana*, nocte etia dici potest.

7 *Cumque descendisset Dominus per nubem, ste Moyses cum eo, inuocans nomen Domini.*] Iuxta H braeum est: Et descendit Dominus in nube, & ste cũ eo ibi, & inuocauit nomen Domini. Septuagint Et descendit Dominus in nube, & affuit ei illic, vocauit nomine Domini. Chaldęus: Et reuelatus Dominus in nube, & stetit cum eo ibi, & inuocau in nomine Domini. Haec verba, iuxta promissione factam capite praecedenti, explicãda fore existim sicut & sequentia, ita quod Dominus in signo visib li apparuerit, nube circumstãte gloriosa. Quod ve sequitur: Stetit Moyses cum eo: sensus est, cum i adesset Moyses, sed nesciente ipso, quousq. Domir sicut promiserat, eum aduertit, clamãdo: Domin est, in tertia persona, Hebraico more, quasi dicat: go sum: Et hoc est quod dicitur: Inuocans nom Domini, siue vt Chaldęus: Et vocauit in nomine D mini, nisi forte dicamus, Vulgatum tantum expr sisse, quod fuit ex parte Moysi inuocantis, scilice Dominum, subintelligi tamen debere, promissu in pręcedenti capite, scilicet, & Dominum clamas Ecce ego sum: Quod iuxta Hebrçum aliae lection insinuant, & subintelligendum erit in Vulgato, sic de immediate sequentibus verbis dicemus.

Digitized by Google

8 *Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus.*] Iuxta Hebræum est: Et transiuit Dominus ante eū, & clamauit Dominus, Dominus Deus. Septuaginta: Et transiuit Dominus ante faciem eius, & vocauit Dominus, Dominus Deus. Chaldæus: Et transire fecit Dominus maiestatem suam super faciem eius, & inuocauit, Domine, Domine Deus. Et quidem *Kara*, vocare, inuocare, & clamare significat, & hoc loco idem important. Et certe non parua diuersitas insinuatur, dum sequentia, iuxta Vulgatum, à Moyse clamante dicta scribuntur, iuxta Hebræum vero, ab ipso Deo, vel ab angelo in persona Dei: Vnde & Moyses Num. 14. allegat hanc reuelationem, & admonet Deum suorum epithetorum, vt eius iram mitigaret, cum ait: Magnificetur fortitudo Domini, sicut iurasti, dicens: Dominus patiens, & multæ misericordiæ, &c. Sed non abs re dicemus, si vtrumque factum fuerit, & quod Dominus sequentia eius nomina, & epitheta prius recensuerit, eorum cognitionem & intelligentiam Moysi infundens, & quod Moyses tantæ dulcedinis notitia allectus, eadem in gratiarum actionem protulerit. Nec sic Scripturam interpretari durum alicui videatur, cum & alia loca sic intelligenda fore compertissimum sit, sicut in parabola vineæ Math. 27. dicitur: Aiunt illi: malos perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis: Et tamen Marc. 12. Et Lucæ 20. hæc verba, abipso Domino dicta fuisse constat textum intuenti: Quæ sic intelligi oportet, vt eadem verba, à Iudæis dicta, iterum à Christo Domino prolata fuerint, quasi eorum responsionem comprobaret. Porro, vbi primo dicitur: Dominus, in Hebræo est nomen tetragrāmaton, cuius cognitionem cōmunicasse credo Moysi, altiori quodam modo, infra diuinæ tamē essentiæ claram visionem: Geminatur vero vox, Dominus, iuxta Hebræum: Et Vulgatus pro illa, Dominatorem legit, vt scilicet respectū dicit ad creaturas, sicque ex tempore Dominus, & dominator, dictus est, ex earum creatione. Cum autem additur, Deus, ad prouidentiam earum spectat, dicente S. Dionysio: Deus est, qui videt omnia, prouidentia & bonitate perfecta.

קרא

Diony. cap. 12 de di. no.

9 *Misericors & clemens.*] Dicitur Deus misericors, non secundum passionis affectum, sed secundum effectum, per hoc quod aliorum miserias repellit, seu quoslibet defectus sibi oppositos. Sic S. Thomas. Porro, dicitur, clemens. Etsi aliqui, iuxta vim vocis Hebraicæ, putent legendum esse, gratuitus, siue gratificus, quod dictum existimant in ordine ad gratuita dona superaddita, quęcumque illa sint: sed doctores cum Vulgato, legunt: Clemens, sic autem dicitur Deus, quod moderator sit externarum punitionum; hoc enim proprium est clementiæ, in quo à mansuetudine secernitur, vt inquit S. Thomas, quod proprie hæc, passionē iræ minuat, illa, externā punitionem ex quadam animi lenitate, ex qua iudicat esse æquū, nequis amplius puniatur.

S. Tho. p. p. q. 21. ar. 1. corp.

S. Tho. 22. q. 157. a. 1. corp. & a. 4. ad 3.

10 *Patiens & multæ miserationis, ac verax.*] Iuxta Hebręum est: Tardus ad iram, & multus misericordia, & veritate. Et quidem in Hebræo, vbi nos legimus, patiens, est *Erech appaim*, idest, longus naribus, seu tardus ad irā, quod idem est, quod patiēs, sicq. vocatur in ordine ad creaturas rationales delinquentes, quarum culpas interdum dissimulat, vt pęnitentiæ locus detur. Iuxta illud Sap. 11. dissimulans peccata hominum, propter pęnitentiā. Iam dicitur: Multæ miserationis, sic & Septuaginta. Chaldæus: Multa faciens bona, in quo insinuatur, non solum Deum misericordē esse, sed in hoc multum esse, quod nos dicimus *es grande hombre deso*, cui Chaldaica lectio arridet, Siue sic dicitur, quod varijs modis, ex diuersis causis, suam in creaturas misericordiam exerceat, non solum quia patrati sceleris pęnituerint ex animo, sed quandoq. ex intuitu tantum calamitatis, quam patiuntur, sicut fecit, cum filijs Israel, quos ex Ægypto proinde eduxit, quod illorum afflictionem viderit, immo quandoq. & nullo sceleris dolore præcedēte, nec quod in afflictione sint, sed mere ex gratuita voluntate, vt in se factum refert S. Paul. 1. ad Thim. 1. Aliquando ad preces aliorum, quandoq. ob bonorum societatē, sicut cum Sodomis fecit quousq. iusti inde egressi fuissēt: sunt itaq. pęne infinitæ misericordię viæ in Deo, multus itaque ad misericordiam. Subditur: Et verax, scilicet, in promissis: Iuxta Hebręum vero, multus etiā dicitur in veritate, quod multis modis Deus, promissis stet pręter omnem hominum expectationē. Dici etiam potest iuxta Hebręum, multus in veritate, secundum nominis proprietatem, quod cum veritas sit cōformitas rei ad intellectum, in Deo, non solum eius intelligere est suum esse, sed & mensura & causa omnis alterius esse, & omnis alterius intellectus, ac proinde ipsamet veritas, sic S. Thomas.

ארך אפים

S. Tho. p. p. q. 16. a. 5. corp. & 12. q. 3. ar. 7. corp.

11 *Qui custodis misericordiam in millia.*] Sic Septuaginta: at iuxta Hebręum est: Seruans misericordiam millibus. Chaldæus: Custodiens bonitatē in mille generationes. Quasi dicat: Qui probitatis priorum numquā obliuiscitur, supraq. condignum sanctos remunerat, ipsorumq. posteris perinde benedicit, & gratiam patrum in posteros conseruat.

12 *Qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusq. apud te per se innocens est.*] Sic & Chaldæus. At iuxta Hebræum est: Ferens iniquitatem & pręuaricationem, & peccatum, & innocentem iudicando, non innocentem iudicabit. Et quidem iuxta Vulgatum satis apertus est sensus; Deus enim est, cui proprium est peccata & scelera condonare; solus enim est qui propria autoritate peccatum remittit. Nec desunt qui tria prædicta verba, tria peccatorum genera insinuare dicant, etiam iuxta vim vocis, scilicet, quæ ex ignorātia, aut fragilitate, vel ex malitia fiunt. Quod autem subditur: Nullusque apud te per se innocens est, sic consequenter intelligendum est, quod nullus ex se proprium relaxare peccatum potest, nisi à Deo remittatur: Sic S. Gregorius. Vel ex se nullus est innocens, siquis autem fuerit, à Deo habet. sic Rabanus: Non ex se, vel quod apud Deū nullus de sua sanctitate iactare se potest, licet apud homines sic appareat, nec impune delinquet. Iuxta Hebræum vero, sic quidam interpretantur, vt doceāt, Deum nō esse ad modum victoris tyrāni, & crudelis, qui indiscriminatim grassatur, nec sexui aut ætati parcit; sed est clemens, non in omnes sæuiens, sed nonnullis parcens.

Grego. 1. mor. cap. 12. Rab. in Exod.

13 *Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.*] Iuxta Hebræum est: Visitans iniquitatem patrum super filios, & super filios filiorum, super tertios, & super quartos. Septuaginta: Inducens peccata patrum super filios. Chaldæus: Visitans peccata patrum in

filios,

c d e h l m n
quæ corporis positio solita erat, cum salutarent Deum. .i. salutans, seu reuerentiam exhibens. Hebraismus .i. si tibi gratus sum.
a b c d e f g h i K l m n o
Festinusq. Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam in-

d f g k l m
timens, ne aliquo populi peccato promissum impediretur, orat ne quod ealo permittas, idq. semel & iterum deprecatur. .s. in propitiatorio oracula edens, sicut promiseras. .i. rebellis, & facilis ad exuendum legis iugum.
a b c d e f g h i K l m n o
conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum (populus enim duræ ceruicis est) & auferas

o a b e f K l
supplicijs deterrendo, & erudiendo. quasi dicat, sic tamen quòd, vt hereditatem tuam respiciens, non deseras. pro, ineo .i. renouo. datum in decalogi promulgatione, in primo ieiunio Moysi quadraginta dierum.
a b c d e f g h i k l
iniquitates nostras atque peccata, nosq. possideas. Respondit Dominus: Ego inibo pactum

a b c e f g h i k l m n o
iuxta Hebræum: coram omni populo. .i. miracula. sub. quamplurima, ex quibus mirabiliora quædam erant, vt hiatus terræ, quo absorpti sunt Dathan & Abiron, & ruina Hierico ad sonitum tubæ, & his similia.
a b c d e f g h i k l m n o
videntibus cunctis, signa faciam quæ numquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus:

e f g h i k l m n o p
.i. inter quos habitas. .i. mirabilia quæ faciam seu terribile .i. formidabile. .i. custodi, in persona Moysi populum alloquitur.
a b c d e f g h i K l m n o p
vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. Obserua

f g h i K l m
Qui, quæ hactenus vidisti, signa feci, quam tu negasti, in modo tui ambulans eijciam illos. .i. expellam. .i. ad aduentum tuum, & coram oculis tuis, sustinetq. Moyses populi personam. Quod ad metam eorum culpa peruenisset, has omnes gentes perdet Dominus, quarum loco subrogares selectum populum.
a b c d e f g h i K l m n o
cuncta quæ hodie mando tibi: ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum,

b
Gergesæum tacet, forsan quod ante aduentum Israel recesserit.
a b c d e f g h i K l m
& Hethæum, Pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebusæum. Caue ne vmquam cum

i K l m a b c d e K m
ob periculum, fœdus cum gentibus inire prohibet. .i. scandalum. .s. in quibus Idolis litant.
a b c d e f g h i k l m n o
habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: sed aras eorum destrue,

a b c d K
vt nullum idololatriæ vestigium reliquum sit. .i. arbores, sub quibus conuiuia, saltationes, & inhonesti concubitus fiebant, hic erat idolorum cultus. per tropum sic dicitur, quod non patiatur consortium in cultu & amore hominum, alterius cuiusque pro vero Deo habiti.
a b c d e f g h i k l m
confringe statuas, lucosq. succide: noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes nomen eius,

c o a
idem quod zelotes. repetitio est eiusdem. per tropum, fornicatione spirituali, quæ idololatria est.
a b c d e f g h i k l m n o
Deus est æmulator. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, cum fornicati

fuerint

Digitized by Google

i. idolis. — *prohibitio est, non edendi de immolatis. sed, soluta lege, non est malum, nisi propter conscientiam, vel scandalum, vt ad Corinth. scribit Paulus cap. 5.*

fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de

ob periculum, ne seducerent corda filiorum Israel: & intellige, nisi prius ad cultum veri Dei conuerterentur. — *per tropum fornicatione spirituali, scilicet idololatria.*

immolatis. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis: ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ,

i. inducant. — *sicut fecerunt postmodum, inducendo Salomonem.* — *omne simulachrum pro deo habitum comprehenditur.* — *de qua supra cap. 12.*

fornicari faciant & filios tuos in deos suos. Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem

supra cap. 12. — *i. in mense Nisan, seu principio Aprilis.*

azimorum custodies. Septem diebus vesceris azimis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis

s. fructuum. — *In memoriam quippe huius exitus, Phase celebrabatur.* — *i. omne primogenitum, siue primo natum.*

nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Aegypto. Omne, quod aperit vuluam generis

i. mihi dicatum, siue offeretur. — *i. mihi dicatum.*

masculini, meum erit. De cunctis animabus tam de bobus, quam de ouibus, meum erit.

cuius caro, vt immunda respuitur: Idemq. de omnibus immundis animalibus intelligendum est. — *quasi dicat: nec oue redemeris, nec pretio pecunia.* — *i. exibueris.*

Primogenitum asini redimes oue: sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum

quinque siclis Num. 8. præter primogenitum filiorum Leui. — *sub. cum deduces in templum, vt redimas.* — *i. sine aliqua oblatione, præter pretium redemptionis.* — *etiam opus seruile.*

filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die

s. Sabbatho. — *quasi dicat: tametsi vos alio vocet priuata vtilitas, vel arandi, vel segetes demetendi.* — *siue pentecostes, expletis septem hebdomadibus, à prima azimorũ, in memoriam datæ legis, & in gratiarum actionem pro nouis fructibus, primitiæ offerebantur Domino largitori.* — *i. celebrabis.*

septimo cessabis arare, & metere. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum

sub. collectæ, quod scilicet anni fructus tam collecti, & conditi sint. — *quia iuxta antiquam supputationem, tunc incipiebat annus, scilicet, mense Septembri.* — *s. Aequinoctio Autumnali.* — *i. omnes fructus reconduntur, & aceruantur.*

messis tuæ triticeæ, & solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus

In prædictis, scilicet, tribus festiuitatibus. — *In tabernaculo. s. vel templo habitantis.* — *iuxta Hebræum, dominatoris.*

temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.

i. abstulero, vel auferam. — *i. ad aduentum tuum, seu à conspectu tuo.* — *i. habitationis tuæ.* — *ex terrore, quem interim incutiet Deus illis gentibus.*

Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ,

ascendente.

a e f g h K l m n o p a b c d
i.proficiscente. *in tabernaculo, scilicet, vel in templo, vbi assistam.* *prædictis, scilicet, festiuitatibus.* *i. excluso è domo tua omni fermento, immolabis agnum paschalem, & non aliter.*

a b c d e f g h i K l m n o p
ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Non immolabis super

c d e f g h i k l g m a b c
i. agni paschalis. *i. non reseruabitur in crastinum vel minima pars agni immolati.* *iuxta Hebræum: vsque mane.* *sub. quas dederit terra à te culta.*

a b c d e f g h i K l m
fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de victima solennitatis Phase. Primitias

d K n
tamquam datori omnium Deo offeres. *vide supra cap. 12.* *pro, cum.*

a b c d e f g h i k l m n o p q
frugum terræ tuæ offeres in domo Domo Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ.

S C H O L I A.

14 *Festinusque Moyses incuruatus est pronus in terram, & adorans, ait:*] Adorare hoc loco, pro eo, quod est reuerentiam exhibere intelligo, cum corporis solita positione, quæ designatur, cum dicitur: incuruatus est pronus in terram. Volens itaque Dominum deprecari, & illum alloqui, adorat primo, siue reuerentiam exhibet, sicut facere solent, qui ad Regem verba facturi sunt.

15 *Obsecro, vt gradiaris nobiscum; populus enim duræ ceruicis est, & vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.*] Iuxta Hebræum est: Vadat nunc Dominus per medium nostri, quia populus duræ ceruicis est, & parces iniquitati nostræ, & peccato nostro, & hereditate accipies nos. Septuaginta: Simul eat Dominus meus nobiscum. Chaldæus: Eat obsecro maiestas Domini inter nos: In tertia persona idiotismo solito, & apud plerosque hic loquendi modus frequens est, *Irà V. Magestad en persona à esta jornada?* Modo quidam existimant, Moysen hoc loco, (quod duræ ceruicis, & pronum in malum, & labilem de facili populũ cognosceret, licet illi hoc à Deo cõcessum fuerit, vt ex superioribus constat) orare tamen, ne permittat aliquo populi peccato tantum beneficium impediri, tamquam non securus, non vtique de Dei promissione, sed de populi demerito. Et quidem, quod maxime conducit, sine intermissione petendum est à Domino, sic ex feruore & charitate in populum, Moyses facit, sicut & Christus Dominus postmodũ in monte Oliueti docuit. Iam, quod ait: Gradieris nobiscum, Domini præsentiam in propitiatorio respicit, responsa cum daret; ex hoc enim Dominum in medio populi fuisse dictum est. Porro, postulat, vt cum Israel ceruicosus sit, ita eum complectatur, vt supplicijs illum erudiat, & à peccatis deterreat, numquam tamen penitus abijciat eum, sed possideat vt propriam hereditatem. Rursum, quod, cum durus esset, Dei clementia, & misericordia maxime indigeat, ideo Dei præsentiam optat.

16 *Ego inibo pactum videntibus cunctis.*] Sic Chaldæus: Iuxta Hebræum: Ferio fœdus coram omni populo tuo. Septuaginta: Ecce ego pono tibi pactum coram omni populo tuo. Itaque Vulgatus, & Chaldæus, de futuro loqui videntur, at iuxta Hebræum, & Septuaginta, est de præsenti: Ego pono, vel ferio fœdus. Quare, iuxta nostram lectionem, quidam de fędere principatus, & sacerdoti verba hæc intelligi volunt, & de signis ibi factis explicant sequentia verba. Alij de fędere illo intelligenda censent, quod Dominus postea cum Hebrei iniuit in terra Moab Deuteron. 29. Sed hoc non fui nouum fędus, sed antiquum renouatum. Quar hoc loco verosimilius dicendum apparet, verbun inire hic sumi, pro eo quod est renouare, & confirmare fędus iam antea initum, maxime cum ea omnia, quæ subduntur, non sint diuersa ab his, quæ i promulgatione decalogi, iam in superioribus ca pitibus, ex Dei iniuncto, pronunciauerat Moyses Quare, inibo, in futuro positum est pro præsenti, ve in futuro, non quidem multo post; sed occasione & tempore, iam iam instante. Præterea, iuxta Hebræum, & Septuaginta, dicitur: Coram omni populo tuo: quæ verba Augustinus, qui lectionem Septuaginta sequitur, dicta existimat, quod Moyse vnus de populo illo esset, vel quod de illo tantopere sollicitus esset, tamque fideliter æmularetur.

17 *Signa faciam, quæ non sunt visa super terram nec in vllis gentibus.*] Per hæc signa Rabanus, & Rupertus incarnationem Verbi diuini intelligunt sed hæc ad mysticũ pertinent sensum: Qui vero putant, sermonem esse de fędere principatus, & sacerdotij, dicunt hæc signa esse, quæ in Dathan & Abiron facta scribuntur Num. 16. & 17. maxime, quoc Septuaginta legunt: Quæ ego faciam tibi illic; & Chaldæus: Et videbit omnis populus, in cuius medio tu es, idest, inter quos tu habitas, opus Domini, quia terribile est, quod ego faciam tecum, idest propter te. Sed præstat hæc, & alia facta intelligere, quæ frequenter legimus, inter quæ alia mirabiliora apparent, vt quod factum legimus in Iordanis transitu, Iericho ruina ad tubæ sonitum, terra hyatu, quo absorpti fuere Dathan, & Abiron, & his similia: lectio autem Septuaginta, & Chaldæi contractior, videtur, & respicere tantummodo quæ in commendationem Moysi facta sunt. At Vulgata & quæ iuxta Hebræum est, etiam & alia comprehendit. Porro sunt, qui hanc clausulam superioribus verbis coniungant, vt sit sensus, signa faciam videntibus cunctis: sed correctior textus, verba illa: Videntibus cunctis, cum præcedentibus coniungit, vt sit sensus, cunctis cernentibus, inibo fędus.

18 *Obserua*

18 *Obserua cuncta, quæ hodie mandaui tibi.*] Iuxta Hebræum est: Serua tibi, quod ego præcipio tibi, hodie. Et quidem Hebraismus est, idest, custodi, siue caue, & serua tibi, ex Hebræo, idest, serua. Iam verbum, mandaui, præteritum pro præsenti positum est, sicut ex Hebræo legitur, & sic etiam Septuaginta, idest, quæ mando. Et quidem his verbis ad Moysen licet loquatur, hoc est, vt personam populi induit, & mandare dicitur, quasi renouare, quæ iam ordinauerat in priori Moysi ieiunio quadraginta dierum, antequam populus peccaret, volens executioni mandari, tanquam si denuo præciperentur. Et quoniam, quæ sequuntur, magna ex parte in superioribus exposita sunt, nunc breuiter tantum aliqua attingemus.

19 *Ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum.*] Inter hos Gergesæum tacet, qui in lectione Septuaginta exprimitur; forte quia ante ingressum filiorum Israel in terram promissionis, iam de terra illa recesserat. Porro, cum dicitur: Ego ipse, emphasim habet, quasi dicat, qui, quæ experti estis, magnalia feci, quem vos negastis, in medio vestri habitans. Porro, dicitur: Ante faciem tuam, idest, aduentum vestrum, vobisque ceruentibus: Promittit itaque impiorum exterminium, quorum crimina occulto Dei iudicio ad metam peruenerant, qui in selecti populi gratiam conterendi erant, & in ipsorum locum subrogare Israel decreuerat Deus.

20 *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam.*] Iuxta Hebræum: Caue tibi, ne forte ferias fœdus cum habitatore terræ, ad quam ingredieris, ne forte sint in laqueum in medio tui. sic & Chaldæus, & Septuaginta: Caue tibi, Hebraismus est, idest, caue. dicitur tamen in singulari, cum habitatore, Hebræorum more, singulare pro plurali, vt est in Vulgàto. Dicitur: In medio tui, idest, inter vos. Septuaginta legunt. Ne forte disponas pactum habitantibus in terra, in quam tu ingredieris, ne forte fiat offensio in vobis: ex quibus verbis constat, quomodo Moysi in persona populi loquatur, cum ipse nec ingressurus esset terram illam, & per consequens, nec cum illis inire fœdus posset. Porro, amicitias iungere, siue fœdus inire prohibet Deus cum infidelibus, ipsis Israelitis, quos pronos ad idololatriã nouerat, ne ex eorum familiaritate ad illam inducerentur; infirmis siquidem, nisi magna vrgeat necessitas, ob periculum, interdicendum esse consortium cum infidelibus, aduertit Sanctus Thomas: Et quidem nouerat Dominus procliues ad scelera, facile sceleratorum consortio in deteriora labi. *Tho. 22. q. 10. a. 4. corp. & ad 1.*

21 *Sed & aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide.*] Iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum in plurali legitur: Destruetis, cõfringetis, succidetis; sermo enim est ad populum, siue ad Moysen populi personam repræsentantem. addunt Septuaginta: Et sculptilia deorum eorum comburetis igni; sed hoc parum refert: hæc vero præcipit, vt nullum idololatriæ vestigiũ remaneret. Lucos vero vocat, vt R. Dauid ait, arbores, quæ erant in cultum idolorum, iuxta eorum aras constitutæ, sub quibus idolorum cultores in partem sui ritus comedebant, saltabant, & nefarios concubitus exercebant, quibus maxime dæmones delectantur, & à suis cultoribus requirebant.

22 *Noli adorare deum alienum, Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator.*] Zelus, vt inquit Sanctus Thomas, amor est intensus, non patiens consortium in amato, quod si de honesto bono fuerit, zelus bonus est: per tropum autem zelotes Deus dicitur, metaphora sumpta à zelo maritali, vt inquit Augustinus, quod castitatem custodiat vxoris, in quantum non patitur Deus, ab homine, aliquem præter ipsum, pro vero Deo coli, aut amari: quod licet Deo nocere nequaquam possit; nobis tamen maxime prodest. Nefas quidem est, immundis, ac profanis dæmonibus, cultum vero Deo debitum impendere. sic etiam explicat Cyrillus. Porro, iuxta Hebræum est: Quia non incuruabis te Deo alteri. Septuaginta: Non enim adorabitis Deum alienum. Chaldæus: Non enim adorabis idola populorum; verum hæc idem sunt, quæ abunde à nobis supra cap. 20. exposita sunt. *S. Tho. in cap. 11. 2. ad Cor.* *Aug. q. 158. in Exod.* *Cyrill. lib. 3 contra Iulianum.*

23 *Ne cum fornicati fuerint cum dijs suis.*] Castitatis nomen, licet proprie circa concupiscentias delectabilium, quę in Venereis sunt, versetur, metaphorice tamen, in cultu vnius Dei spiritualis castitas cõseruari dicitur, & per consequens per cultum idolorum corrumpi: & fornicatione spirituali, per talem cultum fornicari idololatra dicitur, sic Sanctus Thomas. *S. Tho. 2. 2. q. 151. a. 2. corp. & ad 3.*

24 *Et comedes de immolatis.*] Septuaginta: Et comedes de sacrificijs eorum. sic Chaldæus: Ecce quomodo tempore legis prohibitum erat de immolatis idolis edere; ac proinde talis esus malus moraliter erat, soluta autem lege, vt ad Corinth. Paulus scribit: Non est peccatum, nisi propter conscientiam, vel scandalum.

25 *Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant: & filios tuos in deos suos.*] Prohibet Dominus de vicinis, maxime gentibus, vxorem ducere, ob periculũ idololatriæ, vt in Salomone postmodum expertum est, cuius cor ab alienigenis seductum fuit: quare si ad legis cultum se transferrent, duci poterant in vxores, quibusdam præmissis legalibus cæremonijs, vt suo loco videbimus, sicque fecit Ruth, quam Booz vxorem accepit, ita aduertit Sanctus Thomas. *S. Tho. 12. q. 105. a. 4. ad 6*

26 *Deos conflatiles non facies tibi.*] Omnium simulachrorum genus fictitiorum deorum, pro Deo haberi prohibet; licet enim fusilem tantum exprimat statuam, quascumque, siue etiam ductiles intelligit, quæ communi, popularique errore pro Deo colerentur, vt annotauit Augustinus. *August. locut. 129. in Exod.*

27 *Solennitatem azimorum custodiens, septem diebus vesceris azimis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum.*] Repetit, inquit Rabanus, Dominus, quæ in prioribus commendauerat cap. 12. Quæ ideo breuius perstringemus. Porro, in mense nouorum, siue nouarum frugum, sic Septuaginta, & Chaldeus; in Hebræo est *Abib*, qua voce, vt diximus, nouæ, virescentesque fruges designantur; vel culmum significat, quando scilicet de culmo primum prodit spica, quod apud Palæstinos mense Martio, vel principio Aprilis fieri produnt, qui de his scribunt. *Rabanus in Exod.* אביב

Omne

Digitized by Google

28 *Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit.*] Periphrasim primogeniti esse, docet S. Hieronymus, aperire vuluam. Quod vero hic apetie dicit, meum erit, idest, mihi dicatum, supra cap. 13. dixerat: sanctifica mihi; quasi dicat: mihi, siue meo cultui ducatum erit omne primogenitum; sic aduertit Cyrillus: Et nequis putaret id tantum esse in hominibus, de pecoribus idem subdit: De cunctis, inquit, animantibus: sic Septuaginta. At Chaldæus: Primogenitos in pecoribus tuis, sanctificabis.

Hieron. aduer. sus Heluid. ä.

Cyrill. lib. 11. in Ioan. c. 15.

29 *Primogenitum asini redimes oue.*] Septuaginta: Primitiuum subiugalis; sic legit Augustinus, & dicit, partem pro toto esse positam, pro quolibet, scilicet iumento, etsi subiugale non sit: caro autem eius, vt immunda respuitur, nec redimi vult alio, quam oue; sed certe, si iuxta versionem Septuaginta, textus expendatur, satis constat, & pretio posse etiam redimi, vt sequenti scholio videbimus.

August. locut. 131. in Exod.

30 *Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur.*] Iuxta Hebræum est: Et si non redemeris, ceruicem truncabis illi, est est enim in Hebræo *Eraphto*, idest, excerruicabis illud, Chaldæus: Truncabis illi caput. Septuaginta: Si autem non redemeris, pretium dabis eius. Quod quidam se non intelligere fatentur, & certe exprimunt Septuaginta, quod Vulgatus vno verbo comprehendit, dicens: Si nec pretium dederis: quasi suppones quod dixerat: Oue redimes; quasi dicat: Si non redemeris oue, nec pretium pro eo dederis: Et hoc est, quòd Septuaginta legunt: Si non redemeris, scilicet oue, pretium dabis eius.

ערפתו

31 *Primogenitum filiorum tuorum redimes.*] Hoc quidem de omnibus intelligendum existimo, exceptis filijs Leui, quos in cultu tabernaculi perpetuo dicatos esse voluit Dominus, vt Num. 8. videbimus: aliarum vero tribuum, quinque siclis primogenita redimebantur.

32 *Nec apparebis in conspectu meo vacuus.*] Iuxta Hebræum est: Et non conspicientur coram me vacui, ex qua lectione constat, hanc clausulam superiori coniungi oportere, licet itaque alibi præceperit Dominus, numquam ante illius conspectum, in tabernaculo scilicet, vel postmodum in templo, absque munere aliquo debere quempiam apparere, hoc tamen loco peculiariter loquitur, cum scilicet, primogenitum redimendum in tabernaculum, vel templum inducerent; Vnde beata Virgo, & obtulit par turturum, & redemit sanctum filium suum, iuxta legem, licet apud Lucam Euangelistam, non exprimatur.

33 *Sex diebus operaberis, in die septimo cessabis arare, & metere.*] Chaldæus: Septimo autem die requiescas, in seminationis tempore, & messis quiesces: à qua repetitione Vulgatus cõsulto abstinuit, vtpote superflua ad orationis intelligentiam; expressit vero arandi, & metendi tempus; quasi dicat: volo diligenter Sabbatha mea obseruari, tametsi vos alio vocet priuata vtilitas, vel arandi, vel segetes demetendi. sic aduertit Augustinus, sed de hoc supra cap. 20.

Aug. q. 160. in Exod.

34. *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi, in primitias frugum messis tuæ triticeæ.*] Sic iuxta Hebræum: Iam solennitas hæc celebratur quinquagesima die post primam azymorum, proxima die post exactas septem septimanas; à nobis autem festum hoc Pentecoste dicitur, & à Moyse ex iniuncto Dei institutum, in memoriam datæ legis in monte Sinai, & institutæ Ecclesiæ fidelium: Quo etiam festo, in gratiarum actionem, pro nouis fructibus, primitiæ offerrebantur Domino largitori.

35 *Et solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.*] Iuxta Hebræum est; Et festum collectionis in reuolutione anni. Septuaginta: Et festum congregationis, mediante anno. Chaldæus: Et solennitatem, quando egrediente anno, fructus congregantur, siue conduntur, quæ idem sunt cum litera nostra. Porro, pro iam susceptis omnibus terræ nascentibus, mense Septembri hæc collectæ solemnitas instituitur, in gratiarum actionem. Includebat autem solennitas hæc, & tabernaculorum festum, quod per dies septem immediate præcedentes celebrabatur, eratque initium anni, finisque alterius, iuxta antiquorum supputationẽ, licet ob tantum beneficiũ, quo donati sunt Hebræi in exitu ab Aegypto, ex tunc annus nouus supputari cœperit, in mense, scilicet Nissan; pro legalium tamen solennitatum obseruantia, duntaxat.

36 *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum, in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.*] Iuxta Hebræum est: Tribus vicibus in anno: sed hoc idem est cum sensu literæ nostræ. Porro, enumeratis tribus anni præcipuis festis Iudaicis, quæ suis temporibus, vt diximus, quotannis celebrabantur; eisdem temporibus, & festis, vt S. Hieronymus annotauit, ascẽdere tenebatur omne masculinum in domum Domini vbi, scilicet tabernaculum esset, & postmodum in templum, quando erectum fuit, vt aduertit Augustinus.

Hieronym. 1. cap. Zac.

Augu. q. 16 in Exod.

37 *Nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te.*] Iuxta Hebræum est: Et non concupiscet vir terram tuam. Sic Septuaginta, & Chaldæus: *Camad*, enim concupiscere, seu desiderare significat: at Vulgatus magis sensum quã verba sequutus est. Securos quidem nec sollicitos ascendere posse pollicetur Deus, prædictis tribus vicibus, & custodiam suam promittit; terrore siquidem vicinarum gentium corda interim inuadente, nullus eorum bona concupiscet sic vt insidiari audeat, vt sic Israelitarum nullus, è domo & terra sua abesse formidaret. sic interpretatur S. Augustinus. Nec tamen proinde cum aliquibus inferre licet Hebræorũ quempiam, nec vigiles eo tempore retinere potuisse, nec ianuas etiam nocte claudere, ac munire; hæc enim superstitiose subintelligi videntur, cum boni magistratus officium non proinde negligendum foret.

חמד

Aug. q. 16 in Exod.

38 *Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ.*] Iuxta Hebræum est; Sacrificij mei. Sic Septuaginta, at Chaldæus: Phase mei; idemque est omnium sensus, iuxta Augustinum; quasi dicat: Antequam victimam immoles, seu agnum, remouebis fermentatum de domo tua; erant enim dies illi azymorum, & nefas erat tunc apud se fermentatum retinere, vt supra cap. 12. vidimus.

Aug. q. 16 in Exod.

39 *Neque residebit mane de victimis solennitatis Phase.*] Iuxta Hebræum est: Neque pernoctabit vsque

bit vsque

bit vſque mane ſacrificium ſolennitatis peſac : de hac itaque paſchali victima ſermo eſt, licet Chaldæus de quacumque intelligere viſus ſit : prohibet itaque nec minimam agni paſchalis partem in craſtinum referuari, vt cap. 12. vidimus, ſicque interpretatur ſanctus Auguſtinus.

40 *Trimitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus: Iuxta Hebræum eſt: Principium primitiuorum terræ tuę, ideſt ; primitias illas primas, quas terra à te culta reddiderit, ſed de hoc ſupra cap. 22.

40 *Non coques hædum in lacte matris ſuæ.*] Ita iuxta Hebræum; & Septuaginta, & Chaldæus: Cuius ſenſum elucidauimus ſupra cap. 23.

e g h i K l m n o p q
Hebraiſmus eſt. i. ſcribe in libro, ſcilicet, legis. *ſ. decalogi mandata.* *In illis, ſcilicet continetur fœderis ſubſtantia, ſcilicet, quod Deus ſit huius populi, & populus illum ſolum pro Deo colat, & etiam conditiones fœderis.*
a b c d e f g h i K l m n o p q
Dixitq. Dominus ad Moyſen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus.

a c f g h i l p
ſ. Moyſes. *i. in Monte Sinai.* *ſicut prima vice.* *i. cibum.* *i. potum.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies et quadraginta noctes: panem non comedit, et aquam

d g
ſ. Deus, vt Deut. 10. aperte dicitur. Aug. q. 165. in Exod. *i. decem præcepta decalogi.*
a b c d e f g h i k l m n o p
non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. Cumq. deſcenderet Moyſes de monte Sinai,

c d h K l
quod tabulæ ad hoc eſſent, vt eſſent teſtimonium fœderis. *i. radians, ſiue radios emittens, ſic iuxta Hebræum: Septuag. glorificata, ideſt, ſplendida.* *ſ. vndique.*
a b c d e f g h i K l m n o
tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis

h k l m a
i. radios emittentem. *ſub. vndique.* *ob inſolitum miraculum, y que deſlumbraua ſu viſta dellos.*
a b c d e f g h i K l m
Domini. Videntes autem Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope

k
i. præcipui, & magnates.
a b c d e f g h i K l m n
accedere. Vocatiq. ab eo, reuerſi ſunt tam Aaron quam principes ſynagogæ. Et poſtquam

a b c d
ſub. vocauit illos.
a b c d e f g h i K l m n o p
locutus eſt ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ

g h
i. quouſque ſermonis conſummaſſet.
a b c d e f g h i K l m
audierat à Domino in monte Sinai: Impletiſque ſermonibus, poſuit velamen ſuper faciem

b c d e K
ſ. velamen. *ſub. tabernaculum, cum Deo verba facturus.* *ſ. velamen.*
a b c d e f g h i K l m n o
ſuam. Quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc

a c d i k
obducto ſcilicet velamine: *ſub. à Domino.* *ſ. Iſraelitæ.*
a b c d e f g h i k l m n
loquebatur ad filios Iſrael omnia quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis

c
i. fulgore radiantem.
a b c d e f g h i K l m n o
Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

SCHO-

SCHOLIA.

41 *Scribe tibi verba hæc, quibus & tecũ, & cum Israel pepigi fœdus.*] Minus caute quidam hoc loco trepidant, & interpretari conantur, quomodo Moyses decem præcepta in tabulis istis scripserit, vel instrumento aliquo, vel quod manum apponens ad scribendum, continuo scriptas miraculose conspexerit. Sed de re hac nulla potest esse dubitatio, cum aperte Deut. 10. dicatur, has secundas tabulas scriptas fuisse digito, idest, opere Dei: quod igitur hic dicit: Scribe, de libro legis loquitur, in quo scribẽda præcepit, quæ digito suo in lapideis tabulis Deus scripserat.

42 *Quibus & tecum, & cum Israel pepigi fœdus.*] Iuxta Hebræum est: Quia secundũ verba ista pepigi fœdus tecum, & cum Israel. Septuaginta: In sermonibus his posui tibi fœdus. In quo igitur in fœdere conuenerunt, est, in obseruantia horũ præceptorum, sicque & Deus eorum esset, & ipsi eius populus.

43 *Quadraginta dies, & quadraginta noctes panem non comedit, & aquam non bibit.*] Panis, & aquæ nomine, cibus omnis, & potus comprehenditur, sicut moris est in Scriptura, vt Hieronymus, & Augustinus annotarũt. Iam secundo in datione legis ieiunauit Moyses, vt Gregorius aduertit: Et quadragenarium numerum frequẽter in sacris litteris pœnitentiæ operibus esse adiunctum, annotant S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Hieronymus, & Maximus Taurinensis Episcopus.

Hier. in cap. 1. Isai. Aug. q. 165. in Exod. Greg. in cap. 11. 1. Reg. Basil serm. 1. de ieiunio. Chrys. ser. 1. de ieiunio. Hiero in 29. Ezech. Maxim. ho. 3. de ieiunio.

44 *Et scripsit in tabulis verba fœderis decem.*] De Deo ipso sermo est, ipse enim est, qui in tabulis prima, & secunda vice, decem verba scripsit, sic nos in scholio 42. huius capitis aduertimus; & certissimum esse diximus, ex 10. cap. Deut. quod & acute notauit S. Hieronymus aduersus Iouinianum, etsi oppositum videatur scribere S. Augustinus, forsan, vt solet, ex aliorum sentẽtia. Porro, iuxta Hebræum est: Et scripsit in tabulis verba fœderis, decẽ verba. Sed Vulgatus, vt sæpe, abstinet ab hac repititione. Cæterum hoc loco, forsan repetitione illa, quæ est in Hebræo, innuitur, non omnia fœderis verba, sed decem tantum illa decalogi præcepta, quæ & legis naturæ sunt, scripta esse in tabulis, non alia cæremonialia; quæ tamen in libro legis scribere Moysen iussit; illa vero decem, quod in perpetuũ duratura, ad id insinuandum, in lapide scripserit; sed hæc facile in littera Vulgati subintelligi possunt.

Hier. lib. 3. Aug. q. 166. in Exod.

45 *Duas tabulas lapideas testimonij.*] Iuxta Hebræum, proxime ante ista verba habetur: Cum descendisset de monte Mosch, & similia, post hæc verba iterato dicitur: Cum descendisset de monte Mosch: Et licet, quæ vltimo loco scribuntur referri possint ad id quod sequitur, scilicet, ignorabat quod cornuta esset facies eius; tamen Vulgatus abstinet à solita Hebræorum repetitione, sicque verba componit, vt idem omnimode maneat sensus. Porro, testimonij tabulæ dicuntur, ex officio; adhoc enim erant, vt testificarentur fœdus initum: fœderis autem tabulæ dicebantur, quod in eis verba fœderis scripta essent.

46 *Et ignorabat, quod cornuta esset facies eius.*] Iuxta Hebræum est: Non cognouit, quod resplenduisset cutis faciei suæ. Septuaginta: Et Moyses nõ sciebat, quod glorificatus fuerat aspectus cutis faciei suæ. Chaldæus: Moyses autem nesciebat, quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui. Et quidem sunt, qui calumniari velint Sanctum Hieronymum, quod sic legerit, & in causa dicunt fuisse, vulgus cum cornibus Moysen depingeret, & Iud[...] hoc abominarẽtur, & quasi dæmonis simulachru[m] eis videretur, idque ex ambiguitate vocis accidis[se] affirmant: nam *Keren*, & *Karan* eisdem consonan[ti]bus scribuntur, at *Keren* per duplex segol, cornu [si]gnificat, *Karan* vero cum camez, & patach signi[fi]cat radians, vnde & lectio, quæ ante Hieronymu[m] in vsu Ecclesiæ erat, non vtebatur hac voce, scilic[et] cornuta, sed, glorificata, legebant; vt ex offici[o] quod Ecclesia in die transfigurationis canit, depr[e]henditur. Sed certe, & Hebræorum peritissimi, *K[e]ren* cornu significare affirmant, & ab illa verbum *Karan* descendere, quod significat cornutum esse, vnde & eorum aliqui legunt: Et Moyses nescieb[at] quod in modum cornuum radiaret cutis faci[ei] eius. Licet igitur ita sit, vt ex Moysi facie yndiqu[e] siue ex quacunque eius parte, veluti radij fulg[e]rent, ipsi radij, quod ita prominentes appareant, cornu dici solent, sicut & radij altaris thymiam[a]tis aurei, de quibus supra dicitur cap. 38. Cornua ex ipso procedent: similiter & radij lucernæ, ex v[...] cornua dici consueuerunt. Vnde & R. Salomoh r[a]dios illos Moysi, cornua magnificentiæ appella[t]. Quod autem inde rusticitas induxerit, vt veluti d[e] cornua in facie Moysi depingat, irrationabilit[er] tanquam culpa S. Hieronymo ascribi potest, [sed] vulgi imperitiæ.

47 *Videntes autem Aaron, & filij Israel, cornuta Moysi faciem, timuerũt prope accedere.*] Iuxta H[e]bræum est: Et resplendebat cutis faciei eius, & t[i]muerunt appropinquare. Septuaginta: Et erat g[lo]rificatus aspectus cutis faciei eius. Chaldæus: ecce multiplicatus erat splendor gloriæ vult[us] eius. Cornuta igitur dicitur facies Moysi, idest, v[n]dique radios emittens, qui, licet impropriè, & co[r]nua ex vsu dici solent, vt præcedenti Scholio vi[di]mus. sic S. Thomas interpretatur. Corporaliter it[a]que ait Sanctus Ambrosius, transfigurata est glor[ia] vultus Moysi; ob insolitum vero miraculum; quoniam illorum visus ex nimio splendore reu[er]berabatur, *les deslumbraua* timuerunt, nec ausi fu[erunt] appropinquare ei, tam Aaron, quam filij eius.

48 *Impletisque sermonibus, posuit velamen sup[er] faciem suam.*] Concordat & lectio iuxta Hebræu[m] quare aliqui sic interpretari locum istum volu[e]runt, vt, dum populum alloqueretur, ob maiorem auctoritatem, non obducẽret velamen, velaret a[u]tem, quamprimum loqui cessaret, vultum suum dum inter illos esset, quousque tabernaculum ing[re]deretur, cum Deo verba facturus. Sed certe is[te] sensus pugnare videtur, & cum his, quæ in fine h[u]ius capitis dicuntur, nempe. Operiebat rursus f[a]ciem suam, si quando loquebatur ad eos, & fideli[ssi]mo legis interpreti, scilicet S. Paulo 2. ad Cor. qui velamen oppositum habuisse Moysen innui[t] dum ad populum verba faceret. Germanus igit[ur] sensus est, quem Chaldaica lectio indicat, quæ l[e]git: Cumque consummasset Moyses loqui cum ei[s] posuit super faciem suam velamen, hoc est, dum l[o]queretur cum eis, quousque consummasset, semp[er] habebat velamen. sic Ambrosius: Obductum tamen velamen deponebat, cum tabernaculum, Dominum consuleret, ingrederetur.

Digitized by Google

CAPVT XXXV.

c ghi
quod eius magna pars, & seniores populi. .s. Moyses.
a b c d e f g h i k l m n o
Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit Dominus

e K l m n a
etiam seruile. .i. diuiniis dicatus. .i. requies in operibus seruilibus. .i. in honorem Dei, ab operibus seruilibus.
a b c d e f g h i k l m n
fieri. Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies

d g h i K
.s. seruile. .i. à iudice ad mortem damnabitur. .s. vnde lucrum aliquod expectetur.
a b c d e f g h i k l m n
Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis

c f g h i K l m n o a b c d
.i. ad filios Israel, qui tibi conuenerant, in quorum persona, & absentibus loquitur. .i. hoc est, quod præcepit Dominus.
a b c d e f g h i k l m n o
vestris per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est

f i
.i. ex his, quæ apud vos sunt, deligite. .i. vltronea dona.
a b c d e f g h i K l
sermo quem præcepit Dominus, dicens: Separate apud vos primitias Domino. Omnis

c d f
.i. qui sponte, vt qui prono animo est in Dei cultum, & liberalis, & prompto animo. .i. primitias, scilicet dona.
a b c d e f g h i K l m n
voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, hyacinthum

de quibus supra cap. 25.
a b c d e f g h i k l
& purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, pellesque arietum,
rubricatas, & ianthinas, ligna setim, & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur

a c f h
.s. vnctionis sacra. .i. quadam odoramentorum confectio. coloris vnguis humani. .s. pretiosas, quia auro includuntur:
a b c d e f g h i k
vnguentum, & thymiama suauissimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatum

a b c f
de quibus supra cap. 28. .i. industrius, & peritus in arte.
a b c d e f g h K l m
superhumeralis, & rationalis. Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod

d f g i K
.i. aulæa picturata, quæ conspiciebantur ab existentibus intra sanctuarium. .i. saga cilicina, quibus tegebatur sanctuarium. .i. pelles rubricatas, quæ desuper erant. .i. circulos.
a b c d e f g h i K
Dominus imperauit: Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos,

& tabu-

Digitized by Google

b c d g h l e

ex quibus, tamquam parietibus, constabat Tabernaculum. *quibus affigebantur funes, vt firmũ esset tabernaculũ: Iuxta Hebr. & Chal. colũnas.* *quibus innitebãtur columnae, & tabulatum.* *testimonij.* *.i. operimentum arcae, vnde Deus oracula edebat.* *diuidens adytum à sanctuario.*

a b c d e f g h i k l m n

& tabulata cum vectibus, paxillos & bases: Arcam & vectes, propitiatorium, & velum,

---

e g l m

ad panes propositionis. *ad vehendam mensam.* *de quibus supra cap. 25.*

a b c d e f g h i k l m

quod ante illud oppanditur: Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus:

---

c d h

.i. ad fouenda lumina. *super candelabrum.*

a b c d e f g h i k l m

Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta

---

a b e h K

.i. luminum: *de quo supra cap. 30.* *vt vehi possit.* *.s. sancta.* *.i. quadam aromatum confectio.*

a b c d e f g h i k l m

ignium: Altare thymiamatis, & vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus:

---

d e f l a

de quo in fine cap. 25. *de quo supra cap. 27.* *ad velandum, cum castrametarentur.*

a b c d e f g h i K l

Tentorium ad ostium tabernaculi,: Altare holocausti, & craticulam eius aeneam cum

---

e g

de quibus supra cap. 27. *de quibus supra cap 27.*

a b c d e f g h K l m n o p

vectibus & vasis suis: labrum & basim eius: Cortinas atrij cum columnis & basibus,

---

de quibus supra cap. 27.

a b c d e f g h i k l m n

tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis: Vestimenta,

---

c

.i. indumenta, quibus vasa, quae erant in sanctuarij ministerium, inuoluebantur, cum mouebant castra filij Israel.

a b c d e f g h i k l m n

quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt

---

a b f

.i. suo officio, siue pontificio, siue sacerdotali dumtaxat.

a b c

sacerdotio fungantur mihi.

S C H O L I A.

1 CONGREGATA *omni turba filiorum Israel.*] Iuxta Hebraeum est: Congregare fecit Moseh omnem synagogam filiorum Israel. quare aliqui tantum congregasse dicunt electos à populo, hi enim synagoga Israel dicuntur, deputati ab vniuerso populo, impossibile enim videtur audiri posse Moysen à tanta multitudine. Crediderim tamen aduocasse omnes; & licet non omnes conuenerint, more solito, quod maxima pars esset, omnibusq; liber aditus pateret, dicitur omnis turba; nam & infra dicitur: Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: quaeso, quis turbam, & cateruam vocaret, solos primiores, & selectos à populo? Sed quod praecipui, & seniores ibi assisterent, iuxta Hebraeum exprimitur potissima populi pars, qui scilicet erant de synagoga, nempe seniores, sicut dicere solemus, etiam si maximus populi concursus conuenerit ad concionem, aderant patres conscripti, & nobilissimi totius ciuitatis: vel synagogae nomine, Iudaeorum multitudo designatur.

Digitized by Google

2 *Hæc sunt, quæ iußit Dominus fieri.*] Iuxta Hebræum est: Hæc sunt verba, quæ præcepit Dominus, vt faciatis ea: sic & Chaldæus. Verba, more Hebraico, etiam pro rebus ponuntur, vt cum dicitur: Verbum hoc, quod fecit Dominus, idest, res quam fecit Dominus. Vnde Vulgatus eleganter vertit: Hæc sunt. At Septuaginta legunt: Hi sermones, quos dixit Dominus facere eos, scilicet, sermones pro verbis posuit; sed quod ambiguus sit sensus iuxta lectionem Septuaginta, non exprimens quis facere debeat, an Deus, an vero populus. Sanctus Augustinus, qui hanc lectionem sequitur, sic dici interpretatur, quod & Dominus facere dicatur, cum facientes adiuuat, iuxta illud Pauli ad Philip. 2. Qui operatur in vobis velle, & perficere. Sed licet hæc acute dicta sint, populum tamen Hebræorum, hæc facere debere ex Domini iniuncto, hoc est, quod prædictis verbis aperte dicitur.

q. 167. Exod.

3 *Sex diebus facietis opus, septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini.*] Iuxta Hebræũ est: Et in die septima erit vobis sanctificatio, sabbatum cessationis Domino. Chaldæus: In die autẽ septimo erit vobis requies sabbati sancti coram Domino. Porro, sunt, qui ideo dictum dicant: requies Domini, quasi referat, quod Dominus die septimo quieuerit ab omni opere, in prima rerum creatione: sed reuera hic dicitur, requies Domini, siue Domino, siue coram Domino, quod talis requies sit in honorem, & cultum Dei. Iam de hoc mãdato, quod quasi præcipuũ est inter legalia, & ad fidei, & charitatis fomentum, egimus supra cap. 20. vbi vidimus cessandum in eo esse ab omni opere seruili, & sanctum dici, siue sanctificationem, aut sanctitatem, abstracto nomine pro concreto, sicut sæpe fit apud Hebræos, quod separatus sit ab alijs diebus, in quibus opus seruile fieri poterat, & diuino cultui tantum dicatus. Plura aliis in locis annotauimus, & de nomine sabbati, & de pœna, qua plectendus esset sabbati transgressor, præsertim in scholio 8. vsque ad 12 inclusiue, capitis 31.

4 *Non succendetis ignem in habitaculis vestris, per diem sabbati.*] In ordine ad seruilia opera intelligendum est, vnde lucrum aliquod sperari posset, vt ex fornace, in qua lateres, vel ollæ, aut calx decoquuntur, aut etiam si succenderetur fornax ad coquendos panes, non igitur absolute dictũ putemus, vt Rabbini superstitiose extendunt ad multa, vt ad cibos parandos, & dicunt præparandos in profesto sabbati, & conductitijs Christianis vtuntur sabbato, vt illis ignem foueant, non aduertentes, sacerdotibus licuisse ignem instruere, pro iugi sacrificio die sabbati, & accendere lucernas tabernaculi, aliaque multa prohibere docent, quæ referre pudet.

4 *Separate apud vos primitias Domino.*] Primitias hic vocat oblationem spontaneam, quam & eleuationem Hebræorum aliqui legunt; quod eleuari cõsueuerit in altum, cum Domino offerebatur. Septuaginta, separationem, quod deinceps in Dei cultum à communibus vsibus separaretur. Modo, quæ ad aurum, & argentum pertinent, exuuias hostium, scilicet Ægyptiorum, fuisse putat Theodoretus. Iam, quæ offerri debeant, de quibus in textu statim subditur, & quid sibi velint eorũ singula, abunde supra vidimus cap. 25. nec sæpe eadem referre lubet.

heod. q. in xod.

6 *Quisquis vestrum sapiens est.*] Iuxta Hebræũ est: Et omnes sapiẽtes corde. sic Chaldæus. Septuaginta: Et omnis sapiens mente: quæ omnia hominem industrium significant, siue ingeniosum, & artis peritum.

7 *Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum.*] Iuxta Hebræum, pro tecto ponitur tentorium; sic & Chaldaica. Sunt qui per tabernaculum, tabulatum intelligant; quod instar parietum erat; per tectum vero operimẽtum cortinarum, quæ immediate super tabulatũ erant, viderique poterant, quæ pro tecto erant, ab his, qui intra sanctuarium erant. per operimentum vero dicunt intelligi illas, quæ de sagis, & quæ de pellibus desuper erant. Cæterum *mischan*, inferiores cortinæ picturatæ erant, quæ videri poterant ab existentibus intra tabernaculum & sæpe tabernaculi nomine vocatas fuisse vidimus, non semel: *ohel* vero erant cortinæ, quæ ex pellibus caprinis contextę erant, & erant veluti tectum tabernaculi. Et Septuaginta, propugnacula, legunt, *michse*, hoc est, operimẽtum, pelles erant arietum rubricatæ, quæ supremum erat tegumentum. Verum de his, & multis alijs, quæ sequuntur, ad tabernaculum pertinentibus, vide quæ supra nos diximus, cap. 26. sicut & de mensa, & panibus propositionis, & candelabro cap. 25.

משכן
אהל
מכסה

8 *Et oleũ ad nutrimenta ignium.*] Iuxta Hebræũ est: Et oleum luminaris, siue ad luminaria, quo scilicet, luminaria fouebantur. Septuaginta: Et oleum luminis. Chaldæus: Et oleum ad illuminandum. At Vulgatus sensum retinuit, dicens: Ad nutrimenta igniũ, idest, quibus ignes, seu lumina nutriuntur.

9 *Tentorium ad ostium tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Aulæum ostij, pro ostio tabernaculi. Septuaginta: Et velum portæ tabernaculi. Chaldæus: Et tentorium ostij ad portam tabernaculi. Sermo est de tentorio, de quo agitur in fine cap. 25. opere plumario facto, & ante quattuor deauratas columnas ducto in introitu tabernaculi. consulere oportet, quæ eo loco annotauimus.

10 *Tentorium in foribus vestibuli.*] Iuxta Hebręũ est: Et aulæum portæ ipsius atrij. Septuaginta: Et velum in porta atrij. Chaldæus: Tentorium portæ atrij. Sermo est de velo, quod in foribus atrij oppãdebatur, cubitorum viginti, de quo supra cap. 27.

11 *Paxillos tabernaculi, & atrij.*] Iuxta Hebræũ est: Paxillos tabernaculi, & paxillos atrij. sic Septuaginta, & Chaldæus, sed Vulgatus consulto abstinuit à repetitione vocis paxilli, quod satis aperte sensus literæ intelligatur, absque tali repetitione. Quidam pro paxillis, clauos legunt, & vox Hebraica *itdoth*, vtrumque significat, & idem erat vtriusq; vsus, quibus scilicet cortinæ humi affigebãtur, ne à vento agitatę dimouerẽtur, de quibus supra cap. 27.

יתדות

12 *Vestimenta quorum vsus est in ministerio Sanctuarij.*] Iuxta Hebręum: Vestes ministerij ad ministrandum in sanctificatione. Chaldęus: Et vestes ministerij ad ministrandum in sanctuario. Quod cõsequenter de vestibus sacerdotalibus sermo fiat. hinc per vestimenta ista viri doctissimi, indumenta illa importari dicunt, in quibus candelabrum, & altare incensi, reliquaque sanctuarij vasa inuoluebãtur; cum castra transferrentur, idque ex vi vocis Hebrææ colligunt, iuxta quam & aliqui legunt: Et

vesti-

vestimenta quibus quę supersunt inuoluūtur, ad ministerium in sanctuario, idest, ea inuoluuntur, quæ deseruiunt ad ministerium sanctuarij.

13 *Vestes Aaron pontificis, ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi*] Iuxta Hebræum est: Vestes sanctificationis, idest, sanctus Aaron, sicque subintelligendum est in Vulgato. vbi autem dicitur: Vt sacerdotio fungantur mihi. iuxta Hebræum est Ad ministrandum, quod idem est; erat enim ministerium illud pontificium, vel sacerdotale. Modo, post prædicta verba, Septuaginta addunt: Et oleum vnctionis, & thymiama compositionis: quæ verba nec in Hebræo, nec in Vulgato sunt.

c *quod maxima populi pars.*
a b c d e f g h i k l
Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima

b *Sub. in Dei cultum.* c *i. donaria, siue oblationes, iuxta Hebræum.* i *quod ibi essent tabula legis.*
a b c d e f g h i K l
atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quidquid ad-

a *.s. sanctuarij.* m *.i. torques hoc loco significantur.*
a b c d e f g h i K l m n
cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas &

a *ornamenta sunt aurium.* d *ornamenta brachiorum iuxta manus.* e *.i. prædicta aurea erant, & insuper quæcunque alia aurea vasa habebant, offerebant, vt iuxta Hebr. & Chald. lectiones insinuatur.* f g l m *.s. à communibus vsibus.*
a b c d e f g h i k l m n o
inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis

de his omnibus supra cap. 28.
a b c d e f g h i k l m
habebat hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles

supra cap. 28.
a b c d e f g h i K l
arietum rubricatas, & ianthinas, argenti, ærisque metalla obtulerunt Domino, lignaque setim

g *.i. perita in arte nendi.* h *& denuo nebant, & netum quamprimum confecerant, offerebant.* l
a b c d e f g h i K l m n
in varios vsus. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, &

d. his supra cap. 28. l *.i. quique ditiores, & primiores.*
a b c d e f g h i K l m
vermiculum, ac byssum, & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. Principes vero

de his supra cap. 28.
a b c d e f g h i K l
obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale, aromataque &

supra cap. 25. *supra cap 30.*
a b c d e f g h i K l
oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris

h *in Dei cultum.*
a b c d e f g h i K l m
suauissimi componendum. Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent

h i k
Hebraismus.i.per Moysen, vt internuncium. Quod eorum maxima pars.
a b c d e f g h i k l m
opera, quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino

h i k l l
Hebraismus.i.præ cæteris delegit. vel nominatim.
a b c d e f g h i k l m
dedicauerunt. Dixitque Moyses ad filios Israel: Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beseleel

m a b c d m n o
qui fuerint, vide supra cap. 31. de his supra cap. 31.
a b c d e f g h i k l m n o n
filium Vri filij Hur de tribu Iuda. Impleuitq. eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, &
scientia & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære,

b k l m a
.i. gemmis. .i. in mente. dedit peritiam, & dexteritatem.
a b c d e f g h i K l m
sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. quidquid fabre adinueniri potest, dedit in corde

c
de hoc supra cap. 31.
a b c d e f g h i K l m n
eius: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan: Ambos erudiuit sapientia, vt faciant

a b c e
.i. carpentarij, seu fabrilia. qui per texturam picturata facit. qui acu picturata edit. de his supra cap. 26.
a b c d e f g h i K l m n
opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, &

d f
fab. quæ ad opus sanctuarij necessaria sunt. .i. pulchra, & ingeniosa.
a b c d e f g h
bysso, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

S C H O L I A.

14 *Obtulerunt mente promptissima, atque deuota, primitias Domino.*] Iuxta Hebræum est: Et venerunt omnis vir, quem eleuauit cor suum, & omnis quem spontaneum fecit spiritus eius, attulerunt oblationem Domini. Septuaginta: Et adduxit vnusquisque quæ tulit eorum cor, & quibus visum est animæ eorum, seu quæ visa sunt animæ eorum, idest, venerunt omnes, qui erant præditi animo liberali. Chaldæus: Et venerunt omnes viri, qui ex corde suo se obtulerunt, & omnis qui habebat spiritum perfectum. Non igitur intelligendum est de singulis, quos Vulgatus dicit obtulisse, sed de his, qui cor promptissimum, & liberale habuerunt, à nullo itaque coacti sic exigebant; sed qui in diuinum cultum corde sanctissimo, & liberali præditi erant, hi offerebant. Porro, in Hebræo sunt duo verba, scilicet, *bo*, quod & offerre, & venire significat, vnde iuxta Hebræum legitur: Venerunt: & *Hebiu*, quod significat, obtulerunt. Succincte itaq; vtrumq; verbum Vulgatus comprehendit, cum dicit: Obtulerũt. Iam vbi legimus: Primitias, vox Hebraica, oblationem, vel contributionem etiam importat: & certe hoc loco primitiarum nomen non stricte sumitur, sed large pro omni liberali dono.

בוא
הביאו

15 *Viri cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures annulos, & dextralia.*] Iuxta Hebræum est: Et venerunt viri cum mulieribus, omnis spontaneus corde attulerunt fibulam, & inaurem, & annulũ, & dextrale, singulare positum est pro plurali, sicut in Vulgato exprimitur. Et in Chaldæo, & apud Septuaginta. Quod autem dicitur: Omnis spontaneus siue ex corde volũtario, vt habet Chaldæa, cõsulto omisit Vulgatus, quod iam dixerit supra, vt vitet consuetam repetitionem apud Hebræos. Porro, armillæ ornamentà dicuntur brachiorũ esse, sic dicta ab armo: sed non inepte dixerim, per illas hoc loco torques intelligi, ornamenta vtpote colli, & pectoris, & humeri, nisi & insigne militare forsan fuerit in brachijs, sicut postmodum apud Romanos in vsu fuisse apud viros militares, ornamenta ipsis, vtpote ab Imperatoribus donata, vt auctor est Priscianus. Iam annuli, ornamenta sunt digitorum, inaures auriũ, dextralia vero, brachiorum prope manũ

16 *Omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt.*] Iuxta Hebræum verba iſta:Omne vas aureum,iunguntur ſuperiori ſententiæ, ſenſuſque eſt, aurea eſſe,quæ recenſuit. At Septuaginta,& Chaldæus,ſubintelligendam docent copulam,&,quam legunt, dicentes : Et omne vas aureum , quaſi dicat : Non ſolum prædicta obtulerunt,ſed hæc quęcumque vaſa aurea,quæ apud ipſos erant: huncque ſenſum viſus eſt ſequi Vulgatus . Subditur : In donaria Domini ſeparatum eſt,quaſi dicat:Quidquid offerebatur,à communi vſu ſeparatum, diuino cultui applicabatur .

17 *Si quis habebat aurum .*] Iuxta Hebræum eſt : Omnis vir qui eleuauit eleuationem auri Domino. Sunt qui hæc verba explicent : Qui obtulit iocalia aurea,eleuabat ea coram Domino : Qui ritus offerendi tunc erat, eleuando in altum ipſa dona.Septuaginta : Et omnes qui attulerunt ſegregationē Domino. Chaldæus:Et omnis vir,qui ſeparauit primitias auri coram Domino . Certe prædictorum verborum puto ſenſum eſſe,virū vnumquęque,quod apud ſe habebat,vltroneè obtuliſſe, ſiue aurum eſſet,ſiue argentum, ſiue hyacinthus , ſiue byſſum,&c. & in his,quæ commemorantur, Vulgatus, omiſſis vſitatis repetitionibus apud Hebræos, ſuccincte cuncta enumerat , non tam verborum , quam ſententiarum habita ratione .

18 *Sed & mulieres doctæ , quæ neuerant , dederunt .*] Iuxta Hebræum eſt : Omniſque mulier ſapiēs corde,manibus ſuis neuerunt,& attulerunt netum. Septuaginta: Et omnis mulier ſapiens corde, ſeu docta ingenio manibus ad filandum,obtulerunt filata.Quas locutiones acute obſeruat Auguſtinus, ſcilicet:Omnis mulier attulerunt,& quod ſophiam in his artibus, ſæpe ſcriptura ſapientiam vocet,ideſt, peritiam . Chaldæus : Omniſq. mulier ſapiens corde,manibus ſuis nebat,& adducebat.Certe omnium idem eſt ſenſus : Mulier docta dicitur hic, ſiue corde ſapiens,ideſt,perita, quæ optime nere nouerat . Porro,quæ ſuccincte Vulgatus ait : Quæ neuerant dederunt : intelligi debet ſicut habetur in Chaldæo,non ſolum quæ hactenus neuerant, ſed & denuo etiam nebant , & quam primum neuiſſent , offerebant netum Domino .

Auguſt.locut. 142. in Exod.

19 *Ad ſuperhumerale & rationale .*] Subaudiri debet,ornandum. ad hoc obtulerunt gemmas,& iuxta Hebræum additur:Plenitudinum,ideſt, gemmas pretioſas,quæ auro includi ſolent : vnde Chaldæus:Ad implendas cælaturas, quæ erant in ſuperhumerali, & rationali. Porro,quid ſuperhumerale, quid rationale, qui lapides ſint Onychini, vidimus ſupra capite 28.

20 *Aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum , ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum .*] Iuxta Hebræum : Et aroma , & oleum pro luminari , & pro oleo vnctionis, & pro ſuffitu aromatico : ſic & Chaldæus. Senſus clarus eſt,oleum, ſcilicet , & ad vnguentum vnctionis , & ad luminaria ; aromata vero , & ad oleum vnctionis , & ad compoſitionem thymiamatis,quod ſuffitum aromaticum vocat,qui iuxta Hebræum legit .

21 *Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria .*] Iuxta Hebræum eſt : Omnis vir , &
mulier,quos ſpontaneos fecerat cor ipſorum . Se
ptuaginta : Et omnis vir , & mulier , quorum tuli
mens eorum. Chaldæus : Omnis vir, & mulier , qu
voluerunt ex corde ſuo. Itaque cum dicitur : Men
te deuota,intelligendū eſt,qui mente deuota erant
ideſt, in Dei cultum propenſi,& liberales ex corde
ſiue ex animo. non ſolum igitur nullo exigente ob
tulerunt,ſicut ſtatim ſubditur : Voluntaria Domi
no dedicauerunt;ſed & hi non omnes fuerunt,ſed i
li , qui ſpontanei,& liberales in Dei cultum ex cor
de erant .

22 *Vocauit Dominus ex nomine Beſeleel.*] Qui
vocare ex nomine,Hebraiſmo ſignificet,ſcilicet,d
ligere præ cæteris aliquem: quis etiam fuerit iſte
Beſeleel;ſimiliter quid,implere illū ſapientia, inte
ligētia,& doctrina,vt ſcilicet faceret, quę non did
cerat,vt inquit Ambroſius,ideſt, abſolutiſſimum i
omni arte illum reddere,hæc omnia vidimus ſupı
cap.31. Et quidem ſapientia eſt mulieris textric
apud Iob,& agricolæ ; hæc enim dona Dei ſunt , a
humani generis vtilitatem : Quare Baſilius inqui
Vè homini illi , qui ſapientiæ , prudentiæque ſu
cauſam Deo auctori non aſcribit. ſic & Rupertus.

23 *Ad excogitandum, & faciendum opus in au*
& argento,& ære,ſculpendiſque lapidibus .] Iuxta
Hebræum eſt : Ad excogitandas cogitationes , i
eſt,ad excogitandas adinuentiones. Quod vero ſ
quitur : Ad faciendum opus in auro, & argento,
ære, Septuaginta legunt: Omnia fabricandi ſecu
dum omnia opera architecturæ. Facere aurum, a
gentum,& æs,Græciſmus eſt,pro eo quod eſt, fac
re ex auro,argento,& ære,vt explicat Auguſtinu
Sequitur : Sculpendiſque lapidibus : Iuxta Hebr
eſt: Et in arte lapidaria,ad complendum . & arte
lapidariam vocat,artem gemmariā, ſic Chaldæu
Et in arte gēmaria,vt gemmis impleat cælatura
Septuaginta : Et ſculpere lapidem : Sed horum
nus eſt ſenſus .

24 *Et opere carpentario .*] Iuxta Hebræum e
Et in arte lignaria,ad faciendum in omni opere c
gitationis. Cogitationis opus vocat , opus plenu
arte,in quo acri ingenio opus ſit,quare aliqui,ing
nioſum opus,legunt . Septuaginta : Et ea labor
re ligna , & facere in omni opere ſapientiæ . qu
omnia non diſcrepant à ſenſu literali Vulgati; ia
enim ſupra dixerat: Ad excogitandum & faciend
infuſam ei fuiſſe peritiam & dexteritatem .

25 *Quidquid fabre adinueniri poteſt,dedit in co*
de eius .] Quæ verba,tā iuxta Hebręū,quā Septu
ginta,& Chaldæum, ſuperioribus adaptantur,vt ſ
ſenſus,infudiſſe Deum ipſi Beſeleel peritiam in a
te lignaria , quidquid fabre excogitari poteſt . I
quod ſequitur,ſcilicet:Dedit in corde eius : Iuxta
Hebræum eſt : Et ad docendum dedit in corde i
ſius,ideſt, ſpiritum talem ei conceſſit,& ingeniun
vt alios maxima cum dexteritate docere valea
quidquid eos in fabrili arte facere oporteat : pr
num ergo & facilē reddit Beſeleel, vt alios doceat
Chaldæus: Et vt doceat, dedit in corde eius,ſuba
di,pronitatem, & dexteritatem . Septuaginta : I
inſtruere dedit in mente ei: Subaudiendumque,ta
in Septuaginta,quam in Vulgato,quod in Chalda
ca lectione diximus .

26 Ooliab

Digitized by Google

26 *Ooliab quoque filiū Achisamech de tribu Dan: Ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij.*] Quis fuerit iste Ooliab, vidimus cap. 31. præterea iuxta Hebræum, nomen Ooliab superioribus annectitur, & Ooliabat, &c. quasi dicat: Dedit in corde suo peritiam, & dexteritatem ad docendum: Sic & iuxta Septuaginta, & Chaldæum, sicq́. etiam in Vulgato subintelligi potest. Quod autem sequitur: Ambos erudiuit sapiētia, &c. Iuxta Hebræum est: Et repleuit eos sapientia cordis, ad faciendum omne opus fabrile, & phrygionicum, & acupictorium, sic & Chaldęus: Sapientiam autem cordis, vocant artis peritiam, & industriam cum ingeniositate. Septuaginta: Et impleuit eos sapientia, & intellectu, & mente: repetit vbique quæ iam dicta erant de Beseleel, & subintelligēda sunt de Ooliab. Subditur in Chaldæo: Vt faciant in omni opere carpētarij, & artificis, & polymitarij: Et iuxta alia exemplaria, vt refert S. Augustinus, dicitur: Facere omnia opera sancti textilia, & varia texere cocco, & bysso, facere omne opus architectonicum varietatis: Vbi Augustinus aduertit, architectonicum opus vocari, illud variegatū & picturatū, quod in tabernaculo fiebat, quod ædificio simile fuit, & tamquam domus erigebatur, & erāt veluti tectum & parietes tabernaculi aulæa illa, immo & tabernaculi nomine vocata sæpe sunt: Dici autem opera sancti, vel quod sancti sacerdotis, vel quia in cultum Dei sancti, vel in ministerium sanctuarij, quod sanctum etiam dicebatur. Porro, opera abietarij dicuntur, non quod ex abiete facta sint, quæ tabernaculi opificio deseruirent, sed magis ex lignis setim; sed hic, abietarius, pro carpentario sumitur, tamquam speciei nomen, pro generico. *August. locut. 146. in Exod.*

CAPVT XXXVI.

a h i n
pro. fecerunt. *i. in arte peritus, & ingeniosus.* *i. artis peritiam.*
a b c d e f g h i K l m n o
Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam &

a d
i. ingeniositatem. *i. artificiose.*
a b c d e f g h i k l m n o
intellectum, vt scirent fabre operari quæ in vsus Sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit

h
i. in arte peritum.
a b c d e f g h i k l m
Dominus. Cumq. vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus

a k
i. artis peritiam. *s. sanctuarij.*
a b c d e f g h i k l m n o
sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria

i
i. donaria, seu spontaneas oblationes.
a b c d e f g h i K l m n
filiorum Israel. Qui cum instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. Vnde artifices

b c
sub. sunt ad Moysen. *sub. & dixerunt.*
a b c d e f g h i K l m n
venire compulsi, dixerunt Moysi: Plus offert populus quam necessarium est. Iussit ergo Moyses

b c l m
i. promulgari, forsan quod quasi cantando tunc fieri solitum esset. *i. ad opus.*
a b c d e f g h i k l m o
præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere Sanctuarij,

m
sub. ad opus sanctuarij, quod Deus præceperat.
a b c d e f g h i k l m
Sicque cessatum est à muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent. & superabundarent.

[library stamp]

Digitized by Google

SCHOLIA.

1 ET *omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam, & intellectum, vt scirent fabri operari, quæ in vsus sanctuarij necessaria sunt*]Iuxta Hebræum, & Chaldæum additur: Sapiēs corde, vel vt Septuag. Sapiens mēte, idest, peritus in arte, & ingeniosus, quod satis sapiētis voce à Vulgato exprimitur. Quæ vero subduntur, aliquantulum in verbis diuersa videntur, iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum, in sensu tamē nō discrepant: quisquis igitur est in arte peritus, siue vir, siue mulier, suam operam sedulo impendit ad opificium tabernaculi. Porro, sicut hoc capite executio operis sanctuarij describitur, & capite præcedenti Dei voluntas, vt fieret, manifestata est populo, cap. 26. quomodo eius structura quoad singula esse deberet, describitur: quo loco, quæ in hoc capite annotanda erant, videre poteris, ne eadem sæpe repetere contingat.

2 *Cumque vocasset eos Moyses.*] Eos, idest, Beseleel, & Ooliab, cum de alijs iam subiungat, & omnem eruditum virum, vnde iuxta Hebræum, & Chaldæum sic legitur: Vocauitque Moyses Beseleel, & Ooliab, quos nominatim expressisse putat Augustinus, non quod soli ipsi sapientiam à Deo accepissent, cum & alij, peritissimi in arte etiam Dei peculiari dono fuerint, sed fortasse, quod præcipui, & excellentiores reliquis fuerint.

Aug. q. 170. in Exod.

3 *Tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel.*] Iuxta Hebræum est: Et tulerunt de conspectu Moysi omnes primitias, idest, donaria, quæ obtulerunt filij Israel, ad opus ministerij sanctuarij, vt facerent illud. sic & Chaldæus: quæ verbis Vulgati non aduersantur; sed magis subintelligenda sunt in illo, & verba Vulgati in istis; etenim Vulgatus expressit, quod erat ex parte Moysi, scilicet, tradidisse eis donaria, in alijs vero lectionibus exprimitur, quod erat ex parte artificum, scilicet, tulisse donaria omnia, quæ à Moyse, oblata tamen à populo acceperant. Porro, cum dicitur, iuxta Hebræum: A conspectu Moysi, Hebraismus est, idest, à Moyse.

4 *Qui cum instarent operi quotidie, mane populus offerebat.*] Iuxta Hebræum non sunt priora verba, scilicet: Qui cum instarent operi quotidie, sed adiecta sunt consulto à Vulgato, vt ostenderet, etiam dum iam executioni mandare cœpissent artifices opus tabernaculi, populum non cessasse ab oblationibus, ne forte ex penuria materiæ, artifices otio vacarent. Subditur: Mane populus vota offerebat. Iuxta Hebræum est: Et ipsi attulerunt ad eum adhuc oblationem spontaneam, singulo mane. Septuaginta: Et ipsi, subaudi, artifices, recipiebant adhuc oblata à ferentibus mane mane, idest, singulo mane. Chaldæus: Ipsi quoque offerebant munera voluntaria, mane mane. Certe variæ istæ lectiones, maxime prosunt ad scripturæ integros sensus eruendos; tanta siquidem est linguæ sanctæ fœcunditas, vt nequeat Latina lingua, vnaque editione totidem verbis exhauriri: quare quod horum interpretum vnus silet, alter exprimit, quæ in singulis quādoque subintelligēda sunt. Vulgatus exprimit, quomodo præter oblationes, quas semel obtulerat populus & alias, singulis diebus offerebat. Iuxta Hebrā vero lectionē, videtur tantum loqui de ipsismet artificibus, de quibus sermonem prosequens, inquit, & ipsos singulo mane sua dona Moysi offerre. sic & Chaldæus. Septuaginta vero editio exprimit, quomodo artifices ipsi, non solum à Moyse, sed & à populo singulis diebus dona reciperent, quæ omnia facer textus secundum Hebraicæ linguę vbertatem comprehendit, sicut similia passim videmus, & sedulo obseruare oportet.

5 *Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi, plus offert populus, quam necessarium est.*] Compulsi, subaudi, sunt, ad Moysen, ire, & dixerunt Moysi, &c. quasi dicat, cum viderent offerri à populo multo plura, quam tabernaculi opus exigebat, compulsi sunt accedere ad Moysen, eique referre. Iuxta Hebræum legitur: Et venerunt omnes sapientes, facientes omne opus sanctificationis, siue sanctum, singulus ab opere suo quod faciebant, & dixerunt ad Moseh, dicendo: Multiplicant populus offerenda, vltra sufficientiam ministerij, ad opus, quod præcepit Dominus, vt faciam. Ecce quomodo Vulgatus, prætermissis repetitionibus, & idiotismis Linguæ sanctæ, apte & succincte sensum literæ complexus est. Chaldęus concordat cum lectione iuxta Hebræum recitata.

6 *Iussit ergo Moyses præconis voce cantari.*] Iuxta Hebræum est: Et præcepit Moseh, & transire fecerunt vocem in castris, idest, ex iussu Moseh, pręco clamauit per castra. Chaldæus: Præcepit Moyses, & transire fecerunt pręconem per castra, dicentem, &c.

7 *Nec vir, nec mulier, quicquam offerant vltra, in opere sanctuarij.*] Idest, ad opus sanctuarij. Iuxta Hebræum est: Vir & mulier nō faciant vltra opus, ad oblationem sanctificationis. Chaldæus: Non faciant vltra opus, ad primitias sanctuarij, idest, ad oblationes, vt scilicet offerat pro sanctuario; certe contractior videtur sensus, licet magis explicitus verborum Chaldaicę lectionis, & iuxta Hebręum, videntur enim loqui dumtaxat de his, quę nebant, vel quid simile faciebant, & netum offerebant, facto scilicet aliquo circa materiam, quam offerebant: de his enim intelligi debent verba, non de artificibus, quibus demandata erat cura opificij à Moyse, illos enim non pręcepit ab opere cessare. Modo, iuxta Vulgatum, in vniuersum dicitur, ne quis vltra offerat, siue netum, aut alias confectum, in ordine ad opus sanctuarij, siue materiam informem in ordine ad sanctuarium, vel eius ritum, vt erant armillæ, pelles caprarum, aurum, oleum, aromata, & huiusmodi.

Fecerunt

Digitized by Google

c .i. mente. d de quibus supra cap. 26.

Feceruntq. omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta,

h .s. cum imaginibus alatis. iuxta Hebræum i Cherubim. m .i. per texturam.

& hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita: quorum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quattuor: vna mensura erat omnium cortinarum. Coniunxitq. cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinq; sibi inuicem copulauit. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuo iungerentur. vnde & quinquaginta fudit

a alij fibulas, seu vncinos. d .i. connecterent, seu prehenderent. i K Ecce aulæa variegata dicuntur, tabernaculum. l m n pretiosissima vtique, camocthamelote.

circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum. Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi: vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quattuor: vnius mensuræ erant omnia saga: quorum quinque iunxit seorsum. & sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq. desuper velamentum de pellibus ianthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad

a .i. partem.

plagam meridianam erant contra Austrum, cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in angulis

c .i. partem. i .i. Septentrionem.

terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas, cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra Occidentem vero, idest, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro: quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque

& tabu-

Digitized by Google

e l m
.i. partem. de hoc vecte nulla facta fuerat mentio supra cap. 26. alij dicunt esse vnum de quinque, non sextum.
a b c d e f g h i k l m
alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium,

e f g h i K o
vt sic firmius copularentur cuncta, nec vento à debito situ dimouerentur. i. laminis aureis operuit.
a b c d e f g h i k l m n o
qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit,

fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent:

l
quo adytum à sancto diuidebatur:
a b c d e f g h i k l m n o p
quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac

e f g
Iuxta Hebraum: Cherubim. Chaldaus Figuras Cherubim:
a b c d e f g h i k l m n
bysso retorta, opere polymitario, varium atque distinctum: & quattuor columnas de lignis setim,

a b c l
non tectas, sed celaturas aureas fecit, & reliqua lignea apparebant, exceptis capitibus. .i. summitatibus. .i. laminis aureis operuit. .i. aliud velum exterius.
a b c d e f g h i x l m o
quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Fecit & tentorium in introitu

h i
in Hebrão est Roquem q. d. recamatoris.
a b c d e f g h i K l
tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarij: & columnas

e f g
non est iuxta Hebraum, nec in Septuaginta, nec in Chaldao.
a b c d e f g g h i K
quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit æneas.

S C H O L I A.

8 *Opere vario, & arte polymita*] Iuxta Hebræũ est: Cherubim opere phrigionis fecit eis. sic & Chaldæus; at Septuaginta: Cherubim opere textoris fecit illa. Quorum omnium sensus est, sparsit aulæa illa alatis imaginibus, repræsentantibus Cherubin, & hoc opere textoris, quod Vulgatus arte polymitaria dixit, qua scilicet per texturam variegata, & imaginibus respersa fiunt: addidit igitur polymitum opus, postquam dixerat varium, quod scilicet fieret per texturam.

9 *Fieret vnum tabernaculum.*] Ecce quomodo apertè, vt sæpe, operimentum illud variegatum, tabernaculum appellatur, tabulata enim aurea, potius dici poterant parietes, seu fundamenta, & fulcimenta tabernaculi.

10 *Fecit & opertorium tabernaculi, de pellibus arietum rubricatis, aliudque desuper velamentum de pellibus ianthinis*] Aulæa variegata, tabernaculum vocauit; saga vero cilicina, operimentum; pelles arietum rubricatas, opertorium; pelles vero ianthinas, velamentum; non quod prædicta tria nomina, ita vniuscuiusque propria esse velit, vt alijs non conueniant, promiscue enim & his, & alijs vtitur, cum idem omnium videatur vsus, scilicet, operire tabernaculum. Constat autem ex hac litera, quattuor distincta fuisse, scilicet, aulæa variegata, desuper saga cilicina, quæ, vt diximus supra, pretiosissima erant. Hæc pellibus rubricatis operiebantur, vltimo loco ad imbrium defensionem erant ianthin[æ] pelles, siue pelles taxorum: pro dierum vero, & f[e]storum diuersitate, pauciora, aut plura erant oper[i]menta, vt ferunt viri graues; adeo vt in maxim[is] & præcipuis solennitatibus, solum essent aulæa v[a]riegata, cum tabulato aureo. Iam de prædictis om[]nibus aulæis, fuse scripsimus supra cap. 26.

11 *Fecit quoque & vectem alium, qui per media[s] tabulas ab angulo, vsque ad angulum, perueniret*] Cu[m] hæc omnia fere eisdem verbis supra capite 26. i[n]terpretati fuerimus, hic tantum aduertere opo[r]tet, de hoc vecte nullam prorsus mentionem i[bi] factam fuisse, cuius capita inserta erant capitibu[s] tabularum duarum extremarum, vt firmius parie[]tes inter se cohærerent, nulloque vento dimoue[ri] à situ debito possent.

12 *Opere polymitario varium atque distinctum.* Iuxta Hebræum est: Opere acupictorio fecit ea, c[um] Cherubim. Septuaginta: Opus textile fecit illu[d] Cherubim. Quæ aliquantulum diuersa videntur opus enim polymitum, siue textile varium, iden[] sunt: At acupictorium, siue plumarium est quod acu fit, non per texturam: nisi dicamus & per texturam quædam facta fuisse in aulæis

perfecta

Digitized by Google

perfecta vero fuisse acu,& vtrumque Vulgatum cōprehendisse; nam & polymitum proprie, variegagatum dici solet in Scriptura,siue per texturā, siue acu factum fuerit. Quod vero dicitur: Cum cherubim, interpretandum est de imaginibus alatis, repręsentantibus figuras Cherubim.

13 *Quas cum capitibus deaurauit.*] Iuxta Hebræum est: Et texit capita eorum,& fila eas eingentia,erant ex auro. sic Chaldæus, at Septuaginta solum capita deaurata exprimunt, fila vero vocantur celaturæ,quibus columnæ cingebantur; quare cum Vulgatus inquit,quas deaurauit cum capitibus,sic intelligendum est,vt eorum capita,seu summitates, auro operuerit,& celaturis aureis columnas cinxerit,ita vt reliqua columnarum pars pure lignea intelligatur apparere.

14 *Basesque earum fudit æneas.*] Post ista verba, in quibusdam exemplaribus subiungitur: Quas & operuit auro; quæ verba, nec in Hebræo,nec apud Septuaginta,nec in Chaldæo habentur: quare merito in correctioribus Clementis biblijs expuncta sunt.

CAPVT XXXVII.

K i m
pro, duos & semis. *vsuales.*
a b c d e f g h i k l m n o p
Fecit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, &

n
.i. velauit, seu operuit.
a b c d e f g h i k l m n o
cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitq. eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quattuor annulos aureos per quattuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque

f
.i. velauit, seu operuit.
a b c d e f g h i K l m n o p q r s
fecit de lignis setim, quos vestiuit auro, & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad

g
quia inde oracula edebantur.
a b c d e f g h i K l m
portandum eam. Fecit & propitiatorium, idest, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum,

p q
.i. non fusili, sed malleo ducti, & complanati.
a b c d e f g h i k l m n o p q
& dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam Cherubim ex auro ductili,

K
.i. extremitate.
a b c d e f g h i K l m n o
quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub

c K
.i. extremitate. *.i. extremitatibus.*
a b c d e f g h i k
alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seque mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius

i
.i. operuit.
a b c d e f g h i K l
cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. circundeditque eam auro

mundis-

c i.circulum. K i.circulo. n supra cap. 15.
a b c d e f g h i K l m n
mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eamdem, alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos

l m i.è regione coronæ.s.subtus.
a b c d e f g h i K l m n o
aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam: misitque in

p i.operuit.
a b c d e f g h i K l m n o p q
eos vectes, ut possit mensa portari. Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos

c sub.quæ & supra mensam ponenda.
a b c d e f g h i k l m n o p q r
auro. Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro,

f i.liquida oblationes. k i.non fusile, sed malleo ductum, & complanatum.
a b c e f g h i k l m n o p
in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius

a i.stipite. b c d e f supra cap. 25. f sic Chald. & Septuag. alij, flores.
a b c d e f g h i k l m n o p
vecte calami, scyphi, sphærulæq. ac lilia procedebant: sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, et tres ex altera: tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæq. simul & lilia:

n i.in eamdem altitudinem assurgebant sex calami, & æquum, idest, simile.
a b c d e f g h i K l m n o p q
& tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq. simul & lilia. Aequum erat opus sex

k i.stipite.
a b c d e f g h i K l m n o
calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæq. per singulos simul & lilia: & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria,

h i.stipite. Iuxta Hebræum, Septuaginta, & Chaldæum: Candelabro. p q r i.eiusdem materia, & ductiles cum stipite.
a b c d e f g h i K l m n o p q r
qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. & sphærulæ igitur, et calami ex ipso erant,

b i.non fusione, sed mallei ductu, & percussione confecta.
a b c d e f g h i k l m n o p
vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septem cum emunctorijs suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. Talentum auri appendebat candelabrum

g h de hoc cap. 30.
a b c d e f g h i k l m n o p
cum omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens

k l o
i. radij. i operuit. sic Septuaginta. At iuxta Hebr. & Chald. recto.
a b c d e f g h i K l m n o
cubitos, & in altitudine duos: e cuius angulis procedebant cornua. Vestiuitq; illud auro purissimo

b f
i. radijs prominentibus.
a b c d e f g h i k l m n o
cum craticula ac parietibus & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari.

o
de hoc cap. 30.
a b c d e f g h i K l m n o p
Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. Composuit & oleum ad

a b d i
Septuaginta: Vnctionis sanctum. Chald. Sanctae vnctionis: & conformius ad id quod ex Hebraeo. de hoc cap. 30. i. artificis horum, & similium confectionum.
a b c d e f g h i
sanctificationis vnguentum, & thymiama de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

S C H O L I A.

1 FECIT *autem Beseel & arcam de lignis setim.*] De his omnibus supra cap. 25. abunde tractauimus, nec eadem inculcare lubet, cum interpretis munus subierimus: Nec tamen proinde in sacro textu eiusdem repetitio vitio danda est; capite enim 25. quid Deus iusserit narrat, hic quod executioni mandatum est: quod & in profanis scriptoribus saepe contingit, vt apud Homerum, cuius idiotismos, & otiosas repetitiones, sui plurimum laudant: non igitur subsannare, aut calumniari absque maxima impudentia Scripturam sacram cuipiam licebit, in qua, nec iota vnum, nec repetitiones istę sacramentis carent.

2 *Et fecit illi coronam auream per gyrum.*] Pro corona, in Hebraeo est *Zer*, quod labium, & limbũ significat, & ad decorem apponi solet: Septuaginta vndulam vertibilẽ legunt, sed de his supra cap. 25. זר

3 *Propitiatorium, idest, oraculum.*] Verba ista: idest oraculum, non sunt in Hebraeo, addita tamen sunt ab interprete, vt innueret, ex propitiatorio Deum oracula edere, sicut & Septuaginta, cum legunt; Et propitiatorium super positionem: vocem istam addiderunt, vt manifestarent propitiatorium arcae superpositum fuisse, veluti eius opertorium.

4 *Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij, Cherubim vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius.*] Iuxta Hebraeum est: Et fecit duo Cherubim ex auro, ductiles fecit eos à duabus extremitatibus propitiatorij, Cherub vnum ab extremo hinc, & Cherub alterum ab extremo inde, à propitiatorio. Idem est sensus vtriusque, sed Vulgatus abstinet à tot repetitionibus. Porro, ductile metallum dicitur; quod non fusione, sed malleo ductum, & cõplanatum est. Iam, quod Vulgatus summitatem vocat, non importat hoc loco superiorem partẽ, quo modo R. Salomoh voluit, Cherubim super propitiatorium secundum se totos, & omnes sui partes esse: sed sumitur pro extremitate, & ita legitur iuxta Hebraeum: Et quidem *Raza*, & extremitatem, finem, & summitatem significat: Septuaginta, latus, seu angulum dixerunt. Rursus, quod iuxta Hebraeum dicitur: à propitiatorio, referri potest ad extrema, quod scilicet Cherubim essent ex vtraque extremitate: sunt & qui explicant à propitiatorio, seu ex propitiatorio; quasi dicat: Ex eadem materia ex qua erat propitiatorium, erant etiam & Cherubim. קצה

5 *Circumdeditq. eos auro mundissimo.*] Iuxta Hebraeum est: Et operuit eam auro mundissimo *Vaizaph*, à *Zapha*, quod operire significat; circumdari ergo, hoc loco, in Vulgato, pro eo quod est vndique cooperire sumitur, sic etiam infra, cum dicitur de vectibus: Et circumdedit eos auro. ויצף צפה

6 *Contra coronam.*] Iuxta Hebraeum est: Contra clausuram, sed certe, contra, hoc loco idem est, quod è regione; sub corona igitur erant annuli, è regione illius.

Et vasa ad diuersos vsus mensae.] Iuxta Hebraeum est: Et fecit vasa quae erant super mensam, subaudi, quae erant ponenda, videlicet, ad vsus mensae: Vulgatus expressit quod subintelligẽdum erat, & quod iuxta Hebraeum legitur, debet subintelligi in Vulgato. & de horum vsibus, vide quae supra cap. 25. diximus.

8 *De cuius vecte calami.*] Iuxta Hebraeum est: Hastile eius: sic & Septuaginta: Vectis itaq; nomen Vulgatus pro hastili, seu stipite, in hoc opere candelabri, posuit: Quo ad sensum vero, an de eadem materia, calami, & scyphi essent, an inde exsurgentia, ductu tantum mallei, vidimus supra ca. 25. cum alijs multis, quae in textu subduntur.

9 *Aequum erat opus sex calamorum.*] Iuxta Hebraeum sic, subaudi, fecit, sex calamis, qui egrediebantur: sic & Septuaginta. Certe iuxta Vulgatum, quod dicitur; Aequum erat opus sex calamorum, eiusdem formae, & figurae quidam intelligunt; alij vero, quod ad eamdem aptitudinem, secundum lineam transuersalem, omnes sex calami assurgerent,

& finirent,

Digitized by Google

& finirent, licet ex diuersis, & inæqualibus distantijs hastilis, orirentur, & vtrumque credo per verba Vulgati intelligi.

10 *E cuius angulis procedebant cornua.*] Iuxta Hebræum est: Ex ipso fuerunt cornua eius, idest, ex eadem materia, qua altare erat, erant & cornua, quod in Vulgato subintelligendum est, quod cornua, siue radij inde prominentes, eiusdem materiæ cum altari, ex angulis procedebant.

11 *Cum craticula, ac parietibus.*] Pro craticu iuxta Hebræum est, tectum eius: Et certe, Gagg ex vi vocis tectum importat, sed Vulgatus ad se sum attēdens, craticulam cum Septuaginta posui forsan quod & foramina quædam in tecto essen per quæ, si qui cineres essent, deciderent inde, ide craticulam dixit. Porro, vbi dicitur: Ac pariet bus: Iuxta Hebræum additur: In circuitu, sicque i telligi debet.

CAPVT XXXVIII.

c d: *de quo supra cap. 27.* — K l: *s. sic par erat secundum longitudinem, & latitudinem.*

Fecit et altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, et trium in altitudine:

b: *i. radij prominentes.* — c: *i. prodibant.*

cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis. Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulamque

h i k l m: *iuxta Hebræum, & Chaldæum: Subter ambitum eius. s. altaris, ab infra, vsque ad medium.*

eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, fusis quatuor annulis

d: *i. extremitates.*

per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum: quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: induxitq. in circulos, qui in lateribus altaris eminebant.

o: *i. fudit, & ornauit.* — q: *i. concham.*

Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulis, & intus vacuum. Fecit & labrum

f: *aneis, & ornauit speculis vitreis.* — h i k l m: *vigilantes in oratione, ornatu vano spreto.*

æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium,

f: *i. cortina, seu aulæa.*

in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum, columnæ æneæ viginti

l: *i. ad centum cubitorum longitudinem, erant cortinæ centum cubitorum.*

cum basibus suis, capita columnarum, et tota operis cælatura, argentea. Aeque ad septentrionalem

b: *i. aulæa, seu cortina.*

plagam tentoria, columnæ, basesq. & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli

c: *i. parte.*

erant. In ea vero plaga, quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta,

columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

g
aulea, seu cortinæ.
a b c d e f g h i K l
Porro contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria: è quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis vnum tenebat latus: & in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æque cubitorum erant tentoria, columnæq. tres, & bases

c d
s. exterioris. aulaa, seu cortinæ.
a b c d e f g h i K l m
totidem. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuere æneæ, capita

m n
exterioris. i. velauit, capita, scilicet, & cælaturas.
a b c d e f g h i K l m n o
autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento.

f h
i. vario, & acu facto. i. cortinam, seu aulaum.
a b c d e f g h i k l m n o
Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat iuxta mensuram, quam cuncta atrij tentoria habebant. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor

i n
i. clauos. s. exterioris.
a b c b e f g h i k l m n
cum basibus æneis, capitaq. earum & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos.

S C H O L I A.

1 QVIVS *cornua de angulis procedebant.*] Iuxta Hebræū & Chaldæum est: Ex ipso erant cornua eius, idest, ex eadem materia, qua altare. Porro cornua, radios vocat in angulis altaris prominentes, subintelligiq. debet, quod est in Chaldæo; vt scilicet essent ex eadem materia cum altari. Iam, procedebant, idest, prodibant, prominentesq. erant: reliqua ad hoc altare pertinentia, vide supra cap. 27.

2 *Fecit & labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi.*] Sic & Septuaginta, at iuxta Hebræum est: Fecit concham æneam, & basim eius æneam, ex speculis conuenientium, quæ conueniebant ad ostium tabernaculi Ecclesiæ: Chaldæus: Quæ veniebant, vt orarent in ostio tabernaculi fœderis. Varie locum istū explicant, tum Rabini, tum & nostri: Quidā dicunt, sic dispositum fuisse labrū illud æneum, vt ornatum fuerit in extima parte quibusdā speculis; vt in eis videri possent maculæ eorum, qui intrarēt tabernaculum, & aqua labri mundari possent: dicitur autē factum labrū de speculis, idest, ornatū speculis, vt dictio, de, idē sit, ac, cum speculis, Verbū autem facere, pro eo, quod est, ornare, quandoque in Scriptura sumitur, sicut in opere sex dierum initio Genesis vidimus, vbi multa denuo facta recensentur, quod ornata tantum fuerint, sicq. aliqui legerunt, factum labrum cum speculis mulierum. Alij vero dicunt; Factum de speculis, non quidem vitreis, sed æneis, quorū tunc maximus, & præcipuus erat vsus, sicut R. Abraham refert, quod satis verosimile est; Quod enim quidam dicunt, de speculis mulierum dictum esse, eo quod adeo tersum esset, vt mulieres ibi faciē suam velut in speculo prospicere possent, non videtur adeo literæ consonum. Porro, qui dicunt ornatum fuisse labrum speculis, nō curant, an vitreis, aut æneis, sed qui dicunt factum labrum, & efformatum ex speculis, velut ex materia, affirmant, ænea fuisse specula, abūdare vero speculis mulieres Hebræas, ex his quæ ex Ægypto asportauerant, vt enim Græcus affirmat, apud Ægyptios erat eorum frequens vsus apud mulieres, maxime cum ad sacra sua conuenirent: Et forsan vtrumque insinuari videtur, vt scilicet, ex æneis speculis labrum efformatum sit, vitreis vero ornatum, sicque aptatum, vt suas cum inspicerent maculas, lauari possent, & vestes debito modo aptare, siquid incompositum aduerterēt, qui tabernaculum ingressuri essent. Iam, mulieres quarum specula erant, ex quibus factum fuit labrum, R. Abraham dicit illas esse, quæ, spreta sæculi vanitate, conuenire solebant ad orationem, & doctrinā legis frequenter, & specula sua in obsequium Sanctuarij obtulerant, quibus antea se ornare consueuerant, quod & certissimum puto; licet enim in Hebræo non sit vox hoc loco, quæ mulierem significet, dictio tamen *Hazoboth*, quæ conuenientiū, seu exercitium facientium importat, fœminini generis cum sit, compulit interpretes, vt addiderint, mulierum: dicitur autem: Exercitum facientium, quod, veluti exercitus, ad ostium tabernaculi conuenirent. הצבאת

3 *Erant tentoria.*] Hebraice *Kalbe*, idest, cortinæ, in toto igitur hoc capite, aulæa, siue cortinas Vulgatus, tentoria nominat. קלעי

4 Aeque

4 *Aeque ad Septentrionalem plagam, tentoria, columnæ, basesque.*] Iuxta Hebræum non est, tentoria, sed in Vulgato exprimitur, cui consonat Chaldæus: At Septuaginta: Centum ad centum cubitorum, idest, in Septentrionali plaga ad centum cubitorum longitudinem, erant cortinæ centum cubitorum: Sequitur in Vulgato: Columnæ basesque, subintelligendum esset, viginti, sicut iuxta Hebræū exprimitur; quasi dicat: Columnæ earum viginti, & bases earum viginti, ex ære: Cæterum hoc iam visus est insinuare, cum subdit: Eiusdem mensuræ, & operis, ac metalli erant.

5 *Et capita columnarum.*] Subintelligendum est, sicut infra exprimit, de his quæ erant ad Occidentalem plagam, dicens: Et capita columnarū, & tota operis celatura; sic enim est, iuxta Hebræum; nisi quod pro capitibus columnarum, ponuntur vncini, & pro celaturis, sunt fila eas cingentia; hæc enim erat celatura, nam vt diximus: non omnes columnas per totum argento operuerant, sed tantum capita, & celaturas, siue fila cingentia.

6 *Columnæ decem, cum basibus suis, æneæ.*] Iuxta Hebræum: Columnæ eorum decem, & bases eorum decem: subintelligi igitur oportet in Vulgato, dictionem, decem, sicut in lectione iuxta Hebræum, subintelligere etiam oportet dictionem, quam Vulgatus apponit, scilicet, æneæ.

7 *E quibus quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis, vnum tenebat latus.*] Sensus est: erant cortinæ quindecim cubitorum ex vno late[re] introitus, cum columnis tribus, & basibus tribu[s] & ex alio similiter latere, in medio, introitum a[tr] fecit; sic Chaldaica, cui consonat & quæ iuxta H[e]bræum est lectio.

8 *Sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento.* Hoc est, capita ipsarum, cum celaturis; vnde iux[ta] Hebræum est: Et tecta fuerunt capita earum, & i[p]sæ cinctæ argento, omnes columnæ atrij: idemq[ue] est sensus apud Septuaginta, & Chaldæum: Qu[od] vero iuxta Hebræum immediate præcedit: Vnci[ni] columnarum, & fila eas cingentia, ex argento, ide[m] est cum eo, quod subditur: Et tecta fuerant capi[ta] earum argento, & ipsæ cinctæ argento: At Vulg[a]tus abstinet ab his repetitionibus, quantum pote[st].

9 *Altitudo vero quinque cubitorum.*] In H[e]bræo est *Berochab*, idest, cum latitudine, sicque iu[x]ta Hebræum legunt aliqui, sic & Chaldæus: V[e]rum Vulgatus non expressit; quia cum longitu[di]ne viginti cubitorum esset, altitudinem dicens qui[n]que cubitorum, idem dicere visus est de latitudin[e] quæ tantum secundum oras extremas sic dicitur.

10 *Paxillos quinque.*] Sub audiendum est, o[m]nes, sic iuxta Hebrǫum: Paxillos vero vocat clau[os] quibus cortinæ in terra retinebantur, ne facile vento raperentur.

---

a b c d e f g h l
sensus est, quæ supra enumerata sunt hæc, sunt instrumenta tabernaculi. *s. ad iniunctum Dei.*
a b c e f g h i k l m
Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi

a b c d e f
i. in quibus erat Leuitarum ministerium. *i. opera & iniunctione Ithamar, qui in his eis præerat.*
a b c d e f g h i k l m
in ceremonijs Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: quæ Beseleel filius

l
i. fecerat.
a b c d e f g h i K l m n o
Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat, iuncto sibi socio

k p
i. carpentarius. *i. varij operis per texturam.*
a b c d e f g h i K l m n o p
Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitarius

b
i. varij operis per acum, recamator, vt ita dicam, seu acupictor.
a b c d e f g h i K l m
atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso. Omne aurum quod expensum

c f g h
i. quod scilicet oblatum est.
a b c d e f g h i k l m n o p
est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs, viginti nouem talentorum fuit, &

d e f
quæ dupla erat ad communem, siue profanam.
a b c d e f g h i k l m
septingentorum triginta siclorum ad mensuram Sanctuarij. Oblatum est autem ab his qui

c
s. militia, secundum ætatem.
a b c d e f g h i k l m n o
transierunt ad numerum à viginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis

Digitized by Google

b
i. ad arma, & militiam perscriptorum.
a b c d e f g h i k l
quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflata sunt

c d e f g
i. vbi velum pendet, ad introitum Sanctuarij.
a b c d e f g h i K l m n o
bases Sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis, & septuaginta

b c g h i
i. laminis argenteis operuit capita. *s. columnas.* *i. ornauit cælaturis argenti.*
a b c d e f g h i K l m n
quinque fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. Aeris quoque oblata sunt

a b c d e f g h
Tot enim necessaria videntur ad tot bases, & paxillos, & altare aneum in atrio, maxime si intelligamus fuisse duo millia, & septuaginta talenta, vt in scholijs contendimus.
a b c d e f g h i K l m n o
talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa, quæ

c g
i. altaris holocausti. *s. exterioris.*
a b c d e f g h i k l m n o p q
ad vsum eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu quam in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij, per gyrum.

S C H O L I A.

11 *Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi.*] Iuxta Hebræum est: Isti sunt numeri rerum tabernaculi, tabernaculi testimonij, quia numerata sunt omnia. Septuaginta: Et hæc est constructio tabernaculi testimonij, sicut præceptum fuit Moysi: Constructionem vocant, omnia, ex quibus constabat tabernaculum: Chaldæus: Hæ sunt enumerationes tabernaculi testimonij, quæ enumeratæ sunt: Numerationes vocat res numeratas, estq. omnium idem sensus; quasi dicat: Quę supra dicta sunt omnia, & enumerata, hæc sunt vasa tabernaculi testimonij. Porro, quod subditur: Iuxta præceptū Moysi; sic iuxta Hebræū, & Chaldæum: at Septuaginta: Sicut præceptum fuit Moysi; referunt itaque ad præceptum Domini, quod factū est Moysi, de his: At iuxta alias editiones cum Vulgato, referuntur hæc verba ad præceptum Moysi, factum alijs ministris, vt scilicet omnia illa facerent, & enumerarent, quæ facta essent, quæ omnia nec inter se discordant, & ad perfectum literæ sensum plurimum conducunt.

12 *In ceremonijs Leuitarum, per manū Ithamar.*] Iuxta Hebręum est: In ministerium Leuitarum, per manū Ithamar: sic Chaldęus: At Septuaginta: Ministerium esse Leuitarum per Ithamar, idest, opera, & commissione Ithamar: itaque quod Vulgatus dicit, In ceremonijs Leuitarum, intelligendū est, sicut dicunt Septuaginta, ministerium esse Leuitarum; sic enim à Moyse constitutum erat, ex iniuncto Dei, vt hoc ministerium esset Leuitarum, vasorum tabernaculi cura, & transferendi illa, cum dissoluendum esset tabernaculum, quando castra Israel soluenda essent, & denuo erigendū, quibus præerat Ithamar, & eius opera, & cōmissione deligebantur, & prescribebatur, quid quisque in hoc facturus esset. Est itaque Hebraismus: Per manum Ithamar, idest, ipso disponente. Iam Ithamar sacerdos erat, filius Aaron, & Elisabeth.

13 *Iuncto sibi socio.*] Iuxta Hebræum est: Et cum eo: est enim in Hebræo *Veitto*, idest, cum eo, sic & Chaldæus; sed hoc idem est cum eo, quod ואתו
Vulgatus legit, scilicet, iuncto sibi socio.

14 *Omne aurum, quod expensum est in opere Sanctuarij.*] Iuxta Hebræum est: Omne aurum factum ad opus, in omni opere sanctificationis: Hebraismus est: Aurum factū ad opus, in omni opere, idest, aurum omne, quod expensum est, seu insumptum. Rursum, in omni opere sanctificationis, idest, Sanctuarij, & talis loquendi modus est apud Septuaginta, & in Chaldæo.

15 *Et quod oblatum est in donarijs.*] Iuxta Hebræum est: Fuit aurum oblationis; quasi dicat: Omne aurum, quod expensum est, oblatum fuit à populo, & hoc est, quod ait Vulgatus, sicq. intelligi debet, non quod aurū in vasis impensum, & aliud non impensum, oblatum tamen, fuerit tanti ponderis.

16 *Ad mensuram Sanctuarij.*] Iuxta Hebræum est: Secundum siclum sanctificationis: Septuaginta: Ad numerum, siue pondus siclorum, quibus vtebantur in Sanctuario. Chaldæus: In pondere Sanctuarij, hoc est, quod Vulgatus ait; Ad mensurā Sanctuarij, quam mensuram duplam fuisse, ad mensuram, siue pondus vsuale, & commune, sæpe vidimus.

17 *Oblatum est autem ab his, qui transierunt ad numerum.*] Longa quidam periodus ante ista verba poni-

ba ponitur iuxta Hebræum, nempe: Et argentum numeratorum finagogæ, centum talenta, & mille & feptingenti & quinque, & feptuaginta, ficli fecundum ficlum fanctificationis, femiffis capiti, dimidium ficli, fecundum ficlum fanctificationis: Quam periodum confulto Vulgatus prętermifit, ad fenfum magis, quã ad voces attendens, cum ex prędentibus, & fequentibus idem aperte dixerit, nec vti voluerit ita frequenter repetitionibus vfitatis apud Hebræos, ficut alij interpretes faciunt. Porro, emeritæ militiæ viri fecundum ætatem, à viginti annis & fupra, qui ad iftum militiæ numerum tranfibant, per capita finguli dimidiũ ficlum foluebant, de quo fupra cap. 30. fatisque cum populi numero, eorum fcilicet, qui recenfiti fcribuntur, concordat pecuniæ pondus, quod hic fcribitur.

18 *Armatorum.*] Neque in Hebræo, neque apud Septuaginta, nec in Chaldæo habetur dictio ifta: quare funt qui putent, noftrum interpretem illam addidiffe, quod alluderet ad illud Exod. 13. Armati afcenderunt Ifrael: fed magis exiftimo confulto additam effe, vt explicaret, qui effent qui ad numerũ tranfirent, qui fcilicet emeritæ effent militiæ fecundum ætatem, fiue ad bellum idonei, & hos armatos vocat.

19 *Centum bafes factæ funt de talentis centum.*] Chaldæus autem talenta, pro centum bafibus. Iuxta Hebræum eft: Et bafes veli, centum bafes, centum talentis: Septuaginta concordant cum Vulgato, nifi quod pro bafibus capita legunt, quas tamen bafes intelligere debes, quę Hebraicę dicuntur *Adne*; quadraginta itaque bafes erant fub tabulis ad Auftrum, totidem ad Aquilonem, fedecim ad occafum; fub quatuor columnis in ingreffu tabernaculi, quatuor quoque bafes argenteæ, vnde centenarius numerus cõflatur bafium tabernaculi in circuitu. Porro, talentum dicunt habere fexaginta libras in pondere, libram, feu minam habere quindecim ficlos, vel vigintiquinque, vt alij putant, ficlum vero habere quatuor denarios, denarium fex obolos, obolum fedecim grana hordeacea, fed de his memini me fupra abunde fcripfiffe.

אדני

20 *De mille autem feptingentis & feptuagintaquinque ficlis, fecit capita columnarum, quas & ipfas veftiuit argento.*] Iuxta Hebræum deeft: Siclis, eft tamen dictio hæc apud Septuaginta, & in Chaldæo, & merito fubintelligenda in lectione iuxta Hebræum. Rurfum, pro capitibus, habent omnes iftæ editiones, vncinos columnarum, Septuaginta legunt: Deaurauit capita eorum, vnde aliqui exiftimant, columnarum capita auro texiffe: fed certe mirum effet, vt ex mille feptingentis, & feptuagintaquinque ficlis, qui omnes parum fupra talentum addunt, capita columnarum omnium effent argentea, & infuper auro cooperta; cum tamen in fingulis bafibus tabernaculi, vnum talentum argẽti impenfum fuerit: crediderim, igitur capita columnarum atrij operta fuiffe tantum argento, celaturas, feu fila, & quæ ad ornatum columnæ erant, fuiffe argentea, fummitates vero capitũ forfan deauratas, ac proinde Septuaginta dixiffe: Deaurauit capita, ideft, fummitates capitum eorum.

21 *Aeris quoque oblata funt talenta feptuaginta, duo millia, & quadringenti, fupra, ficli.*] Iuxta Hebræum eft: Et æs oblationis feptuaginta talenta, & duo millia, & quadringenti ficli; fic & Chaldæus: Quare ex recentioribus fere omnes intelligendum fic effe volunt, vt fint feptuaginta talenta, non feptuaginta duo millia, maximumq. errorem afferunt effe, fi, prout eft, in Vulgato legatur. Placet tamen interim fequi vulgati literam, maxime cum ita fit in correctioribus biblijs Clementis, cuius veritatem conabor manifeftare: Etenim fi pro centum bafibus tabernaculi, infumpta funt centum talenta argenti, quomodo æris feptuaginta tantum talenta fufficerent, pro tot bafibus atrij, immo & altari æneo, & craticula, alijsque inftrumentis, & pro tot paxillis? quid dico? & pro tot columnis atrij, quæ omnia, vt ex hoc capite conftat, ænea erant. Præterea, fi legendum effet, feptuaginta talenta, & duo millia & quadringenti fupra ficli, quis ita quæfo congrue computaret? cum duo millia & quadringenti ficli, vt vidimus 18. fcholio huius capitis, multum exfuperent pondus vnius talenti: ficut incongrue quis diceret; Erat pondus quatuor librarum, & quadraginta vnciarum, fi pondus libræ vnius tantum effet triginta & fex vnciarum, fed dicturus effet, pondus effe quinque librarum, & quatuor vnciarum: forfan nec improbabiliter intelligi poteft, quod fuerint feptuaginta fupra duo millia talenta, vt fcilicet fint oblata duo millia, & feptuaginta talenta æris, quadringenti ficli, fæpe enim apud Hebræos, & in Scriptura, minor numerus prius apponitur, & fic hoc loco, feptuaginta duo millia, idem fit, quod feptuaginta fupra duo millia: adde, dictionem illam, fupra, cum dicitur: & quadringenti fupra ficli, licet poft verba interpofita fit, ad priora verba, vt diximus, referendam effe. Hæc excogitaui, an vero valida fint argumenta, alius iudicet.

CAPVT XXXIX.

De hyacintho vero & purpura, vermiculo ac byffo fecit veftes, quibus indueretur Aaron

a b c d c d l

i. quando fancta minifteria exercebat in Sanctuario. *i. Sanctuario.* *de hoc fupra cap. 28.*

a b c d e f g h i K l

quando miniftrabat in fanctis, ficut præcepit Dominus Moyfi. Fecit igitur fuperhumerale

Digitized by Google

n
i. vario.
a b c d e f g h i k l m n
de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymitario,

b e f g i k l m n
i. laminas. — sicut modo fit, & netur aurum. — perpulchre allucentibus coloribus intra aurum, & subintellige: & texi.
a b c d e f g h i K l m n
inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colo-

K
i. extremitatum.
a b c d e f g h i K l
rum subtegmine, duasque oras sibi inuicem copulatas, in vtroque latere summitatum, &

a
de quo supra cap. 28.
a b c d e f g h i k l m
balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. Parauit & duos lapides
onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria, nominibus filiorum Israel:
posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat

e
de quo supra cap. 28.
a b c d e f g h i k l m
Dominus Moysi. Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro,

i K l a
i. quadratum. — i. duplicatum. — s. maioris, quanta scilicet intercapedo digitorum extremorum est, quando à se inuicem distenduntur.
a b c d e f g h i k l
hyacintho, purpura, coccoq. bis tincto, & bysso retorta: quadrangulum duplex, mensura

l
i. ordine.
a b c d e f g h i k l m n o
palmi. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius,
smaragdus. In secundo, carbunculus, sapphirus, & iaspis. In tertio, ligurius, achates,
& amethystus. In quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus, circumdati & inclusi auro
per ordines suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum
Israel, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem

a
i. complicata.
a b c d e f g h i k l m
cohærentes, de auro purissimo: & duos vncinos, totidemq. annulos aureos. Porro annulos

b c d
iuxta Hebræum: duabus extremitatibus.
a b c d e f g h i k l m
posuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inserue-

i k l
i. in principio & fine, vel à rationali, quod in pectore, ad superhumerale, quod velut retro erat.
a b c d e f g h i K l m n
runt vncinis, quæ in superhumeralis angulis eminebant. Hæc & ante & retro ita conue-
niebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuo necterentur, stricta ad balteum &

annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem

h i
de qua supra cap. 28.
a b c d e f g h i
mouerentur, sicut pracepit Dominus Moysi. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis

h i
i. medietate partis superioris. Iuxta Hebraeum: In medio.
a b c d e f g h i K l m
totam hyacinthinam, & capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilem: deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta: & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus

d e n o a
de quibus supra cap. 28. *de quibus supra cap. 28.*
a b c d e f g h i K l m n o
Moysi. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius: & mitras cum

e i
supra cap. 28. *supra cap. 28.*
a b c d e f g h i K l m n
coronulis suis ex bysso: feminalia quoque linea, byssina: cingulum vero de bysso retorta,

g h
i. acu facta.
a b c d e f g h i K l m
hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto arte plumaria, sicut præceperat Dominus Moysi

c d e i m n
de qua supra cap. 28. *iuxta Hebraeum: Corona sancta, seu coronam sanctitatis, vt legit Chaldaeus.* *i. sculpserunt.* *i. sicut in annulis sculpi solet.*
a b c d e f g h i K l m n
Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntq. in ea opere gemmario, Sanctum Domini: & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præce-

i K K l
pro, idest. *pro, tentorij.* *ratione tabularum sic dicitur, quæ erant testimonium fœder*
a b c d e f g h i K l
perat Dominus Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij:

l
i. aulæa variegata, quæ immediate tabulis aureis impendeban
a b c d e f g h i K l
feceruntque filij Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi. Et obtulerunt tabernaculum

b f g
i. operimentum de pellibus caprinis. *sub. videlicet.* *aureis laminis coopertas.*
a b c d e f g h i K l m
& tectum & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de ianthinis pellibus, velum arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis & propositionis panibus: candelabrum

a e f K
quæ candelabro imponebantur. *ad luminaria.* *i. oleum sacræ vnctionis.*
a b c d e f g h i k l m n
lucernas, & vtensilia earum cum oleo: altare aureum, & vnguentum, & thymiama e:

aromatibus

Digitized by Google

c i
i. velum. *i. reticulum.*
a b c d e f g h i K l
aromatibus : & tentorium in introitu tabernaculi : altare æneum, retiaculum, vectes, &

b h i
i. altaris. *i. aulæa.* *ſ. exterioris.*
a b c d e f g h i k l m n o
vaſa eius omnia : labrum cum baſi ſua : tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis :

h
i. clauos.
a b c d e f g h i K l m n o
tentorium in introitu atrij, funiculoſque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit, quæ in

c K
pro, ideſt. *ſub. & operimenta vaſorum.*
a b c d e f g h i K l m
miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. Veſtes quoque, quibus

k
iuxta Hebræum : Attulerunt ad Moyſen.
a b c d e f g h i K l m n
ſacerdotes vtuntur in Sanctuario, Aaron ſcilicet & filij eius, obtulerunt filij Iſrael, ſicut

f g h i k
i. contemplatus eſt, iuxta præceptum Domini completa fuiſſe. *i. laudauit artifices, & bona eis precatus eſt, vel laudauit.*
a b c d e f g h i K
præceperat Dominus. Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

S C H O L I A.

1 AC *byſſo.*] Verba hæc nec iuxta Hebræum, nec apud Septuaginta, nec in Chaldæo habentur, poſita tamen ſunt à Vulgato, quod ſupra capite 28. vbi hæc omnia fieri à Domino præcepta fuiſſe narratur, inter alias materias ſuperhumeralis, & byſſus connumeratur.

1 *d. Opere polymitario.*] Etiam hæc verba addita videntur ab interprete, ex capite 28. nam hoc loco neque iuxta Hebræum, nec in Chaldæo habẽtur.. cæterum hæc & ſimilia, nequaquam interpretis vitio aſcribi debent, & qui ex peculiari Dei inſtinctu ſimilia appoſita diceret, forſan non erraret.

2 *Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine.*] Iuxta Hebræum eſt: Et extenderunt bracteas aureas, & abſcidit fila ad faciendum in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, & in medio vermiculi, & in medio byſſi, opere phrygionico: ita & Chald. ſed pro, opere phrygionico, legit, opere artificis, ideſt, periti in his, ſiue per texturam, ſiue acu fiant, vel ad ſimilia præparando: Vulgatus autem has repetitiones vitans, conciſius legit, ſed nihil de ſenſu prætermittens, quaſi dicat: bracteas, ſiue laminas aureas ita ſubtiles reddiderunt, vt ex eis fila inciderint, mirifica quadam arte, quæ vſque modo perſeuerat, qua aurea fila contorquentur & nentur, & aliorum colorum filis obducta perpulchre apparent, coloribus alijs intra aurum adlucentibus.

3 *Et balteum ex eiſdem coloribus.*] Iuxta Hebræum eſt: Et balteus ſuperhumeralis eius, qui erat ſuper illud, ex ipſo erat, ideſt, ex eadem materia cum ſuperhumerali, ſecundum opus eius, ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta. Chaldæus addit: Iuxta opus eius, quod ſubintelligi debet in Vulgato, vt ſit ſenſus, erat eiuſdem materię balteus, & ſimilis texturę, cum ſuperhumerali. Iam, de balteo, ſeu cingulo, memini me ſupra capite 28. annotaſſe aliqua, ad plenam intelligentiam diuerſorũ locorum Scripturæ, in quibus de ſacerdotali & Pontificis cingulis mentio fit.

4 *Menſuræ palmi.*] Intellige maioris, quanta ſcilicet, externorum digitorũ intercapedo eſt, quando à ſe inuicem diſtenduntur, & menſuram illam habuit, tam interior, quam exterior duplicati rationalis, ſiue pectoralis pars.

5 *Et duos vncinos.*] Hos vncinos, ſiue annulos, pallis duorum lapidum onychinorum adhærẽtes intellige; ad quid autem deſeruirent, vide ſupra capite 28. quo loco ſcripſimus, & quę ad hyacinthinam, & byſſinas tunicas, & ad mitras ſpectant.

6 *Scripſeruntque in ea opere gemmario.*] Iuxta Hebræum eſt: Et ſcripſerunt in ea, ſcripturam, celatura annuli. Chaldæus: Et ſcripſerunt ſuper eam ſcriptura diſtincta: ſenſus omnium idem eſt, quod ſcilicet in aurea lamina ſcripſerint, vel ſculpſerint, literis diſtinctis & claris, ſicut ſcribi ſolet & ſculpi in annulo: Quid autem ſcriptum fuerit: Sanctum Domino, vel Sanctitas Domini, & quid hæc ſibi

velint,

velint, cum alijs, vide supra capite 28.

7 *Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij.*] Iuxta Hebræum est: Et consummauit omne opus habitaculi, & tabernaculi ecclesiæ: In quibus duabus editionibus, dictio, &, posita est pro, idest, tabernaculi, idest, tecti testimonij, quod esset velut tectum, sub quo arca & tabulę, quę in ea erant, testimonium vtique fœderis, tegebantur: similiter iuxta Hebræum: habitaculi, idest, tabernaculi ecclesiæ, siue conuentus, quo ad sacra ibi omnes conuenirent.

8 *Obtulerunt tabernaculum, & tectum, & vniuersam supellectilem.*] Tabernaculi nomine hoc loco, aulæa variegata, quę immediate tabulis aureis impendebant; per tectum vero, quod supra prædictas cortinas pretiosum tentorium de pellibus caprinis erat, intelligit: At per vniuersam supellectilem, omnia comprehendit, quæ postmodum in particulari recenset, inter quę, si attente aduertas, non connumerantur aulæa variegata desuper posita, nec quæ ex pellibus caprinis erant, quia iam, nomine tabernaculi & tecti, recensita fuerant.

9 *Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur.*] Licet in Chaldæo exprimi hoc loco videantur vestes, quibus vasa inuoluebātur, cum transferendum esset tabernaculum; tamen Vulgatus hic loquitur de vestibus sanctis, Pontificis, & Sacerdotum, quibus ministrabant: debent tamen in prædictis subintelligi, & vasorum opertoria, quæ Chaldæus exprimit.

10 *Vidit completa, benedixit eis.*] Completa idest, facta, & perfecta: Vidit, Hebraismus est, idest, diligenter prospexit, & contemplatus est, & cōsiderauit ad amussim facta iuxta Dei præceptū Porro, benedixit eis, idest, laudauit opifices, bonaq eis precatus est.

CAPVT XL.

g
Nissan anni secundi ab egressu ex Aegypto;
a b c d e f g h i k l m n
Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Mense primo, prima die mensis, eriges taber-

f g h i n
s. testimonij, in qua essent tabula legis. i. prætendes velum coram illa. s. panum propositionis.
a b c d e f g h i K l m n
naculum testimonij, & pones in eo arcam, dimittesque ante illam velum: & illata mensa,

a b c d e f g e i
iuxta Hebræum: Ordinabis ordinationem eius, q. d. dispones eam, vt iussi. i. ordine, quo s. ad australem plagam.
a b c d e f g h i k l m n o
pones super eam quæ rite præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare

o a f f g h i
s. thymiamatis. i. è regione. extra tamen velum, diuidens adytum, à sacro. i. aulæum.
a b c d e f g h i k l m
aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonij. Tentorium in introitu taberna-

b c d e f i
in atrio, ita vt medium esse posset labrum æneum. s. holocausti.
a b c d e f g h i K l m
culi pones, & ante illud altare holocausti: labrum inter altare & tabernaculum, quod

m a b e
i. in quo erit aqua. i. aulæis, seu cortinis.
a b c d e f g h i K l
implebis aqua. Circumdabisque atrium tentorijs, & ingressum eius. Et assumpto vnctionis

a b c d e f g h
ritus antiquus, iam à patribus in vsu, vngendi, quæ initianda erant, Spiritus Sancti in hoc fidem protestantes. i. Deo sint dicata, & à communibus vsibus separata.
a b c d e f g h i k l m
oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur: Altare holocausti & omnia

vasa eius;

l m n o
iuxta Hebr. Septuag. & Chald. & erit altare. Hebraismus i. Sanctissima.

a b c d e f g h i K l m n o
vasa eius: labrum cum basi sua: omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint Sancta sanctorum. Applicabisque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium

a b
i. dum lex vetus durabit. i. erit illis, & posteris suis. Iuxta Hebraeum, sit.

a b
sempiternum proficiat.

S C H O L I A.

1 MENSE *primo, prima die mensis.*] Iuxta Hebræum est: In die mensis primi, in vna mensis: Hebraismus est, idest, die prima mensis primi, scilicet,
ניסן *Nisan*, ascēderat quippe Moyses altera vice montem Oreb,
אב siue Synai, vigesima nona die mensis *Ab*, fuitq. ibi cum Domino ieiunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, descenditque de monte decima
תשרי die mensis *Tisri*, quæ fuit dies propitiationis: man-
אלול sit igitur per totam mensem *Elul*, & per decem dies
תשרי mensis *Tisri*, in monte, mox vero vt descendit, destinatis opificibus iniunxit, vt operi tabernaculi perficiendo insisterent, completumque est vniuersum opus, ab autumno vsque ad principium mensis
ניסן *Nisan*, initioque anni secundi ab egressu ex Aegypto; erigi iussit tabernaculum.

2 *Tabernaculum testimonij.*] Sic Septuaginta, & Chaldæus, at iuxta Hebræum est: Tabernaculū ecclesiæ, seu conuentus, quasi dicat: tabernaculi, tabernaculi inquam, non communis, sed ecclesiæ, quo scilicet ad sacra conuenire solebant: In Hebręo est:
משכן אהל *Miscan obel*, quæ duæ dictiones pro eodem sæpe vsurpantur, vnde aliqui sic intelligi volunt, tabernaculum, quod alio nomine dicitur, tētorium ecclesię.

3 *Et pones in eo arcā.*] Subintellige, testimonij; quod ibi essent tabulæ legis, testimonium vtiq. fœderis, sic habet Chaldæus, arcam testimonij: Et
ארון העדות quidem in Hebræo est: *Aaron habedut*, & ita iuxta Hebræum vertunt, sic habet Chaldæus, sic & Septuaginta.

4 *Dimittesque ante illam velum.*] Iuxta Hebræum est: Et teges arcam velo, sic Chaldęus, & Septuaginta, idemq. est omnium sensus, & Vulgatus proprius expressit sensum; non enim velum super arcam ponebatur, sed prætendebatur, siue ante arcam dimittebatur, ne ab introeuntibus tabernaculum, videri posset, diuideretque adytum à sancto.

5 *Et illata mensa, pones super eam, quæ rite præcepta sunt.*] Iuxta Hebræum est: Et introduces mensam, & ordinabis ordinationem eius: Sic & Chaldęus. Introduces, idest, Inferes, seu induces. Vnde Septuaginta: Et inferes mensam, & apponēs propositionem eius: Inferenda itaq. erat mensa, non intra adytum, sed intra sanctum, velo ab adyto distinctū: Mensa autem hæc est, super quam erant propositionis panes certo modo dispositi, & hoc est, quod dicitur iuxta Hebræum: Ordinabis ordinationem, id est, debito ordine cuncta disposita appones: Septuaginta legunt: Propositionem eius, idest, quæ apponēda ibi sunt, quæ breuiter, sed, scite dixit Vulgatus, cum ait: Quæ, rite (subintellige super illam constituenda) præcepta sunt à Deo, scilicet, per Moysen.

6 *Candelabrum stabit cum lucernis suis.*] Iuxta Hebræum est: Et introduces candelabrum, & accēdes lucernas eius: Ita & Chaldæus: at Septuaginta: Et impones lucernas eius: Introducendum igitur erat candelabrū, intra tabernaculum, sicq. constituēdum, vt staret ex altera parte tabernaculi ad australem plagam, contra mensam, quæ erat ad aquilonarem partē, ita vt in medio, è regione arcæ, esset altare thymiamatis. Sequitur: Cum lucernis suis, quæ scilicet ponebantur super candelabrum, & suo tempore incendebantur: Itaque in editionibus istis, quod vna exprimit, in altera est subintelligendum, sicq. ex omnibus eruitur quandoq. adęquatus literę sensus, iuxta Hebraici idiomatis fęcunditatē.

7 *Et altare aureum, in quo adoletur incensum, corā arca testimonij.*] Sic intellige, quod inter arcam & altare esset velum medium, diuidens adytum à sancto, & altare in sancto esset, inter candelabrum & mensam, è regione scilicet, arcę extra adytū tamen.

8 *Tentorium in introitu tabernaculi.*] Iuxta Hebræum est: Aulæum ad ostium tabernaculi: Tentorium itaq. sæpe Vulgatus vocat, quod nos aulæum, siue cortinam communiter nominamus.

9 *Et ante illud altare holocausti.*] Sic quidem intellige, vt sit extra tabernaculum, in atrio scilicet, siue sub dio, distās ab introitu tabernaculi, & à tabernaculo, sic vt interponi possit labrum æneū. Iuxta Hebræum est: Et pones altare holocausti coram ostio tabernaculi, tabernaculi ecclesiæ, quasi dicat: tabernaculi, non communis, sed ecclesiæ, siue conuentus, quo ad sacra conuenire solitum fuit. Chaldæus: Ante ostium tabernaculi fœderis. Septuaginta: Iuxta ostium: Sic tamen intellige, vt dictum est, quod medium esset æneum labrum.

10 *Quod implebis aqua.*] Quasi dicat: Nō erit vacuum, sed erit in illo aqua: Vnde iuxta Hebręum, & in Chaldęo, & Septuaginta est: Et pones ibi aquā.

11 *Omnia*

11 *Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint Sancta sanctorum.*] Idest, vt sint sanctissima, separata vt pote à communibus vsibus, diuinoque cultui omnino dicata: Hic itaque illius sacræ vnctionis effectus erat, vt Deo dicata essent, non communia, sed sancta, & munda: Et quidem labrum commode vngebatur, vt mundum esset, quo mundarentur & aliorum immunditiæ. Iam ritus hic, à patribus in vsu fuit, vt quæ initianda forent, inungerentur, sic & Iacob oleum fudit super lapidem, quem erexit in titulum: Et quidem crediderim, Spiritus Sancti fidem illis vnctionibus patres protestari, qui vnctio diuina est; nam & Trinitatis mysterium etiam explicite illorum plerosque à Deo accepisse, affirmant viri grauissimi.

12 *Applicabisque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi.*] Iuxta Hebræum est: Et appropinquare facies Aaron, & filios eius, ad ostiũ tabernaculi ecclesiæ, & lauabis eos aqua, & induere facies Aaron vestes sanctificationis, & filios appropinquare facies, & induere facies eos, tunicas: Sic & Chaldæus: Vides quomodò Vulgatus ad sensum magis quã ad verba attendens, plurima verba silet, absque iactura tamen aliqua sensus, & sententiarum.

13 *Et vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.*] Satis deprehenditur, verum esse, quod superiori scholio annotauimus, si consulamus editiones alias. Et quidem iuxta Hebræum est: Et vnges eum: Et de filijs eius, subditur: Et vnges eos, quemadmodum vnxisti, pro, vnxeris, patrem eorũ, & ministrabunt, & erit, vt sit eis vnctio eorum in sacerdotium perpetuum, in generationes eorum: Sic Septuaginta, & Chaldęus. Vides quam succincte legerit Vulgatus, seruata tamen sententiæ integritate: Quod igitur inquit: Proficiat, idem est, ac si dixisset: Et erit eis in sacerdotium sempiternum: Quod vero his verbis non solum illis, dum vixerint, sacerdotium repromittat, sed etiã eorum posteris, sicque intelligendum esse in Vulgato, constat ex his quæ in alijs editionibus iuxta Hebræum adduntur, scilicet: In generationes eorum, idest, in eorum posteris, qui similiter vngi deberent: Quod autem, in perpetuum, dicitur, sicut supra aduertimus, interpretandum est, dum lex vetus duraret, translata siquidem lege, translatum etiam sacerdotium fuit, absque diuinæ promissionis iactura aliqua: sempiternum itaque est, quod diu perseuerat.

---

k: *ab egressu filiorum Israel de Aegypto.* l

a b c d e f g h i K l m n

Fecitq. Moyses omnia quæ præceperat Dominus. Igitur mense primo anni secundi, prima die

b: *i. erectum.* d: *s. testimonij, & fæderis.* k: *sub. laminis aureis coopertas.*

a b c d e f g h i K l m n o

mensis, collocatum est tabernaculum. Erexitq. Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes,

e: *i. aulæa ex pellibus caprinis.* g: *i. aulæa variegata.* K: *sub. duplici, scilicet aulæis rubricatis, & desuper aulæis taxorum.*

a b c d e f g h i K l

statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut

e: *i. tabulas legis, quæ testimonium fæderis erant.* h: *i. traiectis per annulos.* m: *i. propitiatorium, vnde Deus oracula edebat.*

a b c d e f g h i k l m n

Dominus imperauit. Posuit & testimonium in arca, subditis infra vectibus, & oraculum desuper.

c: *s. fæderis.* i: *diuidens adytum à sancto.*

a b c d e f g h i K l m n

Cumq. intulisset arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum vt expleret Domini iussionem.

c: *s. panum propositionis:* K l: *diuidens adytum à sancto.*

a b c d e f g h i K l m

Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septentrionalem extra velum, ordinatis

a: *i. desuper.*

a b c d e f g h i k l m

coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. Posuit & candelabrum in taber-

d: *panum propositionis.*

a b c d e f g h i K l m n

naculo testimonij è regione mensæ in parte australi, locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum

Domini.

Digitized by Google

d e — quod thymiamatis dicitur; quia ibi fiebat eius suffitum. i — i. coram. k — diuidens adytum à sancto. p a — i. thymiama confectum ex aromatibus.

Domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum

h — i. aulaeum.

aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij,

e — i. prope ostium, sic tamen, vt labrum esset medium. f — i. tabernaculi. k — quod totum in Dei honorem igne absumitur. m — circa quae minister aliquid operatur, non tamen totum consumitur.

& altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum, & sacrificia, vt Dominus

b — s. aeneum. i — holocausti. k — i. non vacuum, sed cum aqua.

imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij & altare, implens illud

b — ex aqua inde per fistulas fluente.

aqua. Lauaruntq. Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas & pedes, cum ingrederentur

a — i. tabernaculum. f — holocausti, & thymiamatis.

tectum foederis, & accederent ad altare, sicut praeceperat Dominus Moysi. Erexit et atrium per

d — s. holocausti. i — i. aulaeis, siue cortinis.

gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt,

b — signum praesentiae Dei. f g — i. nubes refulgens, signum praesentiae Dei. k l — non licuit, nec ausus est.

operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moyses

b — i. tabernaculum. h i — sub. in signo externo. Iuxta Hebraeum: Gloria Domini tabernaculum implente. n — signum praesentiae Dei externum.

ingredi tectum foederis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes

e f — eleuans se à tabernaculo, & praecedens populum.

operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas

d — s. tabernaculum. i k l — quod signum esset praesentiae Domini, sic dicitur.

suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem

c d e — ignis speciem praeferens per noctem. g h — i. omni populo. K l m n — Iuxta Hebraeum: Profectiones, idest, per quas proficiscebantur, siue in cunctis locis in quibus castrametabantur.

tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

SCHO-

S C H O L I A.

14 *Mense primo anni secundi, prima die mensis.*] Sic est iuxta Hebræum, & fuit mense primo, anno secundo, prima die mensis, erectum est tabernaculum: Sic & Chaldæus: vnde autem computari incipiat horum annorum numerus, indicat lectio Septuaginta, qui dicunt: In mense primo, secundo anno egressus eorum ex Aegypto, prima die mensis. Initium igitur huius supputationis est, ab egressu ex Aegypto, quidquid alij dixerint.

15 *Et expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento.*] Iuxta Hebræum est: Et extendet tentorium super tabernaculum, & posuit operimentum tecti, super illud supernè. Itaque tentorium, & tectum, eamdem rem significant in hac editione, iuxta Hebræum, scilicet, aulæa illa pretiosa ex pellibus caprarum, quæ immediate super variegata erant: Per tabernaculum vero, tam Vulgatus, quam alij, aulæa variegata intelligunt, illa, scilicet, quæ infra tectum erant: Operimenti autem nomine comprehendunt, tam cortinas rubricatas, quam illas, quæ desuper erāt, de pellibus taxorum: duplex itaque operimentum, pro munimento, & conseruatione decoris, ab inclementia aeris & imbrium.

16 *Posuit & testimonium in arca, subditis infra vectibus.*] Tabulas duas, in quibus decalogi verba scripta erant digito Dei, testimonium vocat; quod testimonium fœderis essent, inter Deum & populum Israel, & quod intra arcam essent, & ipsa dicta est, arca testimonij. Sequitur: Subditis infra vectibus, idest, traductis vectibus per annulos, scilicet, arcæ.

17 *Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij.*] Idest, obtendit ostio tabernaculi velum, siue aulæum; sæpe enim, vt diximus, cortinam siue aulæum vocat, tentorium. At tabernaculum testimonij vocat, propter tabulas, quæ erant in arca intra tabernaculum.

18 *Et altare holocausti in vestibulo testimonij.*] Idest, prope ostium tabernaculi, nam hoc loco & ipsum tabernaculum nominat testimonium, contentum scilicet, pro continente.

19 *Offerens in eo holocaustum, & sacrificia.*] Holocaustum est, quod totum in Dei honorem igne absumitur; sacrificiū vero prout ab holocausto distinguitur, dicitur oblatio, circa quā minister aliquid operatur, non tamen totum consumitur, quod hoc loco à Chaldæo munus dicitur, lato quidem vocabulo; licet enim omne sacrificium munus sit, non tamē omne munus est sacrificiū, proprie loquendo.

20 *Laueruntque in eo.*] Scilicet, aqua, quæ ex illo fluebat in basim, per quasdam fistulas.

21 *Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud.*] In signum acceptationis, & quod Deo beneplacitum esset opus, apparuit Deus in signo externo, scilicet, in nube: Simile legimus 3. Reg. 8. gloria autem inquit S. Hieronymus *Hieron. in 5. cap. epist. ad Galat.*
dicitur, cum augustius aliquid & diuinius hominū se præbet obtutibus, sicq. hoc loco sumitur pro nube ipsa gloriosa, & fulgida, signo vtique præsentiæ Dei. Porro, ex hoc conijcitur, columnam nubis, non apparuisse toto fere tēpore, quo castrametati sunt filij Israel, iuxta Oreb; quod diu ibi permansuri essent; si enim, sicut solebat, adfuisset, ad quid Deos præcedentes expeterent, & postularent?

22 *Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis.*] Non poterat, idest, nō licebat, nec audebat intrare, ob reuerētiam tantæ maiestatis, nisi postquam gloria Domini, siue nubes illa fulgentissima abesset. Porro, tectum fœderis vocat tabernaculum: quod ibi essent fœderis tabulæ.

23 *Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco.*] Iuxta Hebræum est: Si quando recedebat nubes à tabernaculo: Septuaginta: quando autem ascendebat nubes à tabernaculo: Chaldæus: Et cum eleuabatur nubes desuper tabernaculum: Sic igitur deserebat, quod eleuabatur è tabernaculo, quasi in altum suspensa, recedebatq. non omnino, sed sic, vt præiret populum, cum castra mouenda essent.

24 *Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.*] Nubes Domini dicitur, quod esset signum præsētiæ Domini. Sequitur: Et ignis in nocte: Iuxta Hebræum est: Et ignis erat in nocte in eo, scilicet, super tabernaculum, sic & Chaldæus. Septuaginta: Et ignis erat in ipsa noctu, quod non sic intelligendum est, quasi in die esset nubes, in nocte vero ignis, sed quod eadem nubes in die nubis figuram præferret, nocte vero speciem ignis, & luceret. Sequitur: Videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas: Iuxta Hebræum est: In oculis omnis domus Israel, in cunctis possessionibus eorum, siue mansionibus suis, sic & Chaldæus. Septuaginta: Coram omni Israel itaque in Vulgato, plurale nempe, cunctis populis, ponitur pro singulari, scilicet, omni populo, quasi dicat: Omnes, ex quacumque castrorum parte conspicerent, visionem nubis, & ignis per noctem videbant, nubem scilicet, super tabernaculum per diem sub specie nubis, per noctem vero eamdē nubem, ignis speciem præferentem: Vel hoc vno miraculo in omnium oculis, quam sibi propitium Deum suum haberent Israelitæ manifestans Deus, vt gloriosior populus cunctis gentibus appareret, Israelitasq. tanti muneris beneficio sibi deuinctos redderet. Sit ipse Deus benedictus in sęcula, Amē.

Valentiæ apud Prædicatores, quinta die Ianuarij. 1598.

Digitized by Google

ELENCHVS IN EVANGELIA QVAE IN ECCLESIA DEI PER ANNI CIRCVLVM DECANTARI SOLENT,

In quo nonnulla, quae in commentarijs P.F. Ludouici Tostella in Genesim, & Exodum habentur, recentiorum considerationibus in praedicta Euangelia, adaptantur; quibus & alia adiunximus in gratiam eorum, qui verbum Dei concionaturi sunt.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Erunt signa in sole, luna, & stellis.

§. 1 ERVNT signa] *signi nomen diuersis vocibus nominari apud Hebræos, cum alterius rei signum, vel cum prodigium seu miraculum, importat. Gen. 1.§. 57. Vt alterius rei signũ, §. 56. Vt vero prodigium, portentum, vel miraculum, Exod. 7. §. 10. & Exod. 34. §. 17. In hoc vero Euangelij loco, etiam iuxta lectionem Syriacam legitur: signum. Vtrumque tamen importat, & prodigium, ita vt sit sensus. In sole, luna, & stellis quædam prodigia videbuntur, cum instabit Christi Domini aduentus ad iudicium. De his hic dicitur: futura in sole, luna, & stellis. 7. Matth. 24. dicitur: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. Et Marci 13. Sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cælis sunt, mouebuntur. Quæ verba, licet à quibusdam ex Patribus, scilicet Origene, Hieronymo, & Augustino, secundum accommodationem mystice interpretentur; immo in Scriptura Isa. 13. cũ ait: Stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum, metaphorice loquatur de vltione Babylonis sumenda: Et Ezech. 32. Solem nube tegam, nigrescere faciam stellas, & luna non dabit lumen suum.. de Pharaonis punitione. Et Ieremiæ 15. & Amos 8. de vindicta sumenda de Iudæis consimilibus verbis scriptura vtatur, hoc est, quod similes vltiones Dei, supremi iudicij specimina dederint, & sic angustiati fuerint, ac si illa vere accidissent: quæ licet ita sint, hoc tamen loco, vere, non metaphorice tantum accipienda ex verbis D. Petri in sua canonica 2. c. 3. deprehenditur, cum ait: Adueniet autem dies Domini sicut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Et Ioelis 3. Sol, & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Sol igitur obscurabitur, non per eclipsim naturalem, sed miraculo, per luminis defectum: stellæ vero decidentes tunc dicuntur; quod lumen suum retrahent, vt videantur e cælo decidisse, nec amplius in eo esse. Virtutum autem nomine, etsi multi angelos intelligunt, orbium cælestium motores concutiendos, vt ex Græco legitur; verum cum S. Lucas, & hoc anxiæ trepidationis hominum causam assignet, sydera, & astra intelligi praestat, quæ in Scripturis militia cæli, & virtutes frequenter dicuntur. Quod ergo dixerat: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suũ, & stellæ de cælo cadent, hoc generaliter comprehendit, cum ait: Virtutes cælorum mouebuntur, seu concutientur. Quomodo interpretanda sunt Ioelis verba c. 2. Et dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi, sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Addidit verò: Et in terra sanguinem; erunt siquidem horrenda, cruentaque bella, quibus humano sanguine terra ipsa inundet, præter aquarum fluuiorum sanguineum ruborem. Additur vero ignem, & vaporem fumi; quod cælitus coruscus ignis, & fulgura, fluminaque terram incendent, ex eoque incendio vapor fumi ascendet. Ad litteram vero, eo in loco Prophetam de die iudicij loqui, testantur Origenes tractatu 30. in Matth. Beda in 13. cap. Marci, & in 21. Lucæ, Theodoretus, & Rupertus in Ioelem, S. Tho. in 24. cap. Matth. & S. Hieronymus, licet duas referat sententias, alteram tropologicam dicit, quasi dicat: alteram vero de die iudicij genuinam, & ad literam esse. Iam, de peculiaribus signis, quæ sub praedictis continentur, multa refert Hieronymus ex Sybilla Erithræa, cuius verba refert Eusebius Cæsar. lib. 4. de vita Constantini, & Aug. 18. de Ciuitate Dei c. 22. & Lactan. lib. 4. de iud. inst. c. 18. & ante illos Cicero lib. 2. de diuinitate, qui versus & in Capitolio scripti erant, vt exterarum nationum viris, qui Romã adirent, peruij essent. Nec mirum videatur, orbis interitum, & vastationem, talia, & tam horrenda præcedere portenta. Hoc enim ferè diuinæ prouidentiæ munus est, vt insignes rerum humanarum strages, formi-*

Digitized by Google

dolosis antea signis, & non tantum Prophetarum vocibus, prænunciet, sic enim, prinsquam Antiochus Rex horrendam illam cladem Iudæis intulisset, qua octoginta hominum millia Hierosolymis trucidauit, totidemque captiuos duxit, & sanctissimum templum sacrilego furore temerare, & spoliare ausus est; quadraginta dierum spatio, armati exercitus in aere dimicantes, aliaque horrenda signa visa sunt. Quo factum est, vt ciues omnes metu perculsi, orarent, in bonum monstra conuerti. Similia quoque periculorum imminentium signa Iosephus 7. de bello Iudaico cap. 12. ante postremam Vrbis vastationem præcessisse memorat. Supra ciuitatem, inquit, sydus stetit simile gladio, & per annum perseuerauit cometes, & in festo azimorum, cum ad hostiam duceretur bos, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum esset ænea, atque grauissima, & sub vesperam vix à viginti viris clauderetur, visa est nobis hora sexta sponte patescere. Post dies autem festos diebus paucis, ante solis occasum, visi sunt per inane ferri currus, totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfusæ. In festo vero Penthecostes cum sacerdotes intimum templum ingressi fuissent ad diuinas res celebrandas, strepitum quemdam primo senserunt, & continuo vocem audiere, quæ dicebat: Migremus hinc. Et quod de Iesu filio Anani refert, mirabile est. Sanctus autem Gregorius simile quoddam in Italia contigisse narrat. Prius enim, inquit, quam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cælo vidimus acies, ipsum, qui postea effusus est, humanum sanguinem portendentes. Sed & ex profanis historijs quædam lubet afferre similia portenta. Sanguinea specie cælum apparuit, cum Rex Philippus Græciam inuasit. Imminente Romanis primo ciuili bello, ignis ex hastis subito emicuit, qui vix potuit extingui: tubarum clangor in aere concrepuit. Tres corui, pullos suos in viam productos laniarunt, quod ex laniatu superfuit, retulerunt in nidum. Et mures in templo aurum roserunt. Sedente in Pontificatu Ioanne XI. Genuæ fons sanguinis fluxit, & paulo post à Sarracenis vrbs capta fuit. Pridie quam Veneti Ligustico bello vincerentur, corui diuersis inter se agminibus conflixere, ita vt sanguis superne cadens, naues ipsas cruentaret. Si ergo hoc diuinæ prouidentiæ familiare est, consequens profecto erat, vt ante totius orbis excidium, horrenda signa præcederent, quæ cæteris omnibus tanto essent formidabiliora, quanto grauiora mala portenderent; aliud enim est vnius orbis angulum, aliud totius vniuersi machinam concidere: ideoq. illic, priuata quædam indicia; hic vero, in tota rerum vniuersitate tremenda ostenta præcurrerent.

§. 2. Erunt signa] *Signi nomen hoc loco, vt prædiximus, etiam importat id, quod est, aliud à se significare: portenta itaque iudicij extremi diem præcedentia, irati & tremendi iudicis in proximo aduenientis signa erunt, vt demum de inimicis suis vltionem capiat. Cum ad ferendam legem Dominus in montem Sinai descenderet, vt maiestatem suam quodammodo insinuaret, quod timoris lex esset, vt inquit Philastrius. Cœperunt, inquit sacer textus Exo. 19. audiri tonitrua, àc micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq. buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit, inquit, populus, qui erat in castris. Et c. 20. Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemq. fumantem: & perterriti, ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, vide Exo. 19. §. 24. 25. 26. 29. & cap. 20. §. 27. 28. 29. Si itaque tunc, qui de populo Dei erant, tanto sunt pauore concussi, quæso, qui poterunt eius furorem sustinere, cum ad ipsius spretæ & violatæ legis rationem exigendam veniet? Cum Antiochus Rex cladem Hebræis ingentem intulisset, ac deinde Apollonium ducem cum exercitu misisset. 2. Mach. 5. qui nouas strages veteribus adderet, atque tandem Iudæorum genus, & nomen ad internecionem exscinderet, Deum, ait Scriptura, modicum aduersus Iudæos iratum, quæso si tot calamitates, mortes, captiuitates, tot damna, cum modice iratus erat Deus, quid cum supra omnem solitum modum exacerbatus, iratus fuerit? Similiter & Esai. 4. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus extenti, vngulæ equorum eius, vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Vtebantur antiqui curribus ad præliandum, ideo ait fore rotas fortissimas, & concitatissimo cursu, magnum, horribilemq. sonum esse effecturas. Quæ verba, vt B. Hieronymus docte adnotat, non ad Babylonios referenda sunt, sed potius ad Romanorum aduentum, qui procul dissiti à Iudæa erant, quos comitati sunt & Germani, Galli, & Hispani, semotæ quidem nationes, quæ & sub signis Romanis militabant, & vastauere Iudæam, de quo Iosephus de bello Iudaico lib. 6. c. 4. & 7. Et tamen, modice tunc etiam in Iudæos Deus iratus erat. Quid cum in finem iratus fuerit? Hinc Isa. 13. A summitate cæli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram, & paulo post subditur: Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisq. ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quem locum recentiores de Persis, & Medis dictum referunt; sic & Eusebius, & Hieronymus insinuare videntur. Cæterum B. Ambrosius in lib. de Helia, & Ieiunio cap. 21. Chrys. in 12. cap. Matth. hom. 48. & tomo 5. Parænesi priore ad Theodorum lapsum, & B. Ephrem in lib. de pœnitentia, Gregorius in 30. cap. Iob. lib. 20. cap. 23. ad diem iudicij referunt. Et quidem Origenes tom. 2. in epist. ad Rom. in cap. 2. ad literam aieit sic intelligendum, idem sentit Cyprianus contra Demetrianũ, & Chrysostomus vbi supra. Et quidem Babylon in plano loco sita erat, vbi nulli sunt montes. idem etiam deprehendi potest ex multis alijs, quæ suo loco attingemus. Vlulate, alloquitur Chaldæos, vel potius homines peccatores in extremo iudicij die, vt clament, & vim fundant lachrymarum, suam calamitatem deplorantes, neque de ea dubitent, cum Deus eos vastaturus aduenerit. Crudele vero illud tempus vocatur, quod Deus iram suam potius manifestet, quam misericordiam, non sicut eo vsque solitus est, dissimulans hominum peccata, & multis modis misericordiæ suæ specimen præseferens, licet & tunc, & semper, misericordiam, & iustitiam cantare Domino liceat, cum in omni Dei opere misericordia, & veritas sint. Rursum Isa. 34. Indignatio Domini super omnes gentes, & furor super omnem militiam eorum. & paulo post subditur: Liber cæli, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, & de ficu; quoniam inebriatus est in cælo gladius meus. quæ verba, licet ad vastitatem Iudææ referant, Origenes hom. 7. in 12. cap. Num. & Theodoretus in Isai. commodissime tamen de diebus nouissimi iudicij interpretari possunt, iuxta canonem Scripturæ, quem Chrysostomus in 3. cap. Matth. ho. 11. perscribit in illa verba: Paleas autem comburet igni sempiterno, vbi monet simul duo prænunciari literis sacris solere, vt, ex vno statim facto, pro certo sit reliquum esse futurum. Prædicitur itaque Iudææ vastitas prædictis verbis, & nationibus cunctis idem futurum in consummatione seculorum, sicut censent Epiph. in Anc. Eusebius de prop.*

Euang.

Digitized by Google

Euang. lib. 11. cap. de innouatione mundi: & Platonem hunc locum in sua scripta mutuatum esse docet Hieronymus in Isa. & Cyrillus in Isa. verba huius textus eadem esse scribit cum illis Matth. 24. Stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. Vult itaque Propheta acerbissimas, & luctuosissimas sceleratorum hominum futuras calamitates insinuare, quæ tanto acerbiores erunt in extremis diebus, quanto vniuersalius erit excidium totius orbis, vel vnius tantum gentis. Quod autem dicitur: liber cæli, & omnis militia eorum defluet, intelligi debet, sicut verba Christi apud Lucam exposuimus, sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ de cælo cadent. Inebriari vero sanguine gladius Dei dicitur; quod acerbissima de eis futura sit vltio, nec grauior desideranda videatur, si diuinam, & solitam Dei misericordiam quis contempletur. Iam Isa. 42. sic iratus Deus loquens introducitur: Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul, desertos faciam montes, & colles, & omne germen eorum exsiccabo, ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Quæ verba de Christi passione, & excidio Hierusalem per Titum Procopius interpretatur: tulisse Dominum passionem, & cruciamenta, & tacuisse, & ingemuisse, vt ingemiscit parturiens, vt redimeret eos, non semper taciturus; nam postea male perdidit Iudæos. At vero Cyprianus ser. 3. de bono patientiæ in fine, Tertulianus lib. de pudicitia, non longe à principio, & Augustinus tractatu 33. in cap. 8. Ioelis, ad Christi passionem, & ad iudicij extremi diem referunt. Denique quod Apocalipsis 19. de hoc aduentu Christi irati ad iudicium venientis scribitur, maxime est ad propositum. Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat; oculi autem eius, sicut flamma ignis, & vestitus erat veste aspersa sanguine. In equo albo licet Christi humanitatem hoc loco plerique interpretentur, propter leuitatis, & claritatis dona; cum tamen de angelis statim subiungatur similiter: Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, in quibus non est corpus, aut humanitas, præstat equum album, victoriæ futuræ insigne esse. Vnde & Apocapl. 6. dicitur: Ecce equus albus, & qui sedebat super illum, exiuit vincens, vt vinceret; fidelis dicitur, quia quidquid suis promisit, cumulate redditurus est; eademque ratione & verax, quasi constans in promissis, & malos sine passionis affectu iudicabit. Subditur: Et cum iustitia iudicat, & pugnat, quasi dicat, non opprimet illos magna sua potentia, sed secundum cuiusque demerita puniet. Oculi autem, sicut flamma ignis, quod est veluti irati signum, & supplicia inferre molientis: excandescet vtique iustus iudex, sæuissimoque vultu ostendet, velle se vindictam de illis sumere; eademque ratione, & vestitus dicitur veste aspersa sanguine: Describitur siquidem Rex iste instar ducis, victoriæ hostium suorum sanguine cruentati, & de illis gloriose triumphantis.

§. 2 Erunt signa] *Cum primi parentes peccassent, deambulabat Deus ad auram post meridiem, & inde Adamum vocabat Gen. 3. §. 23. 24. 25. 28. & Dei præsentia, & vox, minæ quadam erant, vt resipiscerent. Et similiter cum Caim fratrem occidit, tremorem Deus illi incussit, & vitam longissimam tribuit, Gen. 4. §. 18. 19. 20. 21, 22. 23. 27. Et cum tam longum tempus, vt arcam Noe fabricaret, designauit, vtique, vt homines interim ad meliorem mentem venirent, Gen. 7. §. 5. Et Pharaonem quoties per Moysen admonuit, quot plagis animaduertit, ne cor suum induraret, liberosque filios Israel relinqueret, ne tandem cum suis periret, Exod. 5. §. 6. cap. 7. §. 21. 23. 24. 56. 79. & denique à cap. 5. vsque ad cap. 11. pari modo, & prædictis terribilibus signis terrere homines vult, & erudire illos, vt ab illicitis abstineant, de præteritis malis pæniteant, & ad Dei exactissimum iudicium se præparent. Cum Dei populus in expeditione contra Idumæos, & cæteros vicinos, auxilium à Deo peteret, dicebat, vt refertur psalm. 59. ostendisti populo tuo dura, hoc est laboriosa, quæ ad obsidionem, & captiuitatem pertinebant, potasti nos vino compunctionis, per quod calamitates iuxta Euthymium, & angustiæ intelliguntur, quæ compunctionem afferunt, & pænitentiam eorum delictorum, ob quæ Deum contra se prouocauerant. Subditur: Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Ab antiquis factis Deum conciliare nituntur, qui scilicet & ad idem gerendum excitant, qui olim cultoribus signa dare solitus fuerat, vt à malis imminentibus seruarentur. Quæ verba satis apposite accommodari possunt ad præsens institutum, & ad hoc ipsum, hæc præcedentia signa, ante vltimum orbis excidium dat Deus, vt fugiant peccatorum compunctione à Dei ira imminente, arcusque tunc ira Dei merito dici posset, qui quo magis retrahitur, & neruus intenditur, fortius ferit, sic & quo magis Deus silnerit, & expectauerit, fortius tunc feriet, & percutiet, sicut ad Rom. 2. Paulus insinuabat, dicens: An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quod benignitas Dei ad pænitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impænitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, quasi dicat. An spem aliquam impunitatis tibi polliceris ex Dei bonitate? falleris si ita existimes; diuitiarum vero voce vtitur Scriptura, quoties ingentem rei cuiuspiam vim, & copiam significare vult; diuitias bonitatis &c. idest, exuberantem illam bonitatem, benignitatem, longanimitatem. Benignitatem definit Arist. virtutem, qua quis sponte omnium vtilitati est expositus, vt sit sensus: An despicis abundantem Dei benignitatem, qua sponte in te accumulat beneficia sua, & patientiam, qua viam malorum tolerat, & correctionem? Quas diuitias vtique contemnunt, qui eis vti legitime recusant, ad vitæ emendationem. Ignoras, iuxta Græcum, aliqui legunt, ignorans: Quoniam, idest, propter quod benignitas Dei ad compunctionem te adducit, idest, prouocat, & allicit, quasi dicat, contemnis diuitias Dei, ignorans, quod illæ te ad pænitentiam inuitent, vel, vt legimus: Ignoras, quod te diuitiæ illæ ad pænitentiam alliciant? Tu autem secundum durum, ac ferreum cor tuum pænitere nescium, quodque nulla Dei beneficia ad pænitentiam emolliunt, nec flectunt, accumulas, & coaceruas tibi ipsi vltionem, quæ tamen vniuersa deprometur, & more thesauri in te effundetur in die iræ, siue vindictæ, hoc est in eo die, quo impij, qui diuinam bonitatem contempserunt, iustitiam, & vltionem Dei tandem experturi sunt. Et reuelationis iusti iudicij Dei, idest, quo manifestabitur iustum Dei iudicium, quod interim latet apud homines. Græci diuidunt hæc, interposita coniunctione, hoc modo:*

Digitized by Google

reuelationis, & iusti iudicij, secundum quam, diuersis notis significet eundem diem. Iræ, quod tunc misericordiæ locus nullus erit. Reuelationis, quod ibi omnia nuda, & aperta erunt, quæ nunc latent. Postremo vltimi iudicij, quod iuste pro cuiusque meritis pronunciabitur sententia, quæ numquam retractabitur. ad Coloss. 3. & 2. ad Tessal. 1. sunt similia loca de Dei iudicio.

§. 3 Arescentibus hominibus præ timore] *In Græco pro, arescentibus, est* ἀποψυχόντων, *quod sonat exanimari dolore, seu extabescere, & per consequens arefieri, vt sit sensus: mortales extabescent, & exanimabuntur metu, & expectatione eorum, quæ mox superuenient vniuerso orbi: concutietur enim tota rerum natura, neque terra solum, & mare commutabuntur; verum etiam illa solidissima mundi corpora, quæ hactenus ab elementorum mutatione fuerunt immunia. De timore fratrum Ioseph, cum ad conuiuium introducuntur, Genes. cap. 43. §. 12. & eum se eis Ioseph manifestat, Gen. 45. §. 4. & cum filij Israel Aegyptios insectantes timent, Exod. 14. §. 2. & 12. & cum Pharao timens signa, de nocte surrexit, Exod. 12. §. 14. Si igitur tantus timor, ac tremor fratres Ioseph inuasit, vel quod se venditionis reos cognoscerent, vel quod pecunia in sacco esset reperta, & Pharaonem, cum potentissimus esset, quod maiora flagella, corporea tamen pertimesceret, & filios Israel, quod se in angustia loci cernerent, & insectantes Aegyptios viderent, cum tamen pro se Deum militare, tot signis essent experti: qui se reos coram Deo esse cognoscent, & omnem creaturam pro Deo pugnare conspicient, & à nullo liberari posse de manibus Dei irati agnoscent, cum terribilia signa imminentis damni animaduertent, quid mirum si contabescant, exanimentur, & arefiant, Cicero, de Natura Deorum refert quorundam philosophorum sententiam, dicentium Deum non esse, quorum ratio fuit, quia si Deus, ergo iustus, bonus, & sapiens, rationem ergo exiget malorum ab homine, & vltionem potenter capiet, homo ergo semper timens, & pauens erit: vt ergo libere homo viuat, credat Deum non esse: merito ergo, præ timore, & expectatione illius tremendi iudicij imminentis, arefient homines. Ioelis 1. cum de exercitu Chaldæorum fieret sermo, qui omnia misere vastarunt, sic scriptura describit: vinea confusa est, & ficus elanguit, & omnia ligna agri aruerunt; quid obsecro de illa vltima, & maxima orbis vastatione dicendum putas? nonne merito tanta erit hominum calamitas, vt præ timore, & expectatione tabescant, & arefiant? Dan. 5. Balthasar, quem alij Balsasar vocant, magni Nabuchodonosoris nepos, & Euilmerodachi filius, cui in regno præcesserant duo alij fratres Neglisar, quem alij Reptisarem vocant, & tribus annis regnauit, post quem Labosardach duobus annis, post quem iste Balthazar, qui annis quinque imperium gessit, sic Metasthenes de iudicio temporum, & Hieronymus, qui in hoc testatur se sequi Berosum Chaldæum, & Flauium Iosephum in libro Iudaicarum antiquitatum. Regnante hoc Balthazare, fuit Babylon obsessa, & expugnata per Cyrum Regem Persarum, & auunculum eius Darium Regem Medorum: & Chaldæorum regnum funditus euersum, legat qui voluerit Trogum Pompeium Metasthenem, & Xenophontem. Aiunt nonnulli ad quandam solennitatẽ, quæ in vrbe illa celebrabatur, magnates omnes conuenisse, in qua fuit hoc splendidum conuiuium institutum: Alij à Rege conuocatos, & conuiuium præparatum dicunt, quod Ieremiæ vaticinium de euersione Babylonis, & reditu Iudæorum post annos septuaginta, commentitium rex crediderit, in annorum computatione deceptus. Cum igitur imminente obsidione, viribus suis fidens Balthasar, & vrbis munitissimæ roboris, parasset opipare magnificum cõuiuium, regni magnatibus inuitatis, cuius meminerunt Xenophon, Herodotus, & Iosephus, cum in hoc cõuiuio sacra vasa contaminassent, in eadem, inquit, hora, ait sacer textus, apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis,* como si el hombre estuuiese de tras la pared, y sacase la mano, lo que era menester para escreuir, *contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Describit Daniel perturbationem, qua Rex agitabatur ob metum rei visæ, propter timorem, factus est recursus sanguinis ad cor, & remansit pallor in facie, & tremor in membris, destitutusque animo, & viribus mentis, agitationes eum perturbabant, cuius manus scripturam interpretatus Daniel, propter Regis demerita, eius regnum dandum fore Medis, & Persis renunciauit. Huius temporanei damni signa, Regem robustum, potentissimumque tanto timore, & tremore affecerunt. non igitur mirum, quod portenta illa extremi iudicij horrenda, tanti damni prænuncia, miseros peccatores adeo conturbent, vt, præ expectatione eximiæ calamitatis, contabescant, & arefiant. Vnde Isa. 13. Vlulate, quia prope est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet. idest qualis à Domino irato demum expectari potest. Sequitur: propter hoc, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conteretur. Qui locus, non solum de Babylonis vastatione, sed & de extremo iudicio, cuius figura, vastitas illa fuit, interpretanda fore testantur Origenes tom. 2. in epist. ad Rom. in cap. 2. & Chrysost. tom. 5. parænesi priori ad Theodorum lapsum, & Ephren. 5. in lib. de pænitentia.*

§.4 Respicite, & leuate capita vestra] ἀνακύψατε *non solum respicere significat, sed etiam sursum sublatis oculis aspicere, & spe erigi, animoque recreari: quasi dicat, cum sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, cum stellæ è cælo cadere videbuntur, cum mare rugiet, terra contremiscet, montes ab imis sedibus concutientur, totus denique orbis quatietur, & homines tantarum rerum magnitudine stupefacti arescent, tunc iusti animos vestros cum spe, & hilaritate ad superna erigite; (caput enim in scriptura nonnumquam ponitur pro eo, quod est in homine præstantius, vt est animus, & mens hominis) triumphate, & dies festos agite, quod prope sit felicissimus ille dies, in quo à malis omnibus redimendi, & in cælestes sedes transferendi estis. Quæ improbis igitur trepidationi, & horrori, eadem solatio, & fiduciæ electis erunt; vt nubes illa, quæ in fuga ab Aegypto, inter filiorum Israel, & Aegyptiorum castra media intercedebat, Aegyptijs quidem tenebrosa Israelitis vero fulgida erat; illos quidem tenebris perterrefaciens, & inuoluens, hos autem splendore suo illuminans, & lætificans. Exod. 14. §. 21. 22. 29. 30. Cum hyems rigescit, cuncti homines continentur; vere autem incipiente, cum virent, & florent, omnia tunc florum multitudine & varietate, & fructuum dulcedine gaudent, ita nunc iusti tanquam hyeme afflicti, tristes, & in latebris degunt, tunc vero, tanquam adueniente vere, illa signa spectabunt, & vt flores, & rosæ erunt, redemptionis quam expectabunt. Et cum Princeps aliquis Christianus*

Digitized by Google

stianus Turcarum ciuitatem obsidet; strepitus quidem, armorum sonitus, buccinæ, discurrentes iam milites per ciuitatem, licet stupori sint barbaris; at Christi fidelibus, qui ibi captiui forsan tenebantur, summæ lætitiæ signa sunt. Idem argumentum insinuare videtur Sapiens Sap. 16. cum ait: Creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum ijs, qui in te confidunt. Quæ eodem capite multis exemplis Sapiens indicauit, sicut cum grando, nix, glacies, & ignis, inquit textus, pariter ferebantur, vt Aegyptios læderent, & perterrefacerent; Moysen vero, & filios Israel summa afficerent lætitia, nec in terra Gesse vbi morabantur, hæc contingebant. Et cum e columna ignis egrediens perterrefaciebat Aegyptios, & exterminabat; filios verò Israel, cum viderent Deum pro illis pugnare, non offendebant, sed potius solatio hæc erant, Exod. 14. §. 29. 30.

DOMINICA II. ADVENTVS.

§. 1 IOANNES in vinculis] *Iustorũ hæc sors est, in hac vita multa perpeti tẽporanea damna, quãdoque etiam & mortẽ, nõ ob scelera aliqua, sed magis quod virtuti studuerint, sic Abel, quod religiose Deo litauerit, sic vt placitũ Deo eius sacrificiũ fuisse signo externo manifestum fuerit, ab iniquo fratre interfectus fuit, Gen. 41. §. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 18. 19. & Sanctus Ioseph à fratribus venditus, quod in crimine pessimo non cõsenserit, sed magis patri renunciauerit, vt de remedio opportuno prouideret, & quod blanditijs dominæ suæ non acquieuerit, & domino suo debitam seruauerit fidem, in carcerem, & vincula coniectus, multa mala sustinuit. Gen. 37. §. 4. 14. 15. 16. 18. 19. 21. 23. 31. 32. cap. 39. §. 3. vsque 15. Et quidem si mundi mores, & ingenium spectare velis, mirum non est, si, qui ex hoc mundo sunt, bonos insectentur, cæterum si oculos in cælum tollas, memineris que ibi sedere, qui orbem terræ iudicat in æquitate, mirum tunc videri poterit. Iudæos male habebat cum se peccatores agnoscerent, quod per peiores se punirentur, quod in eorum persona Habacuch cap. 1. cõnqueritur, dicens: Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere iniquitatem non poteris. Quare non respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustiorem se. quasi dicat, cum tibi omnis iniquitas displiceat, ac nullo modo videre, idest, probare possis, quæ mala sunt, & iniusta: Quare non respicis super inique agentes? idest, quomodo ferre potes Chaldæos homines pessimos, instrumentũ esse iustitiæ tuæ, & deuorare, consumereque Iudæos? qui licet peccatores sint, multo tamen sunt Chaldæis iustiores. vbi obiter nota, vbi nos legimus. Quare non respicis, videlicet, vt punias, iuxta Hebræum, & Septuaginta, & Chaldæum esse, Quare respicis? hoc est, quare sustines videre ipsos, quod dum facis, videris eorum vitam, & facta approbare, sed idem est omnium sensus. Iam Iudi. 10. cum traditi essent in manibus Palæstinorum, & Ammonitarum, clamabant: peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet, idest, non per hostes nostros, qui nobis sunt deteriores, sed tu plecte nos, tantum nunc libera nos. Hoc etiam petebat Dauid psalm. 16. Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ, idest, frameam, qua inimicos tuos punis, ne des in manus hominum, qui inimici tui sunt. Et quidem non solum homines torquet, quod per manus impiorum mala sustineant, sed quod cum impios Deus in hac vita pace, & fortunæ bonis potiri disponat, iustos econuerso quasi perpetuis afflictionibus, paupertate, infirmitate, persecutione, carceribus, & vinculis, alijsque similibus exerceat, sic Ieremias cap. 12. inquit: Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum, hoc est, adeo manifesta est æquitas, & iustitia tua, qua cuncta moderaris, vt nullis hominum argumentis obscurari possit. sequitur in Propheta; Verumtamen iusta loquar cum te. Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt? quasi dicat, nihilominus rationes aliquas proponam, quæ iustæ videntur, & nonnumquam pios homines vexare solent, quod scilicet videant aliquando, impios homines prospere, & feliciter agere, omniaque pro voto euenire. sic, psalm. 72. Asaph. nobilis musicus tempore Dauidis, cuius nomine extant duodecim psalmi cum magna parte aliorum modos fecerit, eius spiritus hoc habuit peculiare, vt de rebus Ecclesiæ tristibus meditaretur, querimonias quasdam proponens, ne de diuina bonitate, & æquitate videatur dubitare; Quam bonus, ait, Israel Deus his, qui recto sunt corde, asyntheton est (&) his, qui, vt erga omnes sit beneficentissimus, & singulariter erga Israelitas, idest fideles, eos maxime, qui puro sunt animo, & conscientia. Proponit deinde ea, quæ nonnumquam illius mentem excruciabant; mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Moueri pedes, effundi gressus, prouerbio Hebraico est à recto declinare, labi, vacillare cogitationibus, deficere ab aliqua re, quasi dicat, pene in his tentationibus succubui. sequitur: zelaui super iniquos, idest, grauiter commotus sum, & ardenter; zelus autem hic, feruor est quidam animi, propter res indigne factas. pacem, idest, prosperitatem. Cæterum ex fine, & exitu, quod sua quemque tandem maneant præmia, se debere consolari, in residuo eiusdem psalmi prosequitur. Cur autem veteris testamenti hominibus etiam iustis visum fuerit difficile improbos secunda fortuna vti; pios verò aduersa iactari, ratio in promptu est. Cum enim lex illa cultoribus suis corporis incolumitatem, opulentiam, cæteraque terrena bona promitteret, impijs autem, & præuaricatoribus legis, pestem, & exitium minarentur, consequens erat, vt cum secus contingere sibi videretur, hac rerum vicissitudine commouerentur, at vbi nouæ legis gratia (quæ non carnalia, sed spiritualia, non terrena, sed cælestia bona fidelibus pollicetur) in mundũ inuecta est: vbi lator legis Christus Dominus in mundũ veniens, in stabulo nasci, in præsepio reclinari, in cruce mori, & vitã inopem, humilem, & acerbã, innumerisq. tẽpestatibus agitatã eligere dignatus est, labores ipsos, dolores, persecutiones, mortẽ, cæteraq. corporis incõmoda in corpore suo consecrauit, nobilitauit, & ad*

summam dignitatis, & gloriæ laudem extulit. Seneca magnus inter morales philosophos lib. de prou. diuitias, & opulentiam non esse inter bona numeranda confirmat; quod ea pessimis interdum hominibus contingant: Contra vero egestatem, labores, & calamitates, cæteraque corporis incommoda, nullo modo esse inter mala collocanda, quod ea Cato, quem is diuinum hominem existimabat, pertulerit. Quod si tanti apud hunc insignem philosophum Catonis auctoritas extitit, vt quæ ille perpessus fuerit, in bonorum numero ponenda esse censeat, quanto quæso Seruatoris nostri dignitas, & auctoritas, apud nos maior esse debeat, vt quæ ille pertulerit, & elegerit, in summo pretio habenda sint? Prosequitur can. 2. sponsus sponsæ suæ laudes, & ait: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. sensus est, sponsæ meæ pulchritudo gratior fuit vel hoc nomine, quod inter impios versatur, & ab illis pungitur, non aliter, atque rosæ, & lilij candor elucet magis inter vepres, & sentes, dum lilij teneritudinem, cum asperitate, & rigore spinarũ comparamus; in quo, & cum sponso suo simillima sit, vel hoc vno præ cæteris se dignam ostendit, sicut & Eua præ cæteris animantibus, in adiutorium sibi simile, Adamo sociata est in vxorem, quod similior, vtpote eiusdem speciei cum ipso. Modo sponsus Christus Dominus, inter vepres, atque spinas frigoris, & laboris natus, quod spinæ rubi ardentis Exod. 3. in quo Deus Moysi apparuit, adumbrant, in passione tremendum illud angelis caput spinis coronatur acutissimis & acerbissimis, quæ sacrosanctum illius sponsi caput non pungebant solum, sed transfigebant, ita vt de eo dici possit, quod cant. 7. de capite sponsæ, quod Christus est, dicitur: Comæ capitis tui, sicut purpura Regis vincta canalibus, hoc est, pulcherrimum, gratissimumque habes caput o sponse, capilli namque illius subrubei sunt, & trabeam purpuream imitantes, non qualemcumque, sed regiam, non vsu, temporeque detritam, sed recentem, & nouo conchilij sanguine tinctam: quales illæ sunt, quæ adhuc existunt in tinctorum, & purpurariorum canalibus: capilli itaque Christi subrubei, purpuramque imitari dicuntur; nam ab ipso momento, quo Verbum humanam naturam suscepit ex castissimis Deiparæ visceribus, impositum est illi præceptum moriendi, cui Christus libentissimè obtemperauit. Vnde Io. 14. aiebat: Mandatum accepi à patre meo, & coarctor donec adimpleã illud, & cum in transfiguratione, tantillum gloriæ, & voluptatis corpori esset impartitus, ibi cum Moyse, & Elia, loquebatur de excessu, quem completurus erat in Hierusalem: Capilli ergo, hoc est, cogitationes, desideria, vota, & actiones sponsi, omnes in mortem, & sanguinem referebantur. Matth. 20. de hoc loquebatur cum discipulis. Ioan. 13. cum surgit à cœna lintheo præcingitur, effundit aquam in peluim, & procumbens, lauat lutulentos discipulorum pedes; passionem, & crucem meditatur, per quam sordes nostrorum criminum erat ablucturus, & in cœna offerens incruentum illud sacrificium, memoriã cruenti sacrificij refricabat, ipsumque Eucharistiæ, Ecclesiæ potissimum sacramentum instituit, iuge passionis, & crucis monimentum, vt 1. Cor. 11. Paulus affirmat: Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. Et aries ille, quem Gen. 22. vidit Abraham inter vepres cornibus hærentẽ Christum adumbrabat, cuius caput non solũ vepribus hærebat, sed durissime etiã configebatur. Vult ergo sponsus, vt sponsa hac etiam in parte, maxime illum imitetur, & quamdiu vixerit in vita mortali, sudore, labore, discrimine, mortis etiam periculo, atque cruciatu, æternam illam fælicitatem promereatur, cuius diuini consilij vel vna ratio est, quod prædestinatorum felicitas in hoc sita est, vt illi Christum caput imitentur, illiusque sequantur vestigia, dicente Paulo ad Rom. 8. quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij eius, & V. 17. si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, vt glorificemur: dissonum namque rationi videbatur (vt nectareus ille docet Bernardus) vt sub spinato capite nos in otio, & molli quiete vitam ageremus. Voluit & ipse, vt vel hac ratione, peculiaris prouidentia sponsi erga sponsam magis innotesceret, dum illam teneram, mollem, candidam, purpuream, pulchram, & suaueolentem instar lilij, inter frequentissimas calamitates, persecutiones, pericula, quasi lilium inter spinas conseruat. Præterea, vt hoc in maiorem dignitatem, & gloriam sponsæ cederet, quæ inter tot rerum discrimina, tot procellas, & pungentium spinarum aculeos, se ipsam integram, incontaminatamque seruauit. Huius tantæ gloriæ consideratione, quod scilicet caput suum, & sponsum Christum in laboribus imitentur, factum est, vt tot deinde Martyres existerent, qui immania tormentorum genera, adeo non horrerent, vt vehementer etiam appeterent, & alacri animo subirẽt. Hinc animosa illa Laurentij vox, qua tyrãno varia tormentorum genera minaciter ostentanti, respondit: Infelix, has epulas ego semper optaui. Hinc eiusdem ordinis, & animi Vincentius, assumptus ex equuleo, & ad patibulum raptus, moras carnificum arguendo, ad pœnam alacriter properabat. Nec in viris tantum, sed in fragili etiam fœminarum sexu, hanc eandem lætitiam, & animi robur, videre licet. Vt enim alias prætermittam, beata Agata lætissime, & glorianter ibat ad carcerem: & quasi ad epulas inuitata, agonem suum precibus Domino commendabat. Hanc gloriam agnoscebat Paulus, qui cum se Christi Apostolum initio epistolarum suarum nuncuparet, vbi se propter apostolici muneris functionem in vincula coniectum vidit, suppresso Apostoli nomine, vinctum se Christi Iesu appellare cœpit, gloriosius putans, vinctum Christi, quàm Apostolum nominari; sic enim regnorum proceres facere solent, qui, vbi ad altioris dignitatis gradum à regibus fuerint euecti, inferioris dignitatis nomine suppresso, superioris nomenclaturam adsumunt. Sic ergo Paulus, non iam Apostolum, vt antea, sed vinctum se Christi Iesu, ad maiorem veræ gloriæ cumulum deinceps appellauit. Cumq. is in epistolis suis Apostolos primo loco inter Ecclesiæ laudes posuerit, modo aliquid inuenit hac dignitate sublimius, cum se non iam Apostolum, sed vinctum Christi nuncupauit, de quo videndus est Chrysostomus in 4 cap. epist. ad Ephe. qui argumentum hoc elegantissime prosequitur.

§. 2 Mittens duos ex discipulis suis ad Iesum.] *Merito quæri solet, vt quid Ioannes quasi dubius, an Christus sit, per discipulos inquirit de eo, quem tanto antea cognouerat, & toties mundo denunciarat, Ioan. 1. Ego nesciebam, inquit, eum, sed qui misit me baptizare in aqua, dixit mihi: super quem videris Spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto, & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Et eodem capite scribitur, idem Ioannes de Christo Domino testimoniũ tulisse, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Totam euangelicam philosophiam vno verbo insinuans, humanæ naturæ infirmitatem, & legis imbecillitatem, & gratiæ necessitatẽ, & sacrificiorũ vmbras, & Redemptoris officium, innumerosque hæreticorum errores, qui aut naturam, aut legem attollentes; diuinam gratiã deprimunt, vno gladio confodit, iugulauit,*

sustulit

sustulit. Hilarius, Chrysostomus, & Ambrosius, reiectis aliorum varijs responsionibus asserunt: Ioannem hac interrogatione non sibi, sed discipulis suis in fide nutantibus consulere voluisse, qui aduertens discipulorum suorum vel nullum de Christo æstimationem debitã habere, immo & eius gloriæ indies crescenti inuidere, ac nunciare sibi miracula cum quadam indignatione, & inuidia; pro discipulorum suorum correctione, quasi eorum personam induens, & ignorantiam cum illis simulans, Christum interrogat, vt eos in Christo lucretur, & eorum infirmitati consulat, atque ad meliorem mentem eos reducat. Cum primi parentes, post peccatum vocem Domini audissent, abscondit se, inquit, sacer textus, Adamus, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi, orta scilicet ex peccato hac insipientia, cum animi perturbatione, vt Albinus in Genesim aduertit, quasi ab eo, qui vbique est, & quē nihil latet, saltem in illa similitudine apparente, abscondi possent: quos Deus, vt commode argueret, & sic ad patrati facinoris pœnitentiam reduceret, quasi eorum similem personam ostentat, dubitantis, scilicet, vbi essent, ac si illud nesciret, interrogat: Adamo vbi es? Gen. 3. §. 23. 24. 25. 26. 27. 28. similiter. Cum Cain fratrem suum Abel in agro occidisset, existimans sic eius facinus latere posse, vt eum Dominus commodè increpet, & cognitionem perpetrati sceleris inducat, interrogat, vbi est Abel frater tuus; ac si nesciret, vt Cain stulte putabat, quod in remoto loco, scilicet in agro illum interfecisset Gen. 4. §. 18. 19. 20. 21. 22. sic & Dominus, vt ab hominibus peccatum depelleret, in figura carnis peccati apparuit, vt de peccato damnaret peccatum, quod in Exod. mire adumbratur, vbi eum immolare agnum præcepit Deus filijs Israel, in memoriam eductionis ab Aegyptiaca seruitute. Addit: Iuxta quem ritum tolletis & hædum: vbi dictio, &, pro vel ponitur, quasi dicat, vel agnum, vel hædum. Exod. 12. §. 7. vbi vides figuram Christi Domini immolandi, & agnum, & hædum fuisse, quid quæso agno cum hædis? agno enim innocentia, hædo peccatum figuratur. Quid ergo innocentiæ cum peccato, iustitiæ cum iniquitate, vt alterum pro altero subrogari debeat? multum sane, innocētissimus quippe Dominus, agnus simul, & hædus est, in se quidem agnus; qui tamen propter nos hædus factus est; eum enim, quem non nouerat peccatum, pro nobis cælestis pater peccatum fecit: ob eximiam quippe, & excellentissimam pastoris charitatem suam, vnum nobiscum ita factus est, vt delicta nostra sua esse diceret, pro quibus non solum satisfecit, sed etiam doluit, & ita doluit, vt nullus vmquam pœnitentis dolor illius dolorem æquare potuerit. Hoc ipsum Sacerdote magno figuratur in Exodo, cum præcipitur summo Sacerdoti sanctuarium ingredienti: portabit (inquit sacer textus) Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel Exod. 28. §. 66. iuxta aliquos viros grauissimos, ac si ipse eorum omnium reus ageretur, quin & ipsius etiam sacrificij maculas expiaret, vt sacrificium Deo esset acceptum, qua imagine Spiritus sanctus, summum quemdam Sacerdotem venturum designabat, qui omnia peccata mundi, tanquam propria agnosceret, & in ara crucis expiaret. Hæc veri pastoris charitas in Ioanne, cum in vinculis esset, resulsit Christum interrogante, quasi cum discipulis suis simul ignoraret, an verus Messias ipse esset, an forte alius expectandus, vt ex Domini responso, in debita Christi fide, quam ipse Ioannes professus fuerat, illuminarentur, & confirmarentur. Hanc charitatem secutus fuit Paulus, omnia factus 1. Cor. 4. vt omnes lucrifaceret: & factus sum, inquit, Iudæis, tāquā Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cum ipse non essem sub lege) vt eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: ijs, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant: omnia omnibus factus sum; vt omnes facerem saluos; simulauit itaque Paulus, quod erat, & cum Iudæis quasi vnus ex ipsis in aliquibus se gessit, vtpote Timotheum circumcidendo, & in aliquorum legalium obseruatione, vt in Hierusalem Iudæorum more se purificans: cum gentibus omnibus indiscriminatim cibis vescens apud Athenienses, non protinus odiose vociferans in Deos illorum; quos magna superstitione colebant, sed ex aræ inscriptione, captans occasionem, insinuandi Christum. Quin ex ipsorum etiam auctoribus testimonia adducens, ecce quomodo, & Paulus infirmorum personam sæpe induit, vt ad fidei firmitatem eos reuocaret. Ad idem argumentum pertinet, quod 2. Cor. 11. de se scribit. Quis infirmatur, & non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Itaque cum infirmis infirmum, cum pusillis, pusillum se simulabat Paulus, vt ad infirmorum, & pusillorum salutem, & soliditatē expedire putabat. 2. Cor. 8. Quoniam propter nos egenus factus est, cum diues esset, vt illius inopia, vos diuites essetis.

§. 3 Tu es qui venturus es, an alium expectamus?] Interrogat ad literam de Messia, qui sic à populo Hebræo anthomastice dicebatur, el venidero, vnde in Græco est articulus ille, venturus, ille desideratus, ille expectatus, à sanctis, scilicet, & iustis, qui mundi redemptionem per solum Christum futuram esse credebant. Vide Gen. 49. in benedictione Iudæ, vbi dicitur: Et ipse erit expectatio gentium §. 20. & in benedictione Dan: Salutare tuum expectabo Gen. 49. §. 35. Et in benedictione Ioseph. desiderium collium æternorum Gen. 39. §. 54. Ex scripturæ quippe consuetudine constat, in qua cum veniens, aut venturus, aut expectatus, aut simile quidpiam ponitur, & nihil additur, Christus intelligitur, qui his nominibus in ore omnium Hebræorum versabatur. Ioan. 1. ipse est, qui post me venturus est. Et Act. 19. Ioannes baptizauit baptismo pænitentiæ populum, dicens: in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent. sic intelligit Eusebius libro 6. de demonstr. Euang. cap. 14. verba Habacuch 2. Veniens veniet, & non tardabit, licet de vltimo aduentu ad diem iudicij verba hæc interpretentur iuxta illud Pau. ad Hebræos 10. quo loco hæc Prophetæ verba referens, iuxta lectionem septuaginta, & refert ad diem iudicij; vbi & apponit articulum, ille ὁ ἐρχόμενος ille veniens, ex quo discimus iuxta hanc expositionem in vulgari translatione, veniens, non esse participium, sed nomen significans Christum, idest non poni ad geminationem. quæ solet fieri amplificationis causa, vt cum dicitur: Loquens locutus est, fornicans fornicabitur, sed vt nomen, quo aperte intelligebatur Christus, sic enim Propheta explanauit visum super tabulas, vt ei fuerat præceptum, idest, aperte scripsit, quoniam nomine venientis, aut venturi, omnes Christum intelligebant. Et Isaiæ 28. iuxta Hieronymi expositionem, Hebræus populus Prophetas irridens, sic Christum vocabat, scilicet venturum: fastidiebant enim Prophetarum dicta, & quasi irridentes eos, dicebant: manda remanda, expecta reexpecta, ac si dicerent, Prophetarum verba repetentes, numquam cessat Deus mandata dare, hæc mādo, hoc facite, todo se les va en dezir, Dios manda esto, Dios manda essotro: expecta reexpecta, sustinete Dominum vestrum, cito veniet, sperate: aguarda, que no tardarà, & tamen numquam venit iste expectatus, iste venturus, non cessant nobis Prophetæ dicere, modicum, modicum, & modicum

istud

Digitized by Google

istud nimis prolongatur. Et Aggæi 2. Adbuc vnum modicum, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Quem locum etsi Ambrosius lib. 7. epist. 4. epist. 12. & Hieronymus de signis, & prodigijs, quæ in Christi passione visa sunt, interpretentur, allegorica expositione locuti sunt, non literali; etenim postquam ea commemorauit, subijcit: Et veniet desideratus cunctis gentibus, ante igitur quam venirent, mouendi erant cæli, & terra, nec de secundo Domini aduentu loquitur, vt quidam volunt, nam statim addit: Et implebo domum istam gloria. Moueri autem, siue commoueri, dicuntur ea, in quibus res nouæ, & admirabiles fiunt. Adbuc modicum, idest, post modicum, scilicet post quingentos annos: quod tempus modicum futurum dicit; & quoniam, quod nobis, qui angustis temporum finibus claudimur, longissimum est, cum æternitate Dei comparatum, valde modicum est, vt Paul. Hebr. 10. de secundo aduentu loquens, ait: Adbuc modicum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Inde etiam 2. Ioan. 1. de toto noui testamenti tempore, dicit: Filioli, nouissima hora est. Et Petrus 2. Pet. 3. Vnum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut dies vnus. Quod ex psalm. 89. desumpsit. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterijt. subditur in Propheta: Ego commouebo cælum, & terram, & aridam. Ante Christi enim aduentum, qui gentibus desideratus dicitur, & circa hæc tempora, prodigia maxima fuisse narrat Iosephus 15. antiq cap. 7. & lib. 7. de bello Iudaico cap. 14. Septimo Herodis anno, quo tempore Augustus Cæsar cum Marco Antonio pugnauit apud Actium, maximum terræmotum fuisse scribit in Iudæa, qualem ad illa vsque tempora passa non est, & quo magna hominum multitudo perierit. Tres soles simul orti sunt, & in vnum orbem paulatim coierunt, vt scribit Iulius Obsequens Romanus historicus, in libro de prodigijs cap. 128. ac inde, vsque ad finem libri, multa eiusdem temporis prodigia persequitur, neque possumus dubitare, tunc commotam esse terram, & mare, & aridam: quoniam quo tempore Augustus imperare cœpit, cuius anno quadragesimo primo, Dominus, atque Seruator natus est, totus orbis bellis arsit, pugnante primũ eo, cum Bruto, cæterisque C. Cæsaris interfectoribus. Deinde cum socijs Triumuiratus Lepido, & Antonio, mox cum varijs nationibus, quas Romano subiecit imperio, vt videre est lib. 7. apud Eutropium, vt alios omittam. Quo tumultu bellorum, & mare, & insulæ, quæ per aridam intelligit Augustinus 18. de ciuitate Dei c. 35. mota sunt, & omnes gentes, donec tandem pacato orbe, & in seruitutem Romanorum redacto, pax maxima consecuta est, prædicta ab Isa. c. 2. & à Michæa cap. 4. Eo etiam tempore, mare naualibus pugnis commotum est; quam rem illam nobilissimam apud Actium Virgilius celebrauit 8. Aeneid. Quod autem subditur: Et mouebo omnes gentes; satis ex dictis intelligitur; omnes enim gentes commotæ sunt, Romanis inter se diuisis, & bella gerentibus. Adde, non minimam commotionem fuisse, de qua Luc. 2. scriptum est: Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. de primo itaque Christi desiderati aduentu, Prophetam hoc loco loqui, asserunt Hieronymus in Aggæum, Ambrosius lib. 3. epist. 12. Augustinus 18. de ciuitate Dei c. 35. Cyrillus lib. 5. in Gen. Rupertus in Aggæum, & ex recentioribus, qui contra Iudæos scripserunt multi. Et S. Pau. ad Hebræos 12. ad eundem Christi aduentum prophetæ verba refert, cum ait: Videte ne recusetis loquentem; si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. Cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens: adbuc semel; & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quod autem, adbuc semel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia. Hactenus Paulus: Vbi nota, pro eo, quod in Propheta nos habemus: adbuc vnum modicum, Paulus, cum Septuaginta legit: adbuc semel; nam vox Hebræa אחת vtrumque significat; sensus itaque Apostoli est: Videte, ne sicut olim Hebræi recusauerunt, idest, repulerunt, & auersati sunt Moysen loquentem in terra, idest, hominem, qui non venit de cælo, sed de terra erat, vos recusetis Christum, qui de cælo est, & vobis loquitur. Cauete, ne illius dicta contemnatis; nam si puniti sunt, qui Moysi præcepta violarunt, quanto acerbius punientur, qui Christum ipsum audire noluerint? cuius vox manentis quidem in cælo, sed per angelum in monte Sina loquentis, cum lex illa ferebatur, mouit terram terrore prodigiorum, quæ visa sunt: immo & terræmotus vere præcessisse legem dicitur post egressum de Aegypto, in in psalm. A facie Domini mota est terra. Et rursum: Cum pertransires per desertum, terra mota est. Et prosequitur Paulus, sed postea per Aggæum Prophetam promittit, ad aduentum suum, qui nouam vniuerso orbi legem erat laturus, se non solum terram esse moturum, sed etiam cælum, vt intelligatur, eum, qui venit, non esse de terra terrenum, sed de cælo cælestem, ac multo maiorem esse Mose, per quem lex vetus data est. Subtiliter autem ipsemet Paulus statim illa interpretatur, adbuc semel, in hunc modum, cum dicit: adbuc semel, significat, in hoc aduentu suo, legem se laturum perpetuam, & nullo tempore mutandam, ac legi, priori dissimilem, quæ transitura erat, & finienda; ideo dixit: adbuc semel. ac si diceret, iam semel legem dedi, terramq. moui; sed iterum cælum etiam commouebo, semel, inquam; quoniam nulla post hanc lex feretur: cæremoniæ morte Christi factæ, idest completæ sunt, ideo cessarunt; lex autem Christi. & sacramenta eius immobilia sunt, quibus alia successura non sunt.

§. 4. Arundinem vento agitatam.] *Abeuntibus discipulis, multis commendat Dominus Ioannem Baptistam, & primum instabilitatis, & leuitatis suspicionem tollit, ne putarent, videntes in discipulorum persona quærere, an Christus ipse esset venturus, Ioannem in testimonio, quod de Christo sæpius tulerat decidisse; & ex ipsorum opinione, & facto Ioannis stabilitatem laudat, dicens: Quid existis videre? arundinem vento agitatam. ac si diceret, cur omissis ciuitatibus, domibusque vestris, ad desertũ omnes cucurristis? an vt videretis hominem similem calamo, qui omni vento circumfertur, & leuitate mentis nunc hæc, nunc illa sentiret? non hic Ioannes est, sed lapidibus adamantinis similis est, qui nec mortis timore, nec carceris fastidio aliter sentit de me, quam antea professus fuerat, vt de Herodis peccato, quod ita detestatur, sicut increpatione frequenti antea monstrauerat: ille vtique calamo similis est, qui timore, minis, amore, vel quibuscumque alijs à veritate, quam nouerat, decidit, nunc hoc, nunc illud affirmare simulat. Volens Deus eripere Lot à Sodomorum interitu, & incendio, præcepit illi, vt ab impia ciuitate discederet, & non respiceret post tergum, sed constanter se haberet in exitu, & cum eius vxor inconstans post tergum respiceret, conuersa est in statuam salis. Gen. 19. §. 23. 35. 36. quæ statua vsque ad Ecclesiæ tempora permansit, & Ioseph. 1. antiq. se illam vidisse asserit. Inter ea, quibus Israelitæ decorem inclyti*

populi

Digitized by Google

populi macularunt, fuit inconstantia, cum sæpe peniterent ex Aegypto exisse, & Exod. 14. §. 13. 14. 15. & cap. 15. §. 45. & cap. 16. §. 1. 2. 3. & cap. 17. §. 3. 4. 5. Et Pharao, qui adeo in malo pertinax fuit, quam inconstans in promissis extiterit, vt filios Israel liberos exire permitteret, lege in Exod. à cap. 7. vsque ad 12. In detestationem inconstantiæ, dicebat Seneca epist. 2. Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur. Et Cicero pro Mur. dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpe turbat omnia; & parua nonnumquam commutat aura rumores: Arundineos inconstantes vocant, quod vel leui aura agitentur, & commoueantur. In quo, inquit Gregorius hom. 6. super Euangelia, carnalis animus designatur, qui mox, vt fauore, vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Calamus quippe, inquit Chrysostomus hom. 17. operis imperfecti in Matth. vacuus est, & nullam habet virtutem, & ideo quocumque flante vento, huc, illucque impellitur. De his præsertim, qui varijs dogmatibus distrahuntur. Iudas in sua canonica loquens, vocat eos nubes sine aqua, siue inaquosas iuxta Græcam lectionem, quæ à vento circumferuntur, quod inconstantes, vel minima occasione à cœpto desistant, modo hoc, modo illud iudicent, desiderent, & prosequantur; sic homo inconstans, in quo nulla est fidei medulla, nec virtus veritatis, si qualiscumque tentatio subierit, inflectitur. ps. 82. Dei populus videns, plerasque gentes, cum Moabitis, & Ammonitis confœderatas aduersum se conspirasse, inter alia, quæ Deum orat, vnum est, vt quasi rotam eos constituat: pone, inquit, illos vt rotam. quasi dicat: fac quæso, sint tam instabiles in suis cogitationibus, & actionibus, quam est rota, quæ continuè circumagitur, suisque consilijs præcipites ruant in propriam perniciem, seipsosque suismet cogitationibus consumant. Eodem tropo vtitur Ecclesiasticus cap. 33. stultorum hominum inconstantiam notans: Præcordia, inquit, fatui, quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Iuxta Græcum est: viscera fatui, hoc est, intima eius; sermoque est de axi versatili, qui simul cum rota, cui infixus est, vertitur, & mouetur, vt distinguatur ab axe fixo, circa quem immotum manentem, rota circumagitur. sicut igitur rota, & axis illi infixus, assiduo motu circumaguntur, idque summa cum celeritate, ita stulti cogitatio varia est, instabilis, & vaga velociter de vno in aliud prolabens, & numquam sibi constans. Ad hoc, datos fuisse Apostolos, Prophetas, & Doctores in Ecclesia docet Paulus ad Eph. 4. vt eorum doctrinæ tamquam firmissimis stipitibus innixi, maxime in fide stabiles simus. Vt iam, inquit, non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris fluctuantes inter vera, & falsa dogmata, ad omnem ventum, ne post hac simus, quod olim fuimus, vt pueri, id est, ritu puerorum incertis opinionibus fluctuantes, nunc in hanc, nunc in illam sententiam, quouis doctrinæ vento circumferamur, puerili simplicitate, & inconstantia præbentes nosmetipsos hominum quorumdam versutiæ, calliditatique, imposturis suis nos illaqueare volentibus. sic enim Chrysostomus, & post eum Theophilactus in hunc locum annotant, vocem Græcam, vbi nos legimus: in nequitia, deductam à ludo tesserarum, in quo sicut taxillos transponunt astute in suum commodum, sic hæretici, quandoque diuersa docent, ab eo, quod antea docuerunt, idque tanta arte faciunt, & astutia, vt vix à doctis argui queant, vt eos decipiant, qui facile ad omnem doctrinæ ventum circumaguntur; leuitatem hanc arundineam, maxime in causa fidei, quouis vento fauoris principum agitatam, ipsi Reges, & Principes orbis exosam non raro habuerunt. Constantius Constantini magni pater, (vt narrant in vita Constantini Eusebius Pamphili lib. 1. cap. 14. & Sozomenus lib. 1. cap. 6. historiæ ecclesiasticæ) initio imperij sui, vocatis omnibus domesticis suis, ait, eos, qui sacrificare dijs vellent, apud se mansuros, loco, & honore pristino, qui id recusarent, vt recederent, gratiasque agerent, quod eos grauius persequi nollet. Quibusdam ergo Christianis sacrificantibus, alijs vero aulam potius, quam fidem deserentibus, hos apud se retinuit, magnoque in honore habuit Imperator, alios vero aulâ sua expulit, dicens: eos Regi suo numquam fideles fore, qui Deo infideles extitissent. Theodoricus etiam Arrianus in Africa Rex, vt refert Theod. lect. lib. 2. collectaneorum quendam catholicum habuit valde sibi charum, & in delicijs: hic, vt magis Domino suo placeret, Arrianus fieri voluit; quo cognito, capitis eum supplicio affecit Rex, ei dicens: Si Deo tuo fidem non seruasti, quomodo mihi, qui homo sum, seruabis? Non fuit Ioannes mobilis arundo, cuius tanta firmitas, atque constantia extitit, vt nec metu quidem mortis, ab officio potuerit iustitiæ, & veritatis deterreri. Apocalipsis 7. ciuitas Hierusalem, quam Ioannes vidit, quæ & Ecclesia Christi est, in quadro posita erat, & longitudo, & latitudo eius æqualia erant, eodemque modo apud Ezech. c. 40. describitur, in quo Spiritus sanctus Ecclesiæ, & piorum stabilitatem, & constantiam adumbrat; nam corpus quadratum, quocumque vertatur, semper manet fixum; quamobrem Arist. 2. Rhetoricorum, quadratæ figuræ, virum virtute, & sapientia præstantem similem dicit, vtpote immobilem, nec florenti rerum statu, nec aduersarum rerum procella à virtute deflectentem: vnde, & gentiles, qui Mercurium, deum veritatis dicebant, super lapidem quadratum statuebant: innuere volentes veritatis stabilitatem, sibique semper cohærere: mendacium vero, tanquam instabile, super globum mobilem, numquam firmiter consistentem. Et rursum idem Arist. lib. 1. moralium contra Nichomacum, & suos, qui felicitatem in his terrenis collocabant, ait, non esse felicem eum, qui instar chamaleontis, ad speciem rerum, quibus admouetur, mutat colorem; sed qui virtute, & constantia munitus, quadratus est, qualem fuisse Azariam referunt scripturæ, de quo inter sacerdotes, honorifica in eis, de illo mentio fit, 1. par. 6. vbi post recensita multorũ sacerdotum nomina, vbi ad Azariam ventum est, subditur: ipse est, qui sacerdotio functus est, in domo, quam ædificauit Salomon in Hierusalem: Cuius rei rationem eo in loco interpretes reddunt: quia videlicet forti, atque constanti animo restitit Oziæ Regi, qui in superbiam elatus, non contentus Regis officio, voluit etiam sacerdotis munus inuadere, & thus, more sacerdotum offerre. Ad quem Azarias: Non est, inquit, tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, qui consecrati sunt. Quam constantiam, adeo Spiritus sanctus gratam habuit, vt huic vni, in hac sacerdotum corona, non sine magna laude nomen indiderit sacerdotis.

§. 4 Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens ex discipulis suis ait ei: tu es qui venturus es] Patrum concors sententia est, vt Christi Domini notitia alijs pateret, talem Ioanni legationem misisse, cuius certam fidem ab vtero matris gestiens se habere ostenderat: nunc, qui ante faciem Christi missus fuerat, etiam in extremis angustijs constitutus, in hoc, quæ eius sibi diuinitus iniuncti officij erant, nõ prætermisit Exod. 13. in medio rubi magnus erat ignis, ardens quidem, & lucens, nec rubum, consumens symbolum vtique Hebræi populi, quem in medijs calamitatibus cum esset, non absumi voluit Dominus, sed incolumem

Digitized by Google

lumem conseruauit, & populum depressum inclytum in omnium oculis constituit. In sensu tamen alegorico factum Ioannis etiā adumbrat in carceribus, & vinculis coniecti, & iam iam morituri, cuius in Deum charitatis ignis non extinctus fuit, sed amplius arsit, & eluxit. Regius vates psal. 118. (quem tantopere Ambrosius in eundem psalmum, & Hieronymus ad Paulā Vrbicā tantū commendant) inquit: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus, quasi diceret: assidue de vita periclitor, animam, & vitam meā velut in manu, omnibus periculis expositam portans; legis tamen tuæ in malis tam præsentibus non sum oblitus; hoc quippe Hebraica phrasi est, animam in manibus portare. vnde & 1. Reg. 16. Pythonissa ad Saul ait: Posui animam meam in manu tua; idest vitam meam maximo mortis periculo exposui, & Ionathas. Dauid causam agens apud patrem Saul, vt eius iram in Dauid, in beneuolentiam commutaret. 1. Reg. 19. sic ait: Posuit animam suam in manu tua. idest, morti se tua causa non semel exposuit.

§. 6 Cæci vident, claudi ambulant.] Cum se Dominus populo suo agnoscendum præberet, primum benignitatem suam, & charitatem in omnes homines intelligi voluit: quærenti enim Moysi, quo nomine vocaretur, respondit: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: hoc nomen meum in sempiternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem. Mirum, quod Dominus hac appellatione tantopere glorietur, cum longe gloriosius esse videretur, se cælorum, & angelorum Dominum nuncupare: sed longe aliter diuina sapientia iudicauit; prætermissis siquidem aliis titulis, & nominibus, de hoc vnico gloriatur; quod is sit, qui electos suos tuendos, iuuandos, erudiendos, amplificandos, & innumeris beneficiis ornandos susceperit: qua in re, perinde se Dominus erga homines gerit, ac si Rex aliquis virtutum omnium genere cumulatus, nihil diligentius curaret, quàm vt ab omnibus beneficentissimus, & liberalissimus haberetur: quo hac ratione popularium suorum erga se, animos, & beneuolentiam excitaret. Quod in his miraculis, quæ & ab Isaia hactenus prædicta fuere, videre est, quæ non signa modo, sed & beneficia hominibus etiam exhibita sunt, vt per signa quidem, verum Messiam, per beneficia vero, Deum agnosceremus, cuius præcipuum munus est, semper de hominibus bene mereri. Quid enim immensam illius bonitatem (qui ipsamet bonitas est) magis decet, quam vt bonitatis suæ radios vbique diffundat, & res omnes, pro sua quaque natura, bonitatis suæ participes efficiat. Hoc est, quod beati illi spiritus, quos Isaias ante Dei conspectum vidit, perpetuo clamant, cum dicunt, cælum, & terram Dei gloria, hoc est, diuinis muneribus, & beneficiis plena esse. Sic & Regius Vates de Deo loquitur psal. 145. Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet. Hoc etiam discrimine fecerunt Ieremias gentium vana idola, à vero Deo Israel, in epistola quadam, quæ refertur Baruch 6. Hominem, inquit, à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt, hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt, viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient: & subdit: Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum, illos esse Deos. Et Dominus ipse de se, Isa. 45. sic ait: Deus iustus, & saluans non est præter me. Et Regius Vates psal. 67. Deus, inquit, noster, Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis, quasi dicat, singularē, ac proprium diuinæ mentis est, homines à malis omnibus vindicare, & ab ipso mortis aditu liberare. in cuius psalmi titulum, postquam interpretes multum elaborarunt, ad Dei gloriam, & laudem decantandam, psalmum istum esse dicunt. Ex quo vno deprehendimus, quod & supradicta Christi miracula docent, quod ita Deus nominis sui gloriam cum vtilitate nostra coniunxit, vt id sibi putaret maxime gloriosum, quod nobis maxime esset salutare: vnde Ecclesia in celebri illo hymno, cuius initium in Christi natiuitate angeli cecinerunt, sic ait: Gratias agimus tibi propter magnā gloriam tuam. Etenim pro beneficiis perceptis gratias agere solemus, quibus gratiam in significationem aliquam impendamus: gloriam vero, quæ nominis claritatem significat, prædicare, & commendare, non pro ea gratias agere solemus; sic tamen Ecclesia canit, quod in eo suam Dominus claritatem, & gloriam constituerit, quod & nostrum sit beneficium, ac propterea gratias pro illo agit. sic Esa. 48. filiis Israel in Babylonica captiuitate constitutis, libertatem pristinam pollicetur; non propter eorum merita, quæ nulla erant, sed magis propter ipsiusmet Dei immensam bonitatem, & gloriam: Propter nomen, inquit, meum, longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te, ne intereas. Verbum, infrenabo, idem quod obsignabo, intelligunt viri docti: quod gloriæ mea signum, & sigillum in te, velut in eius materia obsignare volui, eiusque propriam materiam, hominem fore constitui, & gloriæ meæ in illo signum imprimam, vt sic, cum, propter eius demerita, delere illum voluero, in memoriam hoc reuocem; & cum deficiente homine, laudis meæ materia circa quam versari debeat, deficiet, ob laudem, & gloriam saltem meā illi parcam, nec illum deleam. Hoc etiam S. Paulus veteris sacri voluminis fidelissimus interpres, & ad illius phrases, & loquendi modos alludens ad Rom. 3. cum ostenderet, Christi Domini pretioso sanguine omnes homines, nemine dempto, indigere, ait: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: gloriam Dei vocat beneficium sui sanguinis, quod in hominum immensam vtilitatem cessit. Hinc & Isaias cap. 3. cum sermonem faceret de Dei vltione in populum illum duræ ceruicis, & quod nihilominus aliquos reseruare constituebat, qui in aliorum flagellis erudirentur, inquit: Expectat vos Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis. Illud Dei exaltationem vocans: quod hominum esset misereri. Iam, Regius Propheta Christi Domini regnum, splendorem, diuino spiritu prædicans, non illius gloriam in diuitiis, in fortitudine, in inimicorum vindicta, futurum dicit; sed in hoc, quod multis in homines adeo beneficus futurus sit, vt in gratiarum actionem vndique confluant, vt illum adorent, & gratias referant. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent; lingere autem terram, siue osculari, idem est, quod adorare, & reuereri: quod Asiatici faciunt, qui cum Regem suum adeunt, terram in signum reuerentiæ, osculantur: quod hodie quoque Sarraceni facere perhibētur. Rursum Isaias 46. de Christi regno, & gloria scribens, sic ait: Dabo in Sion salutē, & in Hierusalem gloriam meam. Quam quæso gloriam in Hierusalem Christus Dominus ostendit, in qua vinctus, consputus, irrisus, flagris cōcisus, & inter latrones affixus patibulo ignominiose fuit? nimirum, quod hæc omnia in hominum salutem, & beneficium essent, gloriā suam vocat; hominum vtique salutem, quam in Sion operatus est, hanc in eadem Sion, quæ & Hierusalem, Christi gloriam dicit. Sit illi gloria, & laus in æternum, qui & semper salutem nostram est operatus.

DOMI-

DOMINICA III. ADVENTVS.

§. 1 ET confessus est,& non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.] *Viri sancti zelo charitatis in Deum accensi, ægre nimium ferunt, aliquid laudis hominibus ascribi, ex his, quæ Deo omnium auctori debita sunt: quare omnia in Deum referre in omni euentu contendunt; sic Gen. 9. Noe, cum filio suo Sem benedicere vellet, ait: Benedictus Dominus Deus Sem: Deum vtique benedicit; quod omnis benedictio à Deo sit, & quod obedientia illa, & virtus, propter quam Sem benedicendus erat, Deo potius quam Sem referri debebat accepta. Hoc eodem affectu, etsi cum populus cum Amalechitis pugnabat, Moyses in montem ascendens oraret, & manum eius depressione, & eleuatione quantum eius oratio posset, Dominus ostenderet, nihilominus altare postea ædificauit, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, Exod. 17. §. 27. 28. quasi dicat: cuius virtute vicimus, non nostris meritis, sed eius concessione, cui perinde honor, & gloria debetur. Sic & Petrus, & Ioannes, vt Act. 3. refertur, accurrente populo ob miraculum, quod fecerant, Viri Israelitæ dixerunt, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute & potestate fecerimus hunc ambulare? Similiter Paulus, & Barnabas, cum diuinos illis honores Listrienses exhibere vellent, Act. 14. dicitur: Conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes: Viri quid hoc facitis? mos quippe Iudæis erat audita blasphemia aliqua, vestimenta scindere: hoc & beati illi Apostoli fecerunt, ægre ex animi affectu ferentes, à rudi populo quod Dei erat, sibi ascribi. Huius sane mentis specimen quoddam dederat sanctus ille Ioseph, Gen. 41. §. 9. cum percontanti Pharaoni de intelligentia somnij sui respondit: Absque me respondebit Deus prospera Pharaoni. Et cum Daniel à Nabuchodonosor esset vocatus, Dan. 2. vt eius somnium interpretaretur, omnem sapientiæ opinionem, & laudem à se remouens; Est, inquit, Deus in cælo reuelans mysteria, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quæ ventura sunt. Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: quasi dicat, non quod sapientior alijs sim, sed quia Deus mihi reuelauit, & hoc non propter merita mea, sed magis, vt notæ tibi essent cordis tui cogitationes, de ijs, quæ sub ænigmate Deus te videre fecit.*

§. 2. Ego vox clamantis.] *Sic visus est Ioannes loqui; quod non sola voce prædicaret, sed quod totus ipse, & quidquid in illo videres, vox esset, quæ corda hominum ad pœnitentiam, & sanctitatem vocaret: eius vestitus, victus, habitatio, omnis denique eius vita id persuaderet: Tales sacerdotes, tales prædicatores esse oportet, in cuius rei symbolum Exod. 28. §. 38. 39. præcepit Deus, vt in ora vestium summi sacerdotis multa intermista essent tintinnabula, vt sic, inquit Hieronymus, totus sonorus sacerdos incederet. Seneca epist. 35. Eum, inquit, elige doctorem, quem magis admireris, cum videris, quam cum audieris. vide Gregorium in illud Iob. 6. Si voluerit extendere nubes quasi tentorium, & fulgurare lumine suo desuper, cardines maris operiet.*

§. 3. Cur baptizas?] *Quam leuis, & inconstans sit humanæ æstimationis fauor, satis in hoc ostenditur, vt quem tanti æstimabant, vt ei Messiæ honorem deferre statuissent, tam cito obiurgent, & de malefactis illum reprehendere sint ausi. Huius mutabilitatis, & inconstantiæ exemplum intuere in Ioseph, quem tot honoribus Rex cumulauerat, de quo eodem Ioseph postmodum inquit Scriptura: Surrexit Rex nouus, qui non nouerat Ioseph, idest, non curabat, quanta fecisset in eius regni vtilitatem, Gen. 41. à §. 14. vsque 25. & cap 49. §. 44. & Exod. 1. §. 8. & deinceps per totum caput. Sic Act. 14. Listrienses, cum prius beato Paulo, tamquam Mercurio (quem talem dicebant) sacrificare vellent, non multo post, à quibusdam Iudæis persuasi, qui ex Antiochia superuenerant, lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse. Crœsus Rex (vt Diodorus Siculus refert) cum se felicem prædicaret, Soloni contradicenti non credidit, donec ad rogum ventum esset, quo à Cyro Rege, qui eum bello ceperat, comburendus ducebatur. Tunc enim exclamauit, ô Solon, Solon. Cuius clamoris causam sciscitatus Cyrus, & intelligens ei prospera fortuna vtenti Solonem dixisse, neminem ante obitum beatum dici posse, agnoscens & ipse rerum humanarum incertitudinem, captiuo pepercit. 2. Machab. 9. Antiochus Rex Syriæ ex summa quadam felicitate in extremam repente redactus miseriam, cum, vt ait Scriptura: Qui paulo ante sidera cæli se contingere arbitrabatur, eum iam nemo poterat, propter intollerantiam fætoris, portare: hanc fortunæ suæ mutabilitatem, his ipsemet verbis deplorat: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? Et ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Valerianus Imp. à Persarum Rege captus, eidem Regi, quoties equū conscenderet, subiecta ceruice scabelli loco fuit, vt scribit Eutropius l. 10. hist. donec tandē excoriatus, & sale conditus, sempiternum fieret sui infortunij trophæum, vt apud Eusebium in orat. Const. cap. 24. loquitur Constantinus. Vno die, vnaque fere hora Ioram Rex Israel, & Ochozias Rex Iuda, & impia Iesabel, in summa securitate cum essent, ab vno Iehu interfecti sunt 4. Reg. 9. Demetrius Phalereus Atheniensium tyrannus, exemplo esse potest, cui cum populus Atheniensis trecentas statuas honoris causa erexisset, idem populus, eo adhuc viuente, omnes subuertit. Quare vt eleganter scribit Plutarch. in Polit. nullam earum ærugo attigit, nullam squalor sordidauit, nullam vetustas attriuit. Memorabile est, quod de Dionysio Syracusano scribitur, qui naues quadringentas possidebat, pedestres copias ad centum millia hominum, equitum nouem millia; ciuitas vero Syracusiorum maximis portubus erat instructa, & mœnibus altissimis munita: reconditum etiam habebat frumentum ad centum modiorum myriadas, & armamentarium scutis, gladijs, hastis, tibialibus innumeris, thoracibus, & catapultis plenum, præterea socijs infinitis vigebat. His rebus confidens Dionysius, adamante colligatum imperium obtinere se putabat: sed ipse primus fratres suos morte affecit. Vidit etiam filios suos crudelissime mactari, & virgineum pudorem filiabus eripi, atque deinde nudas trucidari, affines reliqui alij viui combusti sunt, alij dissecti, & in mare proiecti. Ipse in extrema mendicitate vitam senex transegit:*

Digitized by Google

transegit: sedensq. in tonstrinis, risum hominibus commouit: atque in media Græcia turpiter versatus, miserrimam vitam traduxit. hæc Aelianus. Iulius Cæsar in summo Imperio viginti vulneribus in pleno Senatu confossus. Darius ab Alexandro cum tota familia, & prole captus, totoq. exercitu fuso, amplissimo regno vnius prælij casu amisso. Xerxes, qui numero nauium mare sic repleuerat, vt terra firma videretur, ab Atheniensibus profligatus est. Sed & Adonibesech Iud. 1. *Chananæorum Rex à Iuda captus dicebat: Septuaginta Reges, amputatis manuum, ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Denique Baiazetes Turcarum Imperator à Tamerlano captus, eandem prope fortunam subijt. Eccl. 40. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Sensus est: sicut torrens aliquis magnus, instar fluuij procurrens, subito aliquando exarescit, & sicut tonitruum magnum in pluuia edit maximum sonitum, sed simul cum pluuia euanescit; ita se habent huius sæculi bona quæque: quia cum aliquandiu secundo cursu profluant, subito cum morte, & aliquando etiam ante mortem pereunt, & fluere cessant: & cum instar tonitrui ad tempus admirationem quandam habeant, suoq. fulgore ac strepitu pompæ terreant, tamen diuturnæ non sunt, sed mox euanescunt.*

§. 4. Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere] *Vide Dom. 2. post Octauam Epiph. §. 3.*

DOMINICA IV. ADVENTVS.

§. 1 ANNO Imperij. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.] *Ex prædictis aperte constat, anno trigesimo ætatis suæ prædicationem exorsum; cum enim Augustus Cæsar annis 57. imperauerit, vt auctor est Iosephus: aut quinquaginta sex, vt Tranquillus, & nonnulli alij auctores tradunt, minimo tamen discrimine. Et anno imperij eius quadragesimo secundo, B. Ioannes natus fuit, eodem, quo Christus Dominus, vt B. Lucas scribit. Tiberio autem proxime ipsi Augusto succedente, eius imperij anno quinto decimo prædicare cœpit B. Ioannes; & tamen sancte vixerat toto illo tempore in deserto, ita vt Messias putaretur, nihilosecius tamen, vsque ad trigesimum annum prædicare distulit; ante hanc siquidem ætatem, apud Iudæos, nemini, sacerdotis, doctoris aut prophetæ officio fungi licebat, sicut ex 1. Paralip. 23. colligere licet, & annotarunt viri graues: quo loco, quod in aliquibus Biblijs circumferebatur: A vigesimo anno, & supra, correctum est, vt legatur: A trigesimo anno, & supra. sic & iuxta Hebræum, sic & Septuaginta legunt. Hinc, vt Gregorius de cura pastorali p. 3. c. 26. admonet, idem Redemptor noster, cum in cælis sit conditor, & ostensione suæ potentiæ, idem doctor angelorum, ante tricennale tempus, in terra magister voluit fieri hominum: vt videlicet præcipitatis vim saluberrimam timoris incuteret, cum ipse etiam, qui labi non poterat, perfectæ vitæ gratiam, non nisi perfecta ætate prædicaret: vnde & factus annorum duodecim Luc. 2. dicitur: Inuenerunt illum in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est, quod non docens, sed interrogans inuenitur: quo exemplo ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam, verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministrauit. Quo exemplo, illud adolescentes docuit, quod Sapiens Eccl. 32. cum de illis loquitur, facere consuluit, dicens: In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. Quasi dicat, tu adolescens, in multis, quæ coram te tractantur, aut à te quæruntur, quasi earum rerum inscius, sic te geras, etiamsi inscius non sis, malens aliorum sententiam audire, quam tuam prodere, & discere, quam docere, ideoq. cum silentio alios audiens, tamquam discendi cupidus, interroga, cum opportunum fuerit. Quo satis apte eorum iuuenum arrogantia taxatur, qui vix sacerdotio initiati, nec prudentia, nec vitæ integritate, nec scientia pollentes, prædicationis munus ambiunt. Sanctus Ioseph triginta annorum erat, cum coram Pharaone stetit, vt agendorum consilium daret, & adhuc tener ætate præconizabatur, Gen. 41. §. 20. Moyses octoginta annorum, legationem ad Pharaonem refugiebat. Exod. 3. §. 17. & 57. Ieremias puerum se vocabat, & quod loqui nesciret, cum in vtero matris sanctificatus esset, & ætatis insufficientiam, animi dotibus supplesset Deus, & ab ipso missus esset, iuuentutem suam aduertens, se excusat, & quasi balbutientem puerum se esse indicat. Ezechiel trigesimo ætatis suæ anno mirabiles vidit visiones, & vaticinari ac prædicare cœpit, teste Hieronymo in Prologo, quem eius prophetiæ præfecit. B. Gregorius de cura pastorali p. 3. c. 26 sic inquit: Admonendi sunt, quos à prædicatione imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, vt considerent, quod pulli auium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur, & quod structuris recentibus, & nondum solidatis, si tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur. Et quod conceptas soboles, feminæ, si prius quam formentur proferunt, nequaquam domos, sed tumulos replent. Vnde Sapiens Eccl. 23. Adolescentes, non alios docere debere insinuat, sed magis silere, & ad seniorum sapientiam attendere, vnde præmittit: Loquere maior natu, decet enim te; quasi dicat: Maiores natu alios docere decet, & subdit: Adolescens loquere in causa tua vix, & si bis interrogatus fueris, habeat caput responsio tua. In causa tua, idest: Cum necesse fuerit loqui (vnde merito hæc verba, cum necesse fuerit, expuncta sunt in correctioribus Biblijs; quod videantur addita ab aliquo commentarij vice) idq. adhuc vix, ne etiam tunc, cum opus sit, subito prosilias ad loquendum, sed patiaris te semel, atque iterum interrogari, & vbi interrogatus fueris, ita vt non possis honeste diutius tacere, tunc cura, vt responsum tuum habeat caput, & summam, hoc est, summatim sermonem*

Digitized by Google

nem tuum comprehendas, ita vt paucis te absoluas, & multa paucis comprehendas: caput enim hoc loco, pro summa ponitur, vt ex vi vocis Græcæ deprehenditur. In medio magnatorum loqui non præsumas, & vbi sunt senes, non multum loquaris: cum igitur frequenter in concionibus, & populi magnates, & seniores conueniunt, videat adolescens, qua temeritate & multum loqui, & docere, & arguere, & sæpe incredibili audacia loqui præsumat. Nec enim instructos sat est eos esse, qui alios docere debent, sed mature, & quiete, sæpe sæpius eadem perpendere, quod vt in plurimum annorum maturitatem requirit. Optime quidem Christus suos instruxerat, & qui repente roborare potuisset quos vellet, vt exemplum sequentibus daret, ne immature prædicare præsumerent Lucæ 24. iam instructis discipulis ait: Vos autem sedete, quousque induamini virtute ex alto, quasi dicat: roborari adhuc oportet eos, qui instructi sunt, vt alijs prædicent, & alios doceant.

§. 2. Anno quintodecimo imperij] *Vsque Abilinæ tetrarcha, &c. Non sine causa Euangelista diuisionis regni meminit, & eorum, qui præerant, & regnabant, vt impleta esse tempora ostenderet venturi tunc Messiæ, quæ Prophetæ prædixerant. Vide Gen. 49. à §. 14. vsque 22. inclusiue. Adde Dan. 2. quo loco, licet Daniel sua precatione, pro Iudæorum liberatione tantum supplicauerat, de tempore tamen venturi Messiæ diuinitus edoctus est, & Scriptura consequenter loquitur in illis hebdomadibus, iuxta consuetum morem, vt inquit Rupertus, eum de re quapiam agit, quæ alterius rei figura est, solet Spiritus sanctus in eius rei tractatione, multa, quæ ad rem illam figuratam pertinent, immiscere. Dauid, & Salomon, quia multifariam Christum præfigurarunt, propterea in Psalmis, & apud Prophetas, cum de illis agitur, interdum nonnulla inseruntur, quæ illis, aut vix, aut vllo modo, Christo autem Domino, proprie, perfecte, manifesteq. conueniunt. Idem dici posset de terrena illa Hierusalem, & ciuitate Sion, quæ similitudinem gesserunt Ecclesiæ Euangelicæ, vel triumphantis. Similiter quoniam Babylonica illa Iudæorum captiuitas, eiusq. solutio, imaginem quandam præferebat captiuitatis omnium hominum sub diabolo, & peccato, & eius liberationis, quam Christus perfecturus erat: nec non, & illi septuaginta anni captiuitatis, similitudinem quandam, & conuenientiam habebant, cum septuaginta annorum hebdomadibus, quibus decursis, Christus in mundum veniens, auctor effectorq. salutis, ac felicitatis humani generis futurus erat, sapientissime Deus in hac visione, simul cum liberatione populi, & terrenæ Hierusalem refectione, præfinitum aduentus Messiæ tempus coniungere voluit. Rursus dici potest, Danielem, tum ex visione illius statuæ, quæ Regi Nabuchodonosor in quiete visa fuerat, tum ex ea visione, quam ipse primo anno regni Balthazaris habuerat, apertissime cognouisse, Filium Dei humana indutum carne, descensurum in terras, & conditurum quoddam regnum amplissimum, & æternum, cui omnia mundi regna subijcienda essent, & in eo regno populum Dei florentissime ac felicissime regnaturum. Credibile itaque admodum est, Danielem summo exarsisse desiderio, noscendi certum tempus, quo Filius Dei venturus esset in mundum, & tot tantaque bona mortalibus allaturus. Voluit itaque Deus in hac visione, & præsenti Danielis petitioni de liberatione populi, & prioribus eius optatis de Messiæ aduentu, simul satisfacere. Iam, tanta est Dei erga homines, maxime seruos suos, benignitas, & bonitatis redundantia, vt non modo quæ optant, & ab ipso petunt, sed etiam plura & maiora eorum votis ac postulatis largiatur. Vnde & Isaiæ 7. legimus, Achaz Regi Iuda, regni Dauidis euersionem metuenti, contra quem duo potentes Reges, Israel, & Syriæ coniurauerant, Deum per Isaiam prædixisse, non modo se regnum illud terrenum Dauidis defensurum, ac seruaturum, sed etiam, misso in terras Filio suo, & ex purissima Virgine nato, omne genus hominum ex dæmonis potestate, ac seruitute peccati erepturum, & spirituale Dauidis regnum, hoc est Ecclesiam suam, per vniuersum terrarum orbem propagaturum, & contra omnes humanas, & diabolicas vires defensurum. Similiter hoc loco, non tantum promittere voluit Danieli, relaxationẽ captiuitatis Babylonicæ, & reparationem Hierusalem ac templi, sed & hinc sumpta occasione, venturi Messiæ tempus certum patefacit, qui animorũ teterrimam seruitutem depelleret, & aditum nobis ad cælum, atque ad beatam, & immortalem vitam aperiret. Quæ vero hebdomades, quomodo abbreuiatæ, denique & omnia, quæ ad exactam huius loci explanationem pertinent, hoc loco percurrere, etsi mihi periucundum foret, ne tamen commentaria in Danielem, potius quam elenchum videamur construere, libet lectores ad doctos eius loci expositores remittere; &, si Deus concesserit, abunde eo in loco tractabimus.*

§. 3. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto] *Iussus est, cum in deserto esset Ioannes, prædicare; hoc enim Hebraica phrasis sæpe significat, verbum Domini super aliquem fieri. Vocari debemus, & trahi ad hoc munus, etsi idonei nobis, & cum timore non minimo est suscipiendum. Quot quæso excusationes afferebat Moyses, cum legationis munus ad Pharaonem ei Deus committeret, Exod. 3. §. 17. 18. cap. 4. à §. 9. vsque 19. sic & Ieremias, qui in vtero sanctificatus, ad prædicandum mittebatur: puerum se, & elinguem dicebat; nunc vero, sub pietatis & sanctitatis specie, score hæc ambiunt, non sic viri, qui ex corde sancti. Esaias ad munus concionatoris obeundum à Deo mittitur, & labia illius ab Angelo prius mundatur: & Ezech. cap. 1. concionaturus, à Deo mittitur: Mitto ego te, inquit Dominus, ad filios Israel, & gratia prius impletur. Quomodo, inquit Apostolus, prædicabunt, nisi mittantur: vnde & de se loquens, initio eiusdem capitis ait: Paulus vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. More Hebraico sic loquitur Paulus, quo, vocari, pro, esse, ponitur, teste Hesichio, & emphasim habet: sicut & Isa. 48. de Israele dicit Dominus: Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco, idest, constituo in peculium meum. sic enim ab initio dixit, siue vocauit lucem: Fiat lux, & facta est lux, verbo enim suo cuncta constituit. sicq. illud Isai. 41. interpretari merito solet. Vocans generationes ab exordio, hoc est, verbo, ex nihilo faciens, & rerum omnium generationes constituens, earum omniũ auctor. Subditur: Segregatus in Euangelium Dei, idest, euocatus, & cum iudicio delectus, vt scilicet, annunciaret Euangelium Dei. Sic & ad Galat. 1. Neque enim per hominem, sed per Iesum Christum, idest, Dei vocatione, & gratia missus sum, & constitutus Apostolus verbi Dei: iuxta illud quod Act. 13. scribitur: Segregate mihi Paulum, & Barnabam, in opus, ad quod assumpsi eos.*

§. 4. In deserto] *Petrus Alexandrinus Episcopus, & martyr, in suis Ecclesiasticis regulis can. 3. quas recepit atque probauit sexta Synodus cap. 1. sic scribit de sanctis innocentibus: Cum quibus Herodes & alium prius natum infantem, cum interfecturus*

quæsiuisset, & non inuenisset: patrem eius Zachariam interfecit, inter templum, & altare, cum effugißet filius cum matre Elizabeth. hæc Petrus: non quod edicto Herodis includeretur Ioannes, qui nec in Bethlehem, nec in finibus eius, sed in domo paterna, in montanis Iudææ alebatur, sed quod Herodes in ea suspicione, nati Regis Iudæorum, vehementer exagitatus esset: cum enim ad aures eius peruenissent admiranda illa, quæ in conceptione, & natiuitate Ioannis contigissent, eum Christum esse ratus, sicut & Iudæi postea eodē errore lapsi sunt, ipsum speciali mandato necari iussit, vt se ea suspicione liberaret. Magna certe fuerunt illa, atque in ore omnium peruulgata; nam quod ait Euangelista: Factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ, diuulgabantur omnia verba hæc: & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas, puer iste erit? Equidem, sicut cum tantus sacerdos, pater eius Zacharias, offerens incensum in templo, mutus est redditus; quod visionem vidisset, cognouit populus: sic etiam, reddita illi loquela, ac ministrante in templo, tantæ rei causa neminem latuit: at quod sciebant omnes, Herodem præteriiße, ac ignorasse, quis affirmabit? aut Herodem hæc tanta dissimulasse, vel patientia tolerasse? Sed prætermissis his, quæ ad necem Zachariæ, & causam illius dicta sunt, de quibus alibi fusior erit sermo, quod ad seceßum Ioannis in desertum pertinet, Nicephorus lib. 1. cap. 14. de Herodis infanticidio agens, sic scribit. Saluator quidem, ita vt dictum est, in Aegypto exulabat: filius autem Zachariæ Ioannes, in cuius natiuitate, patris vox soluta est, cum primum ab illo Ioannis nomen in tabula fuisset exaratum, alterum cum dimidio annum, agebat, & vna cum matre Elizabeth in spelunca quadam, ad regionem montanam saluus conseruabatur: fortasse Herodis sanguinariam effugiens manum; atque inde in solitariis locis libenter versari solitus, angeloque duce vsus, in remotiores siluarum recessus secessit. Quibus & Cedrenius in compendio Histor. addit: Elizabeth post dies quadraginta in eadem spelunca diem obiisse: Ioannis vero curam ab Angelo esse susceptam: & licet hæc tam antiqua ab eo, siue certo auctore ferantur: tamen quod ait, de suscepta cura ab Angelo, haud adeo impossibile videri debet, si quis mente recolat, Ismaeli à matre profecto angelum adstitisse. Hæc igitur fuit occasio, qua Ioannes ab ineunte ætate eremi cultor, & solitariæ vitæ, vt inquit Hieronymus, princeps extiterit, de cuius vitæ dignitate, & vtilitate à nobis fusior sermo instituendus est. Scio vnum Timonem Atheniensium, vt Sab. lib. 2. refert, non religione, non cælestium rerum indagine adductum, sed prauo quodam affectu, rigoreq. naturæ, omni hominum commercio sibi interdicto, domicilium sibi in agro Attico parasse, vt hominum congressum fugeret, vixq. vnus Atheniensium Pæantus ab eo admittebatur, qui cum super cænam iocular iter dixißet, nonne satis pulchrum hoc conuiuium Timon? pulchrum quidem, respondit, sed adhuc pulchrius futurum, si Pæantus non adeßet, sed hic sicut naturæ monstrum mirari debet, non aliis exemplo esse debet: illorum igitur tantū solitudo imitanda proponitur, quibus vel vtilitati mentis commoda fuit, vel ad vitam sancte instituendam profuit. Solitudo, inquit Augustinus tract. 17. exposit. Euang. menti vtilis est. Et Chrysostomus super Ioanem, hom. 41. locum idoneum iudicauit solitudinem, ad philosophiam, & vt mundi tumultus fugerent, qui mentis quieti adeo contrarii sunt: à multis maxime commendatam, & verbo, & opere, non solum à Sanctis, sed à viris, quos mundus vt sapientes coluit, inuenimus. Habitauit Sinopæus Diogenes in Cranio extra Corinthum, studiis otium quærens, hominum congressum sedulo declinans, pallioq. & pera contentus, sicq. felicissimus ab Alexandro Rege iudicatus est, vt refert Sabinus lib. 2. Diogenemq. se optarit, nisi Alexander eßet. Et Cynicus ipse haud dubie Regem se multo inferiorem iudicauit, cui ad se venienti ne aßurrexit quidem. Anaxilius Philosophus, vt prædulcem vitæ solitariæ fructum delibaret: primatum Athenarum est aspernatus, dicens, se malle seruum esse bonorum, quam impiorum ducem, & gubernatorem. Empedocles Agrigentinus Pythagoræ discipulus (vt scribit Thimæus) nunquam regnum quod offerebatur suscipere voluit, vt refert Xantes in libro, quem de laudibus ipsius composuit: tantoq. pretio vitam solitariam habuit, vt potentiæ diuitiisq. mundi prætulerit. Cum Demetrius Phalereus ab Aegypto relegaretur, postquam Athenarum rempublicam administrasset, Cratem Philosophum inuisit, à quo tanta sublimia & ardua didicit, vt dixerit Demetrius (sicut refert Plutarchus) Ve negotiis, quibus quondam irretitus fui, siquidem obstarunt, quo minus maturius cum hoc philosopho notitiam inirem. Sermones quidem tali viro digni, qui optime, qui è vita solitaria gustus, & emolumentum depromi potest, callebat. Idem Plutarchus in libro de tranquillitate animæ refert: Pericles Atheniensis, cum se in solitudinem recepisset, in limine sequentem sententiam exarare curauit: Inueni portum, spes, & fortuna, valete: Nil mihi vobiscum est, ludite nunc alios. Cum Zeno mercaturam exercens, naui eius vndarum rabie obuoluta, cum suis diuitiis, & mercibus, egestate premeretur, & ab omnibus illuderetur, dixit se iactura oblectari, ob maximū emolumentum, quod inde successerat, quippe qui philosophus esset euasurus, & penitus vitæ solitariæ intenturus. Cumq. suo desiderio potitus fuisset, omnibus doctrinæ numeris completus, aiebat: (vti refert Apollonius) se numquam magis secundo vento nauigasse, quam cum naufragium fecisset. Marcus Cicero fatetur, quamprimum à Republica, vt vitæ solitariæ intenderet, semotus est, libros de officiis edidisse, fereq omnes alios, quos composuit, quibus omnium vtilitati consulit, ac tantam famā est adeptus, vt nulla vmquam ætas de suis laudibus conticescat: & dicebat se numquam minus otiosum esse, nec minus solum, quàm cum esset solus. Laudabat etiam Marcum Curium antiquum Romanum, qui, cum Samnites, & Sabinos, Pirrhumq. Epirotarum Regem deuicisset, à Roma, omniq. suo commercio sese abdicauit, in villamq. secessit, maioris vitam solitariam ducens, quiete comitatam, quam dignitates, honores, & acclamationes Romanas, tacitā cum animi solicitudine. Legi Dionem Cassium antiquum historiographum, in vita, quam de Imperatore Hadriano scribit, suo tempore famosissimum ducem Similium dictum, genere nobilissimum, post strenue facta, post consumptam in his vitam diuturnam, solitariam cum elegisset, vita functo, hoc memoriæ scripto tradidisse, sex tantum se annos vixisse; quod non vitam putaret, quæ tot distracta esset curis, sed quam in solitudine transegisset, quo circa dicebat Seneca, quoddam esse hominum genus, qui viuere desinerent, priusquam vitam essent aggressi. Et idem Seneca de vita beata, solitariam vitam præstantiorem, & chariorem publica esse dixit, & pacatum Cleanthis, & Zenonis otium maiores fructus attulisse, quàm multorū functiones, qui præ cæteris, cum pacis administrationibus, quā belli ducis oneribus, promereri minime dubitarūt. Hæc erat illa dulcissima ambrosia, suauissimumq. nectar, quæ

Digitized by Google

Poetæ esculentum, & poculentum deorum esse effinxerunt: vt mirificam dulcediuem, quæ diuinarum rerum contemplatione fragrat, palam facerent; contemplatiui enim, qui in terris versabantur, dij vocabantur in cælo collocati; vude & iu fictitijs fabulis Ganymedem ab aquila in supremum montis Idæ cacumen, raptum fuiße, & iu cælum elatum, Ioui astrorum Regi oblatum, & associatum. idest, virum in solitudiuis abstrusa, & recondita, iu cælum per contemplationem elatum, Ioui, quem cælorum Deum fabulantur Poetæ, associatum, & similem. Horum deorum cibus, coutemplatio diuiuorum est, nectare, & ambrosia dulcior. Sed iam, gentium dictis, & exemplis prætermissis, ad Ecclesiastica nostra conuertatur oratio. Iacob cum tribulationibus agitaretur, & à fratre suo Esau persequeretur, à domo patris sui, in longiuquas, & alienas regiones pergens, solitarius incessit, & cum venisset ad quemdam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit iu eodem loco. Viditq. iu somuis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangeus cælum. Vidit ille in somuis hanc scalam diuinam, quæ iu extremitate terræ affixa, cacumine cælos contingebat, & iu ipso culmiue, huius orbis conditor, sol iustitiæ stabat, cuius diuinus splendor animos accendit, tenebrarumq caligiuem depellit. Sol visibilis latuit, & sol inuisibilis apparuit. Radij coruscantis solis, qui corpus inflammat, fugiebant; vt aliud hemisphcrium illuminarent: & vidit diuinos solis radios, qui animam succendit: sensuum lumeu, mentis lumini commutatum est, splendor exterior, iu interiorem versus; sol creatus disparuit, sol, qui eum creauerat, apparuit. Vidit solem diuinum, è cuius splendore omnis alius splendor procedit, sacratissimæ Incarnationis Verbi Dei sacramentum ei reuelatum est. Cuius scalæ gradus primus fuit Abraham, secundus Isaac, tertius ipse Iacob, & exiude alij omnes, quos B. Matthæus iuitio sui Euangelij commemorat, donec ad Iesum filium Mariæ, solem diuinum, qui in cacumine scalæ astabat, cælum reserans, antea clausum & obseratum. Poterat hæc Deus ipsum docere in domo patris, sed noluit, voluit in deserto, vt sciant solitarij hominis etiam somnia, negotiatorum vigilijs altiora, & sacratiora esse. Propheta Regius, cum expertus esset, cor suum molestijs, ac publicis solicitudinibus conflictari, dicebat Psal 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Quasi diceret, quis mihi concederet, vt ad similitudinem columbæ, quandoque indesertū conuolare possem; cumq. opere illud explere nou poßet, animi tameu quiete, & externarum rerum tumultibus quandoque depulsis, aliquando quod concupierat adeptus, dicebat: Ecce elongaui fugiens, & mansi iu solitudiue. Expertus fuerat S. Dauid diuinæ cousolationis fructum, quem degustauerat, cum solus Palæstinæ deserta percurreret, propria, & aliorum delicta deplorando, & ea, quæ mundi suut; ad instar velocissimi fouris vndas lachrymarum ex oculis emittens, imis cum singultibus, & suspirijs tractis, quibus nubes, cælosq. ipsos penetraret; ibi diuinos psalmos prædulcis citharæ couceutibus edebat, inde tandem, mundum docebat, doctrinæ cælestis cathedræ assidens. Osee 2. postquam Propheta enumerauerat mala, quæ culpa sua perpessura erat Synagoga, boua deinceps recensens, quæ Dei misericordia receptura erat, inquit: Propter hoc, ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Propter hoc, inquit, non quod peccata hominum, ex se, Deum ad benefaciendum deuincant, sed vt appareat, quanta sit Dei misericordia, vt, vnde irasci contra nos oporteret, inde ad commiserationem, & ad opem ferendam excitetur: non secus ac medicus, præsertim si idem & pater, & medicus sit, quo magis maledictis, & probris à phrenetico filio lacessitur: eo magis ille illachrymat, & ad misericordiam, ad medendumq. commouetur, quia morbi magnitudinem magis videt. Propter hoc igitur, idest, eorum debitis pœnis, vt misericors pater commotus. Ecce ego lactabo eam, idest, ad modum matris, velut iufanti lac præbentis me geram; dulcia, & quæ in pectore meo erant recondita, reuelabo, quibus veluti delicatissimo pascatur alimento, seu cibo. Scio quidē iuxta vim Hebraicæ, & Græcæ dictionū lactare, idem esse ac decipere, à verbo lacio, de quo Sextus Pōpeius l. 10. Lacit, iu fraudem inducit. idem sentit Nonius Marcellus iu libro de proprietate sermonum. Hinc illud Terentij iu Andria: Nonne tibi satis esse hoc visum solidum gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? quo verbo hic vtitur Scriptura secundum aliquos, & multis alijs in locis, vt Prou. 1. Si te lactauerint peccatores, idest, decipere voluerint, ne acquiescas eis, & cap. 16. Vir iniquus lactat amicum suum. & Iob. 31. Si vidi lunam cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lactatum est in abscondito cor meum, sic enim legendum putant, & vitio scriptoris legi, lætatum, sed ipsi vere decipiuntur, cum iuxta correctiora Biblia, lætatum legatur, nou lactatum: verum tamen est, dictionem Hebraicam, Iphte, ibi positam idem significare quod deceptum est, siue declinauit, & vtriusque lectionis sensus in idem incidit, vt dicat nou deceptum esse cor Iob Idololatriæ solis, & lunæ vanitate, siue non esse lætatum, quasi in veri cultus assensu. locis tamen alijs desuper inductis placet verbi expositio: vnde & Septuaginta legunt: Ideo ecce ego seducam eam. & cap. 7. eiusdem Osee, vbi nos legimus: Ephraim, quasi columba seducta. Aquila, & Symmachus legunt: lactata. Dicit igitur Dominus per Oseam: Ecce ego lactabo, siue seducam eam, metaphora desumpta à sermone vulgi, cum enim videt diuitem, bona sua pauperibus erogare, & à delicijs ad ieiunia, & ad vitæ austeritatem transire, idq. nulla spe boni secularis, quasi deceptum illum putat, & vocat. Si quis multis imperabat omnibus se subijciat in religione: si pulcherrima virgo sponsum paratum, amplissimum patrimonium, purpuram, aurum, gemmasq. contemnat, vt Christo seruiat, insanire vulgus putat, & deceptam ab alijs dicit. Ita lactatus erat ille, qui dixit Psal. 72. Quid enim mihi iu cælo, & à te, quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus iu æternum. Et qui ait: verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora. Sic ergo feliciter lactatos ducit iu solitudinem: Et ducam, inquit, eam, in solitudinem, segregabo illam ab amatoribus, & ab illis omnibus, qui sermoni, & persuasioni meæ obstare poterant: tunc loquar ad cor eius, idest, verba blanda, & cousolatoria, sic Hieronymus interpretatur illud Isaiæ 40. Consolamini, popule meus, loquimini ad cor Hierusalem. & Gen. 34. vbi legimus: Tristemq. deliniuit blanditijs, iuxta Hebræum est: Et locutus est ad cor adolescentulæ. Sicut igitur filios Israel, quos Dominus ex Aegypto exire fecit, per deserta deduxit, ibi per Moysen, & Aaronem, spe futurorum bonorum consolabatur: non igitur deserit, quos in solitudinem educit, loquitur enim ad cor. Ad Hebræos 10. Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Ecce quomodo Deus solitariam vitam, nou asperam, nou acer-

bam

bam constituit, sed omni cælesti dulcedine replet, & quos Sacramentorum suorum consortes esse vult, in solitudinem ducit. Pascebat Moyses oues in deserto, cum Deus illi in rubo apparuit. In montem excelsum ascendere iussit, vt per manus illius legem populo traderet. Isaias solus erat, cum Dominum vidit sedentem super solium excelsum. Helias, & Helisæus, deserta soli peragrabant, vt etiam filij Prophetæ cum Deo loquentes, quamplurimiq. alij, de quibus Paulus ad Hebr. 1. Quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cauernis terræ. Deus ab Vr Chaldæorum Abraham extraxit, Iob à Mesopotamia, Moysen ab Aegypto, Heliam, & Helisæum ab aulicis Samariæ, denique Deus suos à mundi contubernio abduxit, & in vitam solitariam extulit, vbi magna & incomprehensibilia sacramenta eos perdocuit. B. Ioannes Euangelista in deserto residebat, in insula Pathmos, cũ Deus illi, quæ in Apocalypsi scripta sunt, reuelauit. Eunuchus Candacis Reginæ Aethiopiæ desertum peragrabat, ab Hierusalẽ veniens cum B. Philippus illi apparuit, qui sacram Dei Scripturam est interpretatus: solius horæ spatio, maiores progressus in deserto effecit, quam toto tempore, quo in ciuitate commoratus est. Mitto, quæ de B. Antonio, de Hilarione, Onophrio, Paulo Thebæo, Ioanne Aegyptio Anachoreta, Theone, Helia monacho, Simone, Arsenio, Iudoco, Maria Magdalena, Maria Aegyptiaca, & innumeris alijs, apud fide dignos legimus, qui omnes mundi strepitum fugientes consecuti sunt, quod Ieremias c. 9. concupierat, cum dicebat: Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum, & recedam ab eis. antrum, aut speluncam nacti, solitarij sedebant, & tacebant, vt Tren. 3. dicitur. cum silentio: qui tamen sic supra se leuati sunt, vt non solum vitam vix humanam agerent, fere sine potu, & cibo, semper orationi instantes, sed etiam non solum mente cælos penetrantes, altissima, & abstrusa luce clarius contemplantes, sed quandoque & corpore super terram eleuati, mentis altitudinem, & volatum, corporis eleuatione ostendentes. Legat, qui voluerit, B. Hieronymum epistola ad Heliodorum, & epistola 22. ad Eustach. & B. Chrysost. hom. 3. super Marc.

DOMINICA INFRA OCT. NATIVITATIS.

§. 1 MIRANTES super his, quæ dicebantur de illo] *Non mirabantur ex ignorantia, aut quasi nescientes ipsum esse Dei filium, mundi saluatorem, lumen gentium, & gloriam Israel, sicut viderant dicta à pastoribus, & Simeone; exactissime quippe omnia hæc nouerant, vt B. Fulgentius annotat: sed mirabantur ex ampliori, & attentiore eorumdem notitia, & meditatione. Horum symbolum erant duo Cherubim aurei, & productiles ex vtraque parte oraculi, siue propitiatorij, expandentes alas, & se mutuo respicientes, versis vultibus in propitiatorium. Versis itaque mentis vultibus in Christum, qui est nostra propitiatio, & salus, vt inquit Paulus, expandentes alas, admirantium instar. Optimorum non esse laudem, sed aliquid maius laude, quod est admirantium, docuit Aristoteles. Etenim laus, oratio quædam est, qua illius rei, quam laudamus, virtus comprehenditur; quare cum res eminens adeo est, vt oratione comprehendi non possit, laudari etiam nequit, sicut in rebus diuinis contingit, quæ incomprehensibiles sunt, & quanto amplius cognoscuntur, tanto admirabilius mentem suspendunt, & eas admirari debemus, atque hæc illorum est propria laus. Hoc sibi innuere voluit Regius Psaltes Psal. 64. vbi nos legimus: Te decet hymnus Deus in Sion, quasi dicat: Te decet laus, nam tam excelsa, & illustria sunt opera tua, Domine Deus, vt nemo te possit pro dignitate laudibus offerre. Quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ erit tam eximia orationis facultas, quæ tam admirabilis dicendi amplitudo, quæ possit laudes tuas, non dico ornare dicendo, sed ne strictim quidem attingere numerando; silere igitur potius oportet, & admirari, & hæc laus tua Deus. Conatur quidem intellectus altissima perscrutari, lucem inaccessam intueri, illorum tamen immensitate victus*, como deslumbrado con tanta luz, *in maximam eorum admirationem rapitur, qua admiratione, plusquam verbis, rei magnitudo ostenditur. Sic Apostolus Paulus ad Rom. 11. de Dei secretis agens, maxime de admirando prædestinationis sacramento, exclamat, dicens: O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? plus hac exclamatione exprimens, quàm alij longa oratione dicere potuerint. Tertullianus in Scorpiaco, & Cyrillus in Isai. putant his verbis occurri audaciæ humanæ. Quibus addit Theodoretus in Isai. significari, Deum ipsum sapientiæ esse abyssum, & intelligentiæ pelagus. Estq. apud Isai. 40. cap. locus, vt B. Hieronymus annotat, cui B. Paulus hic alludit, immo & verba illius refert, secundum lectionem Septuaginta. Et prioris ad Corin. 2. Pau. eiusdem sententiæ, priora & vltima verba refert, medijs omissis, quod facere solitos Euangelistas, & Apostolos, aduertit Origenes. Inuestigabiles, ait Paulus, sic enim in correctioribus Biblijs legimus, licet aliqui, librariorum errore, sic scribi contendãt; cæterũ inuestigabiles, pro eo, quod ininuestigabiles, ponitur, seu imperuestigabiles: vnde in Isaia loco citato dicitur, cum negatione: Neque est inuestigatio sapientiæ eius. & ad Eph. 3. eadem voce de Christo loquens vtitur, cum ait: Mihi autem sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles, idest, imperuestigabiles diuitias Christi. Idem Paulus 2. Cor. 12. cum refert, quod Act. 9. historice scribitur, raptum vsque ad tertium cælum, & audisse arcana, qualia suspicari possumus de illo, cui Dominus talia concessit, subdit: Quæ nõ licet homini loqui, siue ineffabilia: sic intelligi debet, Græcanicæ vocis vi perpẽsa, qua negatione, maiora, & altiora esse docuit, quã vllis alijs verbis expendere potuisset.*

Digitized by Google

ret. Habacuc Propheta in cantico illo, quod orationem pro ignorantijs inscripsit, ignorantiæ nomine peccata intelligens, sicut Dauid Psalm. 24. cum ait: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine: quippe qui peccat ignorans est. Audierat Propheta à Domino, propositæ quæstioni, quam refert præcedenti capite, respondente, venturum esse Christum, qui iustos consolaretur, & præmijs pro laboribus afficeret, in impios vero dignis supplicijs animaduerteret, orat proinde, vt impleat quod promisit, nec propter hominum scelera, seu ignorantias tantum bonum differri sinat. Tantus itaque Propheta, oculos mentis dirigens in sacramentum illud diuinum Incarnationis Verbi Dei, (quod vnum ex multis est, quæ non tam eloquio, quam admiratione & extasi digna sunt, vt de Augustino legimus: Quid autem sacramenti haberet: Verbum caro factum est, nec suspicari quidem poterat.) Inquit Habacuch: Domine audiui auditionem tuam, & timui. Audiui opus magnum, quod pro salute hominum facturus es: auditionem, pro re audita, quod nec Latinis inusitatum est; scribit enim Cælius Ciceroni: Romam cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. Timui autem, dicit, idest, obstupui rei magnitudine & præstantia, attonitus, & quasi raptus in mentis excessum. vnde & Septuaginta, vt magis verba hæc explicarent, addiderunt Prophetæ: Domine consideraui opera tua, & obstupui, siue vt alij vertunt, expaui. Quid hoc quæso, nisi tantæ rei ineffabilis admiratio, & extasis? vt August. inquit 18 de ciu. Dei c. 31. altissimis & diuinis rebus debita, omnemq. sermonem comprehendens, & exsuperans. Quod autem prædictis verbis Propheta de Christo prophetiam texat, & in toto Cantico, docet Hieronymus in proœmio 2. lib. in Habacuc; docet Ecclesia, quæ ex eo multa in eumdem sensum assumit, & Patres similiter, Augustinus 18. de ciu. Dei, cap. 32. Euthimius in expositione huius Cantici, & Theophilactus, & Rupertus, Eusebius etiam de demonst. Euang. c. 15. & August. in orat. contra Iudæos, & paganos, cap. 13. idem de bona parte huius Cantici affirmant, nec proinde reijcio eorum mentem, qui de Nabuchodonosor, & Chaldæis interpretantur; ex analogia enim vnius facti ad aliud, sæpe contingit, vt in eodem capite Spiritus sanctus, nunc de vno, nunc de alio, & quandoque eisdem verbis de vtroque loquatur.

§. 2. Et benedixit illis Simeon] *Varias verbi, benedicere, significationes in sacra Scriptura collige, ex his, quæ diximus Gen. 12. §. 4. & 6. & c. 9. §. 1. & 38. & Exod. 12. §. 57. & c. 39. §. 10. Intelligunt aliqui, hunc verum fuisse sacerdotem, & Euangelistam hic loqui de ea benedictione sacerdotali, de qua Nu. 6. & Epiphanius de Prophetarum vita, c. 24. ait: Vita functus est Simeon iste quidem pluribus annis obsitus, bene confectus: nec tamen à sacerdotibus postremum honorem consecutus, humatus est. Hæc ille. Cur autem id acciderit, nullam affert causam, sed & putatur; quod palam Christi aduentum annuncians, in se sacerdotum cæterorum inuidiam & odium concitarit: & sacerdotem fuisse, non solum Epiphanius, sed & Cyrill. Hierosf. in ho. de occursu Domini fatetur. Oppositũ tenent Theophilactus, & Euthimius, & ex recentioribus multi, quod Spiritus sanctus sileat in Euangelistis, qui tam diligenter alia scribi voluerit. Sunt qui existimant, hunc Simeonem magistrum fuisse Gamalielis, ad cuius pedes se B. Paulus eruditum fuisse dicit Act. 22. discipulum vero Hellelis ex auctoribus magnæ congregationis, qui, in Thalmudicis libris, Simeon cognomento iustus appellatur. Nescio an aliquid de huiusmodi Nicephorus inaudisset, qui lib. 1. cap. 12. vitam illi, vt Christum suis oculis videre posset, ad multum senium propagatam fuisse tradit. Quidquid igitur de sacerdotio sit, inefficax tamen argumentum ex hoc Euangelij loco desumi potest; cum simpliciter accipi possit, senem illis benedixisse, siue quia felicia illis precatur, siue quia felices illos prædicauerit, qui tanti pueri parentes esse meruerint, sicut Elizabeth Luc. 1. eadem gratulatione dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. & rursum: Beata, quæ credidisti, quia perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Et quidẽ videtur, verba illa, tantum referri ad parentes pueri, etsi nullum sit incommodum dicere, Simeonem etiam benedixisse Christum, hoc est, optasse ei felicem successum negotij eius, ad quod missus fuit; huiusmodi autem benedictio non arguit excellentiam maiorem benedicentis, sed tantum votum animi eius; Quod enim Paulus ad Heb. 7. inquit: Sine vlla contradictione q minus est à meliori benedicitur, sermonem facit de ea benedictione, quæ donũ, seu gratiam dantis præsefert; non vero de illa, quæ gratulationem, & animi votum tantum importat.*

§. 3. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel] *His verbis, respectu hominum, duos contrarios effectus sanctus Simeon prophetat, ruinæ scilicet, & resurrectionis, ruinæ, inquam, non temporalis, qualis, occasione Christi, Iudæorum facta fuit per Romanos, sed spiritualis, sicut & spiritualis resurrectionis. Verum cum Deus hominum interitum nolit, sed omnes velit saluos fieri, sicut idem Simeon cecinit: saluatorem, & lumen Christum omnium esse paratum à Deo: quod difficile videatur, qua ratione in aliquorum ruinam dicatur positus, Origenes ad mysticum recurrens sensum, intelligit de salutari peccatorum ruina, qua, scilicet, peccatores cadunt à peccatis suis, morientes peccato, & deinde resurgunt ad iustitiæ opera. Cui interpretationi adiungit & aliam Theophilactus, secundum quam genitiuus, multorum, non referatur ad ruinam, sed ad resurrectionem, vt sit sensus: positus est Dominus in ruinam sui ipsius, vt scilicet cadat in mortem, & deinde per eum resurgant multi in Israel. Verum cum hæ interpretationes coactiores videantur, præstat dicere, Christum à Deo positum in multorum ruinam, pariter & in multorum resurrectionem, quamuis non eodem modo; nam in resurrectionem positus est à Deo, quia voluit Deus per eum multorum efficere resurrectionem, adeo vt quicumque à peccato resurrexerint à mundi exordio, per Christum resurrexerint, ideo agnus dicitur à beato Ioanne in Apocalypsi, qui occisus est ab origine mundi; Christi enim merito, & fide, cunctis collata est gratia. In ruinam vero positus erat, quia voluit Deus, occasione eius, quosdam sinere labi, eorum demeritis exigentibus, & quod ita videbatur gloriæ suæ illustrandæ conducere. Porro, cum ruina stantium sit, aut eorum, qui profundius labuntur, resurrectio vero iacentium atque lapsorum, sic intellige, quosdã occasione Christi grauius casuros, quam iam ceciderant, aut etiã quosdã, qui stare videbantur, & arcẽ iustitiæ obtinere in populo Israel, prolapsuros iam in maximam cæcitatem, & exitium æternum: resurrecturos autem, qui per aperta crimina omnibus iacere videbantur, per Christũ autem, in spem salutis æternæ, & meliorem frugẽ reuocandi, sicut infidelibus, Scribis, & Pharisæis in ruinam fuit, in surrectionẽ vero publicanis, & peccatoribus. Adde, huiusmodi locutionibus, quales in Scriptura multæ sunt, non Dei consilium (nisi forte modo prædicto permittendo) sed tam certus significatur euentus, vt*

Digitized by Google

diuino consilio tribui posse videatur, cum tamen reuera, non vt caderent consulto, posuerit: sed sic posuerit tantum, vt eorum exigentibus demeritis cadere permittat. Idem ergo his verbis significat Simeon, quod postea Christus ipse Ioan. 9. dicens: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant: occasione sumpta, ab eo cæco, qui à natiuitate talis erat, quem illuminauerat: à cæcitate illa corporea, ad incorpoream, & spiritualem, sermonem conuertens; quasi dicat: Veni, vt illud patris mei iudicium; siue decretum opere adimpleam, quo miserabiliter, sed iuste decreuit, per filij sui in hunc mundum aduentum, efficere, vt qui non vident, videant; & sinere eos, qui videbant, cæcos fieri; quæ iudicia, ad Rom. 1. Paulus imperscrutabilia vocat: sic tamē intellige, vt dictio illa, in, respectu eorum, qui futuri sunt cæci, non causam dicat, sed consecutionē: vt Pharisæi, qui multa de Deo nouerant, & quasi videntes in populo putabantur, occasione miraculorum, & doctrinæ Christi, per superbiam, inuidiam, aliasq. passiones adeo sunt excæcati, vt veritatem non agnouerint, sed in lapidem offensionis, & scandali impingerent; quos & cæcos, & duces cæcorum apud Matth. vocauit. nec prædictis obstat, quod Matth. 11. dicitur: Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum. quia loquitur de retributionis iudicio, quo reddetur vnicuique secundum opera eius. & Ioan. 9. de iudicio electionis, & reprobationis, quod discretionis dicitur. Iam, Simeon prædictis verbis videtur alludere voluisse ad illud Isa. 8. Erit vobis Dominus in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israel; in laqueum, & ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Ideo enim videtur dixisse Simeon. Ecce positus est hic, vt significaret eum esse petram illam, & lapidem, de quo Isai. eo loco. & cap. 28. loquebatur: Lapidem in Sion probatum, & angularem dicens. Septuaginta legunt: Et si in ipso confisus fueris (vel si in ipsum credideris) erit tibi in sanctificationem, & non vt lapidi offensionis occurretis. neque vt petræ ruinæ, domus Iacob in laqueo, & in fossa sedentes in Hierusalem. Addidere itaque Septuaginta de suo, in principio huius periodi, orationem vnam, vt lucem huic loco afferrent, vt scilicet ostendāt, de Christo esse sermonem, quod & testimonijs Apostolorum Petri, & Pauli infra monstrabimus. Et sic Basilius, & Procopius in Isai. dicunt; Perspicue adhortatur hoc loco Propheta, ad amplectendam fidem Christi, qui futurus est credentibus sanctificatio, & vetabit, ne pedes allidas, neue offendas, tamquam ad lapidem; ad prædicationem Euangelij; quod Iudæis accidit, quibus Christus fuit scandalum, & offendiculum, vt B. Paulus ait. Quod vero Septuaginta per negationem sequentia verba legunt, iuxta Basilium, Cyrillum, & Procopium, faciunt hunc sensum: Si credideris in Christum, erit tibi in sanctificationem, & non in lapidem offensionis, & petram scandali; subintellige: sicut non credentibus. Deinde noua periodo inquit: Duabus domibus Israel in laqueum, & in tendiculam habitantibus Hierusalem, vt sit sensus: Vobis quidem credentibus erit in sanctificationem Christus; duabus vero domibus Israel non credentibus erit in laqueum, & habitantibus in Hierusalem erit in tendiculam: vbi vero nos legimus: Et in ruinam habitantibus in Hierusalem, ipsi legunt: Et in fossa sedentes in Hierusalem. Quibus verbis vltimis, iuxta Septuaginta, prædicit Propheta, sedentes in Hierusalem, ferarū more casuros in foueam, & laqueis irretiendos; etenim iuxta Iosephum lib. 6. de bello Iudaico cap. 45. ex cunctis vrbibus Iudææ, qui residui erant, conuenere Iudæi ex vastitate, quam vrbibus Iudææ Romanus exercitus inuexerat, vt Pascha celebrarent Hierosolymis, adeo vt eos vrbs non posset capere, neque suppeteret eis victus, cum subito eos Romanorum obsessio oppressit; qui omnes veluti feræ, quæ in fossas inciderant, & laqueis irretitæ erant, ferro, fame, peste, incendio consumpti sunt: & cincti muro à Romanis, ne quis euaderet. Vobis itaque, inquit Isaias, Christo adhærentibus, erit in sanctificationem, hoc est, vos saluos faciet; omnibus autem eum contemnentibus erit in lapidem offensionis, & petram scandali, in quam impingent. Quod autem dicit: Duabus autem domibus Israel, hoc est, domui Iuda, & domui Ephraim. Per domum Iuda, intellige duas tribus, Iudam, & Beniamin: per domum Ephraim, alias decem tribus, quæ erant in Samaria. sed hoc non est de omnibus dicendum, sed de improbis, & contumacibus, qui in Christum credere noluerunt. Aduerte præterea, quomodo huius loci Apostoli, & Euangelistæ sunt metaphrastæ, quod enim Propheta dicit: Erit in sanctificationem, Luc. 2. dicitur: Erit in resurrectionem multorum. De puero Iesu B. Petrus 1. can. 2. Erit credentibus honor. Septuaginta interpretes: Si in ipsum credideris, erit tibi in sanctificationem. B. Paulus 1. ad Cor. 1. Credentibus erit Christus sapientia. Quod vero dicitur: In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel, Petrus loco citato dicit: Non credentibus, lapis offensionis, & petra scandali. Coniunxit autem B. Petrus cum hoc Isaiæ testimonio, illud Psalmi: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli; vt vtrumque eodem spectare doceret, ad Christum, scilicet, Dominum, quem hic Isaias Deum exercituum vocat. & in Hebræo est: nomen ineffabile, Ieouah. Erit itaque idem Christus, quibusdam in ruinam, alijs in resurrectionem. Sicut columna ignis, quæ filios Israel illuminabat, Aegyptijs tenebras incutiebat. Et maris rubri siccatio, quæ filijs Israel fuit in bonum, Aegyptijs submersis fuit in exitium. Exod. 14. à §. 21. vsque 35. Id quod apis ex flore carpit, in mel conuertitur; id autem, quod araneus carpit ex eodem flore, conuertitur in venenum; cum flos sit vnus & idem. Odor vineæ, cum in flore est, hominibus gratus est, serpentes autem fugat. Eodem solis calore mollescit cera, & fluit, lutum autem durius fit; propter diuersas subiecti dispositiones. Aqua defluens mundat manus, in terram vero decidēs, lutum facit: denique & de venerando sacrosancto altaris mysterio inquit Paulus, quibusdam esse ad vitam, quibusdam ad iudicium.

§. 4. Ieiunijs, & obsecrationibus seruiens, nocte, & die.] *Exod. 38. habes, à Moyse factum labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi, quæ scilicet, seculi pompæ, atque delicijs renunciantes, sese vna cum suis rebus ministerijs Domini mancipantes, assiduis intentæ precibus aderant: quod quidem pietatis officium, extructo postmodum templo, non tantum non cessasse, sed vt cætera, magnificè auctum, par est credere: de quarum numero creditur fuisse Anna, cuius meminit hic Euangelista, quam B. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 10. religiosissimam monialem appellat. Porro, quam vtilis sit ieiunij cum obsecratione combinatio, satis ostendunt sanctorum Patrum exempla. Quando filij Beniamin abusi sunt vxore Leuitæ, sic vt mane ad ostium domus, in qua hospitio receptus fuerat vir eius, inuenta fuerit mortua; cum tantum facinus audissent*

Israelitæ,

Digitized by Google

Israelitæ, vindicare illud volentes, aduersus filios Beniamin cum exercitum dirigerent, semel & iterum responso accepto à Domino, vt ita facerent, nihilominus victi sunt ab illis, ita, vt prima vice cæsa fuerint de ipsis viginti duo millia: & altera vice, decem & octo millia. Quamobrem, inquit Scriptura, omnes filij Israel venerunt in domum Dei. Quid autem per Dei domum hic intelligat, Septuaginta interpretes satis indicant, cum dicunt: Et venerunt in Bethel; quoniam illic arca testamenti Domini Dei in diebus illis. Sedentes itaque flebant coram Domino, ieiunauerunt die illo vsque ad vesperam. Quibus verbis, lachrimabilis oratio cum ieiunio describitur. Quibus præmissis, accepto tunc etiam responso à Domino, quod certo tunc illos in eorum manus traderet, ab ipso directi, de inimicis gloriosam reportarunt victoriam. Rex etiam Iudææ Iosaphat 2. Par. 2. audiens congregatos Moabitas & Ammonitas, numeroso collecto exercitu, ex his, qui trans mare mortuum morabantur, vt pugnarent contra eum, totum se, inquit sacer textus, contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iudæ: nec priuata oratione contentus, etsi adeo deuota, & feruenti, qualem verba illa prædicta indicant, totum se contulit ad orandum Deum, idest, solitaria mente, totoq. corde, & in orationem se totum effundens, in atrio nouo, sic dicto, quod locum illum religiosus Rex purgauerit ab abominationibus, quas Reges alij patrarant, in medio populi constitutus, Dominum deprecatus est. Tunc, facto spiritu Domini super Iacihel, filio Banaiæ: Hæc inquit Dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem; non est enim vestra pugna, sed Dei; sicq. factum est: posuit enim Dominus spiritum vertiginis, & dissensionis in eis, vertitq. eorum insidias in semetipsos, mutuisq. vulneribus concidere. Porro cum venisset Iuda ad speluncam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem late regionem cadaueribus plenam, cumq. eo descenderent, vix per dies tres spolia reportare potuerunt, præ prædæ magnitudine: vt videas, quantum cum ieiunio oratio prosit; quod Deus pro illis pugnauerit, & victorum spolia reportarint cuius facti fama, cum ad circumstantes gentes peruenisset, non sunt ausi amplius Iosaphat infestare. Iam, qui contemplatus fuerit admirabilem illum Cyri progressum, quomodo natus, qua ratione enutritus, & in Regem, & Monarcham sublimatus, qui reædificandi templum in Hierusalem licentiam Hebræo populo concessit, facile intelliget, non hominum industria, sed magno Dei consilio cuncta patrata fuisse. Cum igitur Esdras reducturus esset populum ex captiuitate Babylonica in Hierusalem: Deo tantum opus ascribere volens, simul & quid Deum ad id faciendum excitauerit, docuit, dicens: Ieiunauimus, & rogauimus Dominum pro hoc, & euenit nobis prospere. Sic & Nehemias tertio decimo anno, postquam missus fuerat Esdras ad reædificandum templum, idipsum facere desiderans de muro Hierusalem, & portis eius; vt Artaxersis cor Deus in eius beneuolentiam inclinaret, concederetq. quod ab ipso petere instituerat, hoc etiam vsus est medio, vt 1. Nehemiæ 1. dicitur: Ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli, quem cum tristem Rex intueretur, tristitiæ causam interrogans, quid desideraret exposuit, quod Rex libenti animo concessit, & eius precibus annuit. Angelus, qui Tobiæ apparuit, eumq. duxit, & reduxit, visum quomodo patri restitueret, ostendit: Volens Tobiam patrem docere, quid tot beneficiorum causa extiterit, dixit fuisse ieiunium, & orationem: Bona, inquit, est oratio cum ieiunio: vnde Chrysostomus Gen. 11. hom. 30. Ieiunio, dixit, preces oportet esse coniunctas. Cum Daniel diligenter animaduerteret in Hieremiæ vaticinijs annorum numerum, quo expleto reducendus foret populus in pristinam libertatem, cupiens ita impleri, & ne ob hominum peccata diutius Babylonica detineretur captiuitate: Posui, inquit, faciem meam ad Dominum meum, rogare, & deprecari in ieiunijs. Sicut enim musicus, prius lyra temperat neruos, vt sic suauem efficiat concentum, sic ieiunio corpus attenuare maxime præstat, vt orationis concentus coram Deo gratissimus appareat: adeoq. placuit Deo hæc Danielis ieiunij cum oratione combinatio, vt non solum id ei concesserit, sed etiam venturi Messiæ, qui mundum à crudeliori animi seruitute liberaret, tempus certum edocuerit. Cum superbus ille Nabuchodonosor, immanem illam Holofernis bestiam exercitus ducem mitteret, vt nationes omnes suo subiugaret imperio, & solum ipsum Deum esse cognoscerent, eius potentiam cum audirent filij Israel, & quod omnes gentes ad illius aduentum Regis mandatis obedirent, timuerunt valde, sed oratione, & ieiunijs se munière; In ieiunijs, & orationibus, inquit Scriptura, ipsi & mulieres eorum; quæ quantum apud Deum valeant, eodem capite refertur, cum per Eliachim sacerdotem magnum illis renunciauerit, dicens: Scitote, quoniam exaudiuit Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs, & orationibus in conspectu Domini. sicq factum legimus, cum, decollatum Holofernem à Iudith, audiens exercitus omnis, solo timore & metu agitati, fugæ præsidium sumpserunt. Iudith. 15 Sanctus ille Dauid, cum iniustam ab hostibus suis persecutionem pateretur, ab illa se liberum cupiens, ieiunio, & oratione id effecit, pro ipsis inimicis ieiunans, & orans, hoc enim dicere voluit: Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur; quasi dicat: Ita ex corde pro ipsis orabam, vt optarem illius orationis effectum in meum commodum conuerti: sicq. à Domino, quod petebat, consequuturum certo confidit, vt gratiarum actionem pro percepto beneficio polliceretur. Quod vero pro ipsis ieiunauerit, & orauerit, quod incredibilis beneuolentiæ, summæq. voluntatis exemplum est, auctor est Eusebius. sic & R. Dauid, & Auen Ezra; quibus consonant variæ interpretum editiones; nam pro eo, quod nos legimus: Ego autem cum mihi molesti essent, inquiunt. Aquila: Ego autem, in ægritudine eorum. Symmachus: Ego autem in illorum infirmitatibus. Theodotion, & Quinta Editio: Ego autem cum illi perturbarentur. Ecce quomodo pro illis ieiunauerit, & orauerit. Fructus etiam innuitur; nam vbi nos legimus: Et oratio mea in sinu meo conuertetur, Symmachus, & B. Hieronymus legunt: Conuertebatur. quasi diceret: & agnoscebam ieiunium, & orationem in commodum meum conuerti, placatos illos continuo expertus. Iam, ieiunij cum oratione efficaciam, maxime Christus Dominus commendauit in dæmoniaco illo, de quo Matth. 17. & Marcus, cum loquuntur de demoniaco illo lunatico, quem Christi discipuli curare non potuerunt, à quo Christus Dominus, dæmonem fugans, puerum sanauit, & dixit: Hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem, & ieiunium. Et licet aliqui contendant, loquutum esse Christum de omnibus dæmonibus; cum tamen supra, solam fidem in communi dixerit ad id sufficere, & multa dæmonia Apostoli, non ieiunio, & oratione, sed sola nominis Christi inuocatione pepulerint, vix sic intelligi potest; præsertim cum expresse dicat: Hoc genus dæmoniorum, vtpote tam crudele, vt sæpe in ignem, crebro in aquam illum miserabilem puerum, conijceret; & tale dæmoniorum genus, in quo expellendo plus sit, quam in alijs difficultatis, ita vt orationem & ieiunium adhibere oporteat, quod Hieronymus in

mus in Matth. & Leo Papa sermone 2. de ieiunio septimi mensis, nequissimum dæmoniorum genus significari putant, alij antiquissimum, quod scilicet diu hominem possederit, sicut difficilius est inueteratos morbos curare, quam recentes, ideoque apud Marcum cap. 9. interrogasse Christum, quantum temporis esset, ex quo hoc illi accidisset, obstinatissimum quidem, & ferocissimum dæmoniorum genus fuiße, non est qui dubitet, sicut experimur de eo, qui arcem aliquam custodit, qui quo ferocior, & obstinatior est, eo difficilius pelli potest: sicut Luc. 11. dicebat Christus: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet; vnde & lunaticum illum, mutum, & surdum effecerat, quales obstinatissimi homines esse solent, cerebri phantastici, superbi, qui nihil rogantibus respondeant, precibus surdi. Fides itaque ieiunio & oratione excitatur, & sicut non solum bellicis instrumentis vincuntur, qui in arce sunt, sed etiam fame, sic & dæmones maxime, qui sicut crapula gaudent, ita ieiunio offenduntur, nec acquiescunt: mirabilis itaque ieiunij & orationis vis, hic Christi Domini verbis innuitur. Eorumdemq. tanta est dignitas, & excellentia, vt cum, Spiritus sancti reuelatione, agnouissent Apostoli, Paulum, & Barnabam destinatos ab ipso esse, ad munus verbi Dei obeundum, dixerat enim illis, vt habetur Act. 13. Segregate mihi ad opus, ad quod accersiui eos, nihilominus, cum solenni ritu ad prædicationis munus mittendi forent, inquit sacer textus: Tunc ieiunantes, & orantes dimiserunt illos: Spiritus sancti destinationi, preces & ieiunia addidere, docentes in ipsis Ecclesiæ exordijs, quod posteris esset faciendum, quantæq. excellentiæ oratio esset cum ieiunio. Cumq. quadragesimo octauo anno à Christi natiuitate, Olympiade centesima sexta reuersi Paulus, & Barnabas Lystrum, & Iconium, & Antiochiam, per singulas Ecclesias presbyteros constituissent, vt securi recederent, & optatum effectum sibi polliceri possent, orauerunt cum ieiunationibus, dicitur ibi, hoc solo, felicissimum sibi promittentes illarum ecclesiarum profectum.

DOMINICA INFRA OCT. EPIPHANIAE. Luc. 2.

§. 1 ASCENDENTIBVS illis Hierosolymam, secundum cõsuedinem diei festi] Prædictorum verborum sensus dependet ex prioribus verbis, in quibus inquit Lucas: Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die solenni Paschæ. Exod. 13. & 34. Præcipiebat Deus, vt omnis masculus, ter singulis annis, coram Domino appareret, in festo Paschæ, in festo hebdomadarum, idest, Pentecostes, & in festo tabernaculorum: mulieribus quidem id nec præceptum. nec interdictum erat, sed viris tantum, vt profiterẽtur pro se, & pro vxore, quia caput est mulieris. Maria vero cum sponso suo, religionis causa, ascendebat. In die autem Paschæ, inquit, Euangelista, vel ob itineris longitudinem, distabat siquidem eorum habitatio ab Hierusalem, trium, vel quatuor dierum itineris interuallo, cum his enim, qui longius habitabant, dispensatum inquiunt viri graues, vt non nisi in die Paschæ coire tenerentur. vel etiam dici posset, quod licet Euangelista narraturus, quod hac die contigit in puero Iesu, illius tantum meminit, non tamen proinde negat, & alijs duobus diebus, sanctum Ioseph etiam ire solitum. Merito vero in dubium reuocat Augustinus, quomodo singulis annis ire consueuerint in Hierusalem, vbi Archelaus regnabat, cuius metu, vt Math. 2. dicitur, in Galilæam secesserant, sed forsan, vt idem inquit, non est sermo de omni tempore, sed de eo tantum, quo, relegato iam Archelao, sine vllo eius metu venire potuerint: aut timorem Dei, & legis obseruantiam, Archelai timori prætulisse, facileq. in tanta hominum multitudine, quanta eo die Hierosolymam confluebat, potuisse latere. Porro, naturæ instinctu cultum quemdam, & honorem exhibent, filius patri, à quo genitus est, magistro discipulus, à quo eruditus est, ciuis Regi, seruus domino, à quo alitur, & gubernatur; singulariq. obsequio reuerentur eos, & colunt. Cum igitur hæc ipsa, & multa præterea beneficia conditori nostro debeamus, à quo omnia, & in quem omnia referri debent, perspicuum est, illi potissimum hunc honorem, & cultum, summo iure deberi, ad quem non solum gratia, sed ipsius quoque naturæ vis, & impulsus, vt ex Basilio docet S. Thomas, nos incitat. Vnde nulla hactenus natio tam effera & immanis in orbe extitit, nec tam ab omni disciplina, & cultu vitæ remota, quæ, natura ipsa instigante, non aliquem cultum, mundi gubernatori exhibendum, censeret. Hoc autem præstare religionis est, quæ virtus est inter omnes morales præstantissima, Theologicisq. dignitate proxima. Theologarum enim virtutum materia, circa quam versantur, Deus est; religionis vero, cultus, & veneratio Dei: quæ tamen duo, tenui admodum limite diuiduntur: quam religionis virtutem, adeo humanæ naturæ propriam esse Lactantius Firmianus diffinit, vt ea potissimum hominem à cæteris animantibus differre statuat; quod videlicet solus homo, Deum colere possit, quod nulli cæterorum animantium datum est. Cum itaque Mosaica lex, multis ac maximis religionis officijs abundaret, nescio an vllum præstantius esset, eo, quo filij Israel, longissimis etiam locorum interuallis ab Hierusalem distantes, quotannis ciuitatem sanctam adire iubebantur, vt in sacra illa æde, ante Dei conspectum positi, sempiternum eius numen adorarent, sacrificia immolarent, nuncupata vota persoluerent, ac debitas pro acceptis beneficijs gratias agerent. In qua lege, & hoc maxime aduertere licet, quod cum viri omnes, relictis sine milite vrbibus, Hierosolymam peterent, quis, quæso, à finitimis hostibus desertas defensore ciuitates tueri posset? adiacent enim finitimæ regiones Moabitarum, Ammonitarum, Idumæorum, Philisthinorum, Iebusæorum, & Madianitarum, qui omnes Israelis capitales, & iurati hostes erant, qui hanc, vel expugnandi, vel populandi Iudaici populi occasionem nullo modo prætermittendam putarent; sed mira tamen legislator prouidentia, huic in-

incommodo

Digitized by Google

commodo tali promissione consuluit: Cum dilatauerit, inquit, Exod. 34. Dominus terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, ter in anno, coram me. Itaque Deus ipse, qui legem tulit, in suam fidem, ac tutelam regnum eo tempore recepit, quo lex adimplenda erat: quo quidem præsidio, nihil firmius excogitari poterat; hic enim summi imperatoris nostri mos est, vt cum aliquid præceperit, ex quo, humano iudicio, incommoda aliqua sequi videantur, hanc ipse curam suscipiat, vt ea omnia de medio tollat, & virtute sua propulset: quo ab omni metu liberi, præceptis eius parere valeamus. Sic enim alias eidem populo præcepit, vt septimo quoque anno, terra sabbathum ageret: quo videlicet omnia, quæ per id temporis terra germinaret, pauperum inopiæ deseruirent: quibus diuina pietas, & prouidentia, hac ratione consultum volebat, cum nihil negligat eorum, quæ fecit. Quid igitur comedent, quid bibent interim agrorum Domini? Leu. 25. respondet Dominus: Dabo, inquit, benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum, seretisq. anno octauo, & comedetis veteres fruges, vsque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. Cum igitur ex obedientia mandatorum Dei, incommoda aliqua sequuntur, non ideo ab ea deterreamur: sed certissime cælestem opem affuturam credamus, quæ fideles seruos, vel ab omnibus incommodis liberet, vel ea certe præsentibus & futuris bonis cumulatissime penset. sic dicebat Regius vates Psalmo 36. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem: hoc est, splendore luminis sui, opera tua illustrabit, infelicem tandem exitum largietur. Itaque si concionator intelligat multos moleste laturos, quod multa hominum vitia palam traducat, & arguat, nihilominus constanter & fideliter munus suum obeat, non enim deerit Deus, etsi propter iustitiam patiatur, in Prophetarum & Apostolorum numerum relatus, vt Matth. 1. Christus dixit: Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos; gaudeat, inquam, quia similem reportabit coronam. Si iudex, si testis, si aduocatus, dum officio suo recte fungitur, graues sibi multorum inimicitias subeundas intelligit, & domestica damna subsecutura, oculos per fidem in cælum tollat, speretq. fidelissimum illum parentem, cuius mandatis obtemperare studet, cuius causam agit, nunquam illi in hac rerum angustia defuturum.

§. 2. Ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinē diei festi] Ter in anno præceperat Deus filios Israel conuenire in templum Domini, vel vbi tabernaculum Dei foret, vt habetur Exod 23. & 34. Eustachij, Vualdensium, Thaboritarum, & aliorum hæreticorum deliria, non solum hoc testimonio talia absurdissima esse, sed & ipsa natura docet, quæ eisdem, quibus Deum esse persuasit, vt ædes ei instruerent, instituit. Vt enim nulla fuit vnquam tam barbara natio, quæ non Deum, aut deos esse putaret: ita nulla vnquam fuit, quæ templa, aut aliqua loca non præscriberet, quibus eos precaretur, votaq. eis, & iusta sacrificia persolueret. Quantis enim templis, aris, & lucis, Latini, Græci, atque adeo Scythæ, & barbari omnes abundauerint, cunctæ narrant historiæ, & priscorum monumentorum ruinæ testantur. Epidaurum oppidum Aesculapij delubro celebre fuit. Plin. lib. 4. Trica vrbs Thessaliæ templum habuit Aesculapio sacrum, Amori loca sacra fuerunt, Cholchorum regio, & Idalium nemus. Catullus. Apollini frequentia in primis loca sacra fuere, Parnassus mons, Phodicis biuertex, vbi è spelunca reddebantur oracula, teste Lucano. Gryneum nemus, seu oppidum in Ionia sacrum Apollini habuit fanum. Virgilius in Bucolicis, à quo nemore Apollo ipse dicitur Gryneus. Virg. 4. Georg. Cynthus mons est imminens Delo, vbi Apollo celebre templum habuit, qui propterea Cynthius dicitur. Horatius. Chrissa vrbs Phocidis, sacrum etiam habuit Apollini templum. Apud Rhodios Colossum habuit Apollo, inter septem orbis miracula numeratum. Politianus. Ephesus vrbs Ioniæ, seu Lydiæ, in qua templum Diana habuit magnificum, inter septem orbis miracula numeratum. Fortunæ templum amplissimum fecere in Antio Latinorum vrbe maritima. Horatius. Et sic pene infinita dijs dicata loca recensere possem. Et quidem si vrbes, oppida, & respublicæ omnes, forum, curiam, & alia sacra tecta habent, quibus ciues, & oppidani, communiter, & ad munia publica vtuntur cur non etiam communem sacrificandi, colendi, venerandiq. Deum locum habebunt? Aedes autem, & sacra templa non eo referuntur à sanis hominibus, quo in eis includi, & coarctari infinitam Dei maiestatem putent. Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, vt 3. Reg. 8. dicebat Salomon in templo dedicando, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? Sed referuntur eo, quo locus aptus precibus, sacrificijs, & alijs obsequiis nostris, pro dignitate reddendis constituatur; ne sacris misceantur, & confundantur profana. Quis vero tam vecors, & stolidus homo hanc mentem culpet, aut reprehendat? vt commodis meis inseruiam, ædem construere, & ornare licet, & vt cultui vacem, & reuerentiæ diuinæ fas non erit? Hanc dementiam, & insaniam Deus per Aggæum Prophetam valde increpat, & acerbis eam pœnis vltum fuisse testatur, dicens: Numquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista deserta? Reprehendit Iudæos, quod dicerent, nondum esse tempus templi reædificandi, cum ipsi sibi iam domos pulchras ædificassent, docetq. sterilitatem terræ, & morbos, tam hominum, quam iumentorum, ideo eos pertulisse; quod segnes essent in templo ædificando: Laqueatis, Hieronymus, idest, ornatis, atque compositis, & quæ non tam ad vsum sunt, quàm ad delicias. Chaldæus: In domibus, quæ tectæ sunt tabulatis cedrinis. Septuaginta: concauis; quod eleganter Vulgatus legit: Laqueatis, idest, laquearibus ornatis; & domus ista deserta. Hieronymus: Et habitaculum meum, in quo fuerint Sancta Sanctorum, & Cherubim, & mensa propositionis, pluuijs irrigabitur? squalebit solitudine? sole torrebitur? Sequitur: Et nūc hæc dicit Dominus exercituū; Ponite corda vestra super vias vestras, seminastis multum, & intulistis parū, comedistis, & non estis satiati: bibistis, & nō estis inebriati: operuistis vos, & nō estis calefacti, & qui merces congregauit, misit eas in saccum pertusum: Ponite corda vestra super vias vestras, quasi dicat: Recogitate diligenter facta vestra, & videbitis, non me, sed vosmet ipsos calamitatem vobis attulisse: via siquidem, pro opere sæpe ponitur. Iob 40. Ipse est principium viarum Dei, loquens de Behemoth, idest, elephante, & per anagogiam de diabolo: viarum, idest, operum, siue animalium terrestrium à Deo factorum, maximum. Plinius lib. 8. cap. 1. & Psal. 13. Contritio & infelicitas in vijs, idest, operibus eorum. Ponere autem cor super aliquid, est diligenter meditari, & considerare: vt Isa. 47. Ezech. 40. & Dan. 6. videre est. Comedistis, & non estis satiati, quasi dicat, non satiamini præ inopia cum comeditis, quia timetis cito defuturum vobis triticum. Bibistis, & non estis inebriati, idest, non extinguistis sitim. Et non estis calefacti,

lefacti,

Google

lefacti: idest, parum lanæ habuistis, præ paucitate ouium, vt vestes habere non possitis, quæ satis sint ad frigoris iniuriam repellendam. Et qui merces congregauit, quasi dicat: quicumque ex negotiatione, siue ex labore suo, merces, & lucra congregare voluit, ita pecuniæ eius perierunt, ac si misisset eas in sacculum pertusum, ruptum, siue perforatum. Hortatur tamen in residuo capitis illos, vt ædificent templum: Ascendite in montem, portate ligna, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus, quasi dicat: Mittite ad Tyrios, vt præcidant vobis ligna cedrina de Libano, ad templum ædificandum. Et acceptabilis mihi erit, idest, grata erit mihi domus, quam ædificabitis, & ibi exaudiam preces vestras, & omnia aduersa in prospera conuertam, & glorificabor, dicit Dominus, idest, ibi me magnum ostendam, magnis vos beneficijs afficiendo, in quo alludit ad felicitatem, & prosperos euentus, quos Salomon precatur orantibus in templo 3. Reg. 8. Templorum igitur vsus Deo placuit. Hinc factum legimus, vt simul ac Deus populum, & rempublicam delegit, quæ sua diceretur, ædiculam sibi in primis dedicari imperauerit, in qua modo sacrificarent ei, vota persoluerent, & alia exhiberent obsequia, quod perpetua religione in Hebræo populo seruatum est, ita vt nulli sine culpa integrum esset, nisi certo, & præscripto loco, vbi esset arca fœderis, sacrificia facere. Aedes etiam speciales Ierosolymis, in quibus reponeretur arca, sibi voluit consecrari, quas, postquam propter scelera, & flagitia populi, Deus euerti permisit, iterum in libertatem populo vindicato, restituendas curauit. Machabæorum temporibus, violatas à gentibus, profanasq. redditas expiari præcepit. Et Exodi 25. Facient, inquit Deus, mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, quasi diceret: Ea lege inter vos habitabo, si mihi domicilium inter vos collocetis. Quare Deum ex vrbibus, & rebuspublicis nostris eijcere, & propulsare videntur, qui templa eius deijcere, & profana esse monent. Sed dices, domicilium ac sedem gloriæ suæ, Deum tantum in veteri testamento requirere, quod populus ille, ex rebus ijs, quæ sub sensu cadunt, informandus, & quasi manu ducendus erat ad res eas, quæ ad animum, & mentem spectant cognoscendas. Sed hæc friuola est euasio: nam & orbem destruere etiam oporteret, quem Deus condidit, vt ex ijs ad conditoris omnium cognitionem deuenirent homines: statuta igitur fide, quæ hoc nos docuit, plene inutilis esset orbis structura: quinimo congruentius est, nunc ampliora esse templa; nam si ædem Deus tunc exigebat, propter arcam fœderis pro dignitate collocandam, quanto amplius ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, in quo infinita Dei maiestas, non in signis tantum, sed realiter, & personaliter sacramentaliter præsens adest. Sic Apostolorum tempore, non templa improbasse legimus, Act. 3. cum Petrus, & Ioannes, in templum ascenderent, vt orarent. Pro Eucharistiæ tamen perceptione loca erant peculiaria, Act. 1. vbi erant perseuerantes in oratione, & fractione panis, per quam interpretes, sacrosanctam Eucharistiæ sumptionem intelligunt. & 1. Cor. 11. Paulus Corinthios reprehendit, quod eo in loco & alios inferrent cibos: Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis? Constat etiam, Constantinum magnum, Christianis omnibus potestatem fecisse, publica templa ædificandi, in quibus ad faciendam rem diuinam conciones aduocarent. Id autem, non in sordidis, aut abiectis locis, vestibus, & ornamentis fieri par est, sed in decentibus & selectis, ac pretiosissimis si fieri potest. Ob eam rem, oues, boues, arietes, & agnos, quos olim sibi Deus mactari postulabat, sine macula esse, idest, omni labe vacare volebat. Nam si res ei contemptas offerimus, à nobis potius contemni, quam honorari putaretur. Idcirco per Malachiam c. 1. ipse dicit: Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te? in eo, quod dicitis, mensa Domini despecta est. Si afferatis cæcum ad immolandum, nonne malum est? si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? Increpat Dominus eos, qui despecta & contempta, & vitiosa Deo offerebant, in quo, vt refert Propheta, dicebant illi, despeximus nomen tuum? dissimulationis impudentia vulnus conscientiæ protegunt, inquit Hieronymus. Pollutos vero panes dici, ait Hieronymus, quia ex quolibet frumento conficiebantur, cum iuxta eorum traditionem fieri deberent ex frumento, quod ipsi sererent, & meterent, & mollerent, & coquerent. Polluitis me, hoc est, ignominia me afficitis, contemnitis me, & contemptibilem redditis apud populum: docetq. in quo, quod, scilicet, vilissima quæque ex animalibus offerebant, cæca scilicet, clauda, & languida, quæ Deus prohibuerat Leuit. 1. 2. & 3. & 22. & subdit: Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. Duci, inquit, non enim tunc Regem, sed Ducem habebant, ita enim vocatus est Zorobabel Agge. 1. Si placuerit, inquit: argumentum est à maiori ad minus. Non audebis offerre Duci tuo, quia scis ei minime placiturum, & mihi offerre audes? Est enim Hebræorum phrasis, vt coniunctio, si, aliquando negationis vim habeat, vt Psal. 38. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, idest, quod non mentiar, & Psal. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam, idest, non introibunt. Aut si susceperit faciem tuam, idest, non suscipiet, suscipere vero faciem, est benigne eum, & amice intueri. Hinc in priori illa oblatione Abelis, intuitus est benigne Deus illam, quod ex selectis obtulit: Ad Caim autem non respexit, quod sine delectu quæque etiam deteriora offerret, vide ibi Gen. 4. §. 7. 8. 9. 10. Iam, argumento deducto ex verbis Aggæi, si Principi non domum abiectam, non quæ deteriora, & communia offerimus; & quanto vir, cui domicilium, vel aliquid inseruire debet, maioris est dignitatis, maiora, & præstantiora paramus, cur Deo abiecta, & immunda? Vnde à 25. cap. Exod. vsque ad 33. videre poteris, quæque prætiosiora Deus pro tabernaculo, & in tabernaculo esse iusserat, altare aureum, candelabrum aureum, aulæa ex filis pretiosis, & variorum colorum mira arte contexta, tabulas auro coopertas, columnas cum capitibus aureis, & basibus argenteis: longum esset cuncta enumerare. Rursum templum illud, quod diuino afflatus spiritu Salomon Deo consecrauit, quam infinito sumptu erexit? vide 3. Reg. & 2. Paral. quæ omnia facile probant, non ingratos esse Deo magnificos sumptus, qui in rem diuinam sunt: hæreticorum vero in his zelus, vel zeli fictio, similis est illi Iudæ proditoris, Matth. 26. qui dixit: Vt quid perditio hæc vnguenti? poterat enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus.

§. 3. Et cum factus esset annorum duodecim] *Deest in fine huius versus, ad explendam sententiam, ascendit & puer cum illis, Hebræorum idiomate satis vsitato, sicut supra, cum dicitur: Et postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, subintellige, circumcisus est, sicut lex præcipiebat. An vero ascenderit cum parentibus in Hierusalem per singulos annos, an eo tantum anno, quo hæc contigerunt, quia grandiusculus erat, cœperit ascendere, incertum videtur, sed probabilius est, per singulos annos ascendisse, quod Euangelista, licet obscure, visus est indicare, cum*

non

Digitized by Google

non dicit eo anno ascendisse, sed remansisse in Hierusalem, quasi insinuans, & alijs annis ascendisse quidem, sed non remansisse, & quasi satis esse putauerit, dicere, ascendisse parentes, vt & puerum ascendisse intelligeremus, sic Beda hom. in hæc verba, & Iuuencus 1. lib. hist. Euang. Iesus igitur, cum ætatis duodecimum annum ageret, Coss. P. Cornelio Dolabella, & C. Iunio Silano, à parentibus ex more Hierosolymam ad diem festum Paschatis ducebatur. In quo parentibus exemplar non contemnendum proponitur, quam soliciti esse debeant in educandis filijs, in ijs, quæ ad Deum sunt; quod quantum Deus æstimet, vide Gen. 18. Num celare potero Abraham, inquit Deus, quæ gesturus sum: Cum futurus sit in gentem magnam, & robustissimam: idest, eum plurimorum filiorum, & nepotum pater futurus sit, sequitur: Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. Eatenus igitur voluit Deus, Sodomitarum instans supplicium Abrahæ reuelare, quod sciret, narraturum posteris, vt discerent iudicium, & iustitiam facere. Id sæpe sæpius curasse Dominum, legimus. vt patres, quorum interest filiorum educatio, & instructio, posteris suis eum nota facerent, in veri Dei fide, & cultu debito, & iustis operibus illi continerentur. Sic Exod. 10. dixit Dominus ad Moysen: Ego indurabi cor eius, & seruorum illius; vt faciam signa hæc mea in eo, & narres in auribus filij tui (induit enim Moyses Israelitici populi personam) & nepotum tuorum quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis: & scietis quia ego Dominus §. 2. 3. 4. & Exod. 12. loquens de celeberrimo Paschatis ritu, inquit. Et cum dixerint vobis filij vestri: Quæ est ista religio? Dicetis eis: Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. §. 46. 47. 48. & c. 13. Narrabisq. filio tuo in die illo, dicens: Hoc est, quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Aegypto §. 12. 13. & Deut. 4. Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, alludit ad ea, quæ in datione legis viderant Exo. 20. Et similiter paulo ante, in eodem capite dixerat: Oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri, sicut scribitur 25. c. Septuaginta: Oculi vestri viderunt omnia, quæcumque fecit Dominus Deus noster ipsi Beelphegor: quoniam omnis homo, quicumque iuit post Beelphegor, extriuit eum Dominus Deus vester ex vobis, metaphora sumpta à discretione tritici, & palearum in area, & extricatione palearum, reseruatione vero tritici, dicitur: Extricauit. Enarratis itaque quæ ad Dei timorem, & amorem Israel inducere possent, subdit: Docebis ea filios ac nepotes tuos: & post aliqua verba, ait: Et discant timere me omni tempore, quo viuunt in terra, doceantq. filios suos. Et Deut. 6. agens de præceptis, & cæremonijs, bis eodem capite id idem persuadet, recensens quippe primum præceptum naturale de dilectione Dei super omnia, subdit: Eruntq. verba hæc in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & post multa, iterum ait: Cumq. interrogauerit te filius tuus cras, id est, futuris temporibus, dicens: quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? dices ei: Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti, docetq. quid respondeant filijs, & de quibus eos instruere debent, & ad legis obseruantiam inducere. vbi obiter nota ex Anastasio Nysseni Episcopo (& accepit illa ex Eusebio) testimonia dici, quæ cum aliqua testificatione auditoribus præcepit legislator, iuxta illud Deut. 33. Testor vobis hodie cælum, & terram. Iudicia autem, quæ scripsit, ad iudicia facienda, cæremoniæ, ad diuinos ritus perficiendos pertinent. Idem repetit, & fere ad idem propositum, maxime post præceptum negatiuum de non adorandis dijs alienis. Ponite hæc verba in cordibus, & animis vestris, idem per corda & animam intelligens, sed repetitione eiusdem, licet alijs verbis maxime quod intendit exaggerant subditur: Et suspendite ea pro signo in manibus. quæ verba non materialiter intelligenda sunt, vt Rabbini suos docent, sed figurate, vt, sicut signum in manibus positum semper est ante oculos, sic continuo illa attenderent, sic & intelligi debent sequentia verba, nempe: Et inter oculos vestros collocate, docete, inquit, filios vestros, vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & occubueris, atque surrexeris. In quibus verbis secunda persona pro tertia, idiotismo Hebræo ponitur, sederis, pro, sederint: ambulaueris, & surrexeris, pro, ambulauerint, & surrexerint. & Deut. 31. Moyses, recensito illo celebri carmine, in cuius initio cælum & terram testes inuocat, subdit: Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie; quasi dicat, attente illa aduertite. Vt quid, ò Moyses, attendere illos vis ad verba, quæ proposuisti? subdit: Vt mandetis ea filijs vestris custodire, & facere; hoc insinuans parentum munus illud esse, quod & Iosue optime nouit, cum post factum illud mirabile transitus Israel, & sacerdotum arcam Domini deferentium sicco pede per Iordanem, decurrentibus, & deficientibus aquis inferioribus, alijs superuenientibus, in vna mole consistentibus, & instar montis intumescentibus, quo facto, duodecim lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis Tūc dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras, idest, postmodum, patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atque dicetis: Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis, sicut fecerat prius in mari rubro, vt scilicet, his signis, & factis, parentes, filios in Dei veri fide, & timore continerent. Eccl. 7. Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Quibus verbis, duo filijs impendenda insinuat; cum enim rerum bonarum ex sese ignorantia laborent, à parentibus instrui vult, & quæ recta sunt, doceri, quod ad intellectum formandum pertinet. Quoniam autem ex naturæ corruptione, semper ad malum, & inobedientiam magis sunt proni, quam ad bonum, vult eos, vel vt Septuaginta legunt, collum eorum curuari, minisq. & verberibus ad bonum flecti, idq. à pueritia, quando, sicut rami adhuc teneri, flecti facilius possunt. quod & Salomon Prouerb. 22. alijs verbis scitissime effatur: Stultitia, inquit, colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Quibus verbis stultitiam adeo pueris quandoque adhærere, vt quasi vinculis quibusdam videatur eorum cordi alligata. Ex corruptione enim naturæ, innata est eis ad vitia, & vanitates procliuitas, & propter defectum experientiæ, & humorum in eis dominantium abundantiam, nondum quæ sana sunt, & vtilia sapiunt. Verum ne ob hoc veluti desperati deserantur, quod si sola monitio, & eruditio, ad eam abigendam non sufficiant, vt solent sufficere in viris, virga disciplinæ fugabit eam, castigatione, & coercione opus esse, virgamq. disciplinæ vocat, quo significet, moderatam castigationem pueris adhibendam, non virgam iræ, aut sæuitiæ, idest, non ad puniendum, sed potius ad emendandum. Quātum vero hominum cura valeat, ad corruptæ naturæ correctionem, ostendit Basilius

lius hom. 5. in Hexam. ex agricolarum cura, qua fructus feri, & syluestres emolliuntur, & ad humanam vtilitatem transmutantur. Huic loquendi modo alludere visus est Ecclesiasticus, cum ait cap. 30. Curua ceruicem eius à iuuentute, & tunde latera eius dum infans est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. Monet curuare ceruicem, & tundere latera, quod in his duabus partibus corporis superbia, & petulantia magis vigeat, in ceruice, scilicet, superbia; in lateribus, petulantia. Nec vult caput fustibus, aut percussionibus grauari: ne ingenium lædatur, sed eas partes vult premi, quarum repressio non obsit ingenio, & in ætate tenera vult curuari ceruicem, quia postea ceruix iam indurata, potius frangenda esset, quam curuari posset. Et non credat, idest, iam ceruice indurata obedire recuset, & tunc erit tibi dolor, non corporis, sed animæ, qui longe corporis cruciatum excedit: cum enim pueri sunt, parentibus capitis dolorem adferre solent, cum vero adoleuerint, cordis dolorem. Doce itaque filium tuum, & operare in illo, idest, in hoc, quod est filium docere, diligentem operam, & laborem impende, vt id non segniter facias, sed sedulo. Quod ideo fieri vult, vt non offendat pater in filij turpitudinem, hoc est, ne in illam impingat & cadat, dedecus scilicet apud homines sibi concilians, ob turpitudinem vitæ filij, ne sit sibi scandalum, ruinæ, dedecoris & doloris occasio. Et ad Eph. 6. Paulus, docens quomodo filij erga parentes, & serui erga dominos se gerere debeant, & vicissim quomodo domini erga seruos, & patres cum filijs, inquit: Et vos patres educate illos in disciplina, & correptione Domini. Dixerat: Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, cauendum enim est, ne senili morositate, aut sæuis imperijs, aut immoderata austeritate non sanent, sed filiorum animos exacerbent, si paterna auctoritate in illos abutantur, sed educate, inquit, illos in disciplina, & correptione Domini. Non ergo sit sæcularis disciplina, quæ sæpe pietatem lædit: neque correptio secularis, quæ est aspera, sed lenis & spiritualis ad morum emendationem, cum omni moderatione: & educatio secundum legem, & præceptum Domini. O patres, immo vero, ò crudeles filiorum & filiarum vestrarum parricidæ, quibus traditis doctrinas lasciuorum poetarum, & procorum, verius porcorum. Væ inuolutis huiusmodi sordibus, nisi eos cito misericordia Dei eripiat. Hanc instruendi curam, & educandi filios in his, quæ ad Deum sunt, non minimam habuisse antiquos patres Deum timentes, legimus 3. Reg. 2. Appropinquauerunt dies Dauid, vt moreretur, præcepitq. Salomoni filio suo, dicens: Obserua custodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, vt custodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia. Custodias Domini vocat illa, quæ præcepit custodiri, & quæ sint illa, subiungit, dicens: Et custodias cæremonias eius, quantum ad præcepta cæremonialia, & præcepta, quantum ad moralia, & iudicia eius, quantum ad iudicialia, & testimonia eius, ea scilicet, quæ cum aliqua testificatione præcepit legislator. Et de Tobia illo bonorum parentum exemplari, id sæpe Scriptura repetit. Cap. 1. ait: Genuit filium, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. & cap. 4. Cum putaret orationem suam exaudiri, & mori potuisset, longa oratione filium suum admonet, quomodo erga Deum se gerere debeat: Omnibus autem diebus vitæ tuæ, in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei tui. Et etiam circa proximum, multis alijs, quæ longum esset recensere. & cap. 14. vbi refertur, postquam oculorum visum recepit, vixisse quadraginta & duos annos, & vidisse filios nepotum suorum, omnibusq. coram se vocatis, dixit eis: Audite ergo filij mei patrem vestrum: seruite Domino in veritate, & inquirite, vt faciatis, quæ placita sunt illi, & filijs vestris mandate, vt faciant iustitias, & eleemosynas. Audire autem dicit, non tam auribus, quam cordis sensibus, & obedientia id exequendo. In veritate, idest, non fucate, non solum externa actione, & ostentatione, sed vere, & sincere. Rursum, inquirere præcepit, quo animi solicitudinem innuit, vt nullum eorum, quæ Deo placita sunt, præ ignorantia prætermittant: nec oblitus est, eis in filios eamdem curam demandare. Et Salomon, parabolis, seu prouerbijs erudire in sana doctrina hominem volens, filios vocat, Prouerb. 1. & 4. & 5. cap. & multis alijs locis, hoc volens insinuare, parentum esse, filios in his erudire. Etiam 1 Mach. 2. Mathatias venerabilis senex, mortem in proximo esse considerans, sic filios suos alloquitur: Nunc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum. Aemulatores, quo non zelus quicumque legis describitur, sed cum æmulatione quadam, qua quis alterum in hoc excedere possit, ita vt se periculo mortis libenter exponant, hoc sibi vult: Date animas vestras, quasi alacri animo vitam pro lege exponentes. Testamentum autem vocat legem, quod, quasi filijs suis, Deus dedit: patrum vestrorum, quod eorum patribus data fuerit lex, atque recensitis postmodum sanctorum Patrum exemplis, vt Abrahæ, Ioseph, Phinees, & aliorum, eos prouocat, vt metum omnem excutientes, viriliter pro lege certarent: Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis, quia in ipsa scilicet seruanda, gloriam reportabitis, hic in spe, postmodum vero in eius reali consecutione. Et 2. Mach. 7. mater illa supra modum mirabilis, sic enim Spiritus sanctus de illa loquitur, vt miram eius constantiam describat: quæ tot vicibus in singulis filijs tormenta atrocia passa sit, & bonorũ memoria digna, non quorũcumq. sed bonorum memoria digna, singulos eorum hortabatur voce patria, repleta sapientia, & femineæ cogitationi, masculinum animum inserens, vt scilicet, pro terrenis bonis, cælestia consequi conarentur. hæc vera filiorum disciplina, in qua à parentibus suis erudiri debent. Quantum autem præstet, filios à parentibus edoceri, docet Sapiens Prou. 13. Qui parcit virgæ, subaudi, cum oportet, odit filium suum: Qui autem diligit illum, instanter erudit, quasi dicat, non esse verum prolis amorem, in nimia indulgentia, & conniuentia, vt vulgus putat, sed contra in assidua & matura castigatione. Qui autem in hoc parcus, & rarus est, vere odit filium, non tam affectu, quam defectu: est enim id, contra filij salutem, qui autem vere filium diligit, sedulo, & assidue illum erudit, sine verbis, verberibus etiam, si oportuerit. Et cap. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Quorum verborum sensum esse existimo: Noli sic filium diligere, vt nihil contra eius voluptatem agas, si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. si enim moderate illum erudieris, etiam virga flexili, si oportet, non morietur, idest, proinde non morietur, vel, non ad vitia procliuis fiet, & à morte æterna illum liberabis, aliquando etiam à corporea, cui consonat quod de adolescente quodam fertur, materna, vt fit, indulgentia corrupto, qui cum ad supplicium duceretur, exclamauit: Non prætor, sed mater mea, me ad supplicium ducit: quod Sap. Prouerb. 29.

prædi-

prædixerat, cum ait: Puer, qui dimittitur voluntati, confundet matrem suam. Quod ideo dixerit, quia matres sunt, quæ maxime solent filijs indulgere. & Prou. 29. Erudi, inquit Sapiens, filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Multis itaque sententijs, parentes inuitat Sapiens, ad rectam prolis institutionem, & castigationem, cum oportet, vtrumq. enim verbum Iasser significat, & verbum similiter, quod est apud Septuaginta Pedene, quod res sit magni momenti, à qua & prolis & parentum pendet felicitas, & quamuis vtrumque horum cum labore fiat, ac molestia, postea tamen, inquit, senties istinc refrigerium & voluptatem: qui enim in erudiendo, laboris tui causa fuit, hic erit & lætitiæ; filius enim sapiens patrem lætificat. Iam, huius eruditionis fructus vberrimos Ecclesiasticus prosequitur, cap. 30. simul & damna, quæ ex filiorum indulgentia sequuntur: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur; qui docet filium suum, in zelum mittet inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Quo in loco pro verbo, docere, in Græco est, verbum quod & docere, & castigare importat; verberibus siquidem, cum oportet, & verbis, filij à parentibus edocentur: qui igitur sic filium erudit, & non sinit pro arbitrio viuere, apud se lætabitur, & inter domesticos de illo gloriari poterit; inimicos suos, si quos habet, hac ratione prouocabit in zelum inuidiæ; qui enim gauisuri fuissent, si vidissent male institutum filium parentibus dedecus adferre, inuidebunt eis honorem, qui accidit ex filio sapiente. Sequitur & alius fructus, cum cum ait: Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se, quasi dicat, non erit eius communis mors cum impijs, qui solum eos relinquunt filios, qui eorum bona possideant: sed eum, qui eius mores, & pietatem, vitæ probitate, quam à patre didicit, referat, & eo mortuo, in filio, & per filium superstes sit eius pietas, bonum nomen, & gloriosa memoria, similem relinquens filium sibi, in moribus, & sapientia. Subdit & alios fructus, dicens: In vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est consternatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. in vita, inquit, sua, videns eius probitatem, lætatus est in illo, & in morte, contra mortis tristitiam solatium percepit. Cum enim duo soleant morituros contristare, nempe, vel quod metuant suæ, quam relinquunt familiæ, ab inimicis suis, vel quod amicos, antequam eos iustis beneficijs affecerint, relinquere cogantur: contra hæc, bonus filius solatio est patri morituro, quod sciat, se relinquere filium, qui familiam sit ab inimicis defensurus, & amicis redditurus sit promeritam gratiam, & beneficium. Subijcit iam aliquot sententias idē Sapiens, quibus ostendit prouenientia mala, ex indulgētia eis permissa. Equus, inquit, indomitus euadit durus, & filius remissus euadit præceps: similitudine ab equis ducta, q in his apertissimū sit videre, quantum valeat recta institutio, & quid adferat neglecta: sicut igitur, qui frenis & calcaribus, à principio, à sua naturali ferocia, & petulantia non domatur, euadit durus, & intractabilis, ita filius, qui à iuuentute solutus est à disciplina, & castigatione, & suæ naturali petulantiæ dimittitur, euadit præceps, temerarius, & audax ad omnia vitia, ita vt ab eis, non facile postea reuocari possit. Quorsum, inquit Plutarch. de educat. liberorum. ruitis homines, qui omne in comparandis pecunijs vestrum studium facitis; filiorum verò, quibus hæc relinquitis, nullam sane curam suscipitis: dicebat Pius 2. Hostem in se nutrit, qui filio nimis indulget. Idem Plutarch. de filiorum educ. Ante omnia, inquit, opus est, vt patres non solum non peccando, verum etiam honeste singula peragendo, sese filijs exhibeant exemplar, vt in eorum vitam, se, vt in speculum intueantur. Et Arist. 8. Eth. inter tria beneficia patris erga filium, & discendi causam vocat, quod eius sit, filium educare, cui & esse tribuit. Et Arist. apud Diogenem, inquit: Parentes, qui filios erudiendos curant, multo honorabiliores sunt ijs, qui solum generant: isti enim viuendi tantum, illi autem, bene, beateq. viuendi auctores sunt.

DOMINICA PRIMA

POST OCTAVAM EPIPHANIAE.

§. 1 NVPTIAE factæ sunt in Cana Galilææ.] *Athenæus lib. 8. Dipnosophistarum cap. 13. ait, morem fuisse veteribus, priusquam conuiuia inirent, dijs suis sacrificandi, eosq. secum adducendi in conuiuium, videlicet, qui præsentium deorum respectus, & reuerentia, modestiores, & temperatiores faceret eos in conuiuio. Quænam esset consuetudo Hebræorum in parandis nuptijs, scribit Gaudentius Brixianus Episcopus, æqualis Ambrosio, tract. 9. Nuptiæ, ait, apud Iudæos cum fierent, vnus (quantum ex traditione comperimus) dabatur de sacerdotali ordine, qui morem disciplinæ legitimæ gubernaret, curamq. pudoris ageret coniugalis, simul & conuiuiorum apparatum, ministros, atque ordinem dispensaret, & hoc pro officio Architriclinus, hoc est, triclinij præpositus diceretur. hæc Gaudentius. Vt non mireris, si, rebus adeo bene dispositis, cum censor morum adesset, non tantum Iesus, qui etiam cum publicanis, & peccatoribus aliquando discumberet, sed & ipsa sanctissima virgo Dei genitrix interesset. Erant itaque non ebrietate plena, qualia mundi conuiuia esse solent, sed sobria, vt decet: vnde & talia in Scriptura dicta sunt proinde fieri coram Domino, Ex. 18. Cum Iethro, ad videndum generum suum Moysen, accessit in desertum, Aaron, senioresq. Israel conuenisse dicuntur, vt comederent panem cum eo coram Domino: cum omni scilicet modestia, vt sic in honorem Dei esset, vt exposuit August. q. 66. in Exo. Non enim adhuc erectum erat tabernaculum, vel arca testamenti vt coram illis facto conuiuio, coram Domino fieri diceretur. Non hæc sunt conuiuia, de quibus Agesilaus apud Plutarch. de cohibenda ira dicebat: Non est res apta conuiuijs, esse sapientē: hæc sunt inordinata & profana conuiuia, vt Cleopatræ cœna, quam Antonio parauit, in qua 250. millia aureorum, vno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. Vitellij etiam conuiuia, in quorum vno, duo*

millia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur, vt auctor est Suetonius, Sybaritæ populi fuerunt omni deliciarum genere adeo effeminati, vt Sybaritica mensa in prouerbium abierit. Traditur hisce fuisse consuetudo, vt conuiuas in sequentem annum inuitarent, ne spatiũ interim deesset, aut conuiuatoribus, conquisitis terra mariq. delicijs epulas instruendi: aut conuiuis ipsis corpus auro, gemmisq. exornandi. His simile erat, de quibus ad Cor. 10. ait Paulus: Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, cuius interpretationem vide Exod. 32. §. 11. Et Dan. 5. filius ille, vel nepos Nabuchodonosoris vltimus Chaldæorum Rex, qui & Balthasar, & iuxta Hebræum & Chaldæum Balsasar, & à Ieremia cap. 50. dictus est Merodach, & Nabodinus ab alijs, fecit conuiuiũ optimatibus suis, sed non conuiuium coram Domino, sed profanum, immo & sacrilegum, sic enim inquit sacer textus: præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuerat in Ierusalem: vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxoresq. eius, & concubinæ. & subditur: Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosq. & lapideos. Eius Regis vecordia tanta fuit, vt quo tempore grauissima obsidione ab hostibus premebatur, eo quasi omnino securus, & otiosus, dies festos, ludos, & conuiuia ageret, sic enim referunt non solum Daniel, qui tantæ ruinæ significationem scribit, quam Deus Regi ostendit, digitorum quasi manus scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulæ Regiæ, sed & externi scriptores consentiunt, Herodotus, & Xenophon lib. 7. de Cyri institutione, quod & Isaias ducentos ante annos vaticinatus fuerat, Babylonem captam, & euersam iri, dum principes eius conuiuijs indulgerent, sic enim cap. 21. scriptum est: Emarcuit cor meũ, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculũ. Pone mensam, cõtẽplare in specula comedẽtes & bibẽtes. Surgite Principes, arripite clypeum: Emarcuit, inquit, vel in persona Balthasaris, visa illa visione terribili sero, referens vt præ timore illius visionis, & rei significatæ, & stupesceret in nocte, & præ timore animus emarcesceret: vel in propria persona quies, quam in nocte naturaliter spectabat, versa esset in stuporem, & præ rei magnitudine, quam prophetaret, emarcesceret cor eius. Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum, siue admirationem, quod scilicet ex tanto rerum fastigio, tam cito redacta in cineres est. Pone mensam contemplare in specula, q. d. vix positam fuisse mensam, & vix accubuisse epulis Balthasarem, tanta celeritate & scriptura, & quid significaret, impleta sunt, vt antequam surrexissent è conuiuio, exploratores clamarent ad arma, dicentes: Surgite Principes. Ob imminentem Medorum, & Persarum obsidionem. Talia fuisse decem tribuum Israel conuiuia, scribit Oseas cap. 4. cum Iudam consuluit, ne eis, de quibus sub nomine Ephraim loquitur, se coniungeret, ne eorum consortio corrumperetur. Separatum, inquit, est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt. quasi dicat, illorum cultus, & religio, & cibus à tuo, ò Iuda, separatus est: eorum conuiuia profana, quæ idolorum ritus, & religio comitantur, quorum exitum statim prænuntiat, cum ait: Et confundentur è sacrificijs suis, cum scilicet, septi vndique calamitatibus, videbunt nihil sibi fructus conuiuia, nec opis afferre idola. Huiusmodi fuisse Assyriorum conuiuia, quæ continuo Dei vltio sequuta est, prædixit Nahum cap. 1. filijs Iuda, ne illos timerent, ait, quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena; q. d. sicut spinæ cõponuntur in aceruum, seu fascem, & se inuicem coniunctæ complectuntur, vt concrementur: sic Assyrij in obsidione Hierusalem læti, & conuiuijs vinoq. indulgentes, vna nocte ab Angelo interficientur, & tam facile consumentur, atque stipulæ ab igne consumi solent. Consueuerant siquidem victores, aut qui se victores fore putabant, conuiuijs vacare: quemadmodum sæpe apud Homerum, & Virgilium legimus: ita ea nocte, qua occisi sunt Assyrij, vino & hilaritate profane se dederant, & idololatriæ, vnde eorum conuiuium ebrietati scilicet vacantium, non rosarum, non liliorum, non florum, sed simile spinarum dicitur, quæ semper traduntur igni, & quasi stipula ariditate plena, leui comburuntur ardore. Et S. Petrus de his sermonem faciens, quos in diem iudicij reseruat Dominus cruciãdos, & eos maxime recenset, qui in similibus conuiuijs, crapulæ & voluptatibus vacant: In conuiuijs suis, inquit, luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Ad hæc siquidem, delitiosa, & profana, ac assidua conuiuia multum præstant: quorum finis non solum in futura vita exitij erit, sed etiam in hac frequenter, nõ minimæ calamitatis, quod satis aperte sapiens docuit, cum Prou. 23. ait: Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, qui vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur, & vestietur pannis dormitatio. Vbi cum eadem sit dictio in Hebræo, quam interpres vertit in priori versu, qui carnes ad vescendum conferunt, & in posteriori, dantes symbola, proinde, per dantes symbola, non significat eos, qui in conuiuijs exoluunt, quod quisque debet, proportione expensarum: sed quos in priori versu dixerat, conferre carnes ad vescendum; symbolum siquidem, Græca dictio, collatio dicitur, vnde dare symbolum hic dicit, qui simul ad vnum conuiuium carnes conferunt, qui scilicet non contenti sunt simplici apparatu, sed ad copiam conuiualem instruendam, singuli suam portionem adferunt, vt varijs epulis inexplebilem suam gulam nutriant, tales dicit consumendos paupertate, scilicet, & inopia, quæ luxum consequi solet. Et quoniam curam ventris, & ebrietatem, & crapulam sequitur otium & somnus multus, paupertatem etiam hinc prædicit, cum ait: & vestietur pannis dormitatio, hoc est, homo, qui dormitationi, quæ crapulam sequitur, deditus est, vestietur pannis laceris ac vilibus. Vnde merito sanctus ille Iob, sciens quod multis escis, & corporis voluptate incitata, elataq. libido, Deo frequenter irascatur, quod suas probibeat voluptates, & quandoque inde homines in crimina prolabantur; cum eius filij conuiuia facerent per domos, vnusquisque in die suo, quod non sic intelligendum est, vt omnibus diebus anni bis intenderent, indignum quippe id esset filiis viri sancti, sed, vt nonnulli Hebræi exponunt, singulis annis, septem continuos dies has epulas iniuisse, fraternitatis & cõcordiæ ergo, in quibus ita se honeste habebant, vt non alienas mulieres, sed sorores suas ad epulas inuitarent, in quarum conspectu non nisi res pudicas agerent, nihilominus tamen inquit sacer textus, cumq. transissent in orbẽ dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: quod intelligendum puto de lotionibus vestiũ, & corporis, & vestiũ mutatione, quæ lustratio postmodum introducta est in lege Moysi, quæ antea à Patribus iã in vsu fuerat: vnde & Exo. 30. vbi nos legimus: Lauabunt in ea Aaron, & filij eius, manus suas ac pedes, Oncheli paraphrasis habet: Et sanctificabunt Aaron, & filij eius ex eo manus suas ac pedes. Subditur in Iob: Consurgensq. diluculo, offerebat holocausta per singulos; quæ autem hæc fuerint, ostendunt,

dunt quæ eo loco addunt Septuaginta : Pro singulis, singulis sacrificia, & vitulum vnum pro peccato, pro animabus illorum: dicebat enim, inquit sacer textus: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. quo loco, benedicere, honestatis, & reuerentiæ causa, pro maledicere positum est, vnde & Septuaginta legunt; Ne forte filij mei, mali quidquam in Deum cogitauerint.

§. 2. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.] *Etsi reprehensionis speciem quamdam præseferant verba illa: Quid mihi & tibi mulier, quæ reprehensione nulla vmquam digna fuit virgo beata, quomodo à tanto filio sine causa reprehendi posset, ignoro. Sed cum virgo, charitate vrgente, de defectu vini curauit, docet sapiens filius, prouidere de vino in conuiuio, non ad conuiuas, sed ad conuiuantes potius pertinere, quod si miraculo id fieri postulas, nondum venit hora. Quod autem virgo post hæc, ministris dixerit, vt filio præcipienti obedirent: cum donum prophetiæ & B. Virginem habuisse nullus dubitet; crediderim, quid filius facturus esset, præsciuisse, & quid facturi essent ministri, præmonuisse, ne indigni tanto miraculo redderentur, si obedire noluissent præcipienti rem, quæ, secundum humanam rationem, tam aliena videbatur ab instituto. Scio Iustinum explic. quæst. Gent. resp. 136. affirmare, Christum dixisse matri: Dic ministris, vt faciant quodcumque dixero illis, quod satis credibile est; licet Euangelistæ id non expresserint, sicut & alia multa. Et licet phrasis Hebræa sit, quid mihi & tibi? in qua subintelligatur, quid commune mihi, & tibi: sicut cum 2. Reg. 19. dicitur: Quid mihi & vobis, filij Saruiæ? idest, nihil cum vobis mihi commune est. Et, Quid tibi & paci? Cæterum hoc loco sensum puto genuinum, quem dixi, ita Iustinus vbi supra, & Epiphanius hæres. 79. Certe ita intellexit Latinus interpres, etsi Græca alium sensum habere etiam possint; ita & Euthimius in commentarijs. In quibus verbis Virginis sanctissimæ, perfecta, & omnibus modis integra obedientia, Dei verbis, & præceptis designatur, etiam in his, quæ nobis aliter expedire videantur. Sic & Abraham Gen. 12. cum ei dixit Dominus: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi, Gen. 12. §. 1. & 2. cui continuo obediuit, etsi ardua viderentur, quæ præcipiebat, sicut B. Paulus ad Hebr. 11. perpendit, cum ait: Obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt, nesciens quo iret. & Gen. 21. cum ex Dei mandato vxoris voto annuens, emisit ancillam cum filio eius, §. 8. 10. 11. 12. Et Gen. 22. cum filium dilectum Isaac immolare instituit ex Dei mandato, in cuius tamen semine, benedicendas omnes gentes, Deus illi promiserat §. 2. 3. 4. 5. vsque 24. cuius facti meminit Paulus ad Hebr. 11. Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen. Quam obedientiam maxime Deus persuadet Ieremiæ 35. Rechabitarum exemplo, quos ex Domini verbo Ieremias ad bibendum vinum inuitauerat, qui responderunt: Non bibemus vinum; quia Ionadab filius Rechab, pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri, vsque in sempiternum, conuincit inobedientiam Regis Ioachim, & populi Iudaici, qui Deo non obedierunt. Rechab duxit genus ab Hobab socero Moysi, qui alio nomine dicitur Iethro. Sequitur in textu Ieremiæ: Dicit Dominus: Numquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis? præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad hanc diem, quia obedierunt præcepto patris sui: Ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgens, & loquens, & non obedistis mihi. Potest etiam in exemplum non vtique contemnendum adduci Oseæ Prophetæ factum, qui ita se vicit, tantamq. sibi vim intulit, vt fornicariam & acciperet, & amaret, paruit Deo præcipienti Oseæ 1. non opere modo, sed voluntate, celeriterq. paruit, quod verba ipsa indicant: Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim, quantumuis turpis esset, & Prophetæ indigna vxor, abijt continuo, & accepit, famæ & dignitatis suæ obliuiscitur, ad rumores hominum surdus, solum Deum audit, vnicum decus suum putat, Deo obtemperare, honestum decorumq. esse credit quidquid iubet Deus. Nec desunt profanorum exempla, quæ in admirationem audientes rapiant Plut. to. 1. opusc. in Apoph. Rom. Interrogatus Scipio maior, in Sicilia à quodam, qua re fretus auderet exercitum in Africam aduersus Carthaginenses traijcere, demonstrauit ei trecentos viros, qui in armis exercebantur, turrimq. ad mare excelsam, hocq. addidit: Nullus horum est, qui non me iubente sit, conscensa hac turri, præcipitem sese in mare deiecturus. Nicetæ Choniatæ Annalis l. 2. de imperio Isaacij Angeli circa principium libri illius, Gens Chasianorũ inquit, suos principes ita vereri, & obseruare, & iussis eorum exequendis adeo alacris esse dicitur, vt si tantum supercilio magistratus innuerit, statim de rupibus se præcipitent, in enses ruant, in vndas desiliant, in ignem se conijciant. Assasinorum in Syria princeps, Vetus dictus, præsente Henrico Campaniæ Comite, qui ad eũ legatus venerat, vt suorum obedientia quanta esset, ostenderet; monstratis in altæ turris summitate aliquot hominibus, vnum nominatim euocauit: & is nulla mora facta in ipsorum conspectu è turri se dimisit, qui ex casu detritus, vitam statim finiuit, & cum alios etiam vocare vellet, Comitis precibus, ne id faceret, vix retentus fuit. Quantum vero æstimet Deus suorum mandatorum obedientiam, videre est ex multis Scripturæ locis, Gen. 26. multa & magna Deus Isaac pollicetur, dicens: Eroq. tecum, & benedicam tibi; tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentũ, quod spopondi Abrahã patri tuo, & multiplicabo semen tuũ, vt stellas cæli, daboq. posteris tuis regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Tantarumq. pollicitationum rationem reddens, inquit: Eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & cæremonias, legesq. seruauerit. Vide horũ interpretationẽ §. 4. 5. 6. 7. 8. Exo. 15. dixit etiam Deus, quamprimũ populo quædã exhibuit præcepta: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est, coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq. omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te. §. 48. 49. 50. Mense etiam tertio egressionis Israel de terra Aegypti, Dei nomine dixit Moyses populo: Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis Exo. 19. §. 1. 8. 9. 10. & cap. 20. Postquam primum morale præceptum assignauerat, subdit: Ego sum Dominus Deus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta Domini. §. 8. 4. 10. & cap. 23. Quod si audieris (inquit Deus) vocem eius (Angeli scilicet præcedentis populum in persona Dei) & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. §. 28. 30. 31. 32.*

Sed & Leuit. 26. innumera pene beneficia commemorat, quæ facturus erat populo Israel, si in praeceptis eius ambularent, & mandata illius custodirent: quæ in populo Israel, quod carnalis, & figura futuri populi, temporaliter adimpleta sunt: particularibus vero, qui cum fide Christi venturi, & charitate obseruarunt, ea sunt præmia erogata, quæ meliora, & charitati correspondentia sunt, vnde Ezechiel, & alij particulares illius populi, qui mandata cum charitate custodierunt, & labores multos perpessi sunt, non saturitatem carnali populo repromissam, sed altiora præmia ex charitate reportarunt: sic aduertit Isichius in locum istum. Deut. etiam 4. dixit Moyses Israeli: Custodi præcepta eius, atque mandata, quæ ego præcipio tibi; vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Nunc in tertia persona de Deo loquitur, nunc in secunda, quod Dei nomine, & ex eius iniunctio loquatur. Id idem repetit initio octaui capitis, dicens: Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressiq. possideatis terram, pro qua iurauit Dominus patribus tuis. & cap. 11. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra, dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam, & serotinam, vt colligatis frumentum, vinum, & oleum, fœnumq. ex agris ad pascenda iumenta: & vt ipsi comedatis, & saturemini. In toto corde, & in tota anima, dixit; quod per negationem interpretandum est, vt scilicet, in corde, & in anima vestra, nihil Deo præponatis. & cap. 28. quamplurimis benedictionibus, iuxta ea, quæ homo optare posset, benedicit Deus eos, qui vocem illius audierint, & mandata custodierint. Vbi quod dicitur inter alia: Fœnerabis gentibus multis, pro accommodare ponitur, quasi dicat, ita plenus eris diuitijs, quod poteris accommodare gratis gentibus multis: vnde Septuaginta legunt: Tu autem ab alijs mutuum non accipies. Ex quo liquet, quomodo fœnerari hic, pro mutuo dare, vel accipere positum sit. vnde & alij legunt: Vt possis mutuo dare gentibus multis, tu vero nihil mutuo accipias. Et vbi dicitur: Benedicta sporta tua, sic intellige, ac si dicat: Augebit Deus benedictione sua, non solum frumentum in agro, verum & panem in sporta, ac remanentes reliquias multiplicabit. Et Iosue 22. postquam laudauerat Iosue Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribum Manasse; quod Moysi, & eius monitis semper acquieuerint, conditionis præstitæ iure attributam illis à Moyse regionem denuo addicit, & confirmat: à laudatione vero, ad monita, & suasionem sapientissimus Iosue opportune transit, suadens id, quod illorum salutis, & felicitatis maxime intererat, pietatis, & obedientiæ videlicet obseruantiam, & curam; vt in his, quæ iure acceperant, diu permanerent. Ita inquit: dumtaxat, vt custodiatis attente, & opere compleatis mandatum & legem, quam præcepit vobis Moyses famulus Domini. Præcepta illa, quibus homines in vniuersum, singuliq. seorsum tanguntur, docentur, monentur, & obligantur, mandati nomine eo in loco interpretamur: ea Moyses ex Deo, geminis descripta tabulis acceperat, Israelitisq. tradiderat, seu reddiderat potius: idem à Deo edoctus, cæteras descripserat leges, quibus omnis, tum sacri, tum ciuilis ratio iuris, atque adeo sapientiæ totius exactissima continetur summa: hanc alteram sacræ disciplinæ partem, illo verbo Iosue significabat: Et legem, quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, non nouam, vel à me excogitatam, sed iam olim acceptam, vobisq. traditam opera Mosis, qui in ea re ministrum tantum sapientiæ, ac voluntatis diuinæ apud vos egit. Salomoni etiam, cum, completo templi ædificio, Deum orasset, & apparuisset ei Dominus, orationemq. illius exauditam dixisset, subdit 2. Paralip. 7. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus. Quid autem per hoc ambulare intelligat, subiungit: Et feceris iuxta omnia, quæ præcepi tibi, & iustitias meas, indiciaq. seruaueris, suscitabo thronum regni tui; vt scilicet, non deficeret in solio regni de eius stirpe. Vnde & Prouerb. 1. diuina sapientia, inter alia verba, quæ in plateis, & in capite turbarum, & in foribus portarum clamitat, vnum est: Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. In plateis clamare dicitur, hoc est, voce magna, & palam. In capite turbarum, hoc est, in frequentioribus turbis. In foribus portarum, idest, in omnibus locis, etiam vbi fortiores, & maiores conueniunt; magistratus enim & iudices ibi conuenire solebant, & iudicia exercere, vbi introeuntium, & exeuntium concursus esse consueuit. Ad omnes igitur loquitur, cum ait: Qui me audierint, idest, obedierint mandatis, & diuinæ sapientiæ monitis, absque terrore requiescent, cum quiete scilicet, & securitate, & abundantia rerum, scilicet, omnium, quibus indigere alios contingit, perfruentur absque formidine, quam ex multis, quæ euenire solent, habere homines consueuerunt. Quæ promissiones, vt dixi, in his, qui tantum secundum literam obediunt, temporaliter adimplentur: qui vero secundum spiritum, secundum veram fidem, & charitatem, in hac vita quodammodo in bonis spiritualibus, in alia vero vita, perfecta abundantia, & securitate, absque vlla formidine, potiuntur. Ideo dicebat Dominus per Isai. cap. 48. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua; & iustitia tua, sicut gurgites maris: & fuisset quasi arena semen tuum: & stirps vteri tui, vt capilli eius: non interijsset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Hæc sunt Dei nostri vota, qui totus bonus erga nos est, qui scit, quantum nostra intersit, obseruare eius præcepta, eiq. in eis obedire: hæc ipsa deberent esse & nostra cum Dauide: Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas, hoc est enim omnis homo. Iam nunc excusationem continent prædicta Isaiæ verba, quare passus sit Dominus captiuum detineri populum suum in Babylone, & ad paucitatem redigi. Quare etiam per Romanos permiserit deuastari, & quasi penitus interire. Et si verba attendas, potius ad vltimam deuastationem hæc pertinent; Culpa, inquit, tua factum est hoc; nam si voluisses, fuisset pax, seu prosperitas tua, veluti fluuius, qui nunquam deficit, neque fluere desinit: forsitan & per antonomasiam de Euphrate intelligit, qui amplissimus est fluuius: vel potius alludit ad id, quod in sequentibus dicet: Ego declino ad eos, vt flumen pacis. Sed & conuolutiones maris, idest, fluctus: seu vndæ, quæ ad litus absque vlla defatigatione perpetuo deuoluuntur. Quibus verbis omnium rerum abundantiam, & felicitatem notat, quæ Dei mandatis obedientes comitatur. Nota etiam, nomine pacis, & iustitiæ, Hebræis vniuersa bona spiritualia, atque temporalia designari. Nomine etiam iustitiæ, bona illa temporalia notantur, quæ in præmium iustitiæ à Deo hominibus tribuuntur; nam cum bene habemus, & Reipublicæ à Deo non immittun-

tur

tur aduersa, & calamitates, videtur Deus nos iustos pronuntiare, vnde & iustitiæ dicuntur interdum beneficia Dei, Vt 1. Samuel 12. vt disceptem vobiscum coram Iehoua, de omnibus iustitijs, quæ fecit vobiscum. Subditur: Et fuisset quasi arena semen tuum. non enim vno loco promiserat Deus multiplicationem seminis, si ipsi obedirent. Alludit quoque hoc loco ad promissionem factam Abrahæ: Sic erit semen tuum sicut arena maris. In eo autem quod ait; Non interiret, Vulgatus sensum vertit, interire, & attritum eße, quæ certe vastationi vltimæ magis conueniunt, quam quæ per Chaldæos contigit; nusquam enim fuit amplius regnum Iuda, & respublica illa nusquam est, & in obliuionem abijsse videtur, quasi nunquam fuerit. Sicut enim Hebræis scire nomen alicuius, & recordari nominis, est fauoris, & gratiæ, sic aboleri nomen, & interdicere, est nota odij, & indignationis: sicq. odiße Dominus populum illum visus est, post Christi mortem. Nec minus Dominus Iesus verborum suorum, & mandatorum obedientiam commendare visus est, cum Matth. 7. in Luc. 6. licet verbis quibusdam mutatis, dixit: Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilatur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Non igitur audire sufficit, sed facto obedire. Hic dicitur prudens, quia in ea, quæ ventura sunt, oculos direxit, sicut, qui domum suam super petram ædificauit, tribus enim, quibus ædificia labefactari solent, consultum sibi esse voluit: sic erit viro illo prudenti in die iudicij, quam diem prædictis verbis, terribili cuidam tempestati assimilari voluit Dominus. Vnico denique exemplo Christi Domini Paulus ad Philip. 2. ostendit, quæ supra prosecuti sumus, dicens: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen super omne nomen. Cum ait: Humiliauit, amplificatio est illius, quod prædixit, exinaniuit semetipsum, exinanitio quippe filij Dei, non euacuatio, sed humiliatio fuit: at humiliatio, non aliud est quam incarnatio, & mors in carne perpessa, sed quia se vltro humiliari voluit, dicitur: Humiliauit semetipsum; sunt etenim, qui non se humiliant, sed ab alijs humiliantur: tales sunt dæmones, & qui inuiti atque nolentes, succumbunt potentioribus. Additur vero per epitasim, hoc est, vehementem intentionem, & exaggerationem: Mortem autem crucis; quod grauissima & turpissima illis temporibus fuerit; in quo obediens patri fuit, sicut Ioan. 14. dicitur: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam, sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite eamus hinc, idest, ad mortem, vt Patris præceptum adimpleam. Propter quod Deus exaltauit illum, dans illi nomen Iesu, quod supra omne nomen est, nomine, & re, vt ipse homo, Deus, mundi salus, & saluator, & dicatur, & sit. At sicut obedientiæ dignitas, præmijs magnis, sic & Dei inobedientia supplicijs non minus dignoscitur. Leuitici 20. Postquam transgressoribus singulorum præceptorum peculiaria assignauit supplicia, subdit: Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra, quam intraturi estis, & habitaturi. Euomat vtique, tamquam abominabiles, & qui indigni eritis illa. Symmachus & Theodotion: Ne vos abijciat terra vtique ferre vos non sustinens. & Leu. 26. Postquam præmia obedientibus eius mandatis connumerauit; transgressoribus innumeras, & acerbissimas pœnas minatur: Si spreueritis leges meas, visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. quo loco multa sunt expositione digna, sed, Deo dante, in nostris Commentariis elucidabimus. Deu. 27. in monte Garizim ex iniuncto Moysi, Leuitæ excelsa voce plurimas maledictiones transgressoribus mandatorum Dei pronunciarunt: sicut enim obedientes, quamplures merentur benedictiones, quæ vnica beatitudinis benedictione comprehenduntur: sic & inobedientibus vna æterni supplicij maledictio correspondet, in qua omnes, quæ imprecari queunt, continentur. Et 2. Par. 7. 19. minatur Deus his, qui eius præceptum facere neglexerint, & templi ruinam, & relegationem à terra promissionis, sicut factum experimur. Ieremiæ 7. vaticinari præcepit Deus Prophetam non solo verbo, sed & factis, & repræsentationibus quibusdam, aduersus eos, qui vocem suam non audierunt, idest, eius præceptis non obedierunt. Tonde, inquit, capillum tuum, & proijce, & sume in directum planctum; quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui. Quo proijciendos prædicit Iudæos à facie Domini, hoc est à terra sancta, vbi templum erat, & ab illius gratia, vt non vltra illos propitio vultu respiciat, in eumq. finem iubetur tondere capillos, & quod mos eßet lugentium, capillos tondere, vt ex Ezechiele, & alijs constat; & quod sicut capillis tonsis, & proiectis, nulla superest spes, vt iterum in locum, ex quo rasi sunt, restituantur: sic & Iudæis post Christi mortem accidit. Subditur: Et sume in directum planctum. Septuaginta. Sume in labijs planctum. Chaldæus Paraphrastes: Tolle propter duces lamentationem. iuxta Hebræum: Tolle super loca edita lamentationem. quasi dicat, conscende loca alta, & illic lamentare, vt planctus tuus procul exaudiri possit. Generationem vero furoris sui vocat tribus Iudæ, & Beniamin, quibus iratus est, vel in quibus iram suam ostendere, & manifestare statuit. & infra cap. 11. Postquam eorum inobedientiam recensuit, & in quibus dereliquerint, subdit: Quamobrem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Quid eis acerbius accidere poterat, quam quod cum in malis essent constituti, à quibus solus Deus eripere illos poßet, cum clament ad ipsum, non illos exaudiat: in illis igitur peribunt, & consummabuntur: Nec mirum, sic puniri, qui diuinis mandatis non obtemperant; grauissima siquidem subit supplicia, qui prohibitam rem à Duce fecit, aut mandata non seruauit, & capite punitur, iuxta leges de re militari. Plutarchus tom. 1. opusc. in Parallelis. 12. Epaminondas Thebanorum dux bellum contra Spartanos gerens, ad comitia in vrbem profectus, cum prius iniunxisset Stesimbroto filio, ne cum hoste confligeret, Spartani eius absentia cognita, iuueni timiditatem exprobrarunt, quod ille indigne ferens, oblitus paterni mandati, pugnam conseruit, & vicit. Pater autem iratus ei coronato collum abscidit. Et Manlius imperiosus apud Romanos, ad comitia abiens, filio mandauit, ne pugnam committeret: Samnites, re percepta, conuicijs iuuenem irritarunt, & ad prœlium elicuerunt: ex eo victor discessit: pater autem eum securi percussit. De Manlio Consule id ipsum refert Liuius lib. 18. hist. L. Manlium filium aduersus edictum patris, extra ordinem in hostem pugnantem, licet victorem, securi feriri iubet, dicens: I lictor deliga ad palum. Hinc Manliana imperia: fecit atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem. Hæc

Liuius; eadem pene narrat Diodorus Siculus Bibliot. l. 12. Dictatorem A. Posthumium erga filium suum fecisse, audacia quadam, & dimicandi studio tractum, longius prosilientem extra ordines à patre institutos, ideoq. mox à patre correptum, ac seuere, more patrio, in eum capite veluti desertorem ordinum iudicatum. Papirius dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rullianus magister equitum, exercitum in aciem duxisset, quamuis fusis Samnitibus in castra reduxisset, tamen virgas expediri, eumq. nudari iussit: sed quum Papirius ab vniuersis ciuibus, & ipsis Tribunis plebis rogaretur pro illo, testatus est, non pœnam illam se Fabio, sed populo Romano, & tribunitiæ concedendum potestati. Liuius lib. 8. Haud absimile quid legitur 1. Reg. 14. de Saule, & Ionatha, quem necessitas durissimum vtique telum, & cui cedit lex, satis debuit excusasse, cum legis paternæ ignoratione, qua laborabat. Verum nisi populus Ionatham à mortis imminenti periculo eripuisset, illum haud dubie, quamuis innocentem, pater erat interfecturus, velut rebellem edicto patris, & disciplinæ militaris, ac obedientiæ violatorem. Illud etiam nec prætereundum puto, quod, cum multis in locis, præsertim Leuitici 26. dicitur: Non feceritis omnia mandata mea, quibus verbis integram fore debere mandatorum Dei obedientiam ostenditur, vt & beata virgo hic loquitur: Quodcumque dixerit vobis, facite: sic & Iacobus Apostolus cap. 2. Qui offenderit in vno, factus est omnium reus. Non quod quisquis fur est, idem homicida sit, aut adulter, & quod eum pœna maneat inobedientiæ eorum mandatorum, quæ non est transgressus: sed quia, vt inquit Paulus, debitores sumus vniuersæ legis faciendæ, omnium reus factus est, qui in vno mortaliter deliquit; quia legis vniuersitatem, quam implere oportebat, non impleuit: nec interim, dum legis reus est, præmium æternum reportabit, pro obseruantia aliquorum mandatorum, si forsan obseruaret. Sic Acham Iosue 7. propter solum sacrilegium, & vnam solam inobedientiam de non tangendis hostium spoliis, lapidatus est. Maria soror Moysis, Num. 12. propter vnam contumeliam in fratrem, lepra percutitur. Ipse Moyses Num. 21. vir tantus ac talis, propter vnam tamen inobedientiam apud apud aquas contradictionis, ab ingressu terræ promissionis exclusus est. Immo idem Moyses, descendens ex terra Madian in Aegyptum, ab Angelo forsan in diuersorio fuisset occisus, nisi filios ex Sephora circumcidisset. Heli etiam sacerdos 2. Reg. 2. alioquin vir iustus, tamen, propter solam inobedientiam circa filiorum correptionem, morte repentina interijt 2. Reg. 2. Ananiam & Saphiram, propter vnum mandatum contra Spiritum sanctum, Act. 4. subita morte Petrus extinxit. Idem Petrus, parum Christo inobediens, & tantum lauari suos pedes ab eo recusans, & quidem ex reuerentia, audit statim Ioannis 13. Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Quare B. Basilius hom. in diuites auaros, eos, qui, cæteris Dei mandatis seruatis, in vno solo impingunt, aptà comparatione vsus, similes esse ait illi, qui iter faciens, ciuitatis alicuius spectandæ studio, & toto emenso itinere, ad portas vsque ciuitatis perueniens, reperto ante portas diuersorio, ibi quiescit, modicumq. quod restat viæ, vel ob pigritiam ire detrectans, vel ob vanam aliquam in diuersorio voluptatem ire vlterius nolens, simul & toleratum itineris laborem inanem reddit, & spectaculo bonorum, quæ in vrbe sunt, priuatur. Sic enim à cælestis ciuitatis ingressu excluditur, quicũque per viam multorum mandatorum multum cucurrit, si vnum aliquod facere contempserit. Sanctus quoque Pachomius multorum monachorum celeberrimus pater, & Tabennesiotarum princeps, satis idonea similitudine rem hanc expressit. Dicebat enim: Si sit domus ampla, habens centum mansiones, si prior alterius sit, nonne ab alijs prohibetur? ita fidelis, etsi multas fecerit Deo mansiones multorum, præceptorum obseruantia, si vnam dæmon occupauerit ab illorum ingressu Deus impediri dicitur; quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Christi ad Belial? Præterea, sicut auis in laqueum cadens, si vel vngue solum vinciatur, non minus capta est, ac si toto corpore vinciretur: sic vnius mandati inobedientia, homo à dæmone captiuus tenetur: & sicut modicum absynthium, pleno vasi mellis infusum, amaritudinem suam toti vasi impartit: & mel, etiam duplo maius absynthio, dulcedinem non infundit, sic vnius præcepti transgressio ad aliorum obseruantiam se habet. Hinc Regius Psaltes is in Psalmo illo 118. in quo Hieron. ad Paulinam Vrbicam, omnem moralem locum in eo comprehendi affirmat, inquit: Tunc non confundar, cum prospexero in omnibus mandatis tuis, quasi dicat, scio me non confundendum, neque spe mea frustrandum, sed optatam, expectatamq. salutem assequuturum, si, non solum aliqua, sed omnia tua mandata ante oculos constituens, secundum ea, omnes actiones meas instituero. Et ibidem, postquam dixerat, se assidue in legis meditatione exercuisse, vt omnem Dei legem custodiret, non solum ab vno, vel alio abstinuit, sed omnes actus & affectus, ab omni actione & instituto malo prohibuit: Ab omni, inquit, via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. Huius integræ obedientiæ testimoniũ à Domino habere meruit, vt refert B. Paulus Act. 13. Cui, inquit, testimoniũ perhibens, dixit: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. sicq. de Ioannis parentibus, & eorum sanctitate Lucas testimonium perhibens, ait: Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini: disertissimis certe, luculentissimisq. verbis testatur, omnia legis mandata seruasse, de illis intellige, quorum transgressio non est absque mortali peccato.

§. 3. Nondum venit hora mea.] *Opportunum tempus non adhuc esse, vt miraculum illud faceret, quod adhuc omnino vinum non deficeret, nec id omnibus notum esset, quæ Christus expectare voluit, vt miraculum esse, omnes noscent. sic verba prædicta interpretantur Augustinus, Chrysostom. Theophilactus, & Euthimius, quæ verba, licet specie tenus, asperitatis nescio quid præseferant, magnam tamen nobis fiduciam & consolationem afferunt. Vt enim scit Deus, quid nobis expediat, ita solus ipse scit, quo tempore. Multa enim sunt, quæ quamuis salutaria sint, quia tamen alieno tempore data sunt, aut nocuerunt, aut non ita certe profuerunt. Tempus autem commodissimum est, cum Dei gloria maxime illustratur, & salus hominis recta constituitur: quæ duo in omnibus operibus suis, præcipue, Dominus captare solet. Qua de causa promissa sua diu frequenter differt, dum hanc opportunitatem expectat: quæ res infirmorum fiduciam, vel perturbare, vel labefactare solet, cum Dominus plerumque omnia, contra ac pollicitus est, euenire patiatur, vt vix credibile sit, ea quæ expectantur esse ventura: vt videre est in Abrahamo, adeo vt ad Hebr. 5. dicat de illo Apostolus, quod longanimiter ferens, adeptus sit repromissiones, quas opportuno tempore Deus complere non distulit. sic & Dauidem 3. Reg. 16. in Regem, Deum elegisse legimus, cum adhuc puer esset: sed priusquam illud impleretur, pluri-*

plurimos est perpessus labores, quibus exactis, regni possessionem suscepit; quod sic ei expediret. Idem Gabrielis ore, sacræ Virgini pollicitus est, Iesum in solio Dauid sessurum, atque eius imperium sempiternum futurum. Quis vero, hoc nisi diuino spiritu afflatus, sicut prædictum est, euenturũ suspicari potuisset, cum Iesum videret vsque ad trigesimum ætatis suæ annum, propter obscuritatem, in magna hominum ignoratione versari: reliquam vero vitam, inopem, & turbulentam prosequi, & ad extremum, tamquam perditissimum latronem cruci affixum, acerbissima morte mulctari? at adimpletæ fuere conditiones illæ, cum hominibus commodiores erant. Sic Paulus ad Hebr. 10. hortatur eos, ne à spe excidant, sed quidquid aduersi acciderit, omnem in Deum confidentiam ponant, & patienter ferant, venturum in proximo iudicem expectent, qui iuxta promissa retribuat, afflictionumq. præmia reddat. Adhuc enim modicum aliquantulumq. qui venturus est, veniet, & non tardabit. Quod enim dixerat eis: Patientia enim vobis necessaria est: non solum intelligit patientiam, qua mala toleramus, sed etiam patientem expectationem, cum, spe premij, duramus in malis, & nosmetipsos, iuxta promissa, rebus melioribus seruamus. Cum autem dicitur: Adhuc modicum. In Græcis est geminata dictio, significans adhuc pusillum, aut perquam exiguum tempus; nam Græci sermonis conduplicatio, epitasim habet breuitatis temporis, idq. iuxta proprietatem Hebræi sermonis, qui congeminatione verbi eiusdem, vehementiam explicat, vt cum Ieremiæ 24. dicitur: Ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde, hocq. loco Pauli vehementiam explicat, non longo scilicet, sed paruo tempore, tolerantiam illorum opprobriorum duraturam. Estq. locus, ad quem Paulus alludit Habacuc 2. quem locum B. Paulus mystice ad secundum Christi aduentum refert. B. Hieronymus ad primum Iesu aduentum, cuius figura fuit Rex Cyrus, in hoc, de quo etiam Propheta Habacuch loquitur cap. 2. conceperat enim, vt in primo capite insinuat, bonam de salute Iudæorum spem: at non adhuc diuina reuelatione illustratus, sed prudenti ratiocinatione permotus, & de diuinis promissis confisus, & quod iniustiori populo, & inimico non tradidisset populum suum quasi deuorandum; at quoniam fœdus, quod cum illis pepigerat, sub conditione erat, si eius mandatis parerent; timuit, ne eorum peccata diuinis promissis obsisterent. Incertus igitur Habacuch, quem res Iudæorum habituræ sint exitum, nutans inter metum & spem, sumpta metaphora ab excubitoribus, qui in locis editioribus collocati, hostium incursus, & insidias obseruant: sic stationem suam, idest, mentis exaltationem à terrenis curis, obnixasq. ad Deum preces, sublimemq. orationis, & contemplationis speculam, non se prius deserturum pollicetur, quam aliquod diuinum responsum acceperit. Et respondit ei Dominus: Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum. Ostendit Nabuchodonosorem, atque Chaldæos, non impune in templum, & in ciuitatem sanctam Ierusalem, & in gentem Iudaicam debacchaturos: fore namque, vt & ipsi patriam & imperium amittant, & quæ in alios crudeliter executi sunt, ab alijs crudeliter experiantur: & Iudæos splendorem pristinum habituros; at quoniam non continuo, non cito, sed post aliqua tempora, ideo præcipit, vt, quæ viderit, scribat, & in publicas tabulas inferat, & explanare visum iubetur, eo potissimum modo, quo maxime legentibus notum esse possit & manifestum, nullis scilicet allegorijs, nullis ænigmatibus inuolutum, nullis obumbratum dicendi figuris, sed noto, quotidiano, vulgariq. sermone, vt percurrat qui legerit. vt scilicet, sine vlla cunctatione, à quouis legatur, & intelligatur. Quid quæso hoc est, quod scribi, & explanari vis, vt non sit legenti hæsitatio aliqua, sed omnes illud legant, & intelligant, & memoria retineant? Adhuc, inquit, visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit, quasi dicat, etsi è longinquo ventura prospicias, veniet suo tempore, nec mentietur in eo, quod pollicitus est, non te fallet, sic enim interpretantur: Non mentietur; sicut capite sequenti, cum dicitur: Mentietur opus oliuæ. Etsi moram facere videbitur, non desperes, sed expecta eum, quia veniens veniet, Hebraismus est; nos dicimus, à su hora verna por la posta. Quod de Cyro, & optime, intelligunt, qui & Chaldæos vicit, & libertatem dedit populo Dei.

§. 4. Implete hydrias aqua.] Potuisset quidem Christus absque vlla aqua, hydrias vino implere, sicut Deut. 33. Eduxit aquas de petra durissima, aliquid tamen exegit; vt sciamus hunc esse Dei modum operandi, in his, quæ in nobis, pro nobis operatur, vt velit nos illi cooperari, & aliquid præstare, in hoc, vt rationales & liberos tractans, qui nos liberos fecit. Hoc in multis visus est Dominus adumbrare; cum enim Abraham in terram promissionis Deus esset introducturus, exire præcipit terram Chaldæorum, & venire in terram, quam ei monstraret, poterat quidem per angeli ministerium eum educere, & reducere, sicut factum legimus de Habacuch, & de Philippo Apostolo, similiter & Lot cum suis, è Sodomis deducere in aliam regionem: sed licet Angelum monentem, & viam monstrantem, miserit; illos tamen exire, & in montem conscendere voluit. Hoc sibi affirmatiua præcepta, quæ Deus per Moysen populo facienda proposuit, manifestant, ad quid enim præciperet, alliceret, pœnis terreret, nisi aliquid ab homine exigeret? ad quod præstãdum licet diuino indigeat auxilio, ipsum tamẽ Deo libere cooperari oportet: quæ adeo manifesta videtur, vt qui id negauerit, non tam hæreticus, quam stolidus hæreticus dici debeat. Id quidem senior Tobias optime nouit, cum 13. cap. post plurimam laudis confessionem, ad ciues suos se conuertens, inquit: Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Domino, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. Vt igitur ad misericordiam Deum prouocent, conuerti peccatores ad Deum oportet, & iustitiam facere, quam conuersionem, & iustitiam, Deus in nobis operatur, non tamen sine nobis. Nos igitur ad Deum conuerti oportet, & facere iustitiam: operamur itaque & nos in nostra salute, cum Dei ope: operatur & ipse, sed nos consentire oportet, & Deo operanti cooperari: sicq. à Deo iustificatos, cum eius auxilio, iustitias & opera bona facere, quibus à Deo præmium consequamur, oportet. Sicut ergo, quod Deus sit, qui nos iustificat, & condemnat, Psal. 79. sæpe à Domino Regius Psaltes postulat, vt Deus homines conuertat, ita, quod nos Deo cooperemur, ipse sæpe à nobis requirit, vt ad illum conuertamur. Zachar. 1. & Malach. 3. Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos, ait Dominus exercituum. Neque enim conuerti poterit homo, si non Deus illum conuertat: nec Deus illum conuertet, si ipse ad Deum non conuertatur. Sed hæc in scholis agitantur; nunc satis est, sic veritatem breuiter attigisse: quod enim Oseæ 13. dicit Dominus: Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum, non negat ex parte hominis cooperationem, & consensum, sed pœnam, quam Deus immisit, non à Deo spontanee, sed magis ob Israelis peccata fuisse, importat; q. d. in tuis laboribus, hoc

ex mea

Digitized by Google

ex mea tantũ bonitate pendet tibi auxiliari: at te affligere, hoc, quasi coactus, tuis exigentibus delictis, sic facio. Huius nostræ cooperationis figura fuit, illud, quod 4. Reg. 4. legimus: Cum mulier illa de vxoribus Prophetarum, vidua, magno ære alieno esset obstricta, & creditor venisset, vt duos eius filios tolleret ad seruiendum sibi, auxiliũ ab Eliseo postulans, is vasa vacua afferri iussit, & cum parum olei in domo haberet, in vasa illa infundi iussit, sicque impleta sunt. Certe sicut miraculo auctum est oleum, poterat & de oleo miraculose prouideri: voluit tamen & mulierem ipsam aliquid apponere, scilicet, præparare vasa, parum olei, & illud infundere. Sic et si Deus in nobis bona nostra operetur, & augeat, vult tamen & vasa consensus nostri, & nos Deo operanti cooperari, vt in nobis iuxta liberam naturam, quam nobis elargitus est, operetur.

§. 5. Implete hydrias aqua.] *Cyrillus Ierosol. in 4. myst. catech. affirmat, maius fuisse miraculum, quod Christus aquam in vinum verterit, quam quod nunc vinum in sanguinem suum conuertat; est enim vinum sanguini propinquius; quod intelligendum est, pensatis qualitatibus vini, aquæ, & sanguinis, & ex parte rei operatæ. Et quidem nihil adeo vino, & eius virtuti contrarium, & quod eius vires extenuet, sicut aqua. Vt igitur magis eius diuina virtus innotesceret, qui ex nihilo condere poterat vinum, ne phantasma putaretur in hominum aspectu, & aliorum opera, (qui tantæ rei testes essent) inquit Theophilactus: Aqua hydrias impleri iussit, & eo vtitur medio, scilicet aquæ appositione, quod magis effectui futuro aduersabatur. Ioannis etiam 9. vt cæcum illum à natiuitate curaret, exspuens in terram, fecit lutum ex sputo, & liniuit oculos eius luto: quo nihil magis oculis contrarium est, visum restituit, vt omnem naturæ vim, ab admirabili illo effectu, eiusque suspicionem excluderet. Et Exod. 17. Cum castrametati essent filij Israel in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo, & iurgatus populus contra Moysen aquam peteret, ad Dominumque oraret pro illa; præcepit Dominus, vt virga, qua fluuium percusserat, percuteret petram Horeb. Quid quæso ex illius percussione sperari poterat, nisi ignis, cuius qualitates, aquæ omnino aduersæ sunt; & tamen inde fons limpidissimæ aquæ scaturijt. 3. Reg. 17. Cum Elias ex Domini mandato, sederet in torrente Carith, qui est contra Iordanem, inquit sacer textus: Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane; similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Poterat Dominus ei prouidere de cibo per Angelum, vel per virum aliquem, sicut prouidit Danieli in lacu leonum, sed vt è cælo id factum appareret, nullaque industria humana, coruo cõmittitur, quo nullum est rapacius animal, nec magis vorax, præsertim carnium, quas diligenter inquirit, & panis, vt pastores experiuntur, qui cum credunt panem absconditum in pera, sæpe deuoratum a rapaci coruo inueniunt: nulli itaque infideliori nuncio hæc deferenda credi poterant, quam coruo: & tamen illum elegit Dominus, qui fideliter ad nutum Domini, opportune Prophetæ prouidebat. Et sequenti capite 8. eiusdem libri, cum Elias Regem Acab viriliter increpasset, astanteque populo, conuocatisque idolorum sacerdotibus, illi altare cum holocausto construxissent, clamarentque, & idola sua inuocarent, irrideretque illos merito propheta, accepit duodecim lapides, iuxta numerum filiorum Israel, & exstructo altari, sacrificium composuit, antequam Deum suum inuocaret, vt omnem futuri miraculi suspicionem adimeret, inquit Scriptura: fecit aquæductum, quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & impleri iussit quatuor hydrias aqua, & effundere super holocaustum, & super ligna, idque non semel, sed secundo, & tertio, ita vt curreret aqua circum altare, & fossa aquæ ductus repleta sit: factaque oratione, ignis de cælo descendit, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæ ductu, lambens. Aquam itaque effudit, quæ in suis qualitatibus igni magis opponitur: nec in parua quantitate, sed adeo copiosam, vt naturæ vi pensata, impossibile videatur, copioso etiam igne applicato, tam cito accendi ligna, & sacrificium posse; cum tanta esset aquæ resistentia. Ea igitur media apposuit, quæ magis effectum futurum impedire possent, vt diuinum opus, absque vlla tergiuersatione, ab omnibus agnosceretur. Iam nihil est, quod aquas magis amaras faciat, & impotabiles reddat, quam sal. Quis enim marinas bibet aquas? Atqui Eliseus 4. Reg. 2. cum aquæ Iericho amaræ essent, & pessimæ, immisso sale, illas curauit, vsque in hodiernum diem, & potabiles reddidit, vt soli Deo tantum opus ascribi posset. Quod enim salsæ essent, sterilem terram reddebant, quæ illis irrigabatur, & sale amplius apposito sanatæ sunt. Et 4. Reg. 6. cum vnus ex prophetarum filijs, præsente Eliseo, ligna cæderet, accidit, vt ferrum securis, in aquam caderet, cumque doleret, eo quod mutuo accepisset, Eliseus, facto alio manubrio ligneo, monstrato loco, vbi ferrum ceciderat, illuc misit, nata-uitque ferrum, & extensa manu, filius ille prophetarum illud tulit. Quæso, quid incongruentius fieri poterat, naturæ ratione habita, ad ferrum extrahendum, quod sub aquis in profundo erat, quam mittere lignum, quod supernataret, nec illuc descendere posset? si enim graue aliquod immisisset, quod ferrum contingere posset, secretum aliquod naturæ putari potuisset, at lignum misit, vt nullo eius contactui, ac virtuti, ascribi id posset, sed tali medio, adeo hominum oculis desperato, aperte diuina agnosceretur vis, qua ferrum ascenderet, & supernataret. Sic denique Christus, crucis prædicatione, quæ stultitia sapientibus videbatur, ad veræ sapientiæ cognitionem eos tradidit; & moriendo, mortem destruxit, & quem populum beatum mundus prædicabat, infelicem ostendit; & quæ mundus oderat, labores, paupertatem, persecutionem, in his summam in hac vita felicitatem esse voluit, si pro Christo quis amplexatus illa fuerit.*

§. 6. Implete hydrias aqua.] *dixerat Christus: Nondum venit hora mea. Quod, licet vinum deficeret, expectet Dominus sæpe, cum nullum humanum appareat remediũ, vt omnibus id notum fiat; ideo & ministros domus conuocauit, cum iam conuiuij hora esset, & vinum deesse viderent. sic Aug. Chrysost. Theoph. & Euth. vt ad Deum confugere discamus, & in illo sperare, cum in omni calamitate, præcipue in desperatissimis rebus. Hinc Chrysostomus: Cum nulla vsquam humani auxilij spes nobis affulget, ne desperemus, nec despondeamus animum, sed fidei anchoram arripiamus, & instrumentum spei iaciamus, non quidem in mare, sed in cælum, sicque liberabimur. Celebratur hac in re Philonis disertissimi viri sententia: qui cum Imperatorem Caium (ad quẽ legatus à Iudæis missus erat) contra suos acriter iratum, & infensum inuenisset, ad socios conuersus: Bono, inquit, animo estote, socij, quibus Caius iratus est; quia necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat auxilium. Sic sequentibus se, cum inuitare illos vellet Christus, in desertum locum secessit, expectauit, vt fames vrgeret, petijt quot panes essent in comitatu, cumque omnibus notum esset, nullum humanum adesse remedium, vt dixit Philippus: Sed hæc quid inter tantos? tunc miraculo, & panes, & pisces*

Digitized by Google

sces distribuendos in discipulorum manibus adeo multiplicauit, vt, satiatis omnibus, adhuc superessent reliquiæ multæ. Et infirmum iuxta piscinam, cum multos in infirmitate annos haberet, nec homo adesset, qui illum in aquam mitteret, tunc illum curauit. Sic & filium viduæ ad vitam reuocauit, cum iam ad portam ciuitatis esset, & ad sepulturam duceretur; sicut & Lazarum iam quatriduanum, & fœtentem, & sepultum; tunc adfuit diuinum remedium, vbi desperatum ab omnibus esset humanum. Hoc voluit Dominus insinuare Moysi, quo tempore vocauit illum in flamma ignis de medio rubi, & legatum mittere decreuerat ad Pharaonem, vt populum Israel à seruitute liberaret: cumque Moyses operis difficultatem perpenderet, nec humanum esse auxilium aliquod ad rem tantam, & se excusaret, in rubo ostendit Deus, diuinum adesse auxilium, nec desperandum esse: sicut enim rubum ardentem videbat, nec consumi; ita & populum illum spinis laboris obsitum, & seruitutis igne quasi de facili consumendum, cõseruare poterat Deus, & liberum cum gloria constituere. Exod. 3. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 13. 16. Id idem manifestare voluit Ezechieli Dominus cap. 3. cum facta super illum manu Domini, id est, prophetiæ spiritu afflatus est: Eduxit, inquit Scriptura, me in spiritu Dominus; quasi dicat: non corporaliter ductus sum de loco ad locum, sed per spiritum, imaginarie mihi ostensum est: videbar enim mihi egredi ad quendam campum, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus. Pollicitus quidem erat Deus, vt præcedenti capite dicitur, liberaturum populum suum à seruitute Babylonica, & redditurum in pristinum splendorem, immo & maiorem, quam antea habuerat: quod impossibile hominibus videbatur; cum pauci essent, & dispersi, & pauperes, nec reliqua spes esse videretur. hoc ostendit visione hac Deus Ezechieli: meritoque Iudæos cum ossibus aridis confert; nam vt ossa arida per se animum recipere, & ad vitam redire nequaquam possunt, sic & filij Israel à misera captiuitate liberari ex se nequibant. Erant autem multa super faciem campi, siccaque vehementer, hoc est, erant hæc ossa multa, & inhumata, & ob temporis vetustatem aridissima: volens ostendere, diuturna captiuitate, omni splendoris specie destitutos; præcepitque Ezechieli, vt diceret: Ossa arida, audite verbum Domini. Quod verbo Domini cuncta obediant, & ita resurgent ad vocem Domini, ac si auditum haberent, quo eius præceptum perciperent. Locutusque est Ezechiel ad ossa: Hæc dicit Dominus de ossibus istis, intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. Quæ omnia sic facta narrat Propheta, illiusque visionis sensum edoctus à Domino, ossa illa, domum Israel esse dicit: arida, quia ipsi dicebant: Periit spes nostra; adeo absumpti videbantur, vt nulla spes redeundi videretur. Quod autem ait: Ecce ego aperiam tumulos vestros, metaphorice loquitur, pro locis in quibus eorum multi detinebantur, & vincti erant. Educere eos vero decreuit, cum consensu, & licentia Cyri Regis, qui eis concessit, vt ad patriam redire possent. Esdræ 1. Rursus filij Israel egressi ex Aegypto, ab Etham aliquantulum reuersi sunt versus Aegyptum, non eadem prorsus via, qua incesserant, sed obliqua, & castra in loco non adeo tuto, immo periculoso constituerant; sic Deo disponente, vt hæc audiens Pharao, & quasi aberrare eos in deserto putans, illos insequeretur. Cumque appropinquasset Pharao cum exercitu suo, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, cum ab vno latere essent impermeabiles montes, ex altera Magdalum haberent ciuitatem Aegypti, & munitam satis, vt aduertit Hieronymus, de locis Hebraicis. Ante ipsos erat mare, quos si Aegyptij à tergo insequerentur, vti fecerunt, nullum fuisset illis refugium, nec euadendi spes aliqua. Cumque de manibus Pharaonis posse euadere desperarent, ac proinde contra Moysen murmurarent, quod de Aegypto eos eduxisset: citra omnium spem, mirabili sua potentia Deus adfuit, & per mare Rubrũ illos deduxit, Pharaone cum exercitu suo in aquis submerso. Exod. 14. §. à 1. vsque 28. Similiter per desertum illos ducens, & miraculose illos cibare, & potare statuens, tunc illud effecit, quando consumpta erat farina, quam ex Aegypto eduxere, nec quidpiam erat, quo cibari possent, nec aqua ad bibendum, cum de petra eduxit aquã, & manna de cælo pluit, & coturnicum copiam aduexit. Exod. 16. §. 1. 2. 3. 4. 5. 14. 15. 16. 38. 39. Exod. 17. §. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Regius Psaltes optime nouerat hoc, Deum scilicet tunc auxiliari solitum, cum nulla sunt humana media, sicque tunc inuocare Dominum consueuit, sic psalmo 141. qui inscribitur: intellectus Dauid, cum esset in spelunca: ex quo liquet, psalmum illum continere orationem Dauidis, quam ad Deum fudit, cum ob persecutionem Saulis, in spelunca latitaret. Verum cum bis in spelunca latitasse Dauid legatur, semel in spelunca Engaddi, vt scribitur 1. Reg. 24. quando præcidit oram chlamydis Saulis: Et semel in spelunca Odullam, vt scribitur 1. Reg. 22. in quam venit fugiens à facie Achis Regis Geth: magis apparet, de spelunca Odullam titulum loqui, eo quod ei magis conueniãt, quæ dicuntur in versu quinto: Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me. Siquidem in spelunca Engaddi, non erat omni destitutus auxilio, cum adessent ei sexcenti viri. In spelunca vero Odullam, in principio omnino solus erat, quousque venirent ad eum fratres eius, & milites quadringenti: Interim dum omni humano auxilio destitutus esset, ad Dominum confugit: Voce, inquit, mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Quæ verborum repetitio eiusdem, intentissimum affectum ostendit, quo suspirium vnum, aliud contingeret. Tribulationem meam ante ipsum pronuncio, pro, pronunciabam, ac veluti in sinum eius effundebam, vt qui solus mihi solatio esse posset. In deficiendo in me spiritum meum, quasi dicat: Hæc faciebam, cum præ nimia afflictione, & euadendi desperatione, animus meus in me deficeret, & vix intra me contineretur: cumque inimici potentiam contemplarer, & humano essem destitutus auxilio, nullumque interim auxiliatorem viderem; periit fuga à me, id est, defecit à me fugæ remedium: Tunc ad te solum Deum clamaui, in quo solo omnis spes mea reposita erat, qui solus potens es, & solitus in similibus auxiliari. Sicq; interpretantur verba eiusdem Dauid, cum Saul satellites misisset in domum Dauid, vt custodirent eum, ne scilicet fugeret, & interficeretur mane. 1. Reg. 19. Fortitudinem (inquit Dauid psalmo 58.) ad te custodiam, quia Deus susceptor meus, Hieronymus legit, fortitudinem meam ad te seruabo, quasi diceret: nolo viribus, & potentiæ meæ fidere, quæ certe inferior est, quam vt ab inimicorum vi eripi possim. Quare omnem spem meã, & robur in te repono, tu solus quippe liberare me poteris, immo, vt spero, ita facies, vt solitus es, in desperatis eis auxilium ferre, qui in te confidunt. Et Susanna illa cunctarum feminarum exemplar, cum falso accusata esset de adulterio, constituta in medio populi, vt contra ipsam lapidationis sententiam ferrent, nullum sibi humanum præsidium adesse videns, suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Suspexit in cælum, vt oculis corporis, piarum lacrymarum

plenis

Digitized by Google

plenis, cælum corporeum aspiceret; & mentis oculis Deum intueretur, verum iudicem, in quo solo spem figebat: cuius summa animi intentione auxilium implorabat, expectans à Deo solo remedium, cum ab hominibus nullum sibi adesse sentiret. Sicque, vt sperabat, factum est; suscitauit enim Dominus spiritum pueri Danielis, qui, detecta seniorum calumnia, Susannæ innocentiam patefecit; sicque in laqueo, quem absconderant comprehensi, tanti facinoris pœnas receperunt.

§. 7. Omnis homo primum bonum vinum ponit.] *Inter Dei, & dæmonis, & mundi calicem, interstitium magnum prædictis verbis in sensu tropologico designatur, cuius ignorantia, maxima hominum pars, in pestem, & exitium ruit: Dæmon enim, vt subdolus, si quid in suis dulce est, & pretiosum videri potest, initio statim conspiciendum, atque degustandum proponit; quod vero acerbum, & amarum, seruat in posterum, atque hac fallendi arte parum prouidos, & incautos illaqueat. At Dominus, quod difficile, & asperum, id in via virtutis esse voluit, & quod acerbum est, primo ministrat, & amaricare facit: at in fine quod dulce, quod pretiosum fuerit. Vtrumque expendere lubet. Et quidem natura nostra, vt Arist. ait: Delectationis, & voluptatis auidissima est; tristitiæ vero, atque molestiæ, maxime fugax, & inimica. Sectatoribus ergo suis dæmon, voluptuosam vitiorum viam proponit, in qua nihil durum, aut asperum fingit; sed omnia mollia, blanda, dulcia, atque iucunda. Sic meretrix illa in Prouerbijs 7. apprehensum deosculata iuuenem, procaci vultu blanditur: Aspersi, inquit, cubile meum myrrha, & aloe; straui tapetibus pictis ex Aegypto: veni inebriemur vberibus, & fruamur con cupitis amplexibus, donec illucescat dies: non est enim vir in domo sua, abijt via longißima. Osculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, hoc est, vltra omnem pudorem femineum, prior iuuenem amplectitur, & impudenti vultu, in sui amorem & mollitie, & odorum suauitate pertrahit; ad id, ad quod natura ipsa per se procliuis est. Veni inebriemur vberibus, hoc est, amoribus instar vberum dulciter reficientibus, sicque, & factis, & verbis irretiuit eum. Simili quoque modo Sap. 2. perditi homines se ipsos ad omnis voluptatis illecebras cohortantur, dicentes: Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra; vbique relinquamus signa lætitiæ, hæc est enim pars nostra. Celeriter, iuxta Græcam dictionem, idest, studiose, vel alacriter. Dicitur autem: Tanquam in iuuentute; quasi dicat, vtamur creatura, vtique cum nos sumus in iuuentute, & libet voluptatibus vti, aut eum creatura adhuc est in iuuentute, ac viget, & recreare nos potest: & vterque sensus iuxta sequentia, satis consonus est, cum subditur: Et non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescãt. Et quidem, iuxta vim vocis Græcæ, baccam rosæ importat, hoc est, rosam clausam, quæ posteaquam aperta est, mox marcessit; pro luxuria etiam, iuxta Græcum est, in solentia, seu petulantia nostra. Hæc sunt ergo, quæ dæmon initio statim sectatoribus suis proponit, quibus tamen amarissimas huius calicis faeces in futurum seruat; Quod vtrumque Prouerb. 9. Salomon explicauit, cum meretricem inducit ad vetitas delicias imperitum hominem inuitantem, atque dicentem: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit, quod ibi sint gigantes, & in profundis inferi conuiuæ eius. Ex vulgatis Prouerbijs loquitur. Cur autem furio ablata sint suauiora, est, quia sicut talia maiori concupiscentia fuerunt desiderata; ita maiori voluptate percipiuntur. Saepe enim propria vilescunt, & magis aliena desiderantur, & iam obtenta auidius sumuntur, tanquam rara, & quæ non semper in promptu sunt, quo vulgari prouerbio, significare vult, congressum cum non sua, maiorem adferre animo voluptatem, magis instar cibi & potus reficere, quam cum propria vxore, vt quæ habentur in promptu. Et ignorat, quod ibi sint gigantes; quasi dicat, hinc est, quod decipiatur, quia hoc ignorant. Pro, gigantes, vero, dictio Hebraicã significat etiam mortuos; hic secutus Septuaginta vertit, gigantes, sicut infra cap. 21. versu 16. In cætu gigantum commorabitur. Vbi, sicut per gigantes recte intelliguntur dæmones, ita & hic, vt sit sensus: ignorauit, quod in ea domo dominium obtineant dæmones, qui instar gigantum sunt potentissimi, seque Deo tanquam gigantes terrigeni opposuerunt, cum quibus inter mortuos deputandi sunt, quotquot eis adhærent. Et conuiuæ eius, hoc est, quotquot ad huius mulieris conuiuium euocati accedunt, tandem erunt in profundis inferni; immo & quando iam cum muliere illa conuiuantur, iam quodammodo in infernis esse dicuntur, quia æternæ damnationi obnoxij sunt, & perurgente diuina vindicta, à voluptuosis epulis, ad inferorum amarissimum conuiuium improbi transferuntur; sic enim accidisse diuiti illi videmus; qui quoniam, dum hic ageret, Luc. 16. totum se epulis, atque delicijs carnis addixit, paulo post ad eam inopiam, inediamque redactus est, vt inter æstuantes flammarum globos, aquæ guttam semper sitiat, nec accipiat, nec modo post huius vitæ exitum, sed in ipso etiam exitu, calicis huius amaritudinem improbi experiuntur: Cum enim à Medicis vita desperata, ab hac luce migraturi, de altera cogitare incipiunt, ibi protinus anteactæ vitæ voluptates, non iam blandientes, sed amaricantes, atque animum lacerantes; non placido, & iucundo, sed acerbissimo, & seuerissimo vultu sese illis ostentant: quando quod in illis dulce erat, iam præterijt; quod vero acerbum & acre, tunc vel maxime mentem pungit, & lacerat, poculum scilicet illud aureum, cuius fulgore meretrix illa Babylonis eos deceperat, & inebriauerat. Apoc. 17. Vnde & quod Prouerb. 23. Sapiens de vino in specie admonet, intelligi etiam debet de obiectis etiam aliorum sensuum externorum, per quos voluptatem noxiam captamus, cum ait: Ne intuearis vinum cum flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena diffundet. Sic Gregorius in Pastorali, admonitione 33. & Beda in expositione huius loci: carnalis quippe voluptas, tum se primum oculis ostentat, cum hauritur, & bibitur, blandissima est, in nouissimo tamen, vbi illa quidem abijt, & aculeus conscientiæ manet, & iudex offensus morienti imminet, & dæmon prius instigator, postmodum vero accusator vrget; tum demum mordet, vt coluber, & venenum reguli apparet esse, quod dulce vinum antea credebatur. Hoc adumbrare visus est Spiritus sanctus, Iud. 4. in Iaele illa astuta femina, quæ Sisaram, victum, profligatum, & fugientem Delboram, læta fronte excepit; & vt lateret, in cubiculum introduxit, pallio cooperuit, & sitibundo ex vtre lac pro aqua propinauit, & consopitum, in altumque dormientem, per tempora clauo transfixit, ita vt soporem morte consociaret, sic mundus lasciuiens, blandiensque caro, lac ex corruptibili carnis, & temporalium bonorum vtre propinant, quo illi soporati vsque ad extremum vitæ in altum dormiunt, morteque impræmeditata tanquam clauo transfixi, vitæ præsentis soporem cum æterna morte commutant, æternis suppli-*

Digitized by Google

supplicijs deputātur. Ex quibus liquido apparet, ea ratione homines à dæmone, qua pisces à piscatoribus, illaqueari, & falli. Piscatores enim hami mordentis vngulam dulci esca contegunt: pisces vero escam intuentes, & hami aculeum non videntes, ad prædam læti, auideque concurrunt; cuius tamen aculei vim sentiunt, cum ab aquis per immissa fila extrahuntur. Hac ergo ratione astutus ille animarum piscator incautos homines oblata recenti voluptate inescat, quam illi dum auidis faucibus deuorant, voluptatem existimant: at cum ab hac vita, instante mortis articulo, velut ab aquis in aliam regionem extrahuntur, tum demum acerbissimum aculeum esse sentiunt, quod antea dulcem escam arbitrabantur. Quid enim ab atrocissimo hoste, nisi hostilia, & inimica damna exspectare possumus? Si enim sapienti illi Troiano dicere licuit: Timeo Danaos, & dona ferentes (quod intelligeret, nihil ab inimicis etiam dona ferentibus tutum esse) quis, cum turpem voluptatem, à capitali Dei, & generis nostri hoste proficisci intelligat, non illam execrabitur, & pestem, atque exitium sub ea latitare non extimescet? vt enim voluntas eius semper ad nocendum propensa, ita potestas praua eius voluntati consentiens, prodesse nequit, & obesse semper studet. Sed veritatis auctor non sic cum hominibus se gerit; si quid enim habet eius doctrina difficile, aut asperum, initio statim proponit Matth. 10. Qui amat, inquit, patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, nō potest meus esse discipulus. & Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non gaudet fallacijs diuina sapientia, non nititur mendacijs æterna veritas: apertissima oratione disciplinæ suæ leges, moresque proponit, vt ex prædictis locis, & alijs aperte constat, quod in Christiana religione maxime arduum est, initio statim detegit, quando omnia, quæ in mundo sunt charissima, quoties diuinis præceptis aduersantur (sic enim intelligi debet) posthabenda esse docet: adeo vt ipsa quoque vita, periculis omnibus hoc tempore obijcienda sit. Quæ vero ad hæc acerba sequantur, insinuat Sapiens Sap. 3. cum ait: In paucis vexati, in multis bene disponentur. Et Græcorum verborum vi expensa, idem est, ac si diceret, paucis correpti, vel castigati, multis beneficijs afficientur; in hac enim rerum vicissitudine non seruantur leges dierum, & noctium, in quibus fere pari mensura lucis, atque tenebrarum, spolia diuiduntur: hoc enim laborum, & lacrymarum tempus, momentaneum: letitiæ vero, & mercedis tempus, sempiternum est; quod Paulus 2. ad Cor. 4. docet: quo loco dignatus modis omnibus affligi, non tamen deijci, neq; deficere, ait, ob spem repositæ sibi æternæ gloriæ: Id enim, quod in præsenti momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Pondus gloriæ, soliditatem gloriæ indicat, vt à vana, & mundana gloria distinguitur: quod autem dicitur: supra modum, & in sublimitate, epitesis est Hebræorum, quibus conduplicatio vehementiam indicat, momentaneæ itaque, & perituræ afflictiones, idcirco toleratu leniores sunt, quando ad exiguum temporis inferuntur: nobis tamen parituras excellentissimam, æternamque, ac solidam gloriam, & pondus, hoc est, magnitudinem ingentem gloriæ, dicit. Superest igitur, vt quisquis in hac parte à diaboli insidijs tutus esse cupit, non blandientem scorpionis faciem, sed caudam magis pungentem attendat. Vnde & sapienter Arist. in apoph. monebat, voluptates non quidem venientes, sed abeuntes inspiciendas esse: venientes enim fallaci specie alliciunt animum, abeuntes vero, doloris, & pœnitentiæ infixum aculeum relinquunt. Contra vero, in virtutis studio, non tam aspera initia, quam exitum suauissimum considerandum esse; quantum enim eius prima facies terret, tanto eius posteriora demulcent. Sic enim Moyses olim metu perterritus. Exod. 4. fugiebat colubrum ex virga surgentem, quem tamen iussus cauda apprehendere, innoxium, atque innocentem reperit. quod plane omnibus in hoc virtutis curriculo contingere solet, qui virtutem asperam, difficilemque initio existimantes, in fine tamen vitæ, blandissimam experiuntur. iuxta illud Paul. Hebr. 12. Omnis disciplina, in præsenti quidem, videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem, fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Quo loco hortatur Paulus ad ferendas fortiter afflictiones, quod ex his multus tandem fructus surgat, disciplinæ enim nomine, acerba quæque in virtutis progressu, vel in ordine ad virtutis bonum intelligere oportet: quatenus per ea diuinitus erudiuntur. Et noluit absolute dicere, non esse gaudij, sed non videtur; quoniam in his, qui sapiunt, & qui spiritu feruent, etiam gaudij est; quia in eis vident fructum oriri, iustitiæ fructum pacatissimum quidem, pace & iucunditate plenum.

DOMINICA SECVNDA
POST OCTAVAM EPIPHANIAE.

§. 1. ADORABAT eum.] Leprosus hic à Christo Domino salutem postulaturus accedens, adorat eum. Mar. 1. addit genuflexo. Lucas cap. 5. Hebraismum secutus dicit: Procidens in faciem suam. Quod multi vrbanitatem Christo tanquam prophetæ, aut viro sancto exhibitam interpretantur; sed magis rationabile apparet religionem fuisse; ideo enim videntur omnes Euangelistæ tanto studio hanc circunstantiam exprimere voluisse, vt eius leprosi fidem declararent, quæ minima profecto fuisset, si Christum nihil supra quam Prophetam, aut virum sanctum credidisset. Deum ergo credidit, neque alij, quam Deo dicere potuit: Si vis, potes me mundare; non enim dixit, si Deum oraueris, sed, si vis; significans diuinam ei inesse naturam, & potentiam, vt Chrysostomus hom. 26. Theophil. & Euthimius obseruarunt. Quo exemplo de externa corporis reuerentia, quæ fidē comitetur, admonemur, quando

Deum

Digitized by Google

Deum supplicaturi accedimus. Vnde & de filiis Israel Exod. 33. §. 14. dicitur, quod cum esset columna ante fores tabernaculi, ex qua Dominus cum Moyse loquebatur, stabant ipsi, & adorabant, adoratione, scilicet, latriæ, proni in terram, seu incurui; iuxta Hebræum enim est: Incuruati adorabant per fores, id est, ad fores tabernaculorum suorum, latriæ actum externa corporis reuerentia exhibentes. Si Manichæorum errore solam animam nos à Deo accepisse crederemus, mirum non esset, si sola anima, ac mente Deum coleremus: nunc autem, cum vtrumque, & corpus, & animam, à bono, & solo Deo nos accepisse fateamur, vtroque illum colere, & adorare oportet, sic multi etiam interpretantur verba illa Ioannis 4. Adorabunt in spiritu, & veritate, ne si vel mente humili, & corpore superbo, vel mente inflata, & corpore humili oretur, mendacium id sit, non veritas. De Moyse, & Aarone Num. 16. dicitur: Ceciderunt proni in faciem, cum, scilicet, Deum pro populo orarent. hanc externam corporis humilitatem commendat Regius Vates, psalmo 92. cum ait: Venite adoremus, & procidamus ante Dominum. Vbi iuxta Hebræum alij legunt: Prosternamur, incurui procumbamus, genua submittamus ante conspectum Domini: sic in Euangelio fecisse legimus primos illos gentium Reges, cum Deum in carne, primo adoraturi accessere: Et procidentes adorauerunt eum. sic & alij legunt: Prostrati. Quo exemplo, satis hæreticorum nostri temporis insania conuincitur, irridentium impudenter, cum nos humiliari vident, sicut & mente, sic & corpore Dominum deprecaturi. Sed & Christus Dominus, & veritatis Magister, & faciendorum exemplar, cum patrem in monte oraret, & his corporis demissionibus vsus Luc. 22. dicitur: Positis genibus orabat. Et Matth. 2. Procidit in faciem suam orans. Quo loco Cæsarius Arelatensis: Prostratus in terra erat Medicus, & non inclinatur ægrotus? Et Basilius admonitione ad filium spiritualem: Tu fili, inquit, cum accesseris ad precandum Dominum, prosterne te humiliter in conspectu eius. Et sicut externa Achab humiliatio 3. Reg. 21. sic Deo placuit, vt dicat: Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: ambulabat enim demisso capite. sic huius leprosi genuflexio, externa etiam beneuolentiæ indicia meruit; extendit enim manum, quod in alijs sanandis numquam Christus fecisse legitur, & lepram eius tangere voluit, rem lege prohibitam, & per se satis ingratam. Iam Paulus Apostolus gentium Doctor, ad Ephesios scribens, quomodo pro ipsis oraret, inquit: Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi. Et, vt alij iuxta Græcum legunt: Quapropter flexis genibus ad patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, & supplico. Quo, & orandi formam suo exemplo admonet, cum externa corporis humilitate, & reuerentia. sic & Act. 7. de beato Stephano, cum pro alijs oraret Dominum, genuflexione id fecisse dicitur. Et cum internæ humilitatis, & deuotionis signa hæc sint, maxime autem, & quod quasi infirmitatem suam, ad ea, quæ Dominum precatur, insinuat, dum non stare, & viribus suis fidere posse, insinuat; sed vt in illis se deficere, & insufficientem profitetur, Deoque se, vt omnipotenti, humiliter subijciens, auxilium debita cum reuerentia, & opem implorat.

§. 2. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus.] *Scripturæ vsitato more, seruum, puerum vocat, Lucæ siquidem 7. aperte scribitur: Centurionis autem cuiusdam seruus, male habens, erat moriturus. Pro salute itaque serui sui, sollicite primo Iudæorum seniores misit, se indignum putans ante ipsum apparere: qui minori fide de Christo, quàm ille habebat, de suo rogabant, vt ad Centurionis domum iret, & saluaret seruum eius: cumq. audisset Christũ accedere, misit gentiles amicos suos, qui eius fidẽ, & reuerentiã verbis ab ipso expressis ostenderunt; existimauit enim, solo verbo posse illi salutem dare, nec se dignum putauit, vt domum eius tantus Dominus intraret: cuius fidem Christus contemplatus, salutem seruo restituit. Quo exemplo, inter alia, officiosa Domini in seruum cura, designatur. Sic Abraham fecisse cum suis, qui in domo eius nutriti fuerant, & ipsa vox Hebræa, quam vernaculus Latinus interpres vertit, ostendit [illegible] Gen. 14. §. 24. Sic Paulus ad Tim. 5. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et maxime, inquit, domesticorum; quod arctiori titulo, quis, ad domesticos instruendos, & curam eorum habendam, teneatur. Fidem autem negasse dicitur; quod licet mente retineat, factis tamen negare videatur, dum aliter, quam operari oportere nouit, faciat. Infideli vero deterior dicitur; nam ille, si non alienos, certe suos, non spernit; sed eorum curam habet, nec infidelis, quod talis sit, naturæ iura violat, at qui domesticorum curam spernit, contra naturæ instinctum agit. Hæc igitur naturæ iura, quibus in seruos, & ancillas domini tenentur, cernens Deus in multorum cordibus obliterata, quædam præcepta ad hæc pertinentia in lege antiqua apposuit, quæ eis inniterentur; licet, quo ad aliqua, legalia sint, & iam finierint. Exod. 21 inquit. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Et infra, eodem cap. Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Et paulo inferius: Si percusserit quispiam oculum serui sui, aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit. Circa quæ omnia, vide quæ eo capite nos annotauimus. Quorum trium, primum, quod in initio capitis est, habetur etiam Deut. 15. quibusdam adiunctis. Cum tibi, inquit, venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum; & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo; quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. hoc humanitatis voluit Deus opus cum proximo suo, etiam seruo, fieri; vt non per totam vitam duræ seruituti addictus sit, sed sex annis tantum. rursum & aliud pietatis opus requirit, ne scilicet eum vacuum amandet, sed de fructuũ benedictionibus, quæ à Domino acceperat, illi impertiatur; quod amborum Dominus illi benedixerit. Huic huc alludit Ecclesiasticus cap. 7. cum ait: Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. Græce tantum est: Seruum prudentem diligat anima tua. Duo ergo requirit seruo prudenti exhibenda. scilicet, dilectionẽ, eamq. non vulgarem; sed quæ ex animo proficiscatur, aut qua quis seruum diligat vti animam suam, hoc est, seipsum, & libertatis concessionem, iuxta legis præscriptũ. Quod autem sequitur: Ne inopem derelinquas illum, additũ est ab interprete, & desumptum ex Deut. cap. 15. Sed cum duræ ceruicis populus, sicut & alia, sic & præceptũ hoc neglexerit, de eius transgressione per Ieremiam Prophetam conqueritur Dominus cap. 34. nam & vltra præceptũ legis, promiserant inito fœdere ita facere. Duplex itaq. præceptũ fuit, iterum redigere in seruitutem seruos Hebræos, quos dimiserant, contra legem, &*

contra

contra fœdus initum, commaculastis, inquit, nomen meũ, Septuaginta; profanastis pactum meum. Chaldæus paraphr: Nomen meum, habet. sic etiam in Hebræo: violato enim fœdere in nomine Domini inito, pactum Dei, & nomen Dei commacularunt, & profanarunt. Ecce ego prædico vobis libertatem, dicit Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, hoc est, concedo vt libere in vos grassetur gladius, pestis & fames. sequitur: Et dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. Septuag. in dispersionem, Chald. sicut nos: significat autem vox Hebræa Zanahah, motũ, quo quis ab vno loco in alium subinde mouetur, qualis est, cum præ metu diffugimus: vel animi fluctuationem, cum propter metum nescimus, quid capiamus consilij; duplicemq. sensum secum compatiuntur hæc verba: alter est iuxta Septuag. Dispergam vos per vniuersa regna, vt nullibi pacem, & quietem inuenire possitis. Alter est, faciam, vt metuant me omnia regna, audita calamitate vestra: vel, faciam, vt omnia regna super vos moueant caput suum: qui gestus est hominis dolentis, vel subsannantis. Sic in Psalmo 21. Locuti sunt labijs & mouerunt caput. Iam, sunt in lege & alia præcepta, quæ non solum seruos respiciunt, sed & eos, qui intra seruorum latitudinem sunt, quales sunt mercenarij. sic Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane; opus, idest, merces operis, siue pro opere debita, continuo vult mercedem reddi, & non procrastinari; quod se illo pretio mercenarius alere debeat, et forsan familiam suam, sic fusius habetur Deuter. 24. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretiũ laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi peccatum. Mercenarios indigentes, & pauperes vocat; quod regulariter ita sit, & quamuis non esset, non sit prolonganda solutio: maxime tamen vrget, cum pauper est, qui animam suam, idest, vitam suam sustentat: Ne clamet, inquit, ad Dominum, & reputetur tibi peccatum. Septuaginta. Et erit in te peccatum, idest, grauiter à Deo punieris; exauditur: quippe eius clamor, vt Iacobus Apostolus in sua canonica cap. 5. ait. Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Quo loco diuitum peccata commemorat inter quæ illud est frequens, defraudare operarios mercede sua: in hoc autem pauper in mercedis dilatione defraudari dicitur, quod interim non habet, quo necessitati suæ occurrere possit, quæ defraudatio clamor est, ad Dominum, qui audit, & indignatur, & parat vindictam. Fuit enim & in hac vita pauper, eorumque causam agit, & terribiliter illos vindicat. Dicitur Eccles. 7. non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. In veritate operatur seruus, qui non ad oculum seruit, nec mendacijs Domino suo imponit, sed quod iussum est, ex animo & fideliter exequitur. Mercenarius dat animam suam, qui se totum impendit operi, non per pigritiam sibi nimis parcens, sed diligenter quod suscepit perficiens. Duo ergo in seruo, & mercenario requirit, fidelitatem, & diligentiam, hos non vult lædi, hoc est, malo aliquo affici, ita, scilicet, vt vel durioribus verbis contristentur, aut plagis afficiantur, aut his, quæ ad vitam necessaria sunt, & pro stipendio eis debentur, priuentur. Et rursum Eccles. 33. dicitur: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi, quasi anima tua, quasi fratrem, sic eum tracta, quoniã in sanguine animi comparasti eum. Aliqui legunt, seruus sensatus: alij adiectiuum tollunt, sed in vulgato legitur: seruus fidelis; Egerat enim in præcedentibus de seruo maleuolo, qua ratione cum ille se gereret dominus: sit tibi, inquit, quasi anima tua. Aliqua Græca legunt: sit tibi, vt tu; hoc est, curam eius habe, sicut tui ipsius, tracta eum, non tamquam beluam, aut tamquam alienum, sed tamquam fratrem, agnoscens, scilicet, illum eiusdem tecum naturæ consortem, ac communem in cælis habere partem, agnoscensque eum in vnam tecum familiam ascitum, cuius ope egeas, & à quo iuuari possis, non minus quam à fratre tuo, vnde subditur: Quoniam in sanguine animæ comparasti eum, hoc est, non vt beluam, sed vt eiusdem naturæ, & sanguinis consortem, & qui suo labore, & defensione vitam tuam tueatur: vnde & Græca addunt: quoniam veluti esset anima tua, indigebis eo. Hanc non leuem fore considerationem, quod scilicet seruus, & mercenarius eiusdem sint naturæ, eiusdem familiæ, & sub eodem communi Domino, satis scripturæ aduertunt, Iob siquidem ille vir iustus, dicebat; cap. 31. Si contempsi subire iudicium, cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est? sic tractasse sanctum Iob, seruos & ancillas suas, par est credere, vt numquam in iudicium vocatus fuerit. Prædictorum itaque verborum sensum esse puto: Seruis meis ex æquo & bono, non vi, & pro summo potestatis iure, imperabam; nihil illis præcipiens, nisi quod ratio, & eorum officij munus postularet: ita vt si, cur ita iubes, aut fieri vis? disceptantes, imperiumque renuentes, quærerent, non, vt alij summa potestate vtentes, imperiose responderem, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, sed modeste eis officij sui rationem exponens: quod optimi quidem viri est, & eius, qui libidinem suam coërcens, honeste atque decore vitam dirigit: Cuius consilij sui pulchram, & luculentam rationem reddit. Quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandum Dominus? Et cum quæsierit, quid respondebo illi? quasi dicat, nihil prorsus, quod excusare me possit. Quam vero Deus quæstionem flagitet, exponit versu sequenti: Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est? & formauit me in vulua vnus? idest, cum me obiurgabundus rogauerit, cur opus eius, & conseruum meum, tam indignis modis tractauerim? Cur ab eo mite, & suaue imperium expectarem, cum ego tam imperiosus, grauis, & acerbus in seruos meos fuerim? Hanc etiam Paulus tradit doctrinam, & eisdem argumentis confirmat, scribens Ephesis, & Colossensibus. Ephes. 6. Et vos Domini eadem facite illis remittentes minas, scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud Deum. Eadem facite: proportione quadam intellige, non quod Dominus, & famulis in eisdem officijs ministrare debeat, sed quæ pro conditione status exiguntur, beneuolo animo præstet, cogitãdo sibi hæc à Christo in illo postulari, quare summopere cauere debet dominus, ab opprobrijs, et cõtumelijs, à verberibus et minis, scientes, quod & illorũ & vester Dominus est in cælis: conserui itaque sunt eiusdem Domini, non in terris, sed in cælis existentis, qui inde omnia intuetur, & cuius potestas maior est, quam omniũ qui sub cælo dominantur. Et non est acceptio personarum apud Deum, sed ex proprijs meritis iudicabit, & non erit corã illo distinctio serui, aut liberi, prælati, aut subditi. Ad Colossen. vero 4. ait: Domini quod iustũ est & æquum, seruis præstate: scientes, quod & vos Dominũ habetis in cælo. Iustum vocat, id quod seruis debetur à dominis; æquũ, ne alium in delicijs habeant, alium inique domini tractẽt, aut ne permittant, vt serui seruis dominentur seruiliter, quæ res intolerabilem facit seruitutem; nec cum tanto fastu domini imperent, ac si homines à Deo eorum pedibus traderentur conculcandi, quod exercere in seruos iniquitas est; attente enim debent, qui illorum sunt domini, cogitare, sese non ita absolutos esse dominos, vt nullum recognoscant excellentiorem, et supremum Dominum, eum, sci-

licet, qui est in cælo; Cursu itaque vitæ peracto, continget, seruos multos inter filios Dei computari, modo patienter tolerauerint, et cum gratiarum actione temporariam seruitutem, vitiorũ minime facti serui, sicut & Dominos plurimos reperies, qui seruis suis deteriori certe seruitute, vitiis seruientes, seruorum spiritualem libertatem non reuerentur, & in die iudicii mirabuntur, dicentes: Ecce quos aliquãdo habuimus in derisum, inter sanctos sors illorũ est.

§. 3. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.] Vir nobilis erat Centurio iste, & à Romanis præfectus constitutus Capharnaũ, quæ Ciuitas prouinciæ Galileæ caput erat: & qui gentem Iudæã sic amauit, vt synagogam eis ædificauerit: quo facto deuincti Iudæorum seniores, dicebant: Dignus est, vt hoc illi præstes: hic tamen nec generis nobilitatem, nec officii sui dignitatem, nec merita in gentem Christi respicit, sed ita de se humiliter sentit, vt nondum se dono, quod petebat dignũ iudicet, sed nec quod Christus domum eius intraret: vnde inquit Luc. 7. Propter quod, & me ipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te: admirabilis vtique Ethnici hominis de se humilis æstimatio. Sic & magnus ille Abrahã, quem in Scriptura sæpe tantopere Deus commendat, & quem patrem Dei populus se habuisse merito gloriatur, cum pro Pentapolitis oraret: Loquar, inquit, ad Dominum meum cum sim puluis & cinis, cap. 18. §. 42. Et sanctus ille Iacob, cum in locum natiuitatis suæ ex Domini oraculo reuerteretur, obuiamque habuisset fratrem Esau, quem timuit: vt ab imminenti periculo illum Deus liberaret, cum Dominum oraret, inquit: Minor sum cunctis miserationibus tuis, Gen. 31. §. 10. Et in nouo testamento, Ioannes ille Baptista, qui cũ tantus ab hominibus videretur, vt Iudæorum Principes, an Christus esset ambigerẽt, parati pro Messia eum recipere: de quo & Christus Dominus Matt. 11. dixit: Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista; quem & Herodes ab eo reprehensus Matth. 14. quod virum Sanctum putaret, metuebat, sic se in auribus hominum humiliat, vt dicat, calceamenti Christi corrigiam soluere non mereri. Immo & ipsemet Christus Dominus, Hierosolymam ingressurus, regni sui specimen cunctis præbens, humili iumento vectus est, vt humilitatem virtutum omnium fundamentum, & custodem, regniq. sui præcipuum decus, & ornamentum, commendaret; lex enim huius noui regni professio est veræ humilitatis, adeoq. ei propria, vt quemadmodum gentiles philosophi, tres illas theologicas virtutes, fidem scilicet, spem, & charitatem (quæ maxime propriæ Christianæ Religionis sunt) non agnouerunt, ita etiam humilitatem ignorarunt. Cuius rei illud argumento est, quod hæc virtus, proprio apud Latinos nomine careat. Quemadmodũ enim ea, quæ apud veteres non erant in vsu (qualia sunt instrumenta illa, quæ sulphureo puluere ferreos globos iaciunt) nomine Latino carent, & aut ex similitudine æneæ fistulæ, aut vulgari nomine bombardæ dicuntur: ita virtus hæc à Christianis, humilitatis nomine celebrata, nullum apud philosophos nomen habet, vtpote quæ ab eis penitus incognita fuerit; hoc enim humilitatis nomen, non virtutis insigne, sed abiectionis dedecus Latinis significat: quæ tamen virtus adeo propria Christianæ Religionis est, vt eam Dei filius, vbi primum in hunc mundum venit, in stabulo natus, et in præsepio reclinatus, ostendere atque stabilire voluerit: eamque natiuitate, vita, & morte ita commendauerit, vt huic virtuti celebrandæ, & mentibus hominum trabali clauo infigendæ, totum incarnationis & passionis mysterium, Ecclesia in quadam oratione tribuat, cum ait: Omnipotens æterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, &c. Vnde sicut priusquam ad crucis supplicium prodiret, discipulorum pedes lauit, vt eis humilitatem cõmendaret, ita et fere per totam vitam, idem discipulorũ auribus inculcauit. Vera enim illa Senecæ sententia est: Numquã nimis dicitur, quod numquam satis discitur. Interrogatus quidam, quis potissimum cõmeatus nauigaturis in longinquas oras necessarius esset, aquam respondit. rursumq. rogatus, quid secundo loco necessarium esset, aquam iterum respondit: tertio quoque idem rogatus, eodem modo respondit. Qua loquendi figura, quam esset huius elementi copia nauigaturis necessaria, declarauit. Quia ergo summus ille humilitatis magister, virtutis huius dignitatem & necessitatem adeo probe tenebat, ideo, quamdiu inter homines versatus fuit, numquam destitit, siue in vita, siue in morte, variis eam documentis, & clarissimis exemplis commendare: vt velut hoc vno argumento intelligerent homines, præstantissimum illud esse, quod æterna Sapientia tot modis, animis hominum infigere voluit: Nam & in veteri instrumento id factum sæpe sæpius inuenimus, & in nouo. Micheæ 6. inter alia, quæ Deus ab homine requirit, & vnum est: Et solicitum ambulare cum Deo tuo: vbi iuxta Hebræum legitur: Et cum humilitate solicitum esse ad ambulandum; significat enim verbum Hebræum ibi positum, eum solicitudine humilitatem: quod fidelium seruorum est, qui quamuis prompte, & liberaliter seruiant, tamen nihil se magnum facere existimant, & dominorum gratiam, reuerentia & modestia promouere student: vnde Chaldæus legit: Eris ergo humilis ambulando in timore Dei tui, quod significari videtur Psalmo 2. cum dicitur: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore; qui enim cum timore seruit, & placere studet, parum de se confidit, & humilem de se æstimationem habet. Eccles. etiam 7. dicitur: Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis, & vermis. Impium opponit ei, qui se humiliat. Erit igitur superbus, estque allusio cum illo Isaiæ 66. quod & apud Marcum 9. citatur à Saluatore: Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur, eademque allusio fit ad illud Iudith 16. cum dicitur: Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Quæ loca non de verme animali intelligenda puto, vt aliqui volunt, sed per duo hæc, duplex impiorum pœna designatur: per ignem, pœna extrinsecus saeuiens: per vermem, dolor intus accusans, & conscientia semper remordens & torquens; cuius consideratione monet spiritum humiliandum, & valde humiliandum, & hominis animum ad superbiam pronum, admodum Deo submittendum, ita vt se valde paratum exhibeat ad obediendum illi. Humiles nos esse desiderabat Paulus, cum ad Philippen. 2. dicebat; nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: subaudi, facientes. Et quidem contentiones ab appetitu inanis gloriæ promanant, qua quis videri vult superexcellere ingenio, nobilitate, aut aliquo alio, & inanis gloria inuidiam parit, cuius morbi antidotũ subiungit: sed in humilitate, id est, per humilitatẽ, superiores sibi inuicem arbitrantes. Qui enim alios superiores & potiores existimat, nulli eorum inuidet, nam inuidia inter æquales oboritur, non inter impares, & longe ab inuicẽ distantes; non quod Apostolus nos insensatos velit, vt quæ perspicue noscimus, stupida simplicitate aliter existimemus; manifeste quippe quãdoque vnus alios excellit ingenio, nobilitate, sapientia, & aliis: opere tamen, sic nos circa alios gerere postulat in his, quia charitas poscit, ac si inferior esset; Quis enim diceret, Christum, (cuius exemplo nos allicit Paulus) ignorasse se superiorem et excellentiorẽ cunctis esse? Sic tamen in his, quæ salutis nostræ erãt, se gessit, nobisque, vt ita dicã ministrauit, ac si inferior esset: adde & in nobis aliam esse rationem humilitatis, dum ea, quæ in nobis sunt, non ex nobis, sed à Deo sunt: sicq. humiliter sentimus de nobis, dum gloriari nequit, cum omnia acceperit, & à quo accepit, ab eodẽ cũctis destitui potest, & illa alteri cõferre. Sic de se humiliter sentiebat Paulus prioris ad

Corin-

Digitized by Google

Corinthios 15. loquens de his, quibus Christus post resurrectionem apparuerat: Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiā Dei: Quæso, quis Pauli encomia, & laudes recensere valeat, qui & orbis doctor à Domino est constitutus, plus omnibus laborauit, & raptus in cælum, arcana audiuit, quæ effari nequeunt; At quam humilis sit in oculis suis, vide quid dicit: Tanquā abortiuo: abortiuum fœtum se appellat, idest, hominem proiectitium, contemptum, et nullius propemodū frugis, vel dignitatis, et Apostolorum minimum, et indignum apostolatus nomine, dum hæc omnia à Deo se habere sciebat: ex se autem videbat quam erga Christi Ecclesiam persecutionē excitasset, sicq. profundā in corde humilitatē conseruabat, qui in oculis Dei, & Ecclesiæ, magnus erat: Nouerat quid sapiens Eccl. 3. dixisset. Quāto magnus es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiā, iuxta vim Græci codicis subintellige, tanto: Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus. sic legit Aug. lib. de Sancta virginitate, cap. 31. cuius vtilissimæ sententiæ, quo ad homines, ratio esse potest, quo enim quis in sublimiori gradu est cōstitutus, sicut magis subiectus est multorū inuidiæ, & cum multis negotia cōmunia habere debet, demissione sui, & inuidiā declinat, ac superat, & facta sua cōmendat. Quod vero ad Deū pertinet. Quo quis maior est, hoc demissius agnoscere debet, se plura à Deo accepisse, et ad rationē de eis reddendam Deo astrictum esse, iuxta illud Greg. hom. 9. in Euangelia. Cum augētur dona, rationes etiam crescunt donorum. Subditur: Et coram Deo inuenies gratiam, quæ verba licet in aliquibus biblijs desint, satis est, in correctioribus Clementis, editionis vulgatæ reperiri, idest, gratus Deo eris, est enim virtus hæc inter cæteras, quæ Deo nos gratissimos reddit. Bern. lib. 2. de cōsid. Humilitas cordis receptaculū est gratiæ, & ser. 37. Humilitas virtus magna, cui etiam Deitatis maiestas se inclinat, sic Isa. 66. vt Iudæorū arrogantiā retunderet, qui de materiali templi gloria, et maiestate, et sacrificiorū copia, plus nimio gloriabantur, Inquit Deus: Cælum sedes mea, terra autem scabellū pedum meorū. quasi dicat, quid domus ista horū comparatione? Et infra inquit, qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem, qui offert oblationem, quasi qui sanguinē suillum offerat. Quid igitur tibi gratū erit Domine? respondet. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculū et contritum spiritu, & trementē sermones meos, idest, ad quemnam respicere soleo? aut ad quid dignum est, me respicere, quod mihi gratum esse solet, & debet, nisi ad pauperculum? Septuaginta legunt: nisi super humilem. sic & Ambr. in Psal. 36. & Cyrillus de spiritu & litera lib. 15. Chrys. hom. 6. ex varijs locis Matt. et hom. 15. hic enim pauper est in oculis suis, licet ditissimus alioquin sit. Et Theodoret. in hunc locum, inquit: Ego domum meam veram, et templū sanctum, quod secundū præcepta mea gubernatur, populū eum habeo, qui humilis corde, is populus, domus mea est, & templum sanctum meum. Et Amb. lib. 6. Hexameron cap. 8. interpretās hunc locū, esto inquit, humilis, vt in tuo Deus requiescat affectu. Et quidem humilē in Scriptura, pauperem non semel appellari constat, etiā ex illo Zach. 9. vbi Christus describitur Ierusalem ingrediens, vbi dicitur: Ipse pauper. Septuaginta legūt: humilis; eadem enim vox Hebræa ibi est, quæ hic in Isaia. Cum humilibus itaque cōmercium Deo gratum semper extitit. hinc, et idem Isa. 57. dicebat: Hæc dicit excelsus & sublimis, habitans æternitatem: & sanctū nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum cōtrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, et viuificet cor contritorum. Quasi dicat: Ne mireris, quod is, qui tam seuere populum ex terra sua eiecerit, tam sedulo nunc, eorum reditū paret, et, suspēsa oratione vsque ad versum sequentē, exordio vtitur, quo mores Dei explicat, ingenium, & naturam, qui cum excelsus sit, et super omnia, & iuxta suam naturā excelsum quoque locum inhabitat, & sanctū, tamen libentissime, & conuersatur cum humili, quia coram Deo excelsus, et sanctus est, vnde & aliqui interpretātur coniunctionem, &, pro, idest, in excelso, & sancto habitās, hoc est, cum contrito & humili spiritu, vt scilicet eius cor, & spiritū viuificet, recreet, et consoletur. Iam, humilitatis dotes, & vtilitates, quis narrare poterit? est imprimis initiū, & sapiētiæ comes, Prouer. 11. Vbi humilitas, ibi & sapientia; humiles siquidem à Deo sapientia donantur, & per eam prudenter se gerunt, sapientiæ nomen apud homines obtinētes, quam sapientiam superbis denegat. sic dicebat Christus gratias agens patri, & illius collaudans consiliū; Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Confiteor, Hebraismus est, quod & gratias agere, & laudare significat, sic annotarunt Hieronymus, Chrysost. ho. 39. Aug. 99. in Matth. Beda. Theoph. et Euthymius in hunc locum. Qui abscondisti, hæc, scilicet, mysteria fidei; sapientes vocat, non quod tales essent, sed quod esse sibi viderentur, vt ait Hylarius. humilibus autem, idest humiliter de se sentientibus, & à Deo erudiri desiderātibus his reuelauit. Quot Scribæ & Sapientes, quot duces erant tempore Hamos in Iudæa, atque illis relictis, qui vel sapientiæ vel diuitiarū, vel generis claritate tumebant, humili atque abiecto pastori loquitur Deus, illi scilicet, de se ita humiliter sentienti, vt diceret cap. 7. Non sum propheta, nec filius prophetæ. sed armentarius ego sum, vellicans sycomoros, & tulit me Dominus, cum sequerer gregem et dixit ad me: Vade et propheta ad populum meū Israel; & loquitur de eo tempore, quo armētarius erat; Non autem propheta. Nō sum idest, non eram. Sic & Rupertus in sensu tropologico exponit illud Habacuc 2. Super custodiam meam stabo. hanc custodiam & munitionem, veram mentis humilitatem dicens, quæ munitio firma, virtutumq. omnium fida est custodia: atque hanc dicit in eodem sensu esse petram illam, de qua Moyses vidit posteriora Dei; dicentis sibi: Ecce est apud me locus, stabis super petram, qui enim in humilitate vera manet, docetur à Deo mirabilia. sicut & Habacuc doctus est, accepit visionem apertam explanatam super tabulas: hinc Chrysost. hom. 39. in Matth. humilitatem sublimioris philosophiæ matrem vocat. Sic & 3. Reg. 3 cum Deo annuente, Salomon ab ipso sapientiam postulaturus esset prius se ad illam humiltate disponit. Ego, inquit, sum puer paruulus & ignorans egressum & introitum meum. idest, ignorans prorsus quid agere, quidve cauere debeam in regni administratione, sumpta Metaphora à pastoribus qui egrediuntur domo ante gregem. & ante gregem domum ingrediuntur, aut à ducibus militaribus. Et cum vera sapientia sit, se, & Deū cognoscere, ad hanc maxime humilitate manu ducitur homo. Sic Cant. 1. Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos circa tabernacula pastorum. Quibus verbis (iuxta Origenem Athanasium, Gregorium Nyssenum, Theodoretum, Aug. epistola 48. ad Vincentium, & in Psalm. 64. & Ambros. in Psalm. 118. S. Greg. Bedam, Bernardum, Anselmum & S. Thomam in Cant.) monet sponsam, vt suiipsius ignorantiam pellat, & det diligenter operam, vt seipsam cognoscat, quoniam cognitio sui, est initium cognitionis Dei: certamque tradit regulam, qua sponsa certo inueniet sponsi pascua. & locum vbi in meridie quiescat: Hædos à matrum lacte auulsos, quos domi reclusos habes, in campum deducito: illi autem naturæ ductu, matrum vestigia sequentur, teque sequentem recta perducent ad locum, vbi ego in meridie cubem: ex cognitione enim, & maxime sui ipsius, ad Dei cognitionem perducimur. Est & alius humilitatis fructus. Quod sicut superbiam sequitur depressio & ruina, ita & humilitatem exaltatio & honor. sic docuit sapiens

Digitized by Google

Prouerbiorum 18. antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Ad verbum Hebræa habent, ante contritionem exaltabitur cor viri, & ante gloriam humilitas. prior pars fere eodem modo habetur in cap. 16. vbi nos legimus: Contritionem præcedit superbia; docetque, vt in primo homine superbiam, ita in omnibus, causam esse ruinæ & contritionis, idest, perditionis, calamitatis, atque fracturæ: Nam hoc proprie est contritio; neminem enim Deus punit ante peccatum, neque peccat aliquis, nisi ex superbia quadam, quod eorum Deo humiliari nolit. Quod si plerisque iustis, miserias, & calamitates, & ruinam, accidere ex scripturis videamus, vt in Iob, & Tobia, sciendum est, morem scripturæ non esse, vt quæ iustis accidunt, ad illorum probationem, calamitates, & tribulationes, vocet contritionem illorum, & ruinam; sed his nominibus designantur tantum mala, quæ à Deo inferuntur in pœnam præcedentis peccati. Iam secunda pars prioris dicti, eodem modo omnino habetur in fine capitis 15. vbi nos legimus: Et gloriam præcedit humilitas: Et ex opposito prioris partis, patet, per humilitatem, hic, non significari afflictionem, quæ & ipsa sæpe in Scripturis vocatur humilitas, sed virtutem humilitatis, quam Latini aliqui vocant modestiam; Nam et hanc virtutem proprie dictio Hebræa his locis posita, scilicet Anaua significat. Significatur itaque, per sui ipsius deiectionē, et submissionem, parare gloriam apud Deum, & apud homines. Nec mirum videri debet, quod hic aliquoties occurrant aliqui articuli sæpius repetiti, non solum in sensu, sed etiam in verbis eisdem; id enim factum est, quod sint sententiæ quædam insigniores, quas menti hominum penitus infigere conueniat, quæque varijs locis, & institutis inseruiant; quemadmodum & Christus, vt videbimus, alijs verbis sæpe eadem repetit. Cuius sententiæ, & rationem præcedentibus immediate duobus versibus Sapiens assignauit, vt videre est ibi; merito scilicet humilem iustum exaltandum; eo quod humiliter ad nomen Domini inuocandum confugit; superbos vero, quos diuites scriptura sæpe vocat, deijciēdos; quia in diuitijs suis & bonis naturæ, siue fortunæ, superbe gloriantes, eleuantur. Et Prou. 29. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria: conuenit autem hæc sententia, cum illo euãgelico dicto sæpius repetito Matt. 13. 12. vbi discipulos suos erudit, ex Scribarū Phariseorū reprehensione. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur; & qui se humiliauerit, exaltabitur. Et Luc. 14. in fine illius parabolæ de inuitatis, ambitionē Phariseorū redarguēs, intendens quomodo primos accubitus eligerēt, cōcludit. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Et Luc. 18. 14. de Publicano sermonem faciens; et arroganti Phariseo, concludit. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Et huius dicti sapientis prior pars conuenit cum illo, quod cap. 16. dixerat: Contritionem præcedit superbia, & ante ruinā exaltabitur spiritus; posterior pars cū illo Iob 22. Qui humiliauerit se, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, saluabitur. Quod obscurius conuerterunt Græci: Quoniam humiliauerit se ipsum, et dices: Superbiuit, idest, simul ac seipsum humiliauerit, dicere poteris: exaltatus est. Humiliat autem quandoque seipsum is, qui à Deo humiliatus, non indigne fert, sed Deo gratias agit, qui profecto exaltabitur. Quod planius mox dixit Eliphaz: Et qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Inclinare oculos suos, est seipsum humiliare, sicut Christus de Publicano narrabat. Luc. 18. Publicanus à longe stans, nolebat neque oculos ad cælum leuare; ex quo Christus conclusit: Qui se humiliat, exaltabitur; saluabitur, idest, licet afflictus quandoq; & oppressus, emerget tamen propter innocentiā suam, saluusq. & incolumis erit. Porro Hebræa, priorē partem prædictæ sentētiæ Sapientis habent cum magna significatione. Sic enim est: Superbia hominis humiliauit eū. Vt significetur, ipsam superbiā, causam esse sequentis humiliationis, et depressionis; sic enim nomen humilitatis accipi debet in priori parte, non vt virtutem significet, sicut significat in secūda parte; quia adijcitur spiritus; humilitas enim prior opponitur gloriæ; sed humilitas virtus, spiritui superbiæ; euentus autem vtriusque frequēter in hac vita accidit, semper autē, & perfectissime in futura. Huius secundæ partis, quæ magis ad propositū nostrū est, multa in sacra Scriptura inuenimus exempla, vt Abrahami, qui ita se coram Domino humiliauerat, quem tot modis Deus supra suos parentes extulit, vt, quod parentem illum haberet, tota eius posteritas, et merito, glorietur. In Gedeone Iudic. 6. qui cum Domino diceret: Obsecro mi Domine, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse; & ego minimus in domo patris mei. Dixitq. ei Dominus: Ego ero tecū, et percuties Madian, quasi vnum virū. Ex qua victoria, maximam sui gloriam coram omnibus reportauit, & inter egregios duces connumeratus est. 1. Regū 15. dixit Dominus ad Saul: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel, idest, cū humilis esses, cuius humilitatis meminit Scriptura. 1. Reg. 9. Samueli siquidem quæque Israel bona sibi promittenti ex Dei iniuncto, ait: Numquid non filius Iemini ego sum? de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quem tamen, cū superbiuit, vita priuauit, & de regno posteros expulit, humilēq. Dauid, in eius solium subrogauit, 2. siquidem Reg. 6. cum Micol filia Saul, per fenestram vidisset Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino, et in corde suo eum propterea despexisset, et illum obiurgaret, respondit: Ante Dominū, qui elegit me, potius quam patrem tuum, ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis, & cū ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Petrus etiā, cum ex sūma humilitate, et sui ipsius deiectione diceret Christo: Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum, audiuit statim à Christo: ex hoc eris homines capiens, fitq. postea princeps pastorū, petra, & fundamentum Ecclesiæ, clauiger regni cælorū. Et Baptista, quia indignum se dicebat, vt Christi calceamenti corrigiam solueret, & non audebat tangere Christi verticem: ab eo baptizari Christus voluit, & in conspectu omnium, supra omnes homines illum extulit: Et Paulus, qui se indignum dicebat Apostoli nomine, nunc magnus ille Apostolus ab omnibus nominatur. Et super omnes, virgo beatissima: Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes, quod eam, scilicet, super omnes homines, & Angelorū choros sublimauerit, & Dei matrem effecerit, et merito Theotocos ab omnibus dicatur. Sic etiā cecinit insignis illa femina Samuelis mater Anna Reg. 2. Suscitans de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat; sicut de Saule, et de Dauid dictum est. sic dicebat Iacobus in sua canonica cap. 4. Humiliamini in cōspectu Domini, & exaltabit vos. Viderat Apostolus sic & in Christo completū, qui semetipsum humiliauit, propter quod exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Idem et à nobis merito Apostolus postulat, et exaltationem pollicetur. Eisdemq. fere verbis idem persuadet B. Petrus prioris cap. 5. Humiliamini, inquit, sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: Græci habent: in tempore opportuno; quod ad diem iudicij referunt, in quo certa & infallibilis erit humiliū retributio, & exaltatio, astāte orbe toto. Est & alius humilitatis fructus: vt humilitate, et qui deliquit veniā consequatur, & quam minabatur pœnam Deus, remittat & condonet; vnde Luc. 19. filius ille prodigus, quamprimū ad patris genua prouolutus se humiliauit, dicens: Iam non sum dignus vocari filius tuus: super illius collum pater misericors cecidit, & osculatus est eum, & proferri iussit stolam pri-

Digitized by Google

mam; & dari annulum in manu eius, & vitulum saginatum occidi, & parari conuiuium: quæ omnia, veniæ manifesta sunt signa, & eorum, quæ Deus præstat, cum hominem peccatorem sibi reconciliat, symbola; sic & Luc. 18. legimus de illo publicano, qui præ humilitate, nec oculos in cælum leuare audebat, & à longe stans, pectus suum percutiebat, de quo subdit Dominus: Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam. Veniam itaque delictorum consecutus, iustificatus est à Deo. Quod autem hæc ex humilitate promeruerit, constat ex verbis quæ Dominus subiungit, scilicet: Quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur. 2. Paral. 12. cum anno 5. regni Roboam, & ipse, & populus legem Domini dereliquissent, ad idololatriam declinando, matrem suam Roboam imitatus, quæ fuit Naama Amanitis: ascendissetq. Sesac Aegypti Rex cum copioso exercitu in Ierusalem, munitissimasque Ciuitates Iudæ cœpisset, tunc Semeias propheta Domini, Roboam, principibusque eius renunciauit Dei vltionem esse, quod eius legem spreuissent. Quo verbo audito humiliati sunt. sequiturque in eodem capite: Cumque vidisset Dominus quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos. Quod intelligendum est, omnino; non enim permisit Sesac ciuitatem Ierusalem, & populum destruere, licet permiserit, eos ipsi Sesac seruire sub tributo; vt experirentur distantiam seruitutis Dei, & Regis terreni, sicut dicitur in textu. Præterea cum Ezechias Rex à Deo miraculo esset sanitati restitutus, & Babylonis Rex ad illum literas, & munera misisset, & salutem, quam à Deo consecutus erat, aliqua ex parte suis meritis tribuens, superbire proinde cœpit, & euanuit cor eius 2. Paralip. 26. cumque proinde Isaias ipsum reprehendisset, vt dicitur 4. Reg. 20. & Isaiæ 39. agnouit peccatum suum, humiliatusq. est, pariter & populus eius. Quare in diebus eius Dominus pœnam, quam proinde inferre minabatur, non intulit; sicque in textu dicitur: Humiliatusque est tam ipse, quam habitatores Ierusalem: & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ. Et 2. Paral. 34. vbi agitur de Rege Iosia, eiusque humilitate coram Domino, dicitur ex Dei verbo: Quoniam humiliatus es in conspectu Domini, inter alia subdit: Nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. Et Ionæ 3. castigatus naufragio, atque eruditus Ionas propheta, talis per pœnitentiam redditus est, vt iterum Deus per illum loqui velit, & prophetico illum lumine illustret. Misit ergo eum, quo prius mittebat, vt mature conuertatur Niniue, ne acerrimam Dei sentiat vltionem, sicque, cum ad eius verbum, à Rege, vsque ad minimum, externo habitu, & interna animi amaritudine humiliati sunt, imminentis vltionis veniam sunt consecuti. Huius veræ humilitatis, de qua in superioribus egimus, propter admirabilem illius præstantiam, & vberrimos illius fructus, plerosque sanctos in ea se per totam vitam exercuisse legimus. Rogatus Seraphicus ille pater Franciscus, quid de se sentiret, videor, inquit, maximus peccatorum: Cumque frater exaduerso vrgeret, id non posse cum sana conscientia affirmare, subiunxit: si quantumcumque sceleratum hominem, tanta fuisset Christus misericordia prosecutus, arbitror sane quod me gratior fuisset. Videat qui voluerit apud Marulum lib. 1. innumera humilitatis exempla: de Gallicano monacho vnum referam, quem & Consulem & victorem, & Constantini Augusti generum fuisse constat, omnibus pro Christo contemptis, tam ardenter in monasterio serui functus est officio, quam prius in castris Imperatoris ac Ducis: nec magis olim militaris gloriæ auidus fuit, quam postea humilitatis: videres pauperum lauantem pedes, monachorum manibus aquam dantem, mensas concinnantem, pauimenta verrentem, & reliqua id genus humilitatis opera in religione communia exercentem: paulo ante tot clientum patronum, tot seruorum dominum, tot militum ductorem, vt credere est de Principe Cæsaris genero, Romani exercitus præfecto, sæpe victoria potito, numquam victo. Quare merito quidam dixit, humilitatem in paupertate gratam, in diuite gloriosam.

DOMINICA TERTIA
POST OCTAVAM EPIPHANIAE.

§. 1. MOTVS magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.] *Hanc tempestatem & extremum periculum pati discipulos suos Christus Dominus voluit; vt ab imminenti naufragio liberati, Dei potentiam & misericordiam in se experirentur. Sic Origen. hom. in hoc Euang. Sic voluit Deus, vt filij Israel viderent Aegyptios à tergo, cum curribus & equis in maxima multitudine, eos prementes, & imminenti se periculo proximos cernerent: sed eos statim maximo miraculo liberauit; vt & Dei cuncti potentiam, & beneficium, & eius animum in populum illum aduerterent, & discerent iactare in illum cor suum, & confidere in aduersis. Exod. 14. §. 2. 7. 12. 14. 16. Passus est etiam Iacob de Mesopotamia reuertẽtem, videre fratrẽ suum Esau cum quadringentis viris ad se venientem, & ingenti metu concuti: sed vbi eum docuit, à quanto periculo eripiendus foret, absque vllo damno illum liberauit. Sic permisit etiam Bethuliam ab Holofernis exercitu obsessam, Iudith 7. pene in deditionem hostium venire, quando ei subitum & insperatum de cœlo misit auxilium. Et 1. Reg. 23. permisit Dauidem ab exercitu Saulis in monte illo obsideri, vt is iam omnem euadendi spem abiecisset: at cum eius sapientia exhausta atque deuorata esset, quia nullum fugiendi cõsilium suberat, adinuenit diuina sapientia remedium; dum in terram Israel exercitum Philisthinorum immisit, quo Saul obsidionem soluere, & prædam, quam pene in manibus tenebat, dimittere coactus est, de quo discrimine conscriptum ferunt aliqui Psalmum 64. Iam Dan. 13. Susannam in extremo vitæ periculo constitutam, & iam lapidibus à furente populo obruendam, è media morte liberauit.*

§. 2. Ascendente Iesu in nauiculam.] *Fluctus, & huius sæculi labores, etiam vbi Christus præsens est, adueniunt. Ioseph in carcere fuit, & Dominus cum eo, subintellige, dirigens eum in cunctis, Gen. 39. Vnde Sap. 20. Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, & Gen. 45. §. 4. Ego descendam tecum in Aegyptum, ego inde reducam te.*

§. 3. Domine saluum me fac.] *Ad Deum in necessita-*

cessitatibus confugere nos docent Christi discipuli. Vide supra, Dom. 1. post oct. Epiph. in illa verba: Vinum non habent.

§. 4. Facta est tranquillitas magna.] Cum Deus suos, calamitatibus et procellis exercet: in finē eos tranquillitas & securitas, & gaudium manent. Iosephus factus est Aegypti Rex, & sanctus Iacob, post tot lachymas præ gaudio reuixit. Gen. 45. §. 15. 17. 22. 23.

§. 5. Quid timidi estis modicæ fidei.] Ob alia quæ viderant Christi miracula, sic eos reprehendit, quod in posterum non didicerint: ex præteritis siquidem beneficijs, cum vndis alijs iactamur, sperare oportet in Deum: ideo duræ ceruicis dicti sunt filij Israel; quod post tot miracula, obiecto labore, quasi præteritorum obliti, diffiderent. Exo. 14. §. 12. 13. 14. 16. 18. de hac re consule quæ habentur Psal. 77.

DOMINICA QVARTA
POST OCTAVAM EPIPHANIAE.

§. 1. VIS imus, & colligimus ea.] Hic zelus est iustorum, pro Dei gloria, vt primo quoque tempore, quæ huic aduersantur, tolli cupiant, nec messem expectari velint, sed vbi primum enascuntur spinæ vel enatæ apparent, statim eradicari cupiunt, ad quod ministerium suum libentissime offerunt, atque promptissime impendunt: hoc satis innuitur, cum dicitur: Vis imus; non enim ait: ibimus; eo quod absque mora confestim tolli zizania desiderent. Sic Moyses, vt primum vituli flagitium nouit, vindictam excogitans, opere perpetrauit. Exo. 32. §. 31. 32. 33. 34. 35. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. Sic Paulus Apostolus, hoc zelo succensus, 1. Cor. 5. inuehitur in Corinthios, quod permitterent impune incestuosum publice cum alijs conuersari, cuius peccatum manifestum erat. Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio. Omnino, inquit Photius, emphasim habet, quasi dicat: nihil est vulgatius, omnes id videtis scelus, testibus non est opus, nulla tergiuersatione tegi potest. Etsi vnius sit crimen, omnibus tamen vobis imputatur, quod cum studio corrigere hunc non adnitamini. Et est eiusmodi genus incestus quale apud gentes ne fando quidem audiatur; & tamen vos præstantiæ opinione inflati, vobismet ipsis placetis, & congratulamini, cum potius lugendum publice esset, & magno luctu indicto curare, vt, qui huiusmodi facinus patrauerit, ab Ecclesia vestra excommunicatus tollatur. Ego quidem, quamquam absens corpore sum, præsens tamen vobis sum spiritu, & curante & cognoscente, quæ apud vos agantur. Præsentem se spiritu dicit Paulus, ne ex solo auditu absentem damnasse putaretur. Hunc in modum pronunciabat Elisæus 4. Regum 5. Nonne, inquit, spiritus meus tecum erat in via. Sic igitur, inquit Apostolus, spiritu præsens, eum qui facinus tale commisit excommunicationis sententia dignum indico, atque vt talem, non priuato odio, aut iudicio illegitimo, sed nomine, & auctoritate, & potestate Christi, nobis ad ligandum, & soluendum in terris concessa, communis sententiæ indicio hunc ex Ecclesia eiectum, Satanæ extra Ecclesiam regnanti tradat, non eo consilio, vt funditus pereat, sed vt eius caro, cuius imperio succumbens hoc patrauit facinus, pudore, & conscientiæ exagitationibus obtusa, castigata tandem intereat: spiritus vero, qui carni iam succubuerat, & mortuus iacebat, carne edomita & mortua, reuiniscat, & seruetur in diem Christi Domini. Nec desunt, qui dicant in primitiua Ecclesia, potestatem fuisse sanctis hominibus, in peccatorum animaduersionem, dæmonia in rebelles immittendi, sicut & expellendi, quæ corporaliter tantum eos in pœnam contumaciæ afficerent, sicque Paulum zelo accensum fecisse circa prædictum incestuosum. Eodem zelo, & S. Petrus Ananiam, & Saphiram, mentientes Spiritui sancto è medio tulit: Simonem Magum sacrilegium perpetrantem confestim excommunicauit. Et Paulus ad Galat. 5. cum Galatas à circumcisione auertere conaretur, ostendens, non posse simul stare cum Christo, interim zelo Dei feruidus, pseudoprophetis, qui illos decipiebant, imprecans, ait: Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant. Hoc zelo ardebat Elias in spelunca latitans, videns tunc omnia zizanijs plena, à Deo cum interrogaretur, quid illic ageret, respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini, filij Israel 3. Reg. 19. idest, mira zelotypia teneor pro Domino: quasi dicat: crucior in honorem Dei quadam quasi zelotypia: quasi sustinerem Dei personam, crucior, cum videam Ecclesiā, quæ veluti sponsa est, deficere à Deo. Huiusmodi zelus, si singulorum esset, non sic abundarent zizania, sed, proh dolor, in honore sunt peccata, vt ambitio, auaritia, calliditas sic vt à nemine reprehendantur. Interrogatus Solon, quanam ratione nullum in orbe scelus perpetraretur, respōdit: si tam indignarētur illi, quibus non est facta iniuria, quam quibus facta est: Et Timon ille (sola natura homo, rogatus, cur sic homines odisset, improbos, inquit, odi, quia improbi sunt: probos vero, quia improbos non oderunt. Est itaque zelus huiusmodi, & reuerentia erga Deum, & amoris erga proximum, & iusti odij contra peccatum illustre, & apertum argumentum.

§. 2. Sinite vtraque crescere vsque ad messem.] Propter triticum non sinit Dominus eradicari zizania, hac Deus tolerantia, & longanimitate in malos vtitur, quod inter bonos sint. Vnde propter decem iustos, si in Sodomis fuissent, impios multos viuere sinisset Gen. 18. §. 37. & 40. & ciuitati Segor pepercit, propter Lot iustum, Gen. 19. §. 29.

DOMINICA QVINTA
POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

§. 1. SIMILE est regnum cælorum grano sinapis.] Innuere voluit Dominus, minima Ecclesiæ suæ exordia fuisse, in immensum vero futurum eius incrementum. In cuius figuram, dictum est Abrahæ patri vtique credentium: Numera stellas, si potes. Genes. 15. §. 8.

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

§. 1. Conducere operarios in vineam suam.] *Quos Deus per gratiam suam ad Ecclesiam vocauit, hos operari vult in vinea sua, non otiosos esse: In cuius typum, cum Adamum introduxit in paradisum, dicitur: Tulit Deus hominem, & posuit illum in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Sic Aug. de Gen. ad lit. lib. 8. c. 12. Gen. 2. §. 20. 53. 54.*

§. 2. Illi autem obierunt.] *In his, quæ ad animæ salutem pertinent, non segnes nec tardos esse oportet, procrastinando, sicut faciebat Pharao. Exod. 8. §. 10. sed promptos, sicut de Abraham legitur, cum ei dixit Dominus: Egredere de domo tua, &c. Gen. 12. à §. 1. vsque ad 10. Et de filijs Israel dicitur, quamprimum datum fuit illis à Rege, vt possent Deo sacrificare: Vna die exierunt, &c. Exod. 12. §. 84.*

§. 3. Nemo nos conduxit. Et iterum: Facta conuentione ex denario diurno.] *Ex prædictis verbis, & ex multis alijs huius parabolæ, aperte constat, mercedem hominibus constitutam esse pro suis bonis operibus. Sic dixit Dominus Abrahæ: Ego merces tua magna nimis. Gen. 15. §. 4.*

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

§. 1. QVi habet aures audiendi, audiat.] *Nõ omnes, qui externis sensibus verba percipiunt, internos apertos habent, vt audiant; & credant, quæ eis expediant. Sic de generis Lot dicitur: Visus est eis, quasi ludens loqui. Gen. 19. §. 18.*

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

§. 1. ET consummabuntur, quæ scripta sunt de filio hominis.] *Sciens Abraham mortis horrorem, & ipsam mortis expectationem, cum certa est, ipsa morte quandoq. acerbiorem immolaturus Isaac, interroganti in via, vbi esset victima, noluit indicare. Gen. 22. §. 14. 15. At Christus Dominus, qui semper ante oculos mortem suam habebat, vt ostenderet, quam alacriter, & sponte pro nobis illam susciperet, sæpe sæpius de illa sermonem fecit.*

§. 2. Consummabuntur quæ scripta sunt.] *Quantam afferat vtilitatem hominibus frequens mortis Christi memoria & recordatio, satis figurate innuitur in eo, quod. Exod. 12. §. 41. legimus, exterminatorem angelum neminem percussisse eorum, qui essent in domo, in qua postes ostij sanguine agni tincti essent: Singulare itaque est contra insurgentes tentationes remedium, mortis Christi recordatio.*

§. 3. Ille vero magis clamabat.] *Quanto diluuij aquæ crescebant, tanto in altum amplius arca efferebatur. Gen. 7. §. 18. Sic viri iusti, qui non obrui tentationibus desiderant, quo maiora viderint obstacula, tanto amplius conari debent, vt sursum in Deum cor suum eleuent. Et Iacob in lucta perseuerans, benedictionem accepit. Genes. 32. §. 19. 22. 23. Non itaque damnum afferunt spirituales luctæ, difficultates & contradictiones, cum vincuntur, sed largiora & amplissima bona, quæ benedictionis nomine intelliguntur.*

§. 4. Tertia die resurget.] *Tristibus semper Dominus adiungit læta, ne iustorum animus diu tabescat: Sic præcepit Deus Abrahæ, vt Agar cum filio è domo amandaret, futuram tamen ex illo copiosam sobolem promisit. Genes. 21. §. 9. Persequentem se Aegyptiorum exercitum vidit Israel, & vndique circumsæptum, sed statim audiuit à Moyse Dei Propheta, quod & in Domino sperarẽt, & viderent Dei magnalia. Exod. 14. §. 16.*

§. 5. Secreto.] *Cum Iacob vellet è domo soceri sui, cum vxoribus & filijs discedere, secreto, & illo inscio profectus est. Genes. 30. §. 12. sæpe enim expedit silere, nec, quæ secreta sunt palam facere.*

DOMINICA PRIMA IN QVADRAGESIMA.

§. 1. DVctus est Iesus à spiritu.] *Mar. cap. 1. dicitur: Expulit eum in desertum. Luc. 4. Agebatur à spiritu: Cum de alijs aliter Euangelistæ loquantur. Luc. 7. Ibat Iesus in ciuitatem Naim. Luc. 17. Transibat per mediam Samariam. Matth. 4. Ecce ascendimus Ierosolymam. Et licet eadem sit voluntas filij & Spiritus Sancti, & quæ ad extra, communia sint: Ductus tamen scribitur, vt tentaretur: quo nos docere vult, ne temere occasiones tentationum quæramus, qui, cum certus esset, se nulli succumbere posse, non sponte iuisse dicitur, sed ductus: nos qui facile cedimus, non sponte illas subire debemus. Dina quidem speciosa puella, cum sponte cursitaret per Sichem (cum similes etiam domi existentes, & clausæ ab adolescentibus inquiri, & molestari soleant) quasi vltro se obtulit, vt videre & videri, & concupisci posset, sicque in tentationem incidit, & victa succubuit. Gen. 24. §. 1. 2. 3. 4.*

§. 2. Cum ieiunasset quadraginta diebus.] *Totidẽ Moysen ieiunasse scribitur. Exo. 25. §. 29. Quibus exemplis non modica ieiunij cõmendatio & laus innuitur.*

§. 3. Accedens tentator.] *Hoc eius officium ostenditur, cum dicitur: Tu insidiaberis calcaneo eius. Gen. 3. §. 43. Et iterum: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Gen. 3. §. 38. 39.*

§. 4. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.] *Et Christi diuinitatem explorare voluit, & ad gulam stimulat, & quandoq. minima offert, vt Esau Gen. 35. §. 29. 31. quandoq. & totius orbis dominatum, prout expedire sibi videtur. Merito ergo callidior dicitur cunctis animantibus terræ. Gen. 3. §. 1. 2.*

§. 5. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.] *Hoc argumentum certum diuinæ virtutis sicut in vxore Lot factum est, cum in salis statuam fuit cõuersa. Gen. 19. §. 35. 36. Et per Moysen conuertit aquas in sanguinem, & alias huiusmodi conuersiones effecit. Exo. 7. §. 16. 17. 25. 26. 29. 30. 31.*

DOMI-

DOMINICA SECVNDA IN QVADRAGESIMA.

§. 1. ET transfiguratus est ante illos.] *Specimen quoddam præmij, quod habituri in patria erant, eis hac transfiguratione ostendit. Et quidem præmij spes & desiderium, virtutis & cuiuslibet ardui aggrediendi stimulus semper fuit. Iacob tot annis socero suo inseruiuit, & multos labores, fraudes quamplurimas passus est, spe potiendæ Rachelis. Gen.23. §.13.*

§. 2. Faciamus hic tria tabernacula.] *Tantillum cælestis præmij si quis degustet, vehementer illius amore rapitur, quod adumbratum legimus in Rebecca, quæ, vt inaures & armilas accepit, etiam non viso Isaac, cum à suis interrogaretur, an recedere vellet cum homine illo, futuri sponsi nuntio, quasi parentum & domus suæ oblita, statim dixit: Vadam. Gen.24.§.19.46.*

§. 3. Transfiguratus est.] *Miraculosam docet S. Thomas, fuisse Christi transfigurationem; licet enim corporis dotes, quasi naturali consequentia, ab anima gloriosa, in corpus sibi vnitum manent, tunc tamen in Christo fuerunt per modum transitus & passionis; in beatis siquidem erunt per modum patibilis qualitatis, & permanenter, sicut futuræ erant in Christo, nisi diuina dispensatione probibitæ essent, vt ita dicamus, ne manarent in corpus à principio suæ conceptionis, in qua beatus fuit, & eius sanctissima anima Deum videbat, vt sic pati posset, & ingredi rubrum mare suarum passionum, quas pro nobis pertulit. In cuius figuram, maris aquæ detentæ sunt, ne fluerent; erãt enim aquæ quasi murus à dextra eorum & læua, vt filij Israel pertransire possent Mare Rubrum.* Detuuo Dios las aguas que no corriessen, siendo ellas liquidas de su naturaleza. *Post resurrectionem vero, transacto mari rubro suarum passionum, ab anima gloriosa, quasi naturali consequentia, in Christi corpus Sanctissimum dotes manarunt: sicut quam primum filij Israel Mare Rubrum pertransiere, reuersum est mare ad priorem locum. Iam, cum Paulus ad Rom. 8. dicat, futuros nos ad imaginem filij sui, tamquam eius fratres, constat hac transfiguratione, non solum suæ, sed & futuræ hominum gloriæ formam prætulisse, qua scilicet, non solum in anima, sed etiam in corpore gloriosi erimus: in quo angelos quodammodo excellimus, qui, cum spiritus tantum sint, huius corporeæ gloriæ non sunt capaces; nobis vero quod laboris fuit in hac vita, in vtroque homine præmium reddetur. In cuius figuram, Ioseph fratri suo vterino duplicem stolam dedit, per quam vtraque beatitudo signatur. Gen.45.§.19.20.*

§. 4. Visi sunt in maiestate.] *Non enim decebat ante conspectum Regis sacco indutos apparere: Vnde & Ioseph, vt coram Pharaone assisteret, mutauit vestem & attonsus est. Gen.41.§.7.*

§. 5. Nubes lucida.] *Quia omnia Hebræis in figura contingebant, & vmbram erat habens lex futurorum bonorum. Exod. 19.§.12. refertur, apparuisse illis Deum, non in lucida nube, sed in caliginosa: Veniam ad te in caligine nubis, idest, in nube caliginosa.*

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMÆ.

§. 1. ERat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum.] *Multiplex dæmonis potestas in corpora deprehenditur ex varijs scripturæ locis. Gen. 3.§.2.3. Intrauit in corpus serpentis, & inde loquens Heuam decepit. Et Exod.7.§.13.14.15.16.33. Magos per dæmonum incantationes mirabilia multa patrasse legimus.*

§. 2. In Beelzebuc principe dæmoniorum eijcit dæmonia.] *Inuidiam odium parere satis ex facto Cain constat, Gen.4. §. 9. 10. 11. 19. & fratrum Ioseph Gen. 37. per totum. Sic Pharisæi isti, cum Christo Domino, ob tot miracula & populi concursum ad illum, inuiderent, illum oderant: cumque odium, rectum de rebus iudicium ferendum maxime impediat, hinc factum est, vt tam illustre beneficium & miraculum stupendum, omnique laude prædicandum ita malitiose calumnientur, vt dæmonis facultate factum dicant.*

§. 3. Vniuersa arma eius auferet.] *Tunc quis agnoscere poterit, vere victum esse in se peccatum, & dæmonem, per Christi gratiam, cum nulla diaboli arma in se remansisse agnouerit, omnia prorsus peccata, omnes occasiones peccati, quæ sunt arma peccati. Sic Moyses contriuit vitulum aureum in puluerem minutissimum, & dedit populo bibere; vt nullum remaneret peccati vestigium. Exod. 10.§. 34. 35. 36. Pharao multis plagis percussus, tandem Dei populum ita exire permittebat, vt oues tantum & armenta remanerent in Aegypto; vt sic redeundi in Aegyptum filij Israel occasionem haberent. At Moyses sapienter respondit, qui omnino populum inde exire moliebatur: Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, eorum scilicet, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri. Exod. 10.§.34.35.36.*

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ.

§. 1. VNde ememus panes?] *Etiam cum minor est hominis solicitudo circa sua; tunc Deus eius curã gerit: hæc est Dei prouidentia: hinc panes propositionis coram Domino semper esse, lege cautum fuit: Exo. 25.§.46. quo mystice innuitur, semper solicitum esse Deum nostrum circa necessaria ad hominum vitam. Et cum nocte dormirent filij Israel, prouidebat Dominus manna, eorum tunc curam agens. Exod. 16.§.4.5. 15.16.39.*

§. 2. Vnde ememus panes.] *Philippum de hoc interrogat, qui cæteris hebetior visus est in suis responsis; sæpe enim per eos, qui minus alijs sapiunt, sapientiores erudit Deus. Sic legimus, sapientissimum Moysen admonitum à socero suo, quo modo posset Dei populum pacate gubernare. Exod.18.à §.20. vsque 34.*

§. 3. Sed hæc quid sunt inter tantos?] *In desertum duxit, & nullum adesse humanum remedium ibi*

quo

Digitized by Google

quo posset eorum fami prouidere, hæc nosce cunctos voluit, vt scirent etiam in desperatis à Deo auxilium sperare, vide supra Dom. 1. post oct. Epiph. §. 6.

§. 4. Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant.] *Non vult Dominus, bona, quæ de eius manu accepimus, qualia sunt omnia, quæ habemus, in superuacanea, & inutilia dissipari, potiusque expendi. Vnde & noluit, vt filij Israel plus de manna colligerent, quàm pro eorum victu opus erat. Exod. 16. §. 21. 24. 26.*

§. 5. Impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.] *Sic nobis accidit, dum sponte, munifice erga proximos, & egenos nos habemus: sicut secreta quadam virtute hoc miraculo Dominus cibum multiplicauit, ita Dei dono maiora percipimus, & multiplici beneficio agnoscimus nostra augeri. Sic Abraham, qui vitulum abunde, & panes itinerantibus ministrauit, & filij heredis lætum nuntium accepit, & eius bona nimium aucta fuerunt. Gen. 18. §. 10. 12. 18.*

§. 6. Benedixit.] *S. Lucas docet, quæ fuerit benedictio ista, cum Patri gratias egisse commemorat: quod in more Christo Domino fuit, vt ne frustum quidem panis sine diuinis laudibus, & gratiarum actione perciperet. Sic & sanctis Patribus in vsu fuit. Gen. 8. §. 18. 19. 20. 21. & cap. 26. & cap. 35. Et Exod. 16. §. 25. dicitur, manna ad solis radios corrumpi, conseruari vero ad calorem ignis, quod Sapiens interpretatus est Sap. 16. cum ait: vt præuenirent solem ad benedictionem, idest, ad gratiarum actionem consurgerent: postquam Dominus, quo tempore ipsi dormiebant, præparabat eis Domitus cibum; & de his, quæ ad eorum victum pertinebant, vt solicitus pater cogitabat.*

§. 7. Tentans eum.] *Tentare, seu experiri Deū, homines, duobus modis contingit, vno modo, vt eorum fortitudinem & sanctitatem notam alijs faciat: sic tentauit Abraham. Gen. 22. §. 1. Alio modo, vt eorum imbecillitatem arguat: Sic tentauit Philippum, & filios Israel. Exod. 16. §. 6.*

DOMINICA IN PASSIONE.

§. 1. SI veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?] *Mirum est, quod cum veritas obiectum sit intellectus, sicut voluntatis bonum, & visus visibile: non solum veritati intellectus non consentiat, sed etiam illam impugnet. Sic generi Lot, etiam dicente ipso, quod verum erat, & ipsis expediebat, noluerunt credere. Gen. 19. §. 18. Et Pharao toties admonitus à Moyse ex Dei iniunctio expedire sibi, ad vitanda supplicia, vt filios Israel ex Aegypto exire concederet, & cum toties veritatem dicere esset expertus, quod illud esset contra Dei voluntatem, incredulus multo tempore fuit, & Moysen à se abiecit, præcipiens illi, ne vltra eius faciem videret. Exod. 10. §. 37. 38. 39.*

§. 2. Qui ex Deo est, verba Dei audit.] *Audire in Scriptura sæpe idem est, quod obedire. Gen. 3. §. 47. & Exod. 5. §. 3. & cap. 23. §. 29. 31.*

§. 3. Vidit & gauisus est.] *Vidit diem Domini Abraham, quando in spiritu cognouit venturum Christum ex sua stirpe. Ge. 22. §. 5. 6. 7. 8. 20. & cap. 26. §. 6. 7. & cap. 49. à §. 16. vsque 22. & ibidem §. 54. & cap. 47. §. 32.*

§. 3. d. Antequā Abraham fieret, ego sum.] *Non dixit fui, sed sum, quo loquendi modo alludere videtur ad illud Exod. 3. §. 22. Qui est misit me ad vos, vbi & Dei æternitas innuitur.*

§. 4. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es?] *Quamprimum in corde inuidia aut odium insurgunt, vix celari possunt, quin vultu aut verbis innotescant alijs. sic. Gen. 4. Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. §. 10. 11. & infra: Et cur concidit facies tua. §. 13. & cap. 31. animaduertit scilicet Iacob faciem Laban, quod non esset erga se, sicut heri, & nudiustertius. Et iterum: Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudiustertius. Et de fratribus Ioseph ei inuidentibus dicitur cap. 37. Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.*

DOMINICA IN RAMIS.

§. 1. SEdens super asinam.] *Hoc externo facto docet quod dixerat, filium Dei ad nos venisse humilem & mansuetum; sæpe enim factis externis multa docuit Christus, sicut & Prophetæ frequenter fecerant, immo & ipsemet Deus in veteri lege. Sic quod lex, quam laturus erat, rigida futura esset, in monte fumante, & cum tonitruis apparuit. Exod. 20. §. 25. 27. Et quod populus Israel in igne seruitutis, & laborum eculeis conseruandus erat, & ad pristinam dignitatem & libertatem restituendus, in rubo ardenti apparuit. Exod. 3. §. 4. 5. 6. Ad hoc argumentum pertinent signa omnia, quæ Moysi coram Deo contigerunt, sicut cum manum in sinum mittere iussus fuit, & inde illam postmodum extrahere. Exod. 4. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

§. 2. Imposueruut vestimenta sua, & sternebant in via.] *Hæc & alia, quæ fecerunt discipuli, & populus in Ierusalem, feruorem præseferunt Deum colentium feruide: sicut Abraham feruore maximo, & viatores suscepit, & cibaria preparari curauit, & illis solicite ministrauit. Gen. 18. §. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12.*

§. 3. Fecerunt sicut præceperat.] *Quo facto subditi admonentur, superioribus obedire, etiam in his, quæ prima fronte, non adeo rationi consona apparent: Sic fecit Isaac Gen. 22. §. 16. 17. & Iacob matri annuēs, vt se Esau fingeret. Gen. 27. à §. 4. vsque 12.*

§. 4. Et eum desuper sedere fecerunt.] *Vrbanitatem sancti norunt, nec ea laudanda est rusticitas, quæ vrbanitatem omni iure debitam spernit. sic Abraham credens honorabiles esse, quos inuitauerat, illos comitabatur. Gen. 18. §. 25. sic fecit Ioseph in occursum patris veniens, cum in Aegyptum descenderet. Gen. 46. §. 26. Et Moyses egressus est in occursum Iethro soceri sui, & adorauit eum. Exod. 18. §. 7. 8.*

§. 5. Ecce totus mundus.] *Cum multi diuino spiritu moti in eius laudem clamarent, alij inuidia periti dolore afficiuntur, quod totus mundus eum sequatur. Sicque contingere solet, impios Dei dona non agnoscere; pios*

Digitized by Google

vero & nosse & prædicare. Pluerat Deus manna cibum de cælo, populus, quid esset ignorabat: at Moyses dixit: Hic est panis, quem vobis dedit Dominus ad vescendum. Exod. 16. ṽ. 17. 18.

ṽ. 6. Ecce totus mundus.] *Inuidorum crux hæc semper esse solet, & pœna, qua vexantur, vt alios potiores, fortiores, infortunatiores se putent. Sic Rex Ægypti ad populum suum dixit: Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est. Exod. 1. ṽ. 9.*

IN DIE RESVR. D. N. IESV CHRISTI.

ṽ. 1. EMerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum.] *Religiosa circa mortuos cura in sacris Scripturis memoriæ tradita fuit, in aliorum exemplum. Gen. 23. in morte Saræ à ṽ. 2. vsque 20. Et in sepultura Abrahæ. Gen. 25. ṽ. 8. & 9. de sepultura Deboræ Gen. 35. ṽ. 9. 10. de sepultura Rachelis. Gen. 35. ṽ. 20. 21. de sepultura Iacob. Gen. 50. ṽ. 1. 2. 3. de sepultura Ioseph. Gen. 50. ṽ. 31. 32.*

ṽ. 2. Quis reuoluet nobis lapidem.] *In quolibet virtutis opere, vt in plurimum difficultas se offert ad instar lapidis sepulchrum munientis, quem angelum Domini reuoluere oportet, Christum scilicet per gratiam suam, cum homines Dei gratiæ cooperantes, vincere difficultatem curant; in cuius rei symbolum, Isaac refodit puteos, quos habitatores terræ illius obstrux erant. Gen. 26. ṽ. 18. 20. 24. 25.*

ṽ. 3. Vt venientes vngerent Iesum.] *Hæc est vera amicitia, cum eius signa etiam post mortem amici perdurant, & non qualis fuit Ægyptiorum cum Ioseph, & familia sua. Exod. 1. à ṽ. 8. vsque 16.*

DOMINICA IN ALBIS.

ṽ. 1. CVm esset sero die illa.] *Sero, & cum iam clausæ essent ianuæ, apparet Christus Discipulis suis, vt eos consolaretur. Sic cum Abrahæ præcepit Deus, vt filium suum immolaret, quem adeo tenere diligebat: etsi non solum puerum à morte, sed etiam patrem à mærore liberare statueret, tamen, nec cum de nocte surrexit Abraham, vt Dei mandatum exequeretur, manifestare illud voluit, nec cum ligna in holocaustum concidit, nec cum ea asino imposuit, nec cum triduo per uiã ambulauit, nec cum ad montem peruenit, vbi seruos expectare iussit, nec cum holocausti ligna super filium imposuit, nec cum de victima holocausti Isaac patrem interrogauit, nec cum altare ædificauit, & ligna superposuit, nec quando filium suum ligabat, nec quando super struem lignorum iam alligatum constituit, nec cum gladium arripuit, sed in extremo prorsus articulo, cum percutere moliebatur. Vide de prædictis. Gen. 22. à ṽ. 9. vsque 20. vt discat homo cum Habacuch dicere, cap. 2. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet,* verna por la posta, *quando expedierit. & non tardabit.*

ṽ. 2. Thomas vnus de duodecim, non erat cum eis, quando venit Iesus.] *Bonorum consortium maxime commendatur, loco à contrarijs; si enim Thomas cum alijs Discipulis fuisset, quando venit Iesus, forsan credidisset, sicut alij. Benedixit Dominus domui Laban propter Iacob. Gen. 30. ṽ. 26. 27. 28. 29. Et domui Putipharis propter Ioseph. Gen. 39.*

ṽ. 3. Insufflauit.] *Sicut cum spiritum homini Dominus immisit, vt vita naturali viueret insufflasse legimus. Gen. 2. à ṽ. 23. vsque 30. sic & modo, vt Spiritum Sanctum Discipuli acciperent, quo in vitam meliorem assurgerent, insufflasse Christum dicitur.*

ṽ. 4. Quorum remiseritis peccata.] *Quantum Dominus pro sua incredibili largitate hominem honestauerit, ac nobilitauerit, etsi ex multis videre licet, in hoc maxime innotescit, vt, cum proprium Dei sit peccata remittere (quis enim remittere peccata potest, nisi solus Deus?) quasi Deos illos in terris constituens, & remittendi peccata potestatem communicat, vt Dei ministris, & quasi Dijs super terram. nec mirum sic vocari posse proinde sacerdotes, cum Moysen Pharaonis Deum Scriptura dicat; quod illi faciendi miracula, puniendi, & auferendi plagas potestatem concesserit. Exod. 7. ṽ. 1.*

DOMINICA SECVNDA POST RESVRRECT.

ṽ. 1. EGo sum pastor bonus.] *Boni pastoris fructus circa profectum gregis eius curæ commissi ostenditur, cum Gen. 31. dicitur: Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, &c. vsq. ab oculis meis. ṽ. 24. 25.*

ṽ. 2. Ego sum pastor.] *Post resurrectionem, se pastorem Christus vocat, postquam fortiter tot in sua passione labores sustinuerat; quod pastoris sit multos labores perpeti, vt Iacob de se diffuse refert, Gen. 31. ṽ. 21. & quasi necessario annexa hæc inter se videtur, fortẽ, scilicet aliquem ad labores ferendos, & pastorem esse. vide quæ habentur. Gen. 49. ṽ. 49. vbi idem & pastor, & lapis dicitur, quo eius fortitudo innuitur.*

ṽ. 3. Ego sum pastor.] *Ita Deus pro sua benegnitate gloriatur ex his, quæ in hominum vtilitatem præstat, vt iuxta sua beneficia, quæ nobis impartitur, & varia nomina sortiri voluerit, sic pastor dicitur, quod nos pascat, & vir bellator, quod nos defendat, & ab hostibus tueatur. Exod. 15. ṽ. 9.*

DOMINICA TERTIA POST RESVRRECT.

ṽ. 1. MVndus gaudebit.] *Huius mundani gaudij exempla habes. Gen. 6. ṽ. 9. 10. cum diluuiũ instaret. sic Christus Dominus insinuauit, cũ Math. 24. ait: Erant comedentes, &c. Et Gen. 13. ṽ. 21. cap. 19. à ṽ. 5. vsque 16. cum Sodomorum vltio immineret.*

ṽ. 2. Tristitia vestra vertetur in gaudium.] *Sic accidit Abrahæ in sacrificio filij sui. Gen. 22. per totũ caput. Et Iacob, cum obuium habuit Esau. Gen. 32. à ṽ. 6. vsque*

Digitized by Google

vsque in finem cap. & cap. sequenti per totum. Et eidem, cum vidit filium suum Ioseph vt Aegypti Regem, quem mortuum luxerat. Gen. 45. §. 22. 23. & cap. 46. §. 27. 28. 29. Et filijs Israel, cum extra Aegyptum se libertate donatos viderunt, submersosque Aegyptios; quos valde timuerant. Exod. 14. à §. 12. vsque in finem capitis, & per totum cap. 15.

§. 3. Mundus autem gaudebit.] Solent impij gaudere, & letitiæ signa ostendere, cum mala quæ cœperint, expleuerint. sic fratres Ioseph, quamprimum Ioseph in veterem cisternam miserunt, talarique tunica exuerunt, sederunt, vt panem comederent, idest, vt prandérent. Gen. 37. §. 28. Et illi, qui Siceleg succenderant, & captiuos duxerant, habitantes in ea, comedebant, & bibebant cum lætitia. 1. Reg. 30.

DOMINICA QVARTA POST RESVRRECT.

§. 1. SI non abiero, paracletus non veniet ad vos.] Etsi Discipulorum erga Christum affectus, & bonus, & honestissimus esset, oportuit tamen, vt in viros perfectos assurgerent, spiritu de cælo superindui, quo spiritualiores fierent. Hoc in figura spiritus Sanctus innuere voluit in eo, quod de Abraham refertur Gen. 21. §. 5. d. qui conuiuium grande fecit in die ablactationis filij sui Isaac, quod non fecerat in eius natiuitate. Ablactari itaque oportet, & lac pueris aptum, & incipientibus, in solidum & grandiorum cibum commutare, congruum perfectioribus: ad quem statum cum peruenerit Dei seruus, tunc gaudij digna est materia.

DOMINICA QVINTA POST RESVRRECT.

§. 1. DAbit vobis.] Orationis effectus mirabilis deprehenditur in hoc, quod plus quis oratione accipit, quam postulauerat. sic cum Abraham pro salute Ismael Dominum optando deprecaretur (vtinam, inquit, Ismael viuat coram te) responsum accepit, non de Ismaele tantum, sed de noua prole Isaac: nec solum vt Ismael viuat, sed vt augeatur, & multiplicetur valde, crescatque in gentem magnam. Gen. 17. §. 30. 31. 32. 33.

§. 2. Dabit vobis.] Orationis suffragio multa à Deo beneficia impetrata, habes, Gen. 17. §. 30. 33. cap. 20. §. 11. 12. cap. 21. §. 15. cap. 25. §. 17. cap. 32. §. 10. 11. 22. Exod. 3. §. 13. & cap. 8. 9. & 10. orabat Moyses, vt remoueretur plaga, & continuo exaudiebatur. cap. 9. §. 21. 24. cap. 14. à §. 19. vsque 38. cap. 17. §. 8. & cap. 32. Moysi oratione placatus est Dominus.

§. 3. In nomine meo.] Prædictis verbis docemur, in orationibus nostris apud Deum, & Christi Domini & Sanctorum merita iactare; vt quod posibilitas nostra non obtinet, eorum nobis meritis & intercessione donetur. Sic seruus ille Abrahæ fecit: cum ait: Deus Domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, &c. Gen. 24. §. 11. Sic & orabat Iacob, fratris sui Esau iram timens Abrahæ merita Deo offerens. Gen. 32. Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, &c. §. 10.

DOMINICA SEXTA POST RESVRRECT.

§. 1. SEd hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.] Quod mali Ecclesiam persequantur, ex ea sæpe ignorãtia ortum habet, qua ignorant, quantum principi Ecclesiæ, pro beneficijs ab eo acceptis, debitum sit. Sic in Aegypto, vbi surrexit Rex nouus, qui nesciebat Ioseph, acerbe filij Israel afflicti fuere ab Aegyptijs. Exod. 1. §. 8. 8. d. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. Et Pharao dicebat: Quis est Dominus, vt audiam vocẽ eius? ob hanc ignorantiam etiam contra præceptum Domini Israel insectabatur, & dura seruitute opprimebat. Exod. 5. §. 3. 4.

DOMINICA INFRA OCT. ASCENSIO.

§. 1. CVm venerit paracletus.] Sæpe sæpius polliceri, & inculcare solet Deus, quæ pollicitus est seruis suis, ad eorum consolationem, forte ne formident, non tam de diuino promisso, quã ne ob eorum peccata diuinæ promissionis effectum impedierint. Sic Abrahamo sæpe sæpius Deus repetit, quæ de Messia ex eius semine, et de possidenda promissionis terra pollicitus fuerat. Gen. 12. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. cap. 13. §. 22. 23. 24. 25. cap. 15. §. 7. 8. cap. 17. §. 7. 14. cap. 22 §. 25. 26. 27. 28.

§. 2. Cum venerit paracletus.] Ex his, quæ Christus subdit, dicens: Absque Synagogis facient vos, &c. constat, inter alia, ad quæ Spiritum Sanctum pollicetur Christus, esse vt fortes illos reddat ad perferendos labores, quos multo ante illis prædicit, vt æquo animo, immo & maxima cum alacritate illos subirent: solet enim Deus, cum suos persecutionibus & afflictionibus exercet, eis cõferre prius, quibus æquo animo ferant: sic Abrahamo, antequam diceret: Scito, quod peregrinum futurum sit semen tuum, & affligent illud, &c. prius ei dixit: Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Gen. 15. §. 3. 4. 18. 19. 20. 21. quo loco & finem laborum, & seruitutis insinuat futurum cum gloria, & magna substantia. Et cum Iacob ire fecit in Mesopotamiam, vbi nõ mediocriter varijs erat afflictionibus vexandus, in itinere illi apparet, & ait. Ero custos tuus quocumque perrexeris. Gen. 28. §. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Et cum tempore Iacob terræ sterilitatem esse voluit septem annis, totidem antea abundantiam præmisit, sicut Pharaoni per somnium manifestauit. Gen. 41. à §. 1. vsque 12.

IN FESTO PENTECOSTE.

§. 1. SI quis diligit me, sermonem meum seruabit.] De obseruantia mandatorum Dei, vide Exod. 23. §. 28. 29. 31. 32. 33. 36. 38. 39. 40. vsq. 48.

§. 2. Et pater meus diligit eum.] Moyses, quo nemo magis pro Dei obsequio laborauit, hanc singularem prærogatiuam habuisse legitur, quod loquutus est ei Deus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Exod. 33. §. 15.

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICA IN TRINITATE.

§. 1. DAta est mihi omnis potestas in cælo & in terra.] *Hanc solius Dei esse. Exod. 7. §.23. cap.8.§.10.11. cap.9. §.13. cap.14.§.3. cap.15. §. 10.19.*

§. 2. Seruare quæ præcepi vobis.] *De obseruantia mandatorum Dei, vide in festo Pentecost.§.1.*

§. 3. Ego vobiscum sum.] *Comitatur iustum Deus, estque cum illo, sic Iacob dixit Dominus: Ego ero custos tuus quocumque perrexeris. Gen. 28.§.16. & de sancto Ioseph dicitur: Fuit Dominus cum Ioseph. Gen. 39. §.16. iuxta illud, Sap. 10. Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, & sancto Iacob etiam dixit Deus: Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Genes. 46. §. 4. secundum illud Sap. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, in fraude circumuenientium eum affuit illi: & quæ sequuntur. Quantæ vero vtilitatis sit Deum, nobiscum esse, & gradi, insinuauit Moyses, cum ita obnixe à Deo peteret, vt cum populo graderetur. Exod. 33.*

DOMINICA INFRA OCT. CORPORIS CHRISTI.

§. 1. VIde de figuris huius sacramenti, in sequenti Dominica. §.2.

DOMINICA PRIMA POST OCT. TRINITATIS.

§. 1. ET cœperunt omnes simul se excusare.] *Quo Deus erga nos benignior est, eo nos erga illum proteruiores sumus. Cum Deus in monte legem conscriberet, vt sic præ electum populum in veri Dei cultu contineret, & supra alios exaltaret: interea populus etiam ipso Aarone consentiente, vitulum aureum efformat, & pro Deo colit atque adorat, & gratias agit. Exod. 32. à §. 3. vsque 11.*

§. 2. Fecit cœnam magnam.] *De sacro sancto Eucharistiæ sacramento, deque eius figuris, vide Exo. 12. à §.2. vsque 49. & cap. 16. §.4.5.6.7.15. vsque 40. & Gen. 14. §. 33.34.*

§. 3. Iuga boum emi quinque.] *Israel cogente Pharaone, dispersi sunt in omnem terram Aegypti, ad colligendas paleas, & post omnem laborem, flagellis cæduntur. Exo. 5. §.11.12.13. 16.17.18.19. sic huius sæculi homines in quisquilijs, & paleis congregandis, rebus scilicet parui momenti occupantur, & denique pro mercede à dæmonibus Dei exactoribus flagellantur.*

§. 4. Vxorem duxi.] *Causantur quidam coniugium Dei seruitio obstare. videant, quæ de Henoch. Gen. 5. dicitur cum Deo ambulasse, cum liberos genuisset. §.14. 15. idem in sanctis Abraham, Isaac, & Iacob videre licet in Gen. à cap. 16. vsque in finem libri, quomodo etiam vxorati Deo placuerint.*

DOMINICA SECVNDA POST TRINITATEM.

§. 1. MVrmurabant Pharisęi & Scribę.] *Murmurationis vitium ab incunabulis, vt ita dicam, frequens fuisse apud Hebræos, vide Exod. 14. §. 13.14. cap. 15. §.4.5. cap. 16. §.2.10. cap. 17. §.4. Fuit in Aegypto ex plagis vna, palustrium ranarum, quibus similes sunt detractores & murmuratores; sicut enim ranæ in die, & palam tacent, in lutosis suis paludibus delitescentes, nocte autem vociferantur; sic qui murmurant, & detrahunt, virtutis & lucis opera tacent, eorum autem defectus, si qui tales sibi videntur, illos etiam secreto, & quandoque voce grandi vituperare, & exprobrare audent. Exod. 8. §.2.3.4.5.6.7.*

§. 2. Hic peccatores recipit, & manducat cũ illis.] *Pharisaica sanctitas & zelus est sine delectu, in patulo, peccatores horrere & fugere: vera tamen charitas docet, eorum tantum vitare consortium, cum periculum in spiritualibus rationabiliter quis timet: at quãdo illis prodesse creditur, nec damnum euenire posse quis timet, optimum est illis sua præsentia prodesse, sic ex consortio Iacob, Laban ditatus est valde, Gen. 30. §.26.27.28.29. Et Phutiphari propter Ioseph bene fuit. Gen. 39. benedixitque Dominus domui Aegyptij, propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam.*

§. 3. Vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam.] *Sic quæsiuit Adam, cum dicebat: Adam vbi es. Gen. 3. §.28.*

§. 4. Murmurabant Pharisæi.] *Impiorum & inuidorum his est mos, vt bona quæque aliorum deturpare studeant; at iustorũ, eo modo quo possunt, aliorum mala excusare. Sic fratres Ioseph eius somnia sacra irridebãt; ipse vero, licet eorum animũ non laudet, quod ipsum vendiderint, laborem tamen, quem pertulit, Dei consilio ascribit. Gen. 37. §.9.14.15. cap. 45. §.5.6.*

§. 5. Et manducat cum eis.] *Et vt occasionem quærat, qua illos veritatẽ doceat, hoc fecit, & vt in veram suorum criminum pœnitentiã veniant, tum etiã vt vrbanitatem doceat, nec spernendã putent. Sic fecere Moyses & seniores Israel cũ Ietro. Exo. 18. §.7.8.13.15.16.17.38.*

§. 6. Imponit in humeros suos.] *Hoc Prælati munus esse, portare scilicet subditos super humeros suos, eorumq. curam gerere, mystice satis aperte innuere voluit Dominus in duobus illis onichynis lapidibus, quos super humeros suos Pontificẽ gestare volebat, sculptis in illis filiorum Israel nominibus. Exo. 28. §.16.17.18.19.20. de hoc etiam vide, quæ Paulus scribit ad Hebr. 5.*

§. 7. Gaudiũ est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agẽte.] *Gaudio plena & celebris debet esse cunctis memoria illius diei, in quo peccator à diaboli seruitute liberatus fuit. in huius typum, ob filiorũ Israel de Aegypto exitum, Dominus celebrẽ illam Paschatis festiuitatem & gaudij plenam fieri præcepit. Exod. 12. per totum, maxime §. 18. & cap. 13. §.20.21.22.23.24.*

DOMINICA TERTIA POST TRINITATEM.

§. 1. SIcut pater vester misericors est.] *Vide Exod. 34. §.8.9.10.11. in illa verba: Misericors & patiens & multæ miserationis.*

§. 2. Dimit-

Digitized by Google

§. 2. Dimittite, & dimittemini.] *Exemplum mirabile est in Ioseph, quomodo fratribus relaxauit iniuriam sibi illatam, & factum à Deo ordinatum dicat, non inquantum peccatum: excusat itaque modo, quo potest, vt se ex animo eis pepercisse ostendat. Gen.45. §.5.6.8. 12. 13.*

§.3. Mensuram bonam, & confertam] *Ne quis, cum audierit, eadem mensura, qua mensi fuerint, bonorum operum mercedem à Deo retribuendam, mercatorum more parem valori operum nostrorum retribuendam existimet, adiunxit: Mensuram bonam, & confertam, &c. Non enim immensa illa bonitas, ementium atque vendentium more, par pari refert, sed summa largitate, atque ineffabili magnificentia piorum opera remunerat: dum pro terrenis cælestia, pro modicis magna, pro temporarijs sempiterna, pro fluxis solida & stabilia impertitur, sic dixit Abrahæ: Ego merces tua magna nimis, Gen.15. §.4.*

§. 4. Mensuram bonam, & confertam.] *Quanta maneat retributio etiam in hac vita pro operibus misericordiæ, vide Gen.18. à §.4. vsque 18. & cap.19. §.1.2.3.4.15.17.19. & à 20. vsque 30.*

§. 5. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur & vobis.] *In reproborum supplicijs, & piorum præmijs, non modo diuinæ iustitiæ æquitas relucet, sed & diuinus quidam ordo: dum non solum iustissima præmia, & supplicia eis constituit, sed & aptissima pro cuiusque bonis operibus, aut malis: sic Dauidi Regi 1.Paral.17. qui in corde suo domum Deo ædificare destinauerat, sempiternam regni domum, nullis vmquam sæculis interituram promisit: cuius promissionis veritas, in regno Christi Domini Dauidis filij impleta fuit, cuius regnum sempiternum; regnabit enim in domo, idest, regno Dauid in æternum, Sic & Abraham, qui prædilectum filium suum Isaac, Domino præcipiente, immolare parabat, tot filiorum promissionem pro vno illo, quot essent astra in cælo, & maris arenæ, accepit, Gen.22. à §.1. vsque 16. & § 25. 26.27. Pari modo Luc.16. inhumanus ille diues, qui quotidie splendide epulabatur, in lingua præcipue, quam is varijs in vita epulis dapibusq. oblectabat, ardentissima siti cruciabatur. Et Apoc.18. de debito meretricis illius supplicio legimus: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Et Iud.8. Chananæorum Rex Adonibezech, qui quos bello ceperat Reges, amputatis manibus, pedibusq. sub mensa sua cibum capere cogebat, eodem ipse supplicio cælesti perurgente vindicta, interfectus fuit. Vide Exo.7. §.30. cap.8. §.2.16.22.*

DOMINICA QVARTA
POST TRINITATEM.

§.1. IN verbo autem tuo laxabo rete.] *Potuisset Petrus humana vsus prudentia, Domino respondere, tota nocte (quod commodissimum tempus ad piscandum est) omnia maris litora ad piscandum commoda perlustrauimus, nihilq. deprehendimus, quomodo in meridiana luce, nunc aliquid prehendere poterimus? vt quid pelagi fortunam iterum frustra tentabimus? præsertim cum iam captura piscium desperata, retia & lauerimus & plicuerimus: verum is nominis sui memor (Simon enim interpretatur obediens) nihil respondet, nihil contra præcipientem allegat: sed simplici atque alacri animo Domini mandatum exequitur, hoc enim perfectissimæ obedientiæ proprium est. Sic Abraham, Domino præcipiente, vt filium suum occideret, citra omnem excusationem mandatum exequi curabat, cum dicere potuisset, num tu victimis humanis, ò bone Deus, delectaris, sicut & gentium idola? nonne multam in hoc filio posteritatem es pollicitus, & semen, in quo benedicendæ omnes gentes? Gen.21. §.9. cap.22. à §.1. vsque 27.*

§. 2. Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus.] *Si prædictis verbis addas alia, quæ in eodem Euangelio continentur, cum Dominus in nomine suo laxari retia voluit, statimq. subditur: Et cum fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Hinc constat, omnes hominum conatus, omnia studia, atque consilia, & rerum agendarum actiones, inanes, & inutiles esse, nisi diuina ope dirigantur. De his, vide quid contigerit ædificantibus turrim Babel, & Pharaoni tot modis conanti detinere in Aegypto filios Israel, & post exitum illos perdere, Gen. 11. à §. 3. vsque 14. & Exo.5. & per sequentia capita, vsque ad 13. Et de fratribus Ioseph, qui contenderant Iosephi fratris somnia frustrari, quæ omnia post modum completa fuere, Gen. à cap.35. vsque ad cap.48. Vide Isaiæ 30. vbi dicitur: In silentio & spe erit fortitudo vestra, vsque: Sicut signum in collibus.*

§. 3. In nomine tuo laxabo rete] *Iustorum est, parum suis viribus, ac meritis fidere, sic seruus Abrahæ, cum Deum oraret, Abrahæ merita interponebat, similiter & S.Iacob, Gen.24. §.12. Domine Deus domini mei Abraham, &c. Gen.31. §.26. & cap.32. Deus patris mei Abraham, &c. §.7.10.*

§. 4. Exi à me Domine.] *Beneficijs, quæ à Deo iustus perceperit, humiliatur, superbus vero exaltatur. Audiuit Abraham, Deum cum illo velle pactum inire, continuoq. subiungitur: Cecidit Abraham in faciem suam, Gen.17. à §.6. vsque 27. & cum Deus Abrahæ celare non posset, quæ decreuerat circa Sodomam, & familiariter cum eo sermones iniret, se puluerem, & cinerem dicit, Gen.18. à §.27. vsque 44. Vide 1.Reg.25. de Abigail, cum in Regis vxorem futuram se audit, famulam & ancillam se esse dicit, & Luc.1. de B.Virgine, quæ, postquam Dei filium parituram audit, se vt ancillam offert.*

DOMINICA QVINTA
POST TRINITATEM.

§.1. QVi irascitur fratri suo, reus erit iudicio.] *Non est sermo de iusti hominis ira, qua non in proximum, sed in eius peccatum irascitur. Si Moyses vehementer iratus fuit contra filios Israel, ob conflationem vituli, & illorum multos occidit, iram tamen illam, non malitiæ passio, sed zelus Dei accendit: sicq. pro illis Dominum deprecatus est, tanto studio, vt dixerit, aut parce populo huic, aut dele me de libro, quem scripsisti, Exo.32. à §.40. vsque 48. & §. 50. 51.52.53.*

Digitized by Google

§. 2. Qui occiderit reus erit iudicio.] *Vide de Cain Gen. 4. §. 19. 23. 24. 27. item Exod. 21. §. 20. 23.*

§. 3. Qui irascitur.] *Hinc disce initijs peccatorum occurrere. Sic Iacob idola infodit subter terebinthum. Gen 31. §. 5. 6. forsan quod aliquid in domo sua viderat, quo ad idololatriam pronos indicaret. Et Dominus acriter puniri iussit dominum bouis cornupetæ, si malum aliquod perpetraret, quia cum cornupetam nosset, in posterum non cauit, Exo. 21. §. 48. 49. 50. Et præcepit Deus, deorum gentium nomina non debere ore piorum proferri, quod pronos nouerat ad idololatriam, Exod. 23. §. 16.*

§. 4. Qui irascitur fratri suo.] *Etiam iram prohibet Christus, sciebat enim, iram in odium continuo crescere. Vide in Cain Gen. 4. §. 12. 13. 19.*

DOMINICA SEXTA. POST TRINITATEM.

§. 1. VNde illos quis poterit hic saturare panibus? *Hanc diffidentiam sæpe Iudæi per desertum itinerantes, ostenderunt, & contra Dominum, & Moysen murmurarunt. Vide Dom. 2. post Trinitatem, §. 1.*

§. 2. In solitudine] *Quomodo Deus expectet necessarijs quandoque occurrere, cum humana remedia insufficientia apparent. Vide Dom. 1. post Oct. Epiph. hoc tamen loco adnotarunt Chrysostomus, & Euth.*

§. 3. Iam triduo sustinent me.] *Consumpserant, inquit Euthimius, quidquid secum attulerant cibi, & vt aduertunt Chrysostomus. & post illum Theophilus: Non suggesserunt nunc discipuli Christo, vt turbas dimitteret, vt in pagos irent, & cibos emerent, sicut, Matth. 14. fecerant; quod iam aliquantulum fide profecissent, & quod viderent omnes alacres esse, & audiendi auiditate famem non sentire. Prædictis itaque verbis laudat Christus eorum patientiam, & perseuerantiam, qui toto triduo, sine cibo, & potu, eius verbum audiebant, & ex illius ore pendebant. Abraham cum aliquando sacrificium Deo immolaret, & aues ad illud descenderent, nihilominus tamen ipse abigebat eas, nec vmquam propter illarum molestiam, à sacrificio cessabat. Gen. 15. §. 15. 16. idem nobis animus, eadem alacritas, idem perseuerandi studium, in cuiusuis virtutis opere esse debet.*

§. 4. *Vide etiam de hoc Euang. quæ diximus Dominica 4. Quadragesimæ.*

§. 5. Misereor super turbam.] *Dominum, prælatum, patremfamilias, decet curam habere de his, quæ ad victum suorum pertinent, sic tempore famis Iacob curam habuit, vt ex Aegypto triticum asportarent eius filij, Gen. 42. §. 1. 2. hoc insinuare voluit Dominus, cum per somnia notum fecit Pharaoni, quod futurum erat circa egestatem frumenti, & abundantiam, & per Ioseph edocuit illum, quid facturus esset, vt suis, tempore egestatis, commode prouideret. Gen. 41. à §. 1. vsque 38. & infra dicitur: Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens.*

§. 6. Discumbere super terram.] *Mar. 6. dicitur: Secundum contubernia; placet siquidem Deo ordo, displicetq. illi inordinatio, & rerum confusio. Sic Abraham ordinate composuit sacrificium, Gen. 15. §. 11. 12. 13. 14. Ioseph, cum fratres inuitauit, & ordinate illos sedere in mensa voluit, Gen. 43. §. 23. 24. 25. Ordinate etiam egressi sunt ex Aegypto filij Israel, Exo. 13. §. 27. & Exo. 25. & in sequentibus capitibus, vide quam ordinate Deus disposuerit fieri cuncta, quæ ad tabernaculum, & cultum illius, & ad ministrorum vestes pertinebant: & iuxta ordinem filiorum Israel, sic eorũ nomina sculpta esse voluit in pectorali Pontificis.*

DOMINICA SEPTIMA POST TRINITATEM.

§. 1. ATtendite à falsis prophetis.] *Iuxta sanctorum Patrum mentem, per falsos istos prophetas, hæreticos Christus adumbrat, qui sub nomine Christiano, alijsq. sanctitatis, doctrinæ, ac beneuolentiæ vestimentis, prætextu scilicet, seducere alios curant. & damna, quæ possunt, inferunt. Horum symbolum fuit serpens ille antiquus, qui primos parentes caute, & dolose decepit. Gen. 3. §. 1. 2. 3. vsque 12.*

§. 2. Excidetur, & in ignem mittetur.] *Quod non fecerit fructus arbor, ideo exciditur, & in ignem mittitur, præmittitur semper culpa, cum de Dei punitione fit sermo, sic Gen. 3. de serpente, & primis parentibus, ad serpentem sic loquitur Deus: Quia fecisti sic, idest, illos decepisti. Adæ etiam ait: Quia audisti vocem vxoris tuæ. §. 47. sic de Caim præmittitur eius peccatum ante punitionem, Gen. 4. §. 22. vsque 27. Similiter & quando homines puniuit diluuio, dicitur: Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, &c. Gen. 6. §. 8. 9. 10. 14. 15.*

DOMINICA OCTAVA POST TRINITATEM.

§. 1. DIffamatus est apud illum.] *Vulgato prouerbio celebre est, aures principis grandiores esse, quod vix quicquam contingat, quod ad eorum aures non perueniat, Exod. 2. §. 48. sic Eccl. 10. dicitur: In cogitatione tua Regi non detrahas, & in secreto cubili tuo non maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas nunciabunt sententiam.*

§. 2. Quid hoc audio de te.] *Peccata voces suas habent, & peccatorem diffamant apud Deum, iuxta illud Iacobi 5. Merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit, sic dixit Dominus ad Cain: Ecce vox sanguinis tui clamãs ad me de terra, Gen. 4. §. 23. Et de Sodomorum peccato dicit Deus: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est. Gen. 18. §. 31.*

§. 3. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ?] *Non sola peccati auditione, sed ad exactam patrati sceleris notitiam descẽdere volens, vt rationem villicationis reddat, ab eo exigit, vide Gen. 11. §. 11. & cap. 18. §. 34.*

Digitized by Google

DOMINICA NONA POST TRINITATEM.

§. 1. FLeuit super illam.] *Exigentibus hominum demeritis, punit Deus, non vltro, sed quasi coactus, & dolens. Gen. 6. §. 11. 13. 14.*

§. 2. Quia si cognouisses & tu.] *Sæpe solet Deus ad pœnitentiam allicere peccatores, & differre tempus vindictæ, si quo modo conuertantur, & ignoscat Deus, sed ipsi non agnoscunt, & indurant cor suum in dies: Sic in Caim, & Pharaone accidit Gen. 4. §. 20. 22. 23. Exo. 7. vsque ad 21.*

§. 3. Venient dies.] *Iudices in hoc admonet, quod etsi vitia ad tempus ob iustas causas dissimulare videantur, dum peccatores non puniunt, aliquando tamen in ea animaduertere oportet. inde Gen. 6. §. 4. 5. & de Pharaone Exod. 14. §. 29. vsque 34. Et Moyses aliquando sæuit in populum suum Exod. 32. à §. 40. vsque 47.*

§. 4. Ad terram prosternent te.] *Si his addamus & illa verba: Et filios, qui in te sunt. Colligere facile est, quod sicut Deus ob paucorum merita quandoque parcit multis, ita & propter peccatum communitatis punit illos, non solum in se, sed & in filijs, & brutis, & domibus tamquam in aliquo illorum, in quo & peccati grauitas attendenda est. Sic generali diluuio & infantes interemit, ædificia destruxit, cunctaq. euertit, Gen. 6 §. 14. 15. 26. similiter cum nefandas illas vrbes igne absumpsit, Gen. 19. §. 33. 34. Et in morte primogenitorum Aegypti, multi ex illis infantes erant, qui actuale peccatum non commiserant, Exod. 11. §. 9. cap. 12. §. 51. 52. 53.*

§. 5. Fleuit super illam.] *Luctus & compassio de peccatis alienis, argumentum est charitatis erga proximos, & quod peccati grauitatem nouerint: hæc sunt, quæ Abraham impulerunt, & Moysen, & Prophetas, vt Abraham tam obnixe oraret pro Sodomitis Moyses pro Dei populo, Gen. 18. à §. 36. vsque 43. Et Exod. 32. §. 50. 51. 52. 53. David Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei; quia non custodierunt legem tuam. Et iterum: Tabescere me fecit zelus meus, quia non custodierunt legem tuam, Esai. 16. Super hoc plorabo in fletu Iazer, &c. Ierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum. Sophoniæ 3. In Domino non est confisa, ad Dominum Deum suum non appropinquauit: præmiserat autem, dicens: Væ prouocatrix, & redempta ciuitas. Væ autem dolentis, & miserantis est. Osee 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, &c. Ad Rom. 6. Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo; optabam enim anathema esse à Christo pro fratribus meis. & 2. Corinth. 11. Corinthij fornicarij flagitium lugebat Paulus, & eos, qui luctum non habuerunt, grauiter reprehendit. Ad Hebr. 11. Multi ambulant, de quibus dicebam vobis, & nunc flens dico inimicos Crucis Christi, &c. vnde merito Ezech. 9. Præcipit Deus, dicens: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.*

§. 6. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.] *Sensus est: Si tu, tibi impendentia mala cognouisses, quæ quidem modo minime cognoscis, in hac die, qua tanta pace, tantaque securitate frueris, fleres vtique, sicut & ego fleo, non lætarere sicut modo lætaris. Hoc itaque in Iudæis Christus deplorat, quod pace, & affluentia, & gloria rerum præsentium fruentes, non cognoscunt, non vident, quid eorum capitibus diuinæ vltionis immineat. Sic contigit ante diluuij tempus, Gen. 6. §. 9. 10. vt Christus innuit Mat. 24. cum ait: Erant comedentes, &c. & Gen. 15. §. 25. cap. 19. à §. 5. vsque 16. cũ irriderent ipsum Lot imminentem vltionẽ, cum illis prædixisset Eccl. 5. Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidet triste? cum enim, inquit Paulus 1. Thes. 5. dixerint, pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus. Vnde Moyses 32. Gens absque consilio, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent;*

§. 7. Eiecit vendentes, & ementes] *De templorum reuerentia. Vide dom. 2. post oct. Epiph. §. 1.*

DOMINICA DECIMA POST TRINITATEM.

§. 1. VT orarent.] *Ad hoc maxime conuenire debent fideles in Ecclesia, vt orent. Vide Exod. 38. §. 2.*

§. 2. Decimas do omnium, quæ possideo.] *Decimarum exhibitio solita. Vide Gen. 14. §. 39.*

§. 3. Deus propitius esto mihi peccatori.] *Ex animo fatetur, sicut & ore, se peccatorem esse. sunt enim aliqui, qui licet id ore dicant, non tamen corde, & ex animo. sic Pharao: Dominus iustus est, ego & populus meus impij. Exod. 9. §. 20.*

§. 4. Nolebat oculos ad cælum leuare.] *Cum quis Deum pro se aut alio peccatore precatur, cum humilitate, verecundia, & modestia accedere, & preces fundere debet. Sic Abraham, cum pro Sodomis Deum deprecaretur, fecit Gen. 18. §. 43. 44. Similiter Esdras cum pro populo oraret, dicebat: Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum. Rex Manasses in sua oratione sic loquitur: Non sum dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli præ multitudine iniquitatum mearum: sic & Magdalena Luc. 7. Stetit retro secus pedes Christi.*

§. 5. Percutiebat pectus suum.] *Agnoscentis culpam, & intime pœnitentis de peccato cõmisso signũ est.*

§. 6. Qui se humiliat exaltabitur.] *Vide de humilitate. Dom. 3. Aduen. §. 4. & Dom. 2. post octau. Epiph. §.*

DOMINICA VNDECIMA POST TRINITATEM.

§. 1. DEprecabantur eum, vt imponat illi manum] *Quod isti circa mutum & surdum fecerunt, ad Christum scilicet illum deducere, & pro illo*

orare. Exemplo nobis esse debet, non solum in corporeis damnis & necessitatibus, sed etiam in spiritualibus, proximos, quos indigere his videamus, iuuare, & pro illis Dominum deprecari. Vide Gen. 18. §. 43. 44. Exo. 32. §. 30. 31. 31. 32. 33. Gen. 19. §. 29. sic & Dauid 2. Reg. 24. Ego sum qui peccaui, ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me.

§. 2. Surdus, & mutus.] *Matthæus mutum etiam fuisse scribit. Hoc homine adumbrari peccatoris statum, in peccatis longa consuetudine indurati, affirmant, Augustinus de verb. Domini, ser. 44. & tract. 24. in Ioan. S. Greg. hom. in hoc Euangelium. Huiusmodi siquidem muti sunt, nec ad Deum preces fundunt, nec peccata confitentur, nec verba Dei interna, aut externa bene consilantium audiunt, nec incōmoda cernunt, in quibus versantur, nec imminentia damna. De hac induratione vide Exo. 2. §. 27. cap. 7. §. 2. 18. 19. cap. 9. §. 10. cap. 10. §. 28. cap. 11. §. 37. Horum autem induratum animum grauissimis Zacharias cap. 7. verbis expressit, cum ait: Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulas, recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in Spiritu suo per manum Prophetarum. Noluerunt, inquit, attendere. id est, res alias agebant, cum eis Prophetæ loquebantur, non magnopere quæ dicebantur curantes: ita vt, quamuis corpore loquentibus adessent præsentes, longe tamen mente abessent. Surdi sunt, inquit Esai. cap. 43. & aures eis sunt; quamuis enim aures habeant patefactas, quia nolunt attendere, surdi habentur: cui rei si non medeantur, cito ad alium longe deteriorem contumaciæ gradum peruenient, vt non solum non attendant, sed etiam audire nolint; quem gradum Zacharias declarat, cum subdit: Auerterunt scapulas, recedentes: Iniquum est non attendere animum ad recta monentem, sed longe iniquius, nolle talem virum audire, fugere prophetam, & concionatorem monentem, nec velle interesse orationi de lege Dei disserenti: quos imitantur, qui numquam concionibus adesse volunt: quos tam difficile est fructum vllum pietatis ferre, quam hortos, qui non sunt irrigui: tam difficile suorum peccatorum ægritudines curabunt, quam ægroti periculoso morbo laborantes, si medicos omnes respuant. De quibus inquit Oseas cap. 4. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel. id est, quæ subterfugit eum, qui ei iugum imponere conatur: quare isti merito rebelles, & indomiti vocantur. Est & alius pertinaciæ gradus his duobus deterior, qui sequentibus Zachariæ verbis insinuatur, cum ait: Et aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Scelus quidem detestabile ignorantiæ scilicet affectatæ, quam sic Scholastici vocant, id est, quæsitæ, qua vult peccator ignorare, & erudiri recusat. istiusmodi homines comparat Dauid Ps. 57. aspidi surdæ, obturanti aures suas, sicut homines illi, de quibus Act. 7. disserente B. Stephano de Christo Domino, dicitur: Obturauerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum: sunt & alij longe detestabiliores omnibus ijs, de quibus in eodem Propheta subditur: Cor suum posuerunt vt adamantem. Vt enim adamas nulla re mollitur, ita isti neque sermonibus vllis, nec plagis, neque beneficijs in officio teneri possunt, de quibus Isaiæ 48. Sciui, quod durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Frontem æream habere dicuntur, quia nullo pudore afficiuntur, vt dicitur Ierem. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere, id est, nullis contumelijs, nullis ignominijs vllam facis significationem pudoris.*

§. 3. Ingemuit.] *Spiritualiter hominem cæcum, mutum, & surdum contemplatus Christus præfiguratum in hoc homine, ingemuit magis pro illo, quam pro isto: in quo grauitas peccati maxime innuitur. Et Io. 11. in Lazari suscitatione præmittitur: Infremuit spiritu, & turbauit seipsum. hinc cum peccata in orbe patrata videret Dominus, dolore cordis tactus, dixit: Pœnitet me fecisse hominem. Gen. 6. 5. 13. 16.*

DOMINICA DVODECIMA POST TRINITATEM.

§. 1. **B**Eati oculi, qui vident.] *Sermo est de visione præsentiæ Christi Domini, quam simul comitaretur visio per fidem, credendo scilicet eum verum Deum, quem hominem præsentem oculis suis intuebantur; fidei siquidem oculis multi viderunt, quibus Dominus reuelauerat venturum Messiam, & in aliquo eius symbolo illum contemplabantur, sicut de Abrahamo ipsemet Christus dixit: Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. vide de hoc Gen. 22. §. 23. 24.*

§. 2. Volens iustificare seipsum] *Filij Iacob, vendito fratre Ioseph, afferunt patri eius tunicam, hædi sanguine tinctam, volentes seipsos iustificare, & non solum scelus simulare, sed etiam se apud patrem fraternam debitam curam impendisse, vt ab eo iusti haberentur. Gen. 37. §. 25. 26. sed hæc iustitia nulla est, immo & eius studium improbum, iuxta illud Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui iustificatis vos coram hominibus.*

§. 3. Vade, & tu fac similiter.] *Verba hæc quæstioni legis periti respondent, interrogantis: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Respondet Christus, opera misericordiæ esse facienda, exemplo in hoc Euangelio proposito: non enim desides nos esse in Ecclesia vult, sed operari. Vide de hoc Dominica in Septuagesima §. 1.*

§. 4. Semiuiuo relicto] *Mystice status hominis in natura lapsa designatur prædictis verbis, de quo vide Gen. 3. §. 19. 20. 21. 22. 29. 30. 31. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. vsque 59. statum istum Iob. 19. in sterquilinio positus, & ad summam inopiam redactus adumbrauit, cum de Deo loquens, ait: Spoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo, & quasi arbori euulsæ abstulit spem meam. Spoliauit hominem primum peccatum gloria sua, hoc est, diuina gratia, quæ decor, & pulchritudo, & vera gloria est animarum. Deinde coronam de capite, hoc est, originalem iustitiam, quæ regiam homini dignitatem conferebat, abstulit. His autem donis amissis, facultas quoque pie & religiose operandi amissa fuit. Vt enim arbor, radicibus euulsis, nullum germinare fructum potest, ita mens humana, sublata cælestis gratiæ radice, à qua bona cuncta procedunt, opera Deo grata, & æterna vita digna proferre nequit: ad modum itaque naufragij cuiusdam, cælestium donorum merces deperiere: quam rem nuditas illa repræsentat, qua nudos se, & pudore affectos primi homines deprehenderunt, quod antea simplicitatis, & gratiæ opibus ornati, neque aduerterant, neque ob id erubescebant. Hæc animarum vulnera typice idem S. Iob. cap. 10. de Deo loquens, in persona sua repræsentat, dicens: Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit*

ult lumbos meos, effudit in terram viscera mea, concidit me vulnere super vulnus. Quatuor illa animarum vulnera grauissima, quibus animæ nostræ præcipuæ vires sauciatæ sunt, designantur, scilicet ignorantia, & error in intellectu, rebellio, & tarditas in voluntate, in parte sensitiua ardor, & flagrans desiderium quo ad inconcessa vehementi impetu concitatur, in irascibili, imbecillitas, langor, & infirmitas ad bonum, quæ fortis esse debebat. Sequitur: Conuulnerauerunt lumbos meos, quibus verbis, & peccatum per traducem in posteros diffundi insinuatur ex demerito primi hominis, in eaq. parte carnis nostræ concupiscentia desæuit. Subditur: Effudit in terram viscera mea. Viscerum nomine, affectus, & desideria significantur, quæ, dum natura integra manebat, non terram, sed cælum recte petebant; vbi vero ea per peccatum curuata est, à cælo delapsa ad terrena bona defluxit, in terramq. toto impetu fertur. Adiecit præterea: Concidit me vulnere super vulnus, vt alia multa vulnera insinuaret, quæ ab illis quatuor fontibus, quos memorauimus, originem ducunt, quibus homines ad ea officia, quæ ex iustitiæ debito, Deo, hominibus, atque sibi ipsis præstare tenentur, nimium tardi atque difficiles existunt.

DOMINICA DECIMATERTIA

POST TRINITATEM.

§.1. QVi steterunt à longe.] *Quod leprosi isti etiam Christum compellare, & obsecrare volentes, tamen à longe steterunt, nec proprius accedere ausi sunt, id ex præscripto veteris legis faciebant, quæ leprosos extra castra versari, & ab hominum consortio abstinere iussit, ciuitatem omnem ingredi prohibuit. Hoc autem in figura factum est illis, vt à spiritualis lepræ, seu peccatorum consortio quantopere cauendum sit, docerentur. Prima mundi corruptio, quæ & orbis diluuium inuexit, ea erat, quod filij Dei ad filias hominum accesserunt, filij scilicet Seth fidelis, ad filias Caim profani, & ipsæ profanæ erant. Gen.6. §.1. 2.3.7.8.9. Et Sara, quod viderit Ismael ludentem cum filio suo, quod nonnulli interpretantur ad vitia prouocantem, ægre tulit, & a domo amandari curauit, Gen. 21.§.6 11.12. Vide Exo.24.§.49.50.* Prouerb. 1. *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis: pedes enim illorum ad malum currunt. Iosaphat Rex pius hoc solo nomine à Propheta Iehu grauiter reprehenditur, quod cum impio Achab copias coniungeret. Impio, inquit, præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia coniungeris; idcirco iram Domini merebaris. 2.Par.19.* Sed *& eam ob causam de vita sua in prælio cum impio Achab vehementer periclitabatur bonus Iosaphat. 3.Reg. 22. sic Num. 16. ait Dominus ad Moysen: Præcipe vniuerso populo, vt separetur à tabernaculis Core, & Dathan, & Abiron. Exo.34.§.23. 25. Prou.4. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via, fuge ab ea, nec transeas per illam, declina & desere eam; non enim dormiunt, nisi male fecerint. Eccl. 7. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Eccl.13. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancti hominis ad canem? quod alijs verbis Paulus 2.Cor.4. dicit: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? & 1.Cor.1. Cum fornicarijs, & ebriosis fratribus, ne cibum quidem sumere.*

§.2. Occurrerunt ei decem viri leprosi] *Leprosi isti, qui, quod ciuitates intrare non possent, in quibus docere consueuerat Christus, obuiam ei in itinere occurrunt, transitum obseruant, & quia prope accedere non licuit, saltem à longe stantes, alta voce clamant, misericordiam eius flexili, & pia admodum oratione flagitantes, eorum studium quærendi Christum, occurrendi in via, clamandi, precandi, misericordiam expetendi, exemplo nobis, & documento esse debet, vt & nos, qui leprosi omnes plus minus sumus, ad nostrorum peccatorum expiationem illum quæremus, nullamq. inueniendi occasionem prætermittamus, ne nobis contingat, quod maritis filiarum Loth, qui renuentes oblatam liberationem ab incendio, cum reliquis perierunt, sic accidit illis Ioan.8. de quibus Christus dixit: Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini. Gen.19.§.18.32.33.34.*

§.3. Iesu præceptor miserere nobis.] *In omnibus nostris angustijs & necessitatibus, ad implorandum Dei auxilium, hi leprosi nos admonent, qui solus subleuare infirmitates omnes potest, & nos ab omni malo liberare, cuiq. resistere nemo potest. Sic fecit Iacob. Gen.32.§.10.11.12. sic dicebat Dauid, Psal. 101. Qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram, & Psalm.21. In te sperauerunt patres nostri; sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.*

§.4. Gratias agens] *De gratiarum actione pro perceptis beneficijs. Dominica 2.post Oct.Epiph.*

§.5. Et nouem vbi sunt?] *Omnes decem isti leprosi Christum quæsierunt, omnes ei in via occurrerunt, omnes voce alta clamauerunt; vnus tantum ad gratias reddendas accessit, vnus in fide permansit, reliqui nouem, siue à Sacerdotibus, ad quos missi erant, corrupti, dicentes non Christi beneficio curatos, sed propter legis obseruationem; siue propria leuitate, aut malitia in deterius mutati, ad Christum amplius non redicre, hanc defectionem Christus reprehendit, vnius tantum constantiam, & perseuerantiam laudat. Tren.4. Filij Sion inclyti, & amicti auro purissimo, quomodo commutati sunt in vasa testea, opus manuum figuli. Et Isa.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua: hæc est, retrocessio, qualis in vxore Lot, ac proinde in salis statuam conuersa. Gen. 19.§.35.36.*

§.6. Ite, ostendite vos sacerdotibus.] *Quo ostendit, quale esse debeat sacerdotum munus, peccatorem scilicet à peccato abducere, Exo.6. ter dicit: Iste est Aaron & Moyses. Isti sunt, qui locuti sunt ad Pharaonem, vt educant Israël de Aegypto. Vult enim Dominus nos scire, sacerdotes in hoc positos, vt nos educant à peccato, & vt nobis per illos Dei promissa donentur, §.36.37.38.*

§.7. Et daret gloriam Deo.] *Sancti, & iusti, non solum Dei munera Deo reddunt, sed etiam, quæ sua industria acquisiere; iniqui vero sibi tribuunt, non*

solum

solum quæ sua industria acquirunt, sed quæ Dei munere consecuti sunt. Gen.43.ʃ.14.

§ 8. Et dare gloriam Deo.] *Docet locus hic, vt, cum primum beneficium aliquod à Deo quis accipit, statim ei gratias agat. Ideo Noe altare Domino ædificauit Gen.8.ʃ.18.19.20. Et Moyses & eius fratres, quamprimum mare rubrum transiere, Ægyptiosq. Dei dono submersos viderunt, in gratiarum actionem canticum Domino cecinerunt. Exo.15. a ʃ.1. vsque 41.*

DOMINICA DECIMAQVARTA POST TRINITATEM.

ʃ.1. NEmo potest duobus Dominis seruire.] *Duorum dominorum nomine Deum intellige, & quidquid Deo contrarium est, siue idolum, siue mundus, siue diuitiæ, de quibus Christus postmodum peculiariter loquitur. vide Exo.8.ʃ.27.28. cap.20.ʃ. 4.5.6.7.8.*

ʃ. 2. Hæc omnia adijcientur vobis.] *Cælestium rerum ac diuinæ voluntatis exequendæ prima cura ac potissima sollicitudo nostra esse debet, quibus in cæteris Deus non deerit. Exo.23. à ʃ.29. vsque 50. & cap.34.ʃ.36.37.*

ʃ. 3. Nolite solliciti esse.] *Non tam ex nostra industria est bonorum copia, quam à Deo dante vnicuique, provt ipse vult. sicut videre est in manna, de quo sacer textus affirmat, non plus habuisse, qui plus collegit, nec minus, qui minus parauerat, reperit. Exo. 16.ʃ.21.*

ʃ. 4. Scit enim pater vester.] *Est Deus pater noster, qui continua cura super nos inuigilat. Gen. 45.ʃ.6. Et vt continuæ indigentiæ nostræ memorem se continuo esse significaret, super mensam panes propositionis semper esse voluit. Exo.25.ʃ.46.*

DOMINICA DECIMAQVINTA POST TRINITATEM.

ʃ.1. IBant cum illo discipuli eius, & turba copiosa.] *Siue in bonum, siue in malum, maiorũ exempla magni ponderis esse ostenditur, dum sequentibus discipulis Christum, & copiosa turba sequebatur: sic tyrannidem exercente Pharaone, & eius ministri eamdem exequebantur. Exo.5.ʃ.18.*

ʃ. 2. Et turba multa ciuitatis cum illa.] *Religiosa sepulturæ cura innuitur. vide Gen. 23. à ʃ.1. vsque 20. & cap.25.ʃ.7.8.9. cap.35.ʃ.19.20.21. cap. 50.ʃ.1.2.14.15.31.32.*

ʃ. 3. Misericordia motus super eam.] *Christi Domini exemplo admonemur, patientibus compati, & opem afflictis ferre, quantum in nobis est. Exo. 3. dicitur: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus; & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum. Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de ventre matris meæ egressa est mecum. Abrahã ob Sodomiticum incendiũ dolens pro ipsis sæpe orauit. Gen.18.ʃ.38. vsque 43. vide Exo.23.ʃ.5. cap. 32. à ʃ.31. vsque 39.*

ʃ. 4. Accepit, & tetigit loculum.] *Sæpe Deus misericordia motus, peccatores in viam inferni per vitia quasi deportari videns, iniecta tribulatione ab illo cursu sistere eos facit; scit enim, quantum tribulatio ad peccatorum pœnitentiam conducat: sic videmus Pharaonem plagis percussum tandem populo Dei libertatem concessisse. Exo.11.ʃ.3.4. Ps.72. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Esa.26. Domine in angustia requisierunt te.*

ʃ. 5. Propheta magnus surrexit, & Dominus visitauit plebem suam.] *Magnum beneficium esse dignoscitur, iustum vnum esse inter homines, per quem consulere & placare possint Deum; & hæc est Dei magna misericordia & visitatio. In gratiam Pauli, omnes qui cum illo nauigabant, ab imminenti naufragio liberare Dominus promisit. Act.27. & propter paucos iustos pollicebatur Deus parcere Sodomitis. Gen. 18. ʃ.37.38.40. vsque 43. & Moyses orauit pro populo, & placauit Deum. Exo.32.ʃ.51. & cap. 34. à ʃ. 14. vsque 19.*

ʃ. 6. Ibat Iesus in ciuitatem Naim.] *Occasiones quærebat Christus, vt omnibus benefaceret, erudire nos volens, vt eadem faciamus. sic fecere Abraham, & Lot ad ostium tabernaculorum sedentes, & in ciuitatis portis expectantes peregrinos, quos reciperent, & hospitalitatis beneficia exhiberent. Gen.18. à ʃ.1. vsque 14. & cap.19. à ʃ.1. vsque 4.*

ʃ. 7. Filius vnicus matris suæ.] *Cum Dominus sit, qui viuificat & mortificat, ipse est etiam, qui filios dat & aufert. Gen.4.ʃ.3.4. & ibidem: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. & cap.15. inquit Abraham: Mihi autem non dedisti semen. Gen. 29. ʃ. 21. cap.30.ʃ.8.22.*

DOMINICA DECIMASEXTA POST TRINITATEM.

ʃ.1. ET ipsi obseruabant eum.] *Pharisæi, Christo ad mensam & conuiuium inuitato, detrahendi & accusandi animo illum obseruant, quid agat, quid dicat quomodo se gerat; Estq. hoc superbiæ, inuidiæ, ac maleuolentiæ proprium, curiosos esse aliorum inspectores, obseruatores, censores, nec in aliis magis hoc scelus viget, quam in his, qui alios fauore, fama, eruditione præcellere & vident, & dolent. sic in fratribus Ioseph accidit. Gen.27.ʃ.5.6.14.16. Abac.2. Væ qui potum dat amico, mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Ps.36. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Gregorius: Charitas aliena bona amando facit sua; inuidia autem eadem odio habendo, in pectoris sui vertit vulnera.*

ʃ. 2. Si licet sabbatho curare.] *Sciebat vtique eorum cogitationes, ac tacitæ illorum malitiæ satisfacere nititur Christus; sunt enim Deo hominum cogitationes manifestæ. Gen.4.ʃ.13.*

ʃ. 3. Si

Digitized by Google

§. 3. Si licet sabbatho curare.] *Charitatis opera in festorum celebratione non esse interdicta, satis Christus in hoc Euangelio monstrat, appositis exemplis de extrahendis boue & asino, si in foueam cecidisse contigerit. vide de hoc Exo.20. à §.13. vsque 18. cap. 31. à §.13. vsque 18. cap. 35. §. 3.*

§. 4. Apprehensum sanauit eum.] *Christus Pharisæorum obseruationem, & paratam obtrectationem nihil moratus, ad fœdum quoque hominis morbum nihil animo consternatus, hydropicum manu apprehendit, sanat, & dimittit. docetq. quauis occasione data proximorum beneficio intendere. vide de Abraham, qui ad ostium tabernaculi aderat, vt transeuntes hospitio reciperet. similiter & Lot ab eo edoctus ad ciuitatis portas exiens, expectabat, vt aduenientes ex itinere lassos domi recrearet. Gen.18. à §.1. vsque 14. & cap.19. §. 1. 2. 3. 4.*

§. 5. Recumbe in nouissimo loco.] *De humilitate. vide Dom.3. Aduen. §.4. & Dom.2. post oct. Epiph. §.4.*

§. 6. Cuius vestrum asinus aut bos.] *Christus Dominus Pharisæos, qui eum capere in sermone nitebantur, ipsos cepit, iuxta illud Psalmi: In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. in huius symbolum est, quod in Exodo legimus, serpentem Moysi deuorasse serpentes incantatorum. Exo.7. §.16.17.*

§. 7. Si licet sabbato curare.] *Non est opus, licet sanctum sit, ex quo iniquus & inuidus, ratione alicuius circumstantiæ, occasionem capere non possit carpendi eum, qui illud operatur; E conuerso vero viri iusti, eo quo possunt modo excusare nituntur proximorum defectus, sic S. Ioseph excusare nititur fratres nec tamen eorum peccatum laudat, sed Dei prouidentiam fuisse dicit, vt voluerit, Ioseph tali a pati, vt tempore famis eorum inopiæ succurrere posset. Gen.45. §.5.6.*

§. 8. At illi tacuerunt.] *Obstruit peccatum, aut peccati conuictio, os peccatoris, vt neque loqui, neque excusare se possit. sic fratres Ioseph ei responderunt: Quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere. Gen.44. §.14.15.*

§. 9. Ad inuitatos parabolam.] *Admonet locus iste, hospites gratos esse debere, iis, qui eos hospitio receperunt sic Angeli, quos Abraham recepit, Saræ futuram sobolem prædixerunt, & Angeli, quos Lot in domum suam induxit illum cum filiabus ab incendio liberarunt. Gen. 18. §.18. cap. 19. §. 9. 17. 19. 20. 21. vsque 30.*

DOMINICA DECIMASEPTIMA

POST TRINITATEM.

§.1. TEntans eum.] *De his, qui obseruant ex inuidia. vide Dom. præcedenti §.1.*

§. 2. Hoc est maximum, & primum mandatum.] *Ordine quidem primum mandatum est; quia inter omnia decalogi præcepta, primo loco cultus diuini numinis præcipitur: qui quidem eius dilectione maxime continetur. Ille enim maxime Deum colit, qui eum super omnia diligit: hac enim dilectione homo, & se ipsum, & sua omnia ad illum tamquam ad vltimum finem refert. Exo.20. à §.1. vsque 10.*

§. 3. In duobus istis mandatis tota lex pendet.] *In priori includuntur præcepta primæ tabulæ, quæ Deum respiciunt: in secundo septem aliæ secundæ tabulæ, quæ circa proximum versantur. de quo vide Exo. cap.20. per totum.*

§. 4. Conuenerunt in vnum.] *Multitudine armatur iniquitas, omnis etenim malus suæ iniquitatis socios habere contendit, & gaudet. Gen.11. §.4. cap.37. §.14.15.*

DOMINICA DECIMAOCTAVA

POST TRINITATEM.

§.1. OFferebant ei paralyticum.] *Feruens horum charitas in Euangelio describitur, & cura diligens, vt huic paralytico opem ferrent, & ante Christum sisterent, à quo salutem consecuturum sperabant: de hac circa proximi beneficia procuranda charitate, vide Dom.16. post Trin. §.4.*

§. 2. Confide filii.] *Vno & eodem verbo Christus, & misericordiam ingentem exercet, & suæ bonitatis fiduciam docet. Ieremiæ 17. Benedictus vir qui sperat in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit, cum venerit æstus: & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Exo.14. §.16.17.*

§. 3. Remittuntur tibi peccata.] *Voluit Dominus his verbis innuere, malorum omnium radicem esse peccatum, indeq. cuncta mala scaturire. Gen.3. à §.35. vsque 59. & cap.4. à §.24. vsque 27. cap.6. §.8. vsque 15.*

§. 4. Videns fidem illorum.] *Beneficus Dominus aliquando ob aliorum merita beneficia confert, sic liberauit Lot de Sodomorũ incendio propter Abraham. Gen.19. §.38.*

§. 5. Glorificauerunt Deum.] *Piarum mentium est referre bona, quæ quis à Deo accepit; Hoc fecerunt Moyses, Aaron, Maria, & vniuersus Israel in cantico illo. Exo.18. per totum recensentes, quæ à Deo acceperunt, ipsumq. glorificantes. & Exo.18. Narrauit Moyses socero suo, omnia quæ fecerat Dominus à §. 9. vsque 17.*

DOMINICA DECIMANONA

POST TRINITATEM.

§.1. ILli autem neglexerunt.] *Ingens & inexcusabilis hominum ingratitudo est, cum oblatam salutem negligunt, & torpore quodam, in exequendis, quæ ad illam conducunt, segnes sunt. Abraham, cum primum de circumcisione mandatum accepit, per cuius signaculum pactum peculij cum Deo inire debuit;*

Digitized by Google

debuit, confestim eodem die se ipsum, filium, & omnes vernaculos circumcidit. Gen. 17. §. 37. Elisæus audita voce Eliæ vocantis, statim secutus est eum. Cum Ionas dixisset Niniuitis: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, nõ expectarunt ad vltimũ vsque diem pœnitentiam agere, sed statim audita prædicatione, crediderunt, & prædicauerunt ieiunium.

§. 2. Alius ad negotiationem suam.] *Temporalium rerum amor quantum retardet homines à mandatorum Dei obseruantia, satis innuitur in facto vxoris Lot, quæ amore eorum, quæ in Sodomis remanserãt, contra Dei iniunctum, ne post tergum respiceret, post se respiciens conuersa est in statuam salis. Gen. 19. §. 35. 36.*

§. 3. Perdidit homicidas illos.] *Quantum Deus homicidium execretur, vide Exo. 21. §. 20. 23. 34. 35. 37. 39. 40. 44. 45. 48. 49. 50.*

§. 4. Fecit nuptias filio suo.] *Sponsa hæc filij Dei Ecclesia est, siue ea, quæ in præsenti sæculo militat, siue ea, quæ in cælo triumphat; vtraque enim vna Ecclesia, & vnica Christi sponsa est: quamuis hæc militet, & illa triumphet. de hac Ioann. Apoc. 20. ait: Vnus de septem angelis locutus est mecum, dicens. Veni & ostendam tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, descendentẽ de cælo à Deo, habentem claritatem Dei. Huius autem coniugij mirabilis figura in primo generis nostri parente præcessit, ex cuius latere dormientis detracta costa, vxor formata est. Gen. 2. Quam cum is ante se vidisset, & formationis eius rationem Deo reuelante cognouisset, ad eam dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hanc autem figuram appositam esse eius quod diximus, affirmat Paul. ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Gen. 2. à §. 61. vsque 71.*

§. 5. Misit seruos suos.] *Multiplicat sæpe Dominus monitiones, vt resipiscamus. Exo. 7. §. 1. 2. & cap. 8. sæpe misit Moysen & Aaronem ad regem Aegypti.*

§. 6. Nolebant venire.] *Docentur verbi Dei prædicatores, non despondere animum, si non accepꝺent homines quæ de Deo ipsi loquuntur. sic dixit Moyses: Et quo modo audiet me Pharao. Exo. 6. §. 4. sibiq. culpam imputat dicens: Incircumcisus labijs sum.*

DOMINICA VIGESIMA POST TRINITATEM.

§. 1. CVius filius infirmabatur.] *Regulum istum tribulatio ad Christum venire fecit, alioquin forsan temporalibus delectationibus intentus id minus curasset. Ps. 77. Cum occideret eos Deus, idest ad mortis vsque periculum affligeret, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. & Ps. 31. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Isa. 26. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris, doctrina tua in eis. E conuerso vero delitijs distracti, nullam diuinorum recordationem habent. Iere. 3. Vsquequo delitijs dissolueris filia vagabunda? huius rei symbolum fuit, quod de arca Noe legimus, quod quanto aquæ augebantur, amplius in altum eleuabatur, sic quanto aquæ tribulationum abundant, tanto hominum mens ad diuina attollitur. Gen. 7. §. 21. 22.*

§. 2. Cum audisset, quia Iesus venit in Galilæam, abijt ad eum.] *Occasionem oblatam non neglexit, abutentibus etenim diuinæ gratiæ donis, & opportunitate, & segniter differentibus, etiam vitæ dies abbreuiantur: sic tempore Noe concesserat Deus centum viginti annos pænitentiæ: cæterum, cum per Noe diuinæ iustitiæ præconem de his admoniti nihilo meliores fierent, viginti annos resecauit. Gen. 6. §. 4. 5.*

§. 3. Domine descende priusquam moriatur filius meus.] *Regulus iste ad primam petitionem non solum non exauditus, verum etiam taxatus à Christo ac reprehensus, humiliter atque constanter perseuerauit pulsans, pro filij salute iterum atque iterum supplicans, in quo constantes in oratione nos esse debere ostenditur. sic cum Iacob luctabatur cum angelo vsque mane, cum ei diceret: dimitte me, respondit Iacob: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco. Gen. 32. §. 22. 23.*

§. 4. Credidit ipse, & domus eius tota.] *Reguli exemplo, monitis, & auctoritate commoti, vxor & ceteri domestici credidere, multum siquidem prosunt maiorum exempla. Abraham hospitalis, & liberalis, famulum quoque habuit, qui celeriter curreret, & vitulum occideret, & Sara vxor celeriter coxit; & Lot eius exemplo, expectabat in porta ciuitatis itinerantes, quos domi reciperet. Gen. 18. & cap. 19. §. 1. & 2.*

§. 5. Descende priusquam moriatur filius meus.] *Quasi dicat, alijs opportune postmodum insistere poteris; salutem & vitam corpoream spiritualibus officijs præferens. Hoc interstitium est inter pios, qui eorum, quæ ad animæ commodum pertinent, maiorem curam habent, quam eorum, quæ ad corpoream salutem spectant, & impios, qui quæque corporea magis amant, & desiderant, quam spiritualia, sicut profanus ille Esau, qui vile ferculum, paternæ hæreditati & benedictioni prætulit. Gen. 25. §. 28. 29. 30. 31. 32.*

§. 6. Credidit ipse & domus eius tota.] *Multa signa viderant Iudæi, nec tamen crediderunt; hic autem regulus hoc solo miraculo viso credidit: quamuis enim miracula vera plenissimam eorum, in quorum testimonium patrantur, fidem faciant; necesse tamen est, Dei digitum intercedere, quo mens humana fidem miraculis concipiat, sine quo nihil videntibus proderunt; quam multa enim Pharao miracula vidit? nec tamen credidit. Exo. 7. per totum.*

DOMINICA VIGESIMAPRIMA POST TRINITATEM.

§. 1. MIsertus Dominus serui illius.] *De diuina misericordia. Gẽ. 32. §. 10. Exo. 34. §. 9. 10. 11.*

§. 2. Red-

§. 2. Redde quod debes.] *Si recte & attente quæ in hoc Euangelio referuntur, facta & dicta, scilicet, serui huius ingrati, eius inhumanitas in conseruum non vulgaris apparebit. de qua inhumanitate circa proximum, vide quæ sacer textus refert de Aegyptiorum inhumanitate cum Israel. Exo. cap. 1. §. 10. vsque 24.*

§. 3. Narrauerunt Domino suo.] *De iustorum zelo contra impios, vide Exo.2.§.19.20.cap.32. §.41.vsque 48.*

§. 4. Si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.] *Quod fratrum iniuriæ condonandæ sint, & hæc Christi verba persuadent, & non vulgare exemplum Ioseph, qui tam ex corde pepercit fratribus, qui eum occidere voluerunt, & extraneis vendiderunt. Gen.45.§.5.6.12.13.cap.50.§.16. vsque 24.*

§. 5. Procidens rogabat.] *Cum aliquem iratum videris, ne ei dicas sine causa iratum esse, sed humiliatum te ostende, & sic facile illum placabis. sic fecit Iacob, cum obuium habuit Esau, quem valde offensum esse putabat. Gen. 33. §.2.3.4.5.6. hac prudentia vsus est Moyses cum Deo. Exo.32.§.23.*

§. 6. Narrauerunt Domino suo.] *Non sunt mala, quæ quis videt, vicinis aut alienis nuntianda, sed his solum, qui ea emendare possunt. sic Ioseph patri renunciauit fratrum pessimum crimen, non alijs diuulgauit. Gen.37.§.4.*

§. 7. Serue nequam.] *Sic, nequam, vocat Dominus seruum istum, non quando diffamatus est, & non habebat vnde redderet, sed modo, cum ita se cum conseruo male habuit; in quo arcere nos maxime vult Christus à proximi iniuria. Cum Adam Deum tam grauiter offendit, tantum dixit ei Deus: Maledicta terra in opere tuo: at cum Cain peccauit in proximum & fratrem non inquit: Maledicta terra, sed: Maledictus eris super terram. Gen. 3. §. 48. cap. 4. §. 24. Similiter etsi dæmon contra Deum peccauerit, nulla maledictionis verba contra ipsum legimus in Scriptura, at cum peccauit contra hominem, prouocando ad peccatum, audit. Gen. 3. Maledictus eris super omnia animantia terræ. §. 36.*

§. 8. Quoniam rogasti me.] *Docentur hic, qui alios puniunt, preces eorum audire, vt postea ipsi audiantur, si clamare contigerit, ne merito, sicut seruus iste, redarguantur. sic fratres Ioseph confessi sunt, non mirum esse eorum preces non exaudiri, quoniam & ipsi non audierant fratrem, dum illos deprecaretur. Gen.42.§.15.*

DOMINICA VIGESIMASECVNDA
POST TRINITATEM.

§. 1. Consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone.] *Pharisæi, audita cælesti doctrina Saluatoris, & maxime postremis illis parabolis, quibus eos vocationis suæ admonuit, & ad resipiscentiam hortatus est, pro eo quod peccata sua agnoscere & emendare debuerunt, primum illum quærebant tenere, sed turbas timentes, abstinuerunt: deinde ministros miserunt, qui eum apprehenderent, aliquando & lapides tulerunt, vt in eum iacerent: demum consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Pessimum valetudinis signum, cum remedia, quæ sanitatem adferre solent, morbum augent; sic nihil illis hominibus deploratius, qui ex sanis consilijs & miraculis peiores fiunt, sicut contigit Pharaoni, qui post multas admonitiones & miracula adhuc indurauit cor suum, vt persequeretur Israel, & sic in mari cum suis submersus est. Exo. 14. per totum.*

§. 2. Mittunt discipulos suos cum Herodianis.] *Pharisæi, & Herodiani, qui alioquin hostili se odio inuicem prosequebantur, nunc in vnum facinus coniurant. sic accidit in reformatione vituli, vt conuenirent & proselyti, & filij Israel. Exod. 32. §. 7.*

§. 3. Quia verax es, & viam Dei in veritate doces.] *Multa Pharisæorum discipuli, & Herodiani in laudem Christi hoc loco dixerunt, quæ etiam verissima erant, & cælesti magistro digna, sed animo assentandi, ac proinde hypocritas eos vocat, qui laudibus etsi veris, animo tamen ficto, & ad adulandum composito eum prosequebantur, & tentatores appellat, vt habetur Luc. 20. Eccles. 2. Væ duplici corde, labijs scelestis, malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs, similes sunt scorpionibus, qui ore blandiuntur, sed cauda pungunt. sic serpens ille antiquus primos patres pollicitationibus eos alliciens ac dicens: Eritis sicut dij scientes bonum & malum, & quasi inuidum Deum delineat, cum ait: Scit Deus quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, quæ verba non carent secreta & implicita quadam adulatione sicq. cauda vulnerauit eos, pertrahens in peccatum, illis, & nobis adeo noxium. Gen. 3. §. 9. 10. 11. 12. vsque 20.*

§. 4. Viam Dei in veritate doces.] *Etsi assentandi animo hoc Christo dixerint Pharisæi, tamen vera, iusta, & magna laus Christi fuit ex ore inimicorum profecta. Exo.34.§.10.*

§. 5. Et non est tibi cura de aliquo, nec respicis personam.] *De personarum acceptione, vide Exo.23.§.2.3.4.6.*

§. 6. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.] *Sic Abraham & dedit Pentapolitis, quæ eorum erant, & decimas dedit summo Sacerdoti. Gen.14.§.39. vsque 45.*

§. 7. Consilium inierunt.] *Quærunt peccatores magno studio occasiones, quibus nocere possint quos odio prosequuntur. Exo.5.§.10. vsque 19.*

§. 8. Vt caperent eum.] *Et capiuntur ipsi, multa siquidem promittunt sibi mali aduersus bonos, quæ illis non cedunt ad vota, quin potius ipsis in malum conuertuntur. Exo.15. Dixit inimicus: Persequar, &c. §. 17.18.*

§. 8. Cum Herodianis.] *Hoc malum vsque hodie grassatur in orbe, vt omnis malus velit habere consortem. sic Heua, postquam comedit de ligno vetito, maritum summo studio curauit eiusdem inobedientiæ habere consortem. Gen. 3. §. 13. vsque 18.*

§. 9. Cum Herodianis.] *Facillime coniunguntur homines ad malum. sic cum Babyloniceam turrim ædificare voluerunt, dixit alter ad proximum suum: Venite, &c. Gen. 11. §. 4. 5. 6. 7. Et in conflatione vituli similiter. Exo. 32. §. 1. 2. 5. 6. 8. 11.*

§. 10. Magister scimus.] *Duo sunt, quæ maxime solent hominem flectere ad omnia quæ velis, scilicet, munera, & laudes. sic fecit Iacob cum Esau. Gen. 33. §. 2. 4. 6. cap. 32. §. 13. 14. 15. 16.*

DOMINICA VIGESIMATERTIA POST TRINITATEM.

§. 1. ADorabat.] *Non solum interna animi humilitas Deo placet, sed etiam externa, quam quis manifestat corporis demissione. sic facere consueuerunt viri sancti. Gen. 17. §. 27. cap. 24. §. 39. Exo. 4. §. 41. cap. 12. §. 49. cap. 33. §. 14. cap. 34. §. 14.*

§. 2. Accessit retro.] *Verecunda ad Christum accessit, sicut & Magdalena, quæ retro stans, deosculabatur pedes Christi, & Moyses: cui loquebatur Deus, sicut loquitur quis ad amicum suum, & tamen, cum ascenderet montem ex Dei iussu, non est ausus accedere ad cacumen montis, nisi iussus. Exo. 19. 35.*

§. 3. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero.] *Singularis admodum fuit istius mulieris fiducia, spes admirabilis, fides robustissima, quæ nulla accepta promissione, nulla inuitata præcepto, nullo prouocata exemplo, ex solo fimbriæ tactu tantam in Domino fiduciam conceperit. Exo. 14. §. 16. cum filij Israel vndique circumsæpti essent, timuerunt valde, at Moyses, in Domino confidere illis persuasit, hoc solo illis promittens victoriam de Aegyptijs.*

§. 4. Et deridebant eum.] *Tibicines & reliqua popularis turba, quæ exanime corpus circumstabant, audito Christi verbo: Non est mortua puella, sed dormit, crasse rem intelligentes, derident. Christus nihilominus, illis loco eiectis, in pio suo opere progreditur, & puellam mortuam resuscitat. Ex quo patet, mundi ludibria, cum bonum aliquod opus instat, despicienda esse. sic Ioseph à fratribus suis somniator per contumeliam & irrisionem vocatur. Is autem in summa auctoritate & rerum affluentia positus, indigentibus fratribus, diraq. fame oppressis, liberaliter & amanter subuenire non destitit. Gen. 37. §. 14. cap. 47. §. 13. vsque 17. Dauidem ante arcam Dei totis viribus saltantem deridet Michol: at ille ei respondit: Viuit Dominus, quia ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. 6. Populus alienigena Iudæos templum reædificantes derident, & omnibus, quibus possunt modis, impediunt: illi tamen vna manu faciebant opus, altera gladium tenebant. 1. Esdr. 4.*

§. 5. Exijt fama hæc in vniuersam terram.] *Dei opera laude summa prosequenda esse insinuant verba hæc, iuxta illud. Ps. 104. Narrate omnes mirabilia eius. & Ps. 92. de se ait Dauid: Narrabo mirabilia tua, & iterum ibidem: Narrabo nomen tuum fratribus meis. & Ps. 65. Venite, audite omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Sic Moyses narrauit Ietro socero suo omnia, quæ fecerat Dominus populo suo. Exo. 18. §. 9. 10.*

DOMINICA VIGESIMAQVARTA POST TRINITATEM.

§. 1. FVgiant ad montem.] *Docet locus hic Dei bonitatem & prouidentiam suauiter disponentem, qua sic iustos tentat, & tribulationes immittit, vt tamen remedia, & consolationes, refugia & receptacula illis paret. Sic cum bonus Iacob cum tota sua progenie numerosa, in terra Chanaan fame periturus videretur, prouidit per manum filij sui Ioseph, vt patrē fratrem & filios abunde pasceret. Gen 45. §. 5. 6. 7. 8.*

§. 2. Orate vt fuga vestra non fiat in hyeme vel in sabbato.] *Prouerbialiter Christus hic loquitur; monet enim Iudæos orandum, ne imparatos & incautos eos vltio Dei inueniat, quæ futura erat per Titum & Vespasianum. sic inuenit homines diluuium, & Sodomitas incendium. Gen. 8. §. 26. iuxta Christi dictum: erant comedentes & bibentes, &c. & Gen. 19. §. 17. 18. 32. 33.*

§. 3. Sol obscurabitur, &c.] *Vide Dominica prima Aduentus. multa ad propositum huius Euangelij ibi dicta sunt.*

IN NATIVITATE DOMINI.

§. 1. ERant pastores.] *Audis hic, quibus hominibus, & quibus in locis positis Deus sua secreta reuelet. Pascebat Moses oues soceri sui in deserto, & illi Deus apparuit. Exo. 3. §. 1. vsque 9.*

§. 2. Glorificantes & collaudantes.] *Docent gratitudinem pro beneficijs, sibi alijsq. exhibitis. Exo. 15. per totum. Et cap. 18. §. 12. 13. 14. 15.*

§. 3. Vidimus gloriam eius.] *Suos, quos vult, Dominus miro modo honorat. cuius rei symbolum congruum fuit, quod de Ioseph legimus. Gen. 41. §. 15. vsque 23.*

In

Digitized by Google

In Festo S. Stephani.

§. 1. QVoties volui congregare filios tuos, &c. Ecce relinquetur domus vestra deserta] *Discant ex hoc loco Iudices, quod etsi vitia ad tempus aliquando dissimulāda sint, non tamen perpetuo, sed aliquando infligenda est pœna, sicut videre est in generali diluuio, in Sodomorum incendio, & in Pharaonis cum exercitu suo submersione. Gen. 6. §. 11. 14. 15. 16. Et cap. 19. §. 32. 33. & §. 15. eiusdem capitis. Et Exo. 14. §. 21. vsque 34.*

§. 2. Implete mensuram patrum vestrorum.] *Vide circa hæc verba. Gen. 15. §. 24.*

§. 3. Vt veniat super vos sanguis.] *Audiant hæc, qui sanguini insidiantur; quoniam etsi non sit homo requirens, tamdem requirit Deus. Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui, &c. §. 23. & cap. 42. §. 16.*

In Festo S. Ioannis.

§. 1. SEquere me.] *Mira est Domini super pœnitentes dignatio. Exo. 34. §. 16. 17.*

§. 2. Sequere me.] *Post honorem, crucem suis tribuit: fauores Dei ad mala futura perferenda iusto tribuuntur, vnde Dominus sæpius, & prospera, & aduersa coniungit. sic, postquam Abrahæ semen promittit, continuo addit, peregrinum futurum semen suum. Gen. 15. §. 7. 8. 18. 18. Iacob vidit visiones Dei, & continuo magnis premitur laboribus. Gen. 28. §. 11. 12. 13. vsque 20. cap. 29. per totum.*

In Festo Sanctorum Innocentium.

§. 1. ANgelus Domini apparuit in somnis Ioseph.] *Vigilat super nos Dominus, mittens & remittens administratorios spiritus. Dormiente Iacob, angeli descendebant, & ascendebant per scalam. Gen. 28. §. 11.*

§. 2. De nocte consurgens.] *Optime instruit locus iste, quam parati esse debeamus ad obsequium Dei, siue die, siue nocte. Surrexit Abraham mane, filium immolaturus. Gen. 22. §. 9.*

In die Circumcisionis Domini.

DE circumcisionis mandato lege. *Gen. 17. §. 16. 17. 19. vsque 23.*

De nominis impositione simul cum præcepto circumcisionis. Gen. 17. à §. 1. vsque 8.

In vigilia Epiphaniæ.

§. 1. DEfuncti sunt qui quærebant animam pueri.] *Omnia impedimenta Dominus tollit, quæ suam videbantur posse impedire legationem. sic dixit etiam Dominus ad Moysen: Mortui sunt omnes qui quærebant animam tuam. Exo. 4. §. 22.*

In die Epiphaniæ Domini.

§. 1. TVrbatus est.] *Quia scilicet regem audit nominare, & de nati morte incipit cogitare. Aduerte qualiter Reges indies in tyrannos conuertuntur, cum aliquid concipiunt aduersari posse perpetuitati sui regni, Exo. 1. à §. 9. vsque 24.*

§. 2. Congregauit principes sacerdotum.] *Discant Reges & maiores, se sapientum & peritorum consiliis egere, maximè ad res arduas. Sic consilio soceri sui vsus est Moyses. Exo. 18. à §. 23. vsque 37.*

§. 3. Procidentes.] *De externa corporis demissione, quæ humilitatem animi comitatur, cum quis ad Deum accedit. vide Dominica 23. post Trinitat. §. 1.*

In die octauo Epiphaniæ.

§. 1. ECce agnus Dei.] *Huius agni, cuius sanguine nos à morte liberamur, & libertatem spiritus veram consequimur, symbolum aptissimum fuit agnus, de quo Exo. 12. à §. 2. vsque 16. & §. 18. vsque 26. & §. 37. vsque 42.*

FERIA QVARTA Cinerum.

§. 1. MEmento quia cinis es.] *Ad humilitatem nos hortatur, primam hominis conditionem ad memoriam reducens, de quo vide Gen. 2. §. 23. 24. 25. sic Abraham sensit, cum humiliter*

Digitized by Google

ter loquens cum angelo, se pulucrem & cinerem esse fatetur. Gen. 18.§.42.

§. 2. Cum ieiunatis.] *De ieiunio egimus supra, cum orationem comitem habet, Dominica 1. octa. Natiu.§.5.*

§. 3. Vt appareant hominibus.] *Nihil magis impios detinet in peccatis suis, quam facere quædam opera similia sanctis, sicut contigit Pharaoni, & Aegypti Magis. Exo.7.§.13.14.15.18.*

§. 4. Vt videantur ab hominibus.] *Sinit diabolus homines bona opera facere, immo ad ea instigat, sed cum aliqua conditione. sic Pharao permittebat filios Israel exire, vt sacrificarent Deo suo, sed quod vxores, paruuli, & pecora remanerent in Aegypto, quo occasionem haberent redeundi in Aegyptum. Exo. 8. §.26.27.cap.10.§.34.35.36.*

FERIA QVINTA CINERVM.

§.1. PVer meus iacet.] *Admonent nos verba ista, seruos & ancillas non contemnendas, maximè si fideles fuerint. Gen.39.§.1.2.3.Exo.21. à §.2.vsque 19.*

FERIA SEXTA CINERVM.

§.1. BEnefacite his qui oderunt vos.] *De amore proximi etiam inimici, & eius qui te odio habet, vel detraxerit. vide Exo.21. per totum.cap.32. §.20.21. vsque 26. orauit Moyses, & benefacere studuit illis, qui toties de illo murmurauerant, & parum abfuit quin lapidibus illum obruerent.*

§. 2. Cum oraueris.] *De orationis efficacia vide Dom. infra oct. Nati.§.1.*

FERIA SECVNDA

post primam Dom. Quadragef.

§.1. VEnite benedicti patris mei.] *Solent parentes filijs non solum suas optare benedictiones, sed maiorum suorum. Gen.49.§.53.55.*

§. 2. Quia esuriui, &c.] *Fit Deus creditor eorum bonorum, quæ sanctis fiunt: vnde & benedixit obstetricibus Hebræorum. Exo.1.§.24. De his quæ pertinent ad iudicij diem, maxime ad præuia signa, vide quæ annotauimus Dominica prima Aduentus.*

FERIA QVINTA

post primam Dom. Quadragef.

DE templorum reuerentia, vide quæ diximus Dominica 1.oct. Epiph.§.1.

In Euangelio Cananææ.

§.1. FIli Dauid miserere mei.] *Quis te docuit ô mulier filium esse Dauid? habes hinc quomodo flagella maxime conducunt, vt homines Deum suum agnoscant. sic dixit Dominus, inferens plagas in Aegyptios: Scient Aegyptij quod ego sim Dominus. Exo. 7.§.5. vsque 7.*

§. 2. Accedentes discipuli.] *Iustorum est ad Dominum accedere, & pro alijs Deum deprecari. sic orabat Abraham pro Sodomis, & Moyses pro Israel. Gen. 18. à §. 35. vsque 44. & Exo.32.§. 20. vsque 26.*

§. 3. Domine adiuua me.] *Non est Deus dimittendus, nec ab oratione cessandum, nisi quæ postulas obtinueris sic Iacob dixit Angelo: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Gen.31.§.22.*

§. 4. Etiam Domine.] *Magna cum reuerentia, ex ipsis Christi verbis, nititur concludere quod desiderat, vt ab ipso accipiat. sicut Iudas etiam ex verbis Ioseph voluit concludere, rationabile esse & decere eum, vt concederet quod postulabat. Gen. 44. §. 18. vsque 29.*

§. 5. Etiam Domine.] *Admirabilis est huius mulieris prudentia, quasi dicat, concessisti te Dominum meum esse, debes etiam & votis annuere in his quæ postulo, cum necessaria sint. Quo docemur merito sperare nos posse maiora ab illo, à quo bona aliqua accepimus. Gen.19.§.26.27.28.29.*

§. 6. Fiat tibi sicut vis.] *Efficacissimæ sunt sanctorum preces. Gen.19.§.26. vsque 29. Exo. 32. §.31.cap.34.§.14. vsque 19.*

FERIA SEXTA

post primam Dom. Quadragef.

§.1. TOlle grabatum tuum.] *Tam pessima res est peccatum, vt etiam post reconciliationē aliquid mali in nobis relinquatur seu pœnæ, non enim semper etiam remissa culpa, omnem pœnam condonat, ne leue peccatum esse putemus. Gen.3.§.44. vsque 59. sic & Dauidi dixit Nathan propheta, transtulisse Deum illius peccatum, tamen nihilominus pœna plectendum esse.*

FERIA QVINTA

post secundam Dom. Quadrag.

§.1. VT refrigeret linguam meam.] *Malorum est enumerare mala, quæ patiuntur; peccatorum autem, quæ egerint, obliuisci. sic Esau maiorem dicebat punitionem suam esse, quam ferre posset, nec peccati grauitatem animaduertebat. Gen.4.§.28.*

§. 2. Vt refrigeret linguam meam.] *Conueniens fuit pœna delicto, in eo quo deliquerat punitur. sic pluit Dominus super Sodomam ignem, sua nefan-*

Digitized by Google

nefandæ libidinis, & ignitæ congruens supplicium. Gen. 19. §. 32.

§. 3. Recepisti bona in vita tua.] *Vides impletum illud Iacobi 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. Noluit Lazarum clamantem exaudire, ipse clamat, & non exauditur. Hoc dicebat Iudas: Merito hæc patimur, &c. dum deprecaretur nos. Gen. 42. §. 15.*

FERIA SEXTA

post secundam Dom. Quadrages.

§. 1. MIsit alios plures.] *Admonitiones multiplicat peccatoribus, eos ad pœnitentiam expectans. sic toties ad Pharaonem misit Moysen, vt verbis & signis admoneret illum, vt à malo desisteret, Exo. 5. §. 1. cap 8. §. 1. c. 9. §. 1. c. 10. § 1. Et quandoque quibus emolliri oportebat cor, deteriores fiũt, Ex. 8. §. 15*

§. 2. Malos male perdet.] *Sicut opus bonum, suum sequitur præmium: ita malum eius vestigio, punitio. Gen. 4. Nonne, si bene egeris, recipies, &c. §. 14. 15. 16.*

§. 3. Auferetur à vobis regnum.] *Sicut non graui pœna solet Dominus punire illa vitia, ad quæ homines proni sunt: ita contra grauissima pœna punit vitia illa, quæ ex malitia fiunt, Ex. 21. à §. 20. vsque 29*

§. 4. Auferetur à vobis regnũ, & dabitur, &c.] *Cum priuat peccatorem aliquẽ illius loco bonos subrogat, Gen. 31. §. 5. Et loco Chananæorum in terra promissionis subrogauit Israel. Aufert regnum à Saule, & confert Dauidi; & loco Iudæ connumeratus est Matthias inter duodecim.*

SABBATHO

post secundam Dom. Quadrages.

VIde de hoc Euangelio quam alacriter ad se recipiat Deus pœnitentes, & quanta in huius alacritatis signum illis præstet, Exo. 32. §. 16. 17.

DOMINICA TERTIA

in Quadragesima.

§. 1. IN Beelsebuc principe dæmoniorum eijcit dæmonia.] *Pro collato beneficio nõ agere gratias ingratitudo est, maior, non cognoscere se deuinctũ esse; sed omnium maxima, quæ sunt benefactoris, inimico tribuere, sicut fecit Hieroboam, 3. Reg. 12. erectis vitulis, ad populum ait: Ecce dij tui, qui te eduxerunt de terra Aegypti. sic & conflato vitulo in deserto, filij Israel dicebant: Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Exo. 32. §. 8. vsque 11.*

§. 2. In Beelsebuc.] *Expende obsecro, & disce quanta iusti patiantur à malis, quorum causam agunt. Ioseph, à suis fratribus, ad quos inuisendi gratia perrexerat, vt sciret, & patri referret, quomodo se haberent: Moyses ab Israel, cuius causam tam sollicite cum Deo agebat. Gen 37. à §. 10. vsque 21. Exo. 5. §. 25. 26. 27. cap. 14. §. 14. cap. 16. §. 2. cap. 17. §. 9.*

§. 3. Si in digito Dei] *Quid per Dei digitum, vide Exo. 8. §. 20.*

FERIA SECVNDA

post tertiam Dom. Quadrages.

§. 1. FAc hic in patria tua.] *Multa fecerat & nunc denuo petunt: hoc est hominum ingenium, quasi nihil facere, quæ eis contuleris, nisi quæ cupiunt etiam addideris, vide Gen. 15. §. 5. 6.*

§. 2. Eiecerunt eum.] *Ingrati animi est, si non cuncta, quæ postulauerit, concedas, in maleficia vertere accepta beneficia, Exo. 14. §. 13. 14. 15.*

FERIA TERTIA

post tertiam Dom. Quadrag.

§. 1. COrripe eum.] *Docet & etiam præcipit nos, peccantes debere verbis nostris admonere. Gen. 19. § 8.*

§. 2. Si te non audierint.] *Sunt multi, qui admonentem nec audire volunt, Gen. 19. §. 11. 12. 13. Exo. 2. §. 1. 2.*

§. 3. Dic Ecclesiæ.] *Publice peccantem, publice argue; sic increpauit Abraham Abimelech, & Moyses Aaronem, Gen. 21. in paragrapha expositione. Exo. 32. §. 36.*

FERIA QVARTA

post tertiam Dom. Quadrag.

§. 1. QVare discipuli tui.] *Aliquando culpandi sunt domini in his, quæ a seruis fiunt. Gen. 21. vbi supra, & Exo. 32. §. 36.*

§. 2. Quare & vos transgredimini.] *Curat Dominus & sollicite, quæ iustorum sunt. Gen 20. §. 6. & quia in simplicitate fecerat Abimelech, etiam curauit, ne mulierem cognosceret, §. 10. 11. 12. c. 31. §. 15*

§. 3. Quare & vos transgredimini.] *Multi pluris faciunt minora peccata, & cæremonias, quam grauissima, 2. Reg. 12. Dauid inquirit, an mulier, quam adulterio polluit, sanctificauerit se ab immunditia, & non curat an sit coniugata. Et Ioan. 19. Iudæi non ingrediuntur prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha: & nihil verentur, iustum Christum Domini morti tradere. Multum solicitatur Iudas de mittendo Hædo, & nihil curat de adulterio, Gen. 38. §. 17. 18.*

§. 4. Honora patrem tuum.] *De hoc mandato, vide Exo. 20. §. 19. 20.*

Digitized by Google

FERIA SEXTA POST TERTIAM DOM. QVADRAGESIMÆ.

§. 1. Oportebat eum transire per Samariam.] *Praeceperat Christus Discipulis, ne ad gentes diuerterent, ideo rationem reddit Euangelista ob quā ipse per Samariam transierit. Non enim dedignari maiores debent, eorum, quæ mali speciem habere videntur, apud minores se excusare: Sic Iacob rationem reddidit filio suo Ioseph, cur Rachelem in patrum sepulchro, non sepelierit, Gen. 48. §. 7. Sic Paulus 2. Cor. 1. Volui prius venire ad vos, & per vos transire in Macedoniam, cum hoc voluissem, numquid leuitate vsus sum. Sic Act. 16. Cum venissent autem in Misiam, tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos Spiritus Iesus, &c.*

§. 2. Salus ex Iudæis est.] *Innatum est vnicuique, suum genus & amare & extollere. Noluit Abrabam de Chananæis feminis vxorem filio tribuere, sed pergere præcepit seruum in terram cognationis ipsius Abrahæ, pro vxore filij sui. Gen. 24. §. 2. 3. 4. Agar vxorem Aegyptiam filio dedit. Gen. 21. §. 22. Isaac mandauit Iacob, vt non acciperet vxorem de filiabus Chananæorum, sed de filiabus Laban. Gen. 28. §. 2. 3.*

§. 3. Mulier crede.] *Optimum est, etiam non petentibus consilia præstare, cum nobiscum conuersantur, & prodesse credimus. Sic vltro Ietro consilium præbuit Moysi. Exod. 18. §. 23. 24. vsque 37.*

SABBATO POST TERTIAM DOM. QVADRAGESIMÆ.

§. 1. De grauitate peccati adulterij.] *Gen. 20. §. 16. 17. 19. & Dauid minus incommodum iudicauit, virum occidere, quam, eo viuente, eius vxore potiri.*

§. 2. Vnus post alium.] *Aduerte qualiter qui in alios sæuiunt peccatores, cum sese reos intelligūt, mitius iudicant. Sic Iudas cum ostenso annulo nurus suæ, & alijs signis, se grauiter peccasse cognouit, destitit à supplicio, quod inferre volebat. Gen. 38. §. 19. 20. Sic & Dauid cū audiret à nuntio, Vriam mortuum & ipsiusmet industria Rex factū fuisse nosset, nec ex scandescere contra Ioab potuit, eo quod plus nimio exercitum ciuitati appropinquare faciendo, multi perijssent. 2. Reg. 11.*

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ.

§. 1. Vnde ememus panes.] *Docentur sapientes aliorum audire consilia, sic fecit Moyses. Exod. 18. §. 35.*

§. 2. Est puer vnus hic.] *Solent quandoq. Hebraismo ministri pueri vocari, sic Iosue minister Moysi puer vocatur. Exod. 33. cum tamen vir esset, & dux exercitus. §. 16.*

§. 3. Ne pereant.] *Docet Dominus, ea, quæ supersunt nobis, proximis impartiri. Exod. 12. §. 3.*

FERIA SECVNDA POST QVARTAM DOM. QVADRAGESIMÆ.

§. 1. Fecit funiculum.] *Zelo plenum se debet ostendere sacerdos quandoque in his, quæ Dei sunt: Sic Moyses proiecit tabulas, & confregit, & trucidari fecit multos ex Israel per manus Leuitarum. Exod. 32. §. 33. 34. 40. vsque 48.*

DE FERIA TERTIA, VIDE DOM. 16. POST TRINIT.

FERIA QVARTA POST QVARTAM DOM. QVADRAGESIMÆ.

§. 1. Quis peccauit.] *Optima consideratio, vt cū videris pœnam, culpæ reminiscaris. Gen 42. Merito hæc patimur; quia peccauimus in fratrē nostrum. §. 15.*

§. 2. Quis peccauit.] *Admonet locus iste, quāta diligentia parentes à peccatis cauere debent, non solum ne Deum offendant, aut ipsi meritas dent pœnas, sed ne in eorū filijs aut posteris peccata sua vindicentur. Gē. 9. §. 17*

§. 3. Vt manifestentur opera Dei.] *Occulta sunt Dei iudicia, flagella siquidem & tribulationes quandoque sine culpa eius, qui patitur, irrogantur. Genes. 15. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum. §. 18. 19.*

§. 4. Sed vt manifestentur opera Dei.] *Diuersi mode, & in bonis & in malis opera Dei manifestantur. Exod. 9. §. 14. 15. cap. 14. §. 3.*

§. 5. Vt manifestentur opera Dei.] *Etiā peccatis nostris vtitur Deus ad gloriā suā. Exo. 10. §. 1. 2. 3. 4*

§. 6. Fecit lutum.] *Eodem Dominus sanat, quo solent homines excæcari, de quo vide Dominica prima post oct. Epipha. §. 5.*

§. 7. Non est hic homo à Deo, qui Sabbatū non custodit.] *Sicut impij ex operibus iustitiæ peccata confingunt, ita pij peccata excusare nituntur, quidquid pœnæ est, non peccatori, sed Deo seu diuino consilio tribuētes. Genes. 45. §. 5. 6.*

§. 8. Audiuit quod eiecerunt eum.] *Docemur eos iuuare, qui nostri gratia aliquid patiuntur: Sic fecerunt angeli cum Lot. Gen. 19. §. 13. 14.*

FERIA SEXTA POST QVARTAM DOM. QVADRAGESIMÆ.

§. 1. Miserunt sorores ad eū.] *Ecce quid consanguineis valeant iusti. Gē. 7. §. 1. cap. 13. Et semini tuo vsque in sæculum. §. 23. cap. 19. §. 38. cap. 21. Sed*

Digitized by Google

21. *Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam.sub intellige, propter te.*

§. 2. Ecce quem amas, infirmatur.] *Audis quā breues sunt orationes sanctorum, & quam facile à Deo exaudiantur. Dixerat Abraham: Vtinam viuat Ismael coram te. Et Dominus ait. Pro Ismaele exaudiui te. Itaque solum petit, vt iuuet, & non solum vitam, sed seminis propagationem concedit. Gen. 17.§.30. 33.34.sic sorores Lazari solum petunt, vt sanet Lazarum, sanat, immo & à morte suscitat.*

§. 3. Nunc te volebant Iudæi interficere.] *Non debent ægre ferre Prælati, cum dura videntur præcipere, si subditi eis obiectent, quod eis videtur. Gen. 27. §. 6. Et præstat eis satisfacere, sicut Christus fecit, & Rebecca ibidem. §. 7. 8.*

§. 4. Amicus noster dormit.] *Vera amicitia, quæ etiam post mortem durat. Exod. 2.§. 58. 59. 60.*

§. 5. Quidam ex Pharisæis.] *Solet Dominus inuidos torquere, augendo bona eis; quibus inuident, sicut accidit Ioseph cum fratribus suis. (Genes. 37.§. 5. 6. 7.) quem præ inuidia oderant.*

SABBATO POST QVARTAM DOM. QVADRAG.

§. 1. QVi sequitur me nō ambulat in tenebris.] *Sic accidit filijs Israel, quos Dominus præcedebat in figura nubis & ignis Exod. 13.§.33. 34. 35.*

DOMINICA IN PASSIONE.

§. 1. NOnne bene dicimus nos.] *Difficile est, inuidiam aut odium, vultu aut verbis non prodere, vt videre est in Cain Gen. 4. §. 11. 12. 13. Et de fratribus Ioseph dicitur. Gen. 37. Oderant eum, nec poterant quidquam pacifice loqui.*

FERIA SECVNDA POST PASSIONEM.

§. 1. MIserunt principes Pharisæorum.] *Moti sunt, quod turba diceret: Christus, cum venerit, numquid plura signa faciet? Hæc est inuidorum pœna, alios plures, ac fortiores se semper existimare, vt, non nisi paruulos, & pusilli animi homines, inuidia occidat.* Exodi 1. §. 9.

§. 2. Vt apprehenderent.] *Non solum malis fiunt impij deteriores, sed bonis piorum, quibus inuident. Exo. 9. Nec erat quidquam mortuum de his, quæ possidebat Israel, ingrauatumque est cor Pharaonis. §. 10.*

§. 3. Vt apprehenderent.] *In hoc mali principatum, & vires conuertunt, vt alios opprimant, maxime iustos. Genes. 6. §. 6. 7. Gigantes illi, vires, quas illis Dominus dederat, ad excolendam terram, & adiuuandos proximos, in hominum oppreßionem conuerterunt. Vide etiam de Laban Gen. 31. §. 18. At Deus dominium, & omnipotentiam suam in hoc ostentat, vt imbecillium misereatur. Exod. 34. §. 8. 9. 10.*

FERIA TERTIA POST DOM. IN PASSIONE.

§. 1. AMbulabat iu Galilæam.] *A Iudæa, propter sua peccata, suam præsentiam aufert, & ambulat in Galilæam, vt illos doceat, & bonis ditet: sic Deus vnum deijcit, alterum subleuat. Exod. 32. §. 18. & 19.*

FERIA QVARTA POST DOM. IN PASSIONE.

§. 1. VOcem meam audiunt.] *Admonemur hic, qualiter Dei verba audire debemus, & ministrorum Dei. Exod. 23. §. 28. 29.*

§. 2. Et cognosco eas.] *Arguuntur hoc loco domini & pastores, qui suos nec facie, nec nomine norunt. Cum Adæ potestatem Deus dedit super omnia animantia, omnia adduxit ad Adam, vt videret, & agnosceret illa, nominaq. imponeret. Gen. 1. §. 93. cap. 2. §. 58.*

§. 3. Sustulerunt lapides.] *Proni erant ad lapides Iudæi. Exod. 17. §. 9.*

FERIA SEXTA POST PASSIONE.

§. 1. COllegerunt Pontifices concilium.] *De hoc consilio in sensu allegorico intelligi possunt verba illa Iacob: Simeon & Leui (ex his enim descendebant Pontifices) vasa bellantia, in consilium eorum non intret anima mea. Gen. 49. §. 6. vsque 13.*

§. 2. Quia hic homo.] *Contemptibiliter valde de Christo loquuntur, sicut & illorum patres de Moyse. Exod. 32. §. 4.*

§. 3. Si dimittimus eum sic.] *Ægre ferunt tyranni, esse aliquos, qui libertatem suis suadeant: sic dicebat Pharao: Quare Moyses, & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? Exod. 5. §. 7. 8.*

§. 4. Venient Romani.] *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. sic dicebant Ægyptij: Fugiamus Israelem, & impingunt in mare, in quo submersi sunt. Exod. 14. Iob 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Gregor. lib. 7. cap. 12. Dum mali aliud periculum fugere volunt, in aliud grauius incidunt. Prouerb. 10. Quod timet impius, veniet super eum. Timebant illi, ne diuiderentur in terras, ideo turrim volebant ædificare: & propter hocipsum diuisum est labium eorum, & diuisi sunt per omnem terram. Gen. 11.*

IN

Digitized by Google

IN COENA DOMINI.

DE sacrosancto Eucharistiæ sacramento. vide Dominica infra oct. Trin.

§. 1. Tu mihi lauas pedes.] *Hæc humilium consuetudo est, vt tunc se magis deprimant, cum se à Deo magis viderint honorari. vide Reg. 10. de Saule. quomodo se humiliat coram Samuele, renuntiante illi à Domino in Regē fuisse electum. Et in Dauid 2. Reg. 7. cum Dominus per Nathan multa & præclara promisisset, humi sedens dicebat: Quis ego sum Domine? & quæ est domus mea? Et Virgo beata, cum Angelus nuntiauit futuram Dei matrem, vocat se ancillam: Et Abraham, cum à Deo laudaretur, se puluerem & cinerem esse dicit Gen. 18. §. 42.*

FERIA SECVNDA post Resurrectionem.

§. 1. COegerunt illum.] *De hospitalitate. vide quæ Scriptura narrat de Abrahā, dicente: Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas à seruo tuo. per totū cap. Gen. 18. & cap. 19. de Lot à §. 1. vsque 4.*

FFRIA TERTIA post Resurrectionem.

§. 1. IN medio discipulorum.] *Quid sibi velit in Scriptura, in medio, vide Exo. 8. §. 24. Ego Dominus in medio terræ. cap. 33. §. 7. Semel ascendam in medio tui.*

In festo Pentecostes.

§. 1. SI quis diligit me, sermonem meum seruabit.] *Quibus verbis apertissime docet, qui sint, qui Dei mandata custodiunt, qui scilicet diligunt Deum. Exo. 20. His qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.*

§. 2. Loquebantur varijs linguis.] *Propter hominum superbiam, vna lingua in multas diuisa est: & propter Dei misericordiam, vt omnium esset vna fides, suis, vt loquantur varijs linguis, hodie tribuit. Gen. 11. Erat terra labij vnius. §. 1. vsque 15.*

§. 3. Si quis diligit me.] *Omnia grauia facit facilia amor. sic de Iacob dicitur. Videbantur et pauci dies præ amoris magnitudine. Gen. 29. §. 13.*

In festo Sanctissimæ Eucharistiæ.

Vide Dominica infra oct. Sanctissimæ Trinitatis.

In festo S. Andreæ Apostoli.

§. 1. VIdit Simonem, & Andream.] *Vbi expendendum est, quos eligat ad tam excellens ministerium: vt ostendat se, ex ineptis natura, aptissimos ad omnia quæ voluerit facere, sic Moysen, pastorem & tardæ linguæ, & principem, & legatum constituit, & dat os, & linguam, Exo. 3. §. 1. 17. c. 4. §. 9. vsque 13.*

§. 2. Vidit Simonem, & Andream.] *Tales eligit Deus, vt non sibi fidant, sed solum Deo. Sexcenta millia hominum inimicos timebant, sed Deus illos intrepidos esse voluit, & in solo Deo confidere, & hoc solo, Dei magnalia visuros, promisit Moyses. Exodi 14. §. 10. vsque 16.*

§. 3. Piscatores.] *Ad tantum munus, homines laboribus assuetos elegit. sic Moysen pastorem, ducem populi constituit, Exo. 3. §. 1. 17.*

§. 4. At illi continuo.] *Nihil cunctantur, nihil respondent, nullam difficultatem obiectant; sed omnibus relictis, & omnibus amicis, & consanguineis inconsultis, Dominum sequuntur. Sic Paulus de se ait: Continuo non acquieui carni, & sanguini. Sic & Abraham de terra sua egressus, profectus statim est, nesciens quo iret, Gen. 12. §. 1. vsque 20. Et accepto mandato circumcisionis, eodem die opere illud compleuit, Gen. 17. §. 15. vsque 22. & §. 37. Et filij Israel, quamprimum illis licuit ex Aegypto exire, vna die exierunt, Exo. 12. §. 84.*

§. 5. Secuti sunt eum.] *Hinc nosce licebit, vnde oriatur hominis perfectio, nempe ex Domini sequela, eius scilicet voluntati adhærendo. Henoch cum Deo ambulauit, Gen. 5. §. 14. Et Abrahæ dictum est: Ambula coram me, & esto perfectus, Gen. 17. §. 3.*

§. 6. Omne masculinum.] *De hoc mandato legis vide Exo. 13. §. 1. 2. 3. 4. 19.*

§. 7. Omne masculinum.] *Docemur meliora Deo offerre: sic fecit Abel. Gen. 4. §. 7. 8. 9. Et agnum paschalem absque macula esse voluit, Exo. 12. §. 5. 6. Et in vsum templi quæque meliora, Exo. 35. §. 4. 15. vsque 20.*

§. 8. Non visurum se mortem.] *Expende Dei liberalitatem, qui plus dat, quam petas; petierat non videre mortem, donec videret Christum, & accipit eum in vlnas suas. Petijt Abraham pro Ismael, dicens: Vtinam Ismael viuat coram te; & accipit prolem ex vxore, heredem, & in quo vocaret sibi semen. Gen. 17. §. 30. 31.*

§. 9. Benedixit illis Simeon.] *Quid sit benedicere Dei ad hominem, & hominis ad Deum, vide Gen. c. 24. §. 9. c. 12. §. 6. 7. 8. c. 14. §. 36. c. 17. §. 25. c. 18. §. 28. cap. 2. §. 4. 5. 6. cap. 27. §. 3. 4. 13. 17. cap. 28. §. 1. 5. cap. 47. §. 11. cap. 48. §. 14. cap. 49. §. 1.*

In Festo S. Matthiæ Apostoli.

CVm vnum deijcit Deus, alterum sublevat, & in eius locum subrogare solet, vide Feria 6. post 2. Dom.

Digitized by Google

Dom. Quad. in illa verba: Auferetur à vobis regnum, & dabitur, &c.

De Sancto Ioseph.

§.1. APparuit in somnis.] *Vide in festo sanctorum Innocentium.*

In Annuntiatione Domini.

Ad virginem vide Exo.2.§.13.

§.1. INgressus angelus ad eam.] *Vide, decere admodum feminas clausuram, quæ multum ad honestatem conducit. Cum Abraham angelos hospitio recepit, de Sara interrogant, non enim ibi apparuerat. Gen. 18. §. 15. 16. Expende quid Dinæ acciderit, quia sola, ad videndas feminas Sichem in ciuitatem venerat. Gen. 34. §. 1. 2. 3. sic Cant. 8. Soror nostra parua & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? quasi dicat, ne despecta appareat, quid vice vberum succedet, quæ tanti æstimantur? si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis: quasi dicat. sit curemus nimium reclusa, hoc siquidem super omnia vbera amabilem illã reddet.*

§. 2. Benedicta tu, & benedictus fructus.] *Benedicendus est homo in ijs quæ iuste operatur, sed potius benedicendus est, & laudandus Deus, qui ei dedit bene operari, & tot contulit beneficia. Gen. 14. Benedictus Abraham Deo, & benedictus Dominus. §.36.37.38.*

§. 3. Inuenisti gratiam apud Deum.] *Quid sit gratiam inuenire apud aliquem, idest gratum & acceptum esse illi, sæpe in commentarijs reperies. Gen. 6. §.17. cap. 18. §.6. cap. 19. §.16. Exo. 33. §.18.19.*

§. 4. Dabit illi Dominus sedem Dauid, &c.] *Vide de hoc Gen. 49. §.14.15.16. vsque 20.*

§. 5. Quomodo fiet istud.] *Non sunt non credentis verba, sed desiderantis scire modum, & signum promissi habere. simile legimus de Abrahamo. Gen. 15. de quo Aug. 16. de ciu. Dei cap. 14. Credidit Abraham Deo, & continuo addit, vnde scire possum. Non credendum est in fide hæsitasse, sed petit. similitudinem, qua eius modus cognosceretur, sicut non est virginis diffidentia dicere: Quomodo; quod enim futurum esset, certa erat: modum quo fieret inquirebat: Et tunc dicitur illi: Spiritus sanctus, &c.*

§. 6. Ecce ancilla Domini.] *Non multum est, humiliari in abiectione, maximum vero in honore & exaltatione. Gen. 18. Audit Abraham, quod nollet illi celare Deus, quæ facturus sit, & sciat quod timeat Dominum, & tunc se puluerem & cinerem vocat. Gen. 18. §.42. Audit Abigail. 1. Reg. 25. nuntios Dauid dicentes, Regem velle illam in vxorem accipere: & illa surgens prona in terram adorauit, & ait promptam famulam se esse in Regis obsequium. similiter contigit Sauli cum Samuele, & Dauid cum Nathan, vt diximus supra. Et de humilitate vide Do. 3. aduen. §.4. Et Dom. 2. post oct. Epiph. §.4.*

In festo SS. Philippi, & Iacobi.

§.1. NOn turbetur cor vestrum.] *Decet admodum maiores, cum sibi subditos, & inferiores tristitia affectos nouerint, & meticulosos, eos consolari, & ab illis timorem excutere, si expedire nouerint, Gen. 45. §.4. vsque 13. & Gen. 4. §.12. vsque 17.*

§. 2. Mansiones multæ sunt.] *Hæc summe corroborant infirmorum animos, ad quoscumque labores perferendos, scire scilicet sibi magnum repositum præmium. De Issacar Gen. 49. dicitur: Issacar asinus fortis, &c. vidit requiem quod esset bona, ideo supposuit humeros ad portandum, & factus est tributis seruiens, qui liber alioquin erat. §.49. §.27. vsque 42.*

In festo S. Ioannis Baptistæ.

§.1. IMpletum est tempus pariendi.] *Inter cætera, quæ in Deo relucent, vnum est veritas, vt non solum quæ promiserit compleat, sed etiam eo quo promiserit tempore, Gen. 21. Visitauit Dominus Saram, sicut promiserat, & impleuit, quæ loquutus est. Concepitq; & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat Deus. §.1.2. Exo. 34. §.10. & Exo. 3. §.22.*

§. 2. Sed vocabitur Ioannes.] *Quod desperatis patribus de prole ex Dei dono filium acceperat, voluit hoc eius nomine alijs innotescere; sic Abraham vocauit filium suum, Isaac, idest, risus. Gen. 21. §.3.4.5. Gẽ. 30. §.6.7.8. vsque 22. Sic Heua vocauit Cain, idest possessio; Possedi, inquit, virum à Deo, Gen. 4. c.3.4. & Mathusala vocauit filium suum Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus, Gen. 5. §.18 19. laudabilis itaque consuetudo fuit, filios, à beneficijs à Deo acceptis nominare.*

In festo S. Petri Apostoli.

§.1. TV es Petrus.] *Consideratione dignum existimo, cur Deus eis, quos ad munus aliquod elegit, nomina quandoque mutare solitus sit. vide Gen. 17. §.7.8.*

In commemoratione S. Pauli Apostoli.

§.1. ET simplices sicut columbæ.] *Vide Gen. 25. §.26. De S. Paulo, vide Gen. 49. 56.*

In Visitatione B. Virginis.

§.1. CVm festinatione.] *Sicut pij ad opera pietatis festinant, sic impij ad opera impietatis, vide Gen. 18. de Abraham, quam festine cuncta præparari iussit, cum angelos hospitio recepit, §.10. vsque 14. Exo. 12. §.84. Cunctanter filij Israel egressi sunt de Aegypto. De impijs vero, vide Exo. 2. §.69. c.6. §.5.*

Recor-

Digitized by Google

§. 1. Recordatus est misericordiæ suæ.] *Cum Deus de nouo alicuius miseretur, recordari dicitur, Gen.8.§.1.cap.30.§.2.Exod.2.§.59.cap.6.§.5.*

In festo S. Iacobi Apostoli.

§.1. POssumus.] *Dulce bellum inexpertis; facillimum est legem, & præceptorum, & votorum obseruantiam polliceri, sed difficile præstare. vide Exo. 19. §.11.*

De S Laurentio.

§.1. MVltum fructum affert.] *Gen. 49. §. 42. Mortuo Ioseph filij Israel creuerūt, & quasi germinantes multiplicati sunt, Exo.1.§.6.7. Isai. 57. Generationem eius quis enarrabit? & addit huius multiplicationis causam: Quia abscissus est de terra viuentium. & ibidem: Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. &: Pro eo quod posuit animam suam, videbit semen longæuum.*

§. 2. Qui odit animam suam, in vitam æternam custodit eam.] *Etsi difficilia sint, quæ Deus præcipit, adimplenda tamen sunt; quoniam magnam à Domino habent remunerationem, Gen. 22. §. 25. 26. 27.28.*

In Assumptione B.Mariæ Virginis.

§.1. EXcepit illum] *Dominum excipere meruit, quæ pauperes, & peregrinos excipere consueuerat. sic Abraham, & Lot accidit, Gen.18.& 19.*

§. 2. Excepit illum] *Illum excepit, qui Dominus est Prophetarum, & Angelorum. Recepit Abrahā Angelos, Gen.18.& Lot similiter, Gen.19. Vidua Sareptana Heliam, 3.Reg.17. Sunamitis Helisæum, 4.Reg. 4. sed ista Dominum.*

In Decollatione S.Ioannis Baptistæ.

§.1. INsidiabatur] *Et volebat occidere, & parat conuiuium, & filiam saltare facit, & petere caput Ioannis. Tenax propositi est femina, vt nihil mali vereatur, dummodo faciat, quod concupiscit. Hoc satis apparet in Rebecca, quæ omnem lapidem mouit, vt præferret Iacob ipsi Esau, Gen.27.§.5. vsque 10.*

§. 2. Volebat occidere eum] *Quam irrationabilia sint sæpe feminarum placita, ostendit locus iste, quod videre etiam est in Rachele, quæ à viro adeo enixe filium postulabat, quasi à Deo, Gen. 30.§. 2.3.*

§. 3. Cum dies opportunus] *Sicut bonis Deus materiam obijcit, qua bonam voluntatem perficere possint, vt videre est in Abrahamo & Lot, paratis ad hospitij gratiam, etiam angelos in forma hominum mittit, vt bonam voluntatem perficere possint, Gen.18. & 19. Sic denuo malis occasionem proponere nititur, qua nacti, iuxta quod conceperant, malum perpetrare valeant.*

In Natiuitate Virginis Beatissimæ.

§.1. FIlij Dauid, filij Abraham] *Horum peculiaris mentio fit, quod his promissio de Messia venturo facta sit. Abrahamo Gen. 12.§.8. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod Sanctus Paulus ad Galat. 3. de Christo intelligendum esse docet. Dauidi vero 2.Reg.7.1.Paral.17.Psal. 88.Psal.131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

De Euangelio Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia.

§. 1. REliquimus omnia.] *Quæ scilicet impedire possint nos, quo minus te sequamur. Commune malum hominum est, pluris facere ministerium, quam mercedem. Gen.15.§.5.6.*

§. 2. Sedebitis super sedes, iudicantes.] *Solent principes, tunc maxime fideles milites diligere, & extollere, cum omnes alios viderint infideles. Sic fecit Dominus cum Moyse, cum quo loquebatur facie ad faciem, postquam vitulum redegit in cineres, noxiosq. interfecit. Exo.33.§.15.*

§. 3. Sedebitis, &c. & centum plus.] *Summe expendenda est Dei liberalitas, qui propter vnum ministerium, tanta beneficia confert. Sic dixit Abrahamo: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Gen.15. §.4.*

De SS. Simone, & Iuda.

§. 1. HAec mando vobis.] *Sæpe de hoc mandato loquitur, & illud frequenter inculcat, vt nostram ostendat imbecillitatem, & in seruandis promissis infidelitatem. Sic Gen. 17. Ponam fœdus meum, statuam pactum meum, §.6.11.15.21.23.30.35.*

§. 2. Ego vos elegi de mundo.] *Vult Deus vt eius beneficia ante oculos habeamus, ne eius beneficia, quæ nobis confert, ab alio collata esse mentiamur, Gen. 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Exo.13.§.46.47.48.cap.13.§.3.4.13.14.24.*

In festo Omnium Sanctorum.

§.1. ACcesserunt ad eum.] *Non debet doctor, aut superior esse formidabilis suis, sed potius familiaris & amabilis. Sic filij Israel dicebant Moysi, vt ipse quæ à Deo accepisset, eis renuntiaret, Exo.20. §.18.19.*

§. 2. Beati mundo corde.] *Vt insinuet, quantum sibi hæc cordis munditia placeat, nolebat sibi animalia immunda offerri, sed munda, Exo.13.§.17.18.*

§.1. BEati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.] *Licet multa patiaris, si non tamen*

Digitized by Google

men propter Deum, & ipsam virtutem, seu iustitiam, parum tibi proderit. Apoc. 1. Fui in insula propter verbum Dei. 1. Petri 4. Nemo vestrum patiatur, quasi homicida, sicut passi sunt illi senes Susannæ, Dan. 13. Sic Abraham magnificatus est à Domino, quia maximam est persecutionem passus à Chaldæis, propter vnius Dei cultum. Sic Aug. 16. de ciu. Dei, cap. 13. Et Philo refert, Abraham à Chaldæis in fornacem missum fuisse.

§. 4. Beati estis cum maledixerint.] *Quos exosus mundus habet, hos Dominus benedictionibus ditat. Videns Dominus, quod exosam haberet Liam, Iacob, ideo prolem tam numerosam dat, Gen. 29. Videns autem quod despiceret Liam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente, §. 19. vsque 22.*

In festo Euangelistarum.

§. 1. DEsignauit alios.] *Debet princeps, eum per se exercere munus non potest, constituere qui hoc facere sciant, & eis negotia committere, Gen. 41. Pharao constituit Ioseph, qui triticum congregaret, & distribueret, Gen. 41. §. 22. hoc idem Ietro consilium præbuit Moysi, quod & acceptauit, Exo. 18. §. 23. vsque 38.*

§. 2. Neminem per viam salutaueritis.] *Tales vult Dominus seruos, qui ita negotia illis commissa curent, vt omnia alia omittant; sic 4. Reg. 4. dixit Eliseus ad Giezi. Et seruus Abrahæ, licet ex itinere defessus veniret, noluit comedere nec bibere, priusquam legationem suam perageret, Gen. 24. vide etiam Gen. 19. §. 23. circa illud: Noli respicere post tergum.*

In festo vnius Martyris.

§. 1. SI quis vult.] *Spontanea ministeria Deus multum diligit, Exo. 25. §. 2. 3. in illa verba: Ab homine, qui offert vltroneus, accipietis ea.*

§. 2. Post me.] *Cum præcedit dux, summa est ipsum sequentibus securitas, & solatium, Exo. 33. §. 21.*

De Martyribus.

§. 1. VEstri capilli omnes numerati sunt.] *Summam Deus suorum curam habet. Gen. 7. §. 1. 2. cap. 10. §. 5. vsque 12.*

Præpropere Elenchum istum edere coactus sum. si Deus concesserit, cum Commentaria in Leuiticum, & in alios Bibliorum sacrorum libros typis mandabimus, magis auctum, maturiusq. dispositum Elenchum dabimus: maxime si, quæ circa priorum Dominicarum Euangelia expendimus, placere vobis nouerimus.

R E G E S T V M.

a b c d e f   Omnes sunt Terniones, præter e Duernionem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,

Apud Stephanum Paulinum. M. D. C I.

Superiorum permissu.

Google

Digitized by Google